D.O.M. M.V.D. DE LITTERALI, AC MYSTICA REGULARUM IURIS CANONICI...

Paolo sec. 16.-17 Carrara, Giovanni Battista Coccini, ...




13
17 M
17

EXCELSA
DOMINA

HVMILES
SVSCIPE
CONATVS

VOLEN
TEM
ADIVVA



SISTE

Tibi Regulatrici, & Dominatrici universorum omnes omnia [illegible] tuum accipe opus: tuo nomine tua ope tuis presidijs elaboratũ, te enim omnis docet littera te omnis mysterium declarat sensus te Regula omnis manifestat Tibi Theologorum schola corde fervens vere [illegible] iunctis concinunt sermone plaudunt, concio exultat opus offertur commune omnibus, tibi uni prae omnibus dico tibi confessio laudis gratiarum actionis et accusationis propriorum peccatorum, et devotum [illegible] nem, explicata et oblata tamen mei [illegible] ne dedignaveris accipere [illegible] et clementissima Mater. Impera domus, patria non [illegible] que pari, et [illegible] carere Tu mihi tuum propitiare filium, qui salus, vita, victus, gaudium, et pax sit in Patria Amen.

ASTA

Io. Bapt. Coriolan. Incid.

Ex legato Ill.mi [illegible]ccini



ILLVSTRISSIMO,
AC REVERENDISS. PRINCIPI
SCIPIONI
BVRGHESIO

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Amplissimo, Domino, & Patrono Collendissimo.

FRATER PAVLVS CARRARIA
Ex Prædicatorum familia Felicitatem Precatur.





Iam lætus, & spe plenus tibi me sisto Illustrissime, & Amplissime Cardinalis, Conscius enim propriæ imbecillitatis id non audebam, pusillus veritus optimatem. Rogaui, impetraui, cui opus Reginæ Cœli deuotum exhiberetur. Anxiabar in intimis hæsitando, an iure, vel iniuria alteri, quàm superi, inferiq; orbis Patronæ, huius operis patrocinium committeretur. Consului, resq; sacra Consultor, docuit me Virgo, te eum esse, cui hæc communio præstaretur; idquè plurima suasuerunt, tua dignitas, tua benignitas, tua auctoritas potissimùm, vt quod ipse minimè, tu cumulatissime posses; excitauit Virgo Sanctissima cor, vt te vnum inter cæteros deligerem; quia suæ Religionis Protector, pietatis in ipsam, & promotor, & defensor; quia magnifici, ac præstantissimi Regis, & Sacerdotis es filius, Nepos, & in Regimine Consors specialis; quia imitari cogeris, quæ in exemplari quotidiè vides. Admirabile opus, cuius non est simile, nec vnquàm fiet in regnis vniuersis, sacellum (inquam) sub titulo Sanctæ Mariæ Maioris à Summo Pontifice in te, vel potiùs tuas in virtutes semper propenso constru-

constructum inuitant; vt hæc tibi soli ex eiusdem Virginis nomine offerantur. Tibi mea & quidem plurimùm Religio debet; ego verò quantum non verbis quidem explicare, nedum pari munere compensare possum. sed cor inspice: donum ex corde dicatum contuere: errata neglige: opportuna approba: paucis excusa; non accusa. Labor enim liber omnis, & scribendi nullus finis; quia imperfecta cognitio hominis cuiuscunquè: me & opus, quod est Virginis almæ, hilari suscipias animo; & Deus, Virgoquè patrocinij tui vmbram æterni solis luce compenset.

Auctor

D. O. M. M. V. D.

DE LITTERALI, AC MYSTICA REGVLARVM IVRIS CANONICI Interpraetatione, & veritate.

OPVS IVRISPERITIS VTILE. THEOLOGIS VALDE ACCOMMODVM, CONFESSARIIS OPPORTVNVM.

Verbiq. Dei Concionatoribus ceù proprium, omnibus etiam cuiuſcunque Profeſsionis non iniucundum.

In quo vſque ad intima fit declaratio Regularum Iuris Canonici in triplici ſenſu cum appoſitione Quaeſtionum Praeambularium apprimè declarantiũ nodum multarum difficultatum Theologalium, Legalium, & Moralium parantium viam ad ipſaſmet Regulas Iuris Canonici.

Ac pro libero vſu operis in Duos Tomos diſtinctum.

AVCTORE

FRATRE PAVLO CARRARIA DE CASALI MONTISFERRATI

Almi Ordinis Praedicatorum, ac Prouinciae vtriuſque Lombardiae Sacrae Theologiae Magiſtro, & nunc Regente in Generali Studio Sancti Dominici de Bononia.



BONONIAE.

Apud Haeredes Ioannis Roſsij. M.DC.XVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Nos Frater Seraphinus Siccus Papiensis Sacræ Theologiæ Professor, ac totius ordinis Prędicatorum humilis Magister Generalis, & seruus.

CUm acceperimus Te Admodum Reuerendum Patrem Magistrum Fratrē Paulum Carrariam de Casali Prouinciæ nostræ vtriusq; Lombardiæ, quoddam opus edidisse de litterali, & mystica regularum Iuris canonici interpretatione, & veritate, quod si typis expressum in lucem prodiret non paruæ ad Dei gloriam, & proximorum eruditionem, publica proueniret vtilitas, quare Tenore præsentium præcipimus tibi in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ sub formali Præcepto, vt seruatis omnibus, & singulis seruandis tàm iuxta Sacri Concilij Tridentini sanctiones, quàm Indicis nuper editi regulas, ac deniq; omnibus alijs iuxta nostrarum seriem legum, dummodo reuideatur ab admodum Reuerendis Patribus Magistris Fratre Petro Martyre de Urceis, Fratre Lactantio de Cremona, & Fratre Ioanne Baptista de Sextula, quàm primum ad publicam vtilitatem, vti prædiximus, excudenda procures. In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem, &c. Datum Bononiæ die 20. Septembris 1614.

Frater Seraphinus qui supra.

Loco quondam admodum Reuerendi Patris Magistri Fratris Petri Martiris de Vrceis Reuerendissimus Pater Generalis substituit Reuerendum Patrem Fratrem Petrum de Florentiola Lectorem Theologum in eodem Conuentu Sancti Dominici de Cremona pro reuisione prædictorum operum, prout supra.

Ità est Frater Ioannes Baptista Bossius de Capriata Magister, & Socius.

Locus sigilli.

Nos infrascripti maiorū iussu librū hūc, qui de litterali ac mystica Regularū Iuris canonici interpretatione, & veritate inscribitur labore, & industria Religiosissimi, ac doctissimi viri Admodū R. Patris Sacræ Theologiæ Magistri, Fratris Pauli Carrariæ de Casali Montisferrati editum diligenter inspeximus, & nihil in eo contra fidem, bonos mores, aut sanctiones Ecclesiasticas reperimus: quinimò multa deuotione, ac doctrina refertum, pluribus profuturum esse adiudicauimus; In quorum fidem his manu propria subscripsimus Dat. Cremonæ die 15. Februarij. 1615.

Ita est Frater Ioannes Baptista de Sextula Magister, & Prior Sancti Dominici de Cremona.

Frater Lactantius Cremonensis Magister.

Frater Petrus de Florentiola Lector Theologus. Locus sigilli.

Nos infrascripti ex Reuerendissimi Generalis nostri Commissione recognouimus quatuor vltimas Regulas supra sex primò recognitas, nilq; contra fidem vel bonos mores reperimus. Imò omnia & singula in eis contenta, tamq; veritati cōsona, & Lectoribus valde proficua digna impressione Iudicauimus. In quorum fidem. Die 7. Martij. 1617.

Ità est Frater Sixtus de Mutina Baccalaureus.

Frater Claudius à Burgotari Sacræ Theologiæ Lector, & in almo Studio Bononien. Magister Studentium manu propria.

Ego Franciscus Scortia Theologus Societatis Iesu Iussu Illustrissimi, & Reuerendissimi Alexandri Ludouisij S. R. E. Cardinali, & Archiepiscopi Bononiensis recognoui hoc eruditissimum opus ab Admodum Reu. Patre Fratre Paulo Carraria sapientissimo, & celeberrimo Sacræ Dominicanæ familiæ Theologo, multis vigilijs, laboribusq; elaboratum: & Quoniam omnia in eo reperi & optimorum Canonistarum, & Scholasticorum sententijs ex Sanctorum Patrum, & præcipuè Angelici Doctoris Doctrina, e sacrorum deniq; Cōciliorū fontibus hausta dignissimum opus Typis, & publica luce censeo. Bononiæ die 27. Octobris. 1616.

Franciscus Scortia Theologus Societatis Iesu.

Locus sigilli.

Ego Frater Hieronymus Onuphrius Romanus Cōgregationis Sancti Hieronymi, Doctor Collegiatus, lector Publicus, ac Sanctissimæ Inquisitionis Consultor, pro Reuerendissimo Inquisitore Bononiæ Magistro Paulo de Garexio.

Opus locupletissimum inscriptum de letterali, ac Mystica Regularum Iuris Canonici Interpretatione, & veritate: Conscriptum verò ab Admodum Reuerendo Patre Fratre Paulo Carraria, multo labore, studio, ac vigilijs fabricatum, compositum, ac tandem perfectum, in quo tanquam in præclarissimo speculo vniuersa penè Theologia, tàm speculatiua, & pratica, quàm positiua, nouo ac mirabili quodam ordine, ac modo relucet; ex quo item quisq; non solum Theologus, ac moralis, sed etiam sacrarū litterarū, vel etiam Iuris Canonici studiosus satis superq; sua petere potest. Vidi ego frater Hieronymus suprascriptus, ac non solum primo ex officio mihi delegato diligentiùs percurri, sed tanta animi mei oblectatione, vel etiam secundo perlegi vt nunquam (dicam more maiorum) me tantam in perlegendis aliorum libris percepisse fatear: Addo vnum, vt plurima in illo scitu, ac notatione digna adnotauerim, plurima miratus sum, demum plurima, dicam, didicerim: quasi non solum Typis dari posse, sed quantum in me fuit, dari curauerim, neq; enim in eo non nisi consona sacris litteris, sacris Concilijs, ac pijs moribus contineri reperi. Imprimatur igitur.

Ego Frater Hieronymus qui supra.

Locus sigilli.

Auctor Lectoribus benè affectis.



N opus maximis vigilijs elaboratum sese vobis offert studiosissimi Lectores. An vobis placiturum, experiemini. Hoc vnum pro certo, quod si cætera, eximia perit͡ia, singularis elegantia, pulcher ornatus, amabilis curiositas desint; nunquam deerit simplicitas in dicendo, animi optima affectio, cordis integritas, & ingenuitas; super omnia autem maxima obseruantia ad omnes quot quot scripserunt. Hinc mihi fit, vt nullum pertimescam; euenire enimuerò mihi haud posse existimem, qui neminem lædo, vt ipse Iustè, & non iniuria lædar. Sapientum enim proprium est non lædere nec læsi. sciunt namq; labores, ac Dei dona non inæqualibus æqualia concessa. Cæteri, vel qui sapientes se profitentur, non tamen, & quorum palpebræ in sursum porrectæ sunt, paratiq; suscitare leuiathan ad contradicendum si mordeant, hos non vereor: sed eis illud Martialis obijcio. Aut carpere ne velitis, aut vestra edite. Quòd si sciscitet, quarè pro Magisterij onere, & dignitate non sedem mihi aptauerim, vel inter sacræ scripturæ expositores, vel saltem inter scholasticos Commentatores; cæterum magis dormientem (vt parabolicè dicam) excitauerim Iurisperitiam inter confinia Theologalium, ac legalium mihi constituendo sedem. In promptu est quod loquar, & quomodo excuser; vltra ea, quæ pro animi mei sēsu, & expressione paulo post declaraturus sum. Siquidem inter primos non sum ausus, sed maximè veritus, & inscitiam, & impuritatem meam; mundi enim corde, & immaculati esse debent pro posse qui ad summi Regis arcana accedunt. Inter secundos occupata valdè loca esse reperi nec valeo altiores, vel æquales adhibere conatus; facilis alieno intellectui cedere, quā cōtētionib. deseruire. ad quas se inuicē cogūt, qui huiusmodi onus assumunt; contentus ipse sola, & simplici veritate; & vt liberè fatear, plurimū semper mihi placuit suauitas verborum D. Tho: eiusq; in dicendo securitas, ita vt meo iudicio ipse solus sibi sufficiat, seipsumq; declaret. Vndè fit vt nostris temporibus plures sint commentariorum sectatores, quàm præcipui auctoris, & vix apparet veritas, quàm tamen omnes optimo zelo indagare conantur. Iustum ergò mihi fuisse arbitror, paulisper abscedere, in remotioribusq; locum inuenire, præueniendo vnumquemq; istorum honore, & Reuerentia: Accedit tamen ratio potissima, quarè sic delegerim, nimirum vt mihi iter pararē ad diuersa pro occasione, vt abundè infrà dicturus sum in exprimēdo intentionem, & ordinem in his nostris laboribus. Et breuiter diuisiones gratiarum sunt. Idem autem spiritus diuidens, & distribuens prout vult. Plurima etiam studiosi lectores in nostris dictis reperient, quæ sunt aliorum, nec tamen in hoc me reprehendit cor meum; & quia doctiores me hoc idem facere conspexi, in tantum vt non erubuerint de verbo ad verbum transferre, non dico sentētias, sed plenos (vt dici solet) & formales articulos D. Tho. vel quorumcunq; aliorum nihil prorsus superaddendo. Et quia adeò timidus incedo in exponendo veritatē, vt magis tutum mihi, & alijs iudicauerim eam, quam alij, & non quæ mihi visa esset, exhibere; Ita tamen quod semper aliqua pro lumine mihi concesso, vel adderem exponendo, vel ad intentionem dearticulatius applicando: nec desunt multa nondum sub ea forma, quæ proferuntur in lucem edita. Non ergò culpandus venio, qui quod didici, doceo: quod alios facere vidi imitatus sum. An demùm aliqua vtilitas ex his nostris pauperrimis, & abiectis dictis, & adductis legentibus futura sit; Deo cuius dono, & munere edita sunt, & Virgini, cuius intercessione me suffultum apertò conspexi, iudicium relinquo. Hilarem igitur Datorem hilari vultu candidi lectores benè visum admittite, non confusum reijcite.

Inten-

Intentio Auctoris declaratur, vnà cum ordine seruando in toto opere circa ea, quæ principaliter quæruntur, & inuestigantur.

Apud D. Th. Lect. Decima.



VO sunt in quibus omnis commendatio benè agendi consistit: Vnum vt propositum, ac finis agendi rectè subiaceat, aliud vt eas, quæ ad illum finem ferant actiones inueniamus. Ita Phylos.Polit. septimo. Propositum igitur nostrum in toto hoc opere est pro posse omnibus, & singulis nos debitores constituere (sapientū enim vox est.) Non nobis nati sumus,sed alijs quoque; omnes etiam,& singulos vnà nobiscum prouocare ad Dei laudes; Deiparæq; Virginis encomia persoluenda; excitare insuper vniuersos, (Religiosos maximè) ad studia Sacrorum Canonum,quorum scientia vtilis, ac necessaria est: Sacerdotibus verò ceù propria; vndè & reprehensione digni sunt qui his minimè vacant: Et quoniam ex altera parte intuemur diuersas hominum occupationes. Ipsos item Religiosos valdè intentos speculationibus,in quibus ferè totam consumunt vitam,vixque est qui oculos aperiat pro habenda cognitione illarum virtutum,quæ solæ bonum faciunt habentem, opusque illius reddunt bonum,cuiusmodi sunt virtutes morales,vt idem Phil. attestatur, facileque se excusant secundum illud commune assertum. Ars longa,vita breuis, & pluribus intentus non potest fixum, & certum intuitum ferre in singula. Cogitauimus pro tali proposito, & fine consequendo ea media disponere,ac præparare,quæ nec animum reuocent ab intentione, nec scandalum subministrent, quin certò & infallibiliter spes relinquatur in omnibus id posse consequi promptè, ac facillimè, quod vnumquemque assequi iustum est. Quapropter cogitauimus opus certè arduum, & impar nostris viribus (si ipsa iuuandi voluntas non excusaret) aggredi, quatenus sine longo labore, possit vnusquisquè scire,quid sibi incumbat pro sua conditione,& statu, quale studium cuiusquè debeat esse circa mores componendos,& dirigendos ad eum finem, ad quem vocatus est. Et quia imbecilles sumus, nec sufficientia aliqua in nobis ex nobis est, idcircò recursum parauimus ad SACRATISSIMAM CHRISTI MATREM, vt eius auxilio omnia in nobis perficiantur. Quarè ne nos metipsos,& alios deffatigemus. Regulas iuris Canonici complexi sumus (In his enim totum ferè Ius clauditur mirabili arte,& singulari perstrinctione.) Quas omnes, & singulas Deo concedente secundum triplicem sensum proponimus dilucidare, ac manifestare pro vtilitate omnium legentium. Primò (inquam) secundum litteralem sensum, addendo tamen multa, & Corrollaria quædam secundum numerum singulorum terminorum cuiusquè Regulæ,non vt carpamus Iurisperitos quasi fuerint diminuti, cæterum per ordinem ad intentionem nostram,ac communem vtilitatem. Secundò Mysticè in genere fiet applicatio eiusdem Regulæ, per ordinem ad mores, vel certè secundum aliquem alium sensum mysticum,& spiritualem. Tertiò vt in pluribus imò semper seruata pro posse identitate terminorum Regulæ iam declaratæ fiet applicatio ad BEATAM VIRGINEM, cuius honorem,gloriam,ac laudem cordi habere semper volumus,confisi quod suffragatura nobis sit in omnibus,nec dedignabitur humilia,& abiecta bono animo sibi oblata. Nam pluris semper animi voluntas,quàm muneris magnitudo facienda est.

Ethic. 2. l. 1. apud D. Tho. Auicenn. s in principio Aphor.

2. Corr. 3.

Et quoniam Regulæ Iuris Canonici numero sunt octuaginta, & octo, cogitauimus pariter aliquas omnibus illis præmittere quæstiones, quas præambulares nominamus, (non quia omninò sint necessariæ ad intentionem nostram) potuissemus enim nosmetipsos perstringere in minori numero cum quæstionum, tum articulorum. Cæterum pro magnificanda scientia Sacrorum Canonum; pro dilucidandis multis difficultatibus, quæ facilè in progressu declarationis ipsarum Regularum occurrere possent. Item pro satisfactione curiositatis legentium, itaut omni ex parte reddantur proficua, & vtilia simul vaga, & amabilia, quæ dicturi sumus. Sic namque forsan continget qui optimum finem statuimus,opportunaquè media complectimur,vt Deum iugiter in cordibus nostris glorificemus:& quia doctrinam scholasticam, & legalem simul coniungimus, commiscemus etiam modum legalem cum scholastico paria paribus reddentes. Insuper pro cōmuni vtilitate septem apponimus Indices,quorum primus est articulorum omnium, tùm quæstionum Præambularium,tùm Regularum secundum eum ordinem,quo singulæ,& Quæstiones,& Regulæ proponuntur. Secundus erit Quæsitorum intermixtorum, videlicet quæ in gratiam difficultatum principalium interseruntur, quibus pro ampliori commoditate in margine vtriusque apponimus loca correspondentia in Doctr. D. Tho. itaut lector in studendo illis possit pro libito vti his nostris declarationibus secundum quòd ipsi benè visum fuerit. Vndè huiusmodi postillationes

tiones erunt loco Indicis ad summam D.Tho. Tertius Index erit rerum omnium, quæ habentur in toto opere; hunc verò sic abundantem fecimus, & cum tali vigilantia in correctione, vt alij Indices, quasi superfluere videantur. Quartus est de B. V. secundum ordinem, & dispositionem Alphabeti. Quintus casuum conscientiæ in commodum Confessariorum. Sextus auctoritatum sacræ scripturæ, quæ potissimum ex intentione declarantur in ambobus Tomis, alijs prætermissis pro euitanda prolixitate. Septimus Index statuitur pro Concionatoribus, in quo vt plenè illis satisfaciamus pro quolibet Euangelio currente, cuiusuis festi de Sanctis, vel etiam Dominicę, & dierum Quadragesimę tria assignamus Themata; Duo videlicet per ordinem ad aliquam materiam secundum Euangelij occasionem. Tertium pro laudanda Virgine Deipara, vt vel sic nostros semper excitemus affectus ad illam, & in eius deuotionem accendamus Auditores. Alij duo super adduntur Indices nimirum octauus, qui est Auctorum, quorum Doctrina circumtegimur, & hic ad ornatum, & Decorem totius operis. Vltimus index erit erratorum cum tamen (vt credimus) paucissimi errores vitiãtes sensum reperiantur; quod vtiquè continget ex maxima animi nostri anxietate circa hoc, siquidem, vt omnem euitaremus monstruositatem folia integra denuò imprimi curauimus. Si verò aliqua alia deesse viderit Lector, experiatur ipse labores, tunc iudicet, an digni reprehensione, vel certè indulgentia simus; vt autem ad oculum pateant omnia promissa; iam opere exequamur Regula, & forma, prout infrà.

Index Auctorum, tàm Theologorum, quàm Iurisperitorum, siuè quorumq; aliorum quorum Doctrina circuntegitur, & ornatur præsens opus.

INDEX QVÆSTIONVM

Ac Regularum Articulorumq; earundem cũ concordantia ad Doctrinam D.Tho.

Quæstio prima de qualitate ſcientiæ Canonicæ.



p.1.q.1.a.1. *Rticulus primus. Vtrùm ſcientia ſacrorum canonum ſit neceſſaria homini ordinato ad bonum commune ciuilitatis Chriſtianæ.*

1.q.1.a.2. *Articulus ſecundus. Vtrùm notitia ſiue habitus, qui ex ſacris canonibus colligitur ſit ſcientia, propriè loquendo de ſcientia, vt nimirum eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus.*

p.1.q.1.a.3. *Articulus tertius. Vtrùm hæc ſcientia, quæ canonica dicitur ſit ſubalternans, aut ſubalternata, & cui ſubalternetur.*

p.1.q.1.a.4. *Articulus quartus. Vtrùm ſit ſcientia ſpeculatiua, an practica tantum.*

p1..q.1.a.7 *Articulus quintus. Vtrùm habeat ſubiectum, & quodnam illud ſit.*

p.1.q.1.a.5. *Articulus ſextus. Vtrùm hæc ſcientia, quam canonicam dicimus ſit dignior alijs ſcientijs.*

Articulus ſeptimus. Vtrùm ſtante dignitate ſcientiarum in genere, maximè autem ſciẽtiæ canonicæ licitũ ſit appetere Cathedram Magiſtralem, ſeù magiſterium ad ipſas edocendas. Secunda ſecundæ q.85 a.1. & quolib. 3. q. 4. art.9.

Quæſt. ſecunda de diuerſitate ſcribentiũ & docentium alios, ac de eorundem qualitatibus, & conditionib.

In Prologo ad ſum.& c.8. A *Rticulus primus. Vtrùm ſcribentium, ſiuè docentium alios ſit eadem lex, & forma*

2.2.q.5.a.1. & p 1.q.105 a.5. & opuſ. 72. *Articulus ſecundus. Vtrùm Deus ſit, ac dici debeat author ſcientiæ canonicæ, immo omnium ſcientiarum.*

3 p.q. 42 a. 4. & 2.2.q.1. a 4 & q.176 a.7.ad pri. *Articulus tertius. Vtrùm Chriſtus pariter debeat, & poſsit dici author huiuſmodi ſcientiæ canonicæ.*

Articulus Quartus. Vtrùm Papa ſit aliquò modo illius author. 2.ſent.d.44. & 4 c. 8. c. 16. & p.p. q 96.a.4.

Articulus quintus. Vtrùm Gratianus debeat dici author ſcientiæ canonicæ; item Bonifacius octauus regularum iuris.

Articulus ſextus. Vtrùm appetitus ſcientiæ ſit nobis à natura. p.1.q.80.a.1

Articulus ſeptimus. Vtrùm diuerſi appetitus per ordinem ad diuerſas ſcientias, vel artes aut etiam mores ſint nobis à natura. 1.2.q.63.a.1. & p.1. q.85. a.7.

Articulus Octauus. Vtrùm docenti alios verbo, vel ſcripto propter Deum debeatur merces ſpecialis, vel vt alij dicunt, Aureola. p.1.q.95.a.4 & 4. ſent. d. 59.q.5.

Articulus nonus. Vtrùm qui docet legendo, ſiue prædicando exiſtens in mortali peccet mortaliter. 2. 2. q. 187 a 1.& 4 diſt. 19. q.2 a.2. q.2 ad 4.

Articulus decimus. Vtrum qui docet per totũ tempus vitæ ſuæ propter vanam gloriam penitendo in finẽ recuperet Aureolam. 2.2. q. 134. a 4.& 5.

Quæſtio tertia de varia titulorum acceptione, & accomodatione, necnon ſcientiæ Canonicæ, huiuſq; libri titulo.

A *Rticulus primus. Vtrùm titulus vniuocè dicatur ideſt ſit nomen vniuocum.*

Articulus ſecundus. Vtrũ nomen titulus ſẽper ſignificet aliquid in bonũ, vel etiã in malũ. 2. 2. q. 95. a.4.

Articulus tertius. Vtrùm congruè aſsignetur titulus ad ſcientiam ſacrorum Canonum.

Articulus quartus. Vtrùm Deo conueniat aliquis titulus proprius. 2.2. q. 30. a.4.

Articulus quintus. Vtrùm Chriſto conueniat pariter aliquis titulus ſpecialis.

Articulus ſextus. Vtrùm Beatæ Virgini. 3.p.q 31.32 33. & 34.

Articulus ſeptimus. Vtrũ Summo Pontifici.

Articulus octauus. Vtrùm Cardinalibus.

Articulus nonus. Vtrùm alijs quomodolibet in aliqua dignitate conſtitutis. 3.ſent.d:44 a.3 ad 4. & d.24 q.2 a. 1.q.1.

Articulus decimus. Vtrùm nos conuenienter aſsignemus titulum huic libro.

Quæstio quarta de Regulis iuris in genere, de potestate scilicet, & necessitate earum.

Articulus primus. Vtrum rectè tradantur, quæ pro Regulæ descriptione dicuntur à Iuris Peritis, & in speciali, an Regula constituat ius, vel sit tantum ex iure constituta.

p.1.q 79. a.12. 1.2. q.57. ar.5. & 6. *Articulus secundus. Vtrum detur aliqua certa regula omnibus, & singulis hominibus necessaria ad rectè operandum.*

2.2 q 58. a.6. & p.1. 2 q 56.a.4 *Articulus tertius. Vtrum Principes, & qui sunt in potestate constituti teneantur alicui regulæ, & maxime suis legibus.*

2. 2. q.81. art.1 & q. 104. a.5. *Articulus quartus. Vtrum Religiosi subijciātur alicui regulæ, quæ sit necessaria illis omnibus, & singulis.*

1.2.q 108 a 3 & 4. *Articulus quintus. Vtrum iusti, & perfecti subijciantur legibus humanis, & an egeant aliqua regula in suis actionibus, & operationibus.*

p. 1. q. 19. a.5. *Articulus sextus. Vtrum Deo conueniat aliqua regula, quæ sibi sit ratio agendi ad extra.*

De Regulis in particulari.

Regula Prima.

Beneficium Ecclesiasticum non potest licite sine canonica institutione obtineri.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò vtrum sit rectè assignata.

p 1.q.12 a. 4 & pri.2 q.109. a.6 *Secundò vtrum ad beneficia spiritualia consequenda præexigatur in nobis aliqua legalis, siue legitima institutio.*

3.p q.2.a. 11. & p. 1. q. 114.art. 6. *Tertiò, vtrum B.V. legitimè fuerit instituta in matrem Christi.*

Regula Secunda.

Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

Secundò, vtrum dari possit aliqua conscientia, adeò mala, quæ secundum aliquod genus peccati præscribat sibi irremissibilitatem in præsenti vita sic, quod neq; in hoc seculo, neq; in futuro remittatur sibi peccatū, nec etiam quo ad culpam. 2. 2. q. 14. & de malo q.3.a.14.

Tertiò, Vtrum bona fides, siue bona conscientia quæ extitit in B. V. præscripserit sibi summum puritatis gradum post Christum. 4.send.17 q.2.

Regula Tertia.

Sine possessione præscriptio non procedit.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

Secundò, vtrum rerum spiritualium verè, & propriè sit possessio, & an titulo præscriptionis, vel alio possideantur ab homine. p.1 q.82. a.1.

Tertiò, vtrum B. V. ita possederit bona spiritualia in hac vita, quod certa esset suæ præscriptionis ad gloriam. 1.2 q.112. art.5 & de ver.q.6.ar.5.

Regula Quarta.

Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

Secundò vtrum inducens aliquem ad peccandum, vel quomodolibet occasionem præstans alicui, quod deperdat bona spiritualia quæ primo possidebat teneatur eidē de damno illato titulo restitutionis, aut quocūq; alio 1. 2. q. 80. a. 1. & q.9. & q.75.a 2

Tertiò, vtrùm B.V. ex singulari priuilegio fuerit communicata Passio Christi, vt simul cum illo, & per illum restituerit, & exoluerit quod nos peccando Deo abstuleramus.

Regula Quinta.

Peccati venia non datur nisi correcto.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

Secundò, vtrum cordis correctio sit adeò necessaria quod per nullā potentiam sine illa non 3.p.q.85. per totam & 1.2 q 63 a.1.&q 113 a.3 & 8

non possit remitti peccatum.

3. p. q. 27. a. 2. *Tertiò, vtrum B. V. omninò à quauis labe peccati munda fuerit, itaut non eguerit aliqua correctione, nec egere potuerit.*

Regula Sexta.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

1. 2. q. 2. a. 3. & 2. 2. q. 2. a. 3. & 4. *Secundò, vtrum obligemur ad credendum aliqua supra rationem non obstante eorum impossibilitate per ordinem ad vires naturæ nostræ secundum se.*

3. p. q. 30. *Tertiò, vtrum B. V. Angelo dicenti, ac proponenti, quod seruata Virginitate conciperet, ac pareret obligaretur eidem credere, etiam quod ratio dictaret hoc esse impossibile secundum naturæ vires.*

Regula septima.

Priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

1. 2. q. 94. a. 6. & q. 100. a. 8. *Secundò, vtrum ex priuilegio, vel dispensatione possit aliquis in toto, vel in parte eximi ne teneatur iuri diuino, vel etiam naturali.*

3. p. q. 26. per totam *Tertiò, vtrum esse Aduocatam peccatorum sit priuilegium personale B. V. concessum.*

Regula octaua.

Semel malus semper præsumitur esse malus.

Circa quem quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

1. 2. q 82. a. 1. & q. 81 a. 4. *Secundò, vtrum ex quo Originale peccatū contraximus ab Adam Prothoparente, hoc præsumendum sit de quocunq; peccato commisso ab eodem; imo hoc idem dicendum sit de peccatis proximorū parentum, quod similiter traducantur in posteros.*

Tertiò, vtrum B. V. in aliquibus potuerit præsumi mala, non obstante quod immunis fuerit ab omni peccato. 1. 2. q. 81. a. 2. & opusc. 2. c. 224.

Regula Nona.

Ratum habere non possum quod meo nomine non est factum.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrùm sic rectè assignata.

Secundò, vtrum opera nostra bona necessario fieri debeant in nomine Domini, adhoc vt ab illo rata habeātur, acceptaquè sint ad meritum nostrum. 1. 2. q. 18. art. 8. & 9. & 2. d. 40. a. 5. & de malo q. 2. a. 5. ad 7.

Tertiò, vtrum operari in nomine Virginis ratū habeatur à Deo, acceptumq; ad speciale meritum nostrum. 2. 2. q. 103. a. 4.

Regula Decima.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato æquiparari non est dubium.

Circa quam quæruntur tria.

PRimò, vtrum sit rectè assignata.

Secundò, vtrum per ratihabitionem eius, qui existit in gratia retrotrahatur meritum ad bona; quæ quis fecit existens in mortali, itaut quasi mandante, & imperante charitate censeantur facta. 3. p. q. 13. alias 89. a. 6.

Tertiò, vtrum Piæ affectiones nostræ, & deuotiones ad honorem, & cultum B. V. exhibitæ sint dignæ ratihabitione, ita vt retrotrahatur ad illas meritum, quasi mandāte charitate, non obstante, quod quandoque non innitantur fundamento vero, & reali ex parte eius, quod assumitur pro materia Cultus, & reuerentia ad illam. 2. 2. q. 101. & q. 82. ar. 1. & pri. a. q 88.

FINIS.

INDEX QVÆSITORVM.

Quæ inter principalium Quæstionum Articulos immiſcentur additis locis ex D. Thomæ Doctrina citatis.

Chriſtus

Inanis

peccato

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
Rerum omnium, quæ in toto hoc Opere continentur.

Nota vbi legeris Quæst. require in tomo primo, vbi verò legeris Regula, &c. require in tomo secundo.

Nota secundo, quòd vbi erunt quæsita comprehendi intelligũtur sub eodem puncto, videlicet secundo, sed pag. apertè indicabit.



INDEX.

fuisse

B

Benè

C

Chri-

Christo

Christus

Christus

Collum

INDEX

D

Debi-

Dict

Docta

E

F

ginis

Firma

actionem

I

Impietas

Lumen

N



P

Non

An

INDEX.

Posses-

Princeps

Prudentia

Q

R

Abdu-

INDEX.

Peccati

S

Sub-

T

INDEX.

Titulus

Tituli

X

Z

FINIS.

INDEX DE BEATA VIRGINE per ordinem Abecedarij.

A

B

Cultum

D

Ecclesiam

E

F

G

H

I

L

N

O



Radices

R

S

T

V

FINIS.



Index

INDEX
CASVVM CONSCIENTIÆ.
Qui elucidantur in hoc opere citrà casus, qui habentur occasione argumentorum pro litterali sensu Regularum,

Iurans

FINIS.

Index

INDEX
AVCTORITATVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ,
Quæ in hoc opere explicantur.

Prouerbiorum.

Ecclesiastes.

De Canticis Canticorum.

Sapientiæ.

Ecclesiastici.

7 In

Ex Marco.

Ex Luca.

Ex Ioanne.

14 Si

INDEX PRIMVS
PRO CONCIONATORIBVS,
Videlicet de Sanctis per totum Annum.

In quo tria Themata pro quolibet Euangelio proponuntur, itaut tertium semper sit pro recordatione Virginis Deiparæ.

The-

Thema

q.3.

In



INDEX SECVNDVS
PRO CONCIONATORIBVS,
Videlicèt pro Dominicis diebus per totum Annum, necnon pro Quadragesima.

In quo tria Themata pariter proponuntur pro quolibet Euangelio modo prout in præcedenti.

Feria

The-

Errata,& prætermissa in Indicibus Concionatorum.

In festo S.Stephani protomartiris.Thema primum,loco ly capientes lege sapientes
In festo S Io.Apost.& Euang.Thema secundum,loco ly tulit lege voluit
In festo SS.Fabiani.& Sebastiani Thema secundum,loco ly qui lege quo,item post ly omnia lege ad omnia
In festo S.Agnetis Virg.& Mart.loco ly luminibus lege hominibus
In Annunciatione B.V.loco ly Adonaison lege Adonayssam
In vig.S.Io.Baptistæ Thema primum loco ly Confirmari lege Conformari
In festo SS.Mart.Io.& Pauli loco ly Cauendo lege Cauendum
In Natiuitate B.V.Thema tertium loco ly Regulas lege Rogatus
In Exaltatione S.Crucis Thema primum loco ly apertisime lege aptisimè
In festo SS.Ianuarij.& sociorum Thema tertium loco ly Recesserunt lege Accesserunt
In vig.Apost.Simonis,& Iudæ Thema secundum loco ly manet lege manete

Ex Indice secundo.

Dominica 3.post octauam Epiphaniæ Thema primum, vbi legitur reg 9.lege reg.6.
Feria 2..post 4.Dom.Quad.Thema tertium deest citatio loci,quare legend.est reg.5.ar.3.p.1.nu.5.pag.19e

Tomi Primi

Pag.	num.	linea	Errata	Corrigenda
27	5	5	effectum	affectum.
35	13	1	magis	maius
39	3	5	oppofuerit	appofuerit
63	25	5	vitiofos	virtuofos
73	3	5	ar	vt
78	32	2	directiua	difcretiua
81	20	4	Chriftus	Criftas
105	9	10	Quinti	Quarti
109	17	2	iniqua	in qua
118	41	18	præfectus	perfectus
86	88	1	paucifsimis	purifsimis
86	88	5	purifsimis	paucifsimis
133	1	8	duplex	triplex
240	35	16	cæteris partibus	cæteris paribus
219	20	7	cum ars fit ars regimen	cũ ars artium fit regimen
269	97	1	Dominum	Dominium
201	33	9	verũ potuerit Chriftum	Chriftus
303	25	12	æri	hæri
308	25	5	ad	at
309	31	5	reperi	reperiri
325		3	obricti	obftricti
326	8	4	fine	luce
340	6	32	tanum	tantum
341	19	4	noluiffe	voluiffe
363	14	1	domum	donum
363	20	2	adfit	ab fit
363	20	7	deftruerut	deftrueretur

Tomi fecundi

Pag.	num.	linea	Errata	Corrigenda
7	5	3	vbi	ibi
15		3	Scoto	Sancto
53	27	2	permifsio	permixtio
55	7	2	huius	cuius
64	9	1	quæ	qua
64	11	1	fremore	tremore
77	18	1	tamen	fecundum
84	16	5	ex	&
89	10	8	dignior	dignioris
117		1	ferror	terror
121	8	9	eliam	etiam
132	15	11	dant	debet
139	15	4	conderata	confiderata
140	19	7	peracti	fperati
166	13	4	&	vt
166	13	5	vt	&
166	14	15	vel	vt
198	9	1	omnino	oratio
219	35	8	electos	electio
238	2	7	bonum	bonorum
267	35	1	dicendo	dicimus
285	25	2	ad motum	motum
309		6	potuit	potuerit
334	11	3	latius	fatius
345		6	oblato	obiecto
363		1	ac fi	auxij
370	2	17	vt	aut
372	15	5	faluare	falutare
383	3	4	damuo	damnum
388	7	6	ibi comedem	fi Nicomedem

D. O. M. M. V. D.

DE LITTERALI AC MYSTICA REGVLARVM IVRIS CANONICI Interpraetatione, & veritate.

TOMVS PRIMVS.

QVÆSTIONES PRÆAMBVLARES;

AVCTORE, ET EXPOSITORE
FRATRE PAVLO CARRARIA
DE CASALI MONTISFERRATI
Almi Ordinis Prædicatorum, ac prouinciæ vtriusq; Lombardiæ Sac. Theologiæ Magistro, & nunc Regente in Generali studio S. Dominici de Bononia.

QVÆSTIO PRIMA.



ANTEQVAM *aggrediamur opus declarandi regulas in particulari, quatuor præmittimus Quæstiones præambulares; quæ maximè aperiunt nodum omnium dicendorum, suntq; valdè vtiles pro quacunque materia speculatiua, morali, necnon legali.*

Quæstio igitur prima quærit de qualitate scientiæ Canonicæ in genere. Circa quam septē inuestigantur. Videlicet.

PRIMÒ, *vtrùm scientia sacrorum Canonum sit necessaria homini ordinato ad bonum commmune ciuilitatis Christianæ.*

Secundò, vtrùm notitia, siuè habitus, qui ex sacris Canonibus colligitur sit scientia propriè loquendo de scientia, vt nimirùm est habitus per demonstrationem acquisitus.

Tertiò, vtrùm hæc scientia, quæ Canonica dicitur sit subalternans, aut subalternata, & cui subalternetur.

Quartò, vtrùm sit scientia speculatiua, an practica tantùm.

Quintò, vtrùm habeat subiectum, & quod nam illud sit.

Sextò, vtrùm hæc scientia, quam Canonicā dicimus, sit dignior alijs scientijs.

Septimò, vtrùm stante dignitate scientiarū in genere, maximè autem scientiæ Canonicæ, licitum sit appetere cathedram magistralem, siue magisterium ad ipsas edocendas.

QVAESTIONIS PRIMAE ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm scientia sacrorum Canonum sit necessaria homini ordinato ad bonum commune ciuilitatis Christianæ.

VIdetur quòd scientia sacrorum Canonum non sit necessaria.

Primò, quia sufficiēter, manemus instructi, quo ad intellectū in Philosophicis sciētijs speculatiuis, & quo ad affectū, in sciētijs moralibus, ergò.

Secundò, Baruch. 3. de Christo dicitur, *Hic ad inuenit oēm viā disciplinæ, & dedit illā Iacob puero suo, et Israel dilecto suo*, ergò sufficit sac. Scrip. Baruch 3.

Tertiò sacra Scriptura multò fusiùs, & subtiliùs pertractat de fide, de sacramentis, alijsquè necessarijs: ergò ista non est necessaria.

Quartò si dicatur qđ sit necessaria ꝓ litibus sedādis, iā patet, qđ ius ciuile sufficit ad hoc, ergò.

Sed contrà est quod habetur dist. 38. c. nulli, vbi dicitur: *Nulli Sacerdotū liceat Canones ignorare, nec quidquam facere quod possit Patrum regulis obuiare*; & eadē dist. c. Sacerdotibus. ex D. Hieronymo idem habetur; & confirmatur autho- D. Hier. ritate Apostoli 2. Timoth. 2. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum.* 2. Thi. 3

A Re-

Respondeo dicendum; quòd nostra intẽtio est pro posse, omnibus prodesse, non solũ in his, quę per modum doctrinæ tradẽtur à nobis, cæterùm in ordine, ac methodo procedendi, vt eò faciliùs & gratiùs omnia acceptentur.

Pro declaratione ergò huius quæsiti, quinq; in vniuersum pro cõmodo lectoris pręstabimus, quasi quinque punctis principalibus claudendo singula, quæ dicẽtur, videlicet primo terminos, qui in titulo quæsiti assumuntur abundè, & plenè aperiemus, ex quorum declaratione planum totius quæsiti sensum eliciemus. Secundò fundamenta, quæ opportuna existimabimus pro claritate conclusionum deducendarum, apponemus, quandoq. quæsita aliqua loco fundamentorum prout occasio dederit. Tertiò Conclusiones responsiuas ad quæsitum deducemus, quas ex prælactis fundamentis, seù quæsitis roborabimus. Quartò satisfiet argumentis in contrariũ adductis. Et demùm quinto loco quasi extra corpus articuli appendicem in gratiam Concionatorum, vel Corroll. pro vtilitate legentium maximè vbi sermo erit de litterali sensu Regularum addemus, in quibus vt plurimũ authoritates diuersas, cum sacræ Scripturæ, tum SS. PP. aliisque veritates, pro documentis ad populum, iuxta subiectam materiam coaceruabimus. Et hunc ordinem seruare intendimus, Deo dante, in omni quæsito, ita tamen, vt cum erit quæsitum speciale de Beatâ Virgine, siuè inter Quęstiones præambulares, siuè in explanando regulas, vt plurimũ pręmittamus illius inuocationẽ secundũ aliquem modum particularem, prout *Deus* ipse suggesserit, ad illius intercessionem; quarè nec opus erit, vt in omni quæsito exprimamus ordinem, nisi fors in ex necessitate materiæ aliquid speciale occurrat.

Et quoniam non solum scholastico more, sed etiam legali, in multis incedere cogimur, stante onere à nobis assumpto, commiscendo modum legalem cuiuis puncto principali, præmittemus suas summas; vt vel sit facilè sit vnicuiquè quod placitum erit perquirere, & inuenire.

PVNCTI PRIMI
SVMMAE.

1 *Constitutionum Ecclesiasticarum septem sunt species.*
2 *Constitutio quandoq; propriè, quandoq; communitèr accipitur.*
3 *Canon dupliciter sumitur, largè, & strictè.*
4 *Extrauagantes aliquæ extra corpus canonicũ; aliquæ in eo comprehensæ.*
5 *Extrauagantes vim legis habent, quandiù sũt in robore.*
6 *Regula Cancellariæ qualiter obseruanda.*
7 *Extrauagantes cur Bullæ dicantur.*
8 *Papa potest suis non stare legibus.*
9 *Papa vtitur consilio Cardinalium, multa tamẽ sine illorum consilio disponit.*
10 *Papæ Constitutio in dubio examinanda secundum Iuris dispositionem.*
11 *Necessitas duplex Consequẽtis, & Cõsequẽtiæ.*
12 *Necessitas Consequentiæ per ordinem ad finem alia Phisica, alia moralis, & vtraq; vel simplicitèr, vel ad benè esse.*
13 *Homo multiplicitèr consideratur, vt regulabilis secundum diuersa Iura.*
14 *Leges, ac Iura omnia habent pro fine conseruationem alicuius boni communis, diuersimodè tamen.*
15 *Canonicum Ius, seù omnium aliorum iurium perfectio est.*
16 *Canonicum ius dirigit ad id, quod verè bonum est, salutem inquam animæ.*

His igitur præmissis accedamus ad tituli declarationem.

VTrùm *scientia sacrorum Canonũ*. Per scientiam sacrorum Canonum, omnia contẽta in corpore iuris Canonici, intelligimus: omnem que Constitutionem Ecclesiasticam, quęcunquè illa sit; Pro cuius notitia aduerte, quod Cõstitutionũ Ecclesiasticarũ septẽ sũt species, videlicet

Dogma; mandatum; Interdictum; Sãctio; Canon; Decretum; & Decretalis epistola.

Dogma; *est Constitutio Ecclesiastica in spectãtibus ad fidem*. Mandatum; *est Constitutio in spectantibus ad Ecclesiasticam disciplinam*. Interdictum; *est Constitutio ordinata ad correctionem, præsentium, imminentiumq; malorum*. Sanctio; *est Constitutio ad cautelam futurorũ cum comminatione pœna*, quarè, & constitutio pœnalis dicitur. Nomen tamen sanctionis quandoq. quamlibet Imperialem Constitutionem importat, vt C. de nouo Cod. comp. ibi, *colligentes verò in vnam sanctionem*; qñque ipsam totius iuris cõpositionem, vt ff. prooem. demũ & propriè legem ipsam pęnalẽ, vt hoc loco, & Inst. de rer. diuis. §. *Sanctę*. Canon *est Constitutio, quę additur Concilijs vniuersalibus, vel prouincialibus, cũ promulgatione*. Decretum; *est Constitutio, quam Papa, cum Cardinalibus assensum pręstantibus super aliquo negotio constituit, & in scripto redigit*. Decretalis verò epistola dicitur; *quam Romanus Pontifex alicui super aliqua causa dubitanti, & Apostolicã Sedem consulenti, scripto transmittit.*

Sciendum tamen, quòd Constitutio quandoquè sumitur propriè, seù strictè; & importat Principis Statutũ, vel eius qui vices illius gerit; quãdoquè sumitur communitèr, & largè pro omni iure scripto à quauis potestate. 2

Item Canon sumitur largè pro omni regula, & Constitutione à quocunquè illa sit; & strictè, nimirùm pro sola regula, quam Papa cum consilio Cardinalium; vel etiam cum vniuersali, vel Prouinciali Concilio facit, & ex his omnibus habes distinctionem libri Decretorum; à libris Decretalium. 3

Sed quid dicendum de extrauagantibus? Sol. 4

Dicen-

Dicendum, quòd extrauagantes, quæ extra corpus Iuris Canonici inueniuntur, omninò eãdem vim, & robur habent, quemadmodum, quæ inser-
5 tę sunt in Iuris corpore; Cęteręque Constitutiones Pontificiæ; cum ab eadem pendeant authoritate (si tamen sint in viridi obseruantia, & vsu receptæ) itâ Barth. Brix. in Prooem. extrauag. & ibidem alij expositores. item Confetius de Priuileg. Regul. vers. *Priuilegium*. & solent Bullę nũcupari; quia vt Bullæ, quandòque facilè euanescunt. ita Lancelottus in Comen. super Prooem. Instit. Canon. ab ipso editum B. §. sed an extrauagantes. *De his*, inquit, *quæ sunt in corpore Iuris insertæ non est dubitandum, quia, & hæ, librum cõstituunt, cætera verò, quamuis indubitatæ, & publicatæ, licet Ius faciant, adeò vt sententia contra illas latæ sint nullæ ipso Iure, secundum Butrid. in c. 1. & c. cum inter. de re iud. & per Bal. in l. 2. c. quando prouocare non est necesse, & latè per Pauin. in præludijs extrauag. non possunt tamen dici de libro Iuris Canon. cum vagentur extra; nec sint certo volumine conclusa, Idem & multò magis dicendũ*
6 *est de Regulis Cancellariæ; cum illæ nec sint incorporatæ, nec perpetuæ prout debet esse natura legis; sed quarè istæ extrauagantes appellantur Bullæ?*
7 *Respon. fortè quia sunt breuissimæ vitæ, sicut bullæ quæ fiunt in aquis, vnde & dicimus, Homo bulla, hoc est, breui viuens tẽpore; Quare Pontifices Rom. facilè eas solent reuocare, immutare, & de medio tollere*; Hæc ibi. Vel dicuntur Bullę à signo aureo, vel plumbeo, è funiculo dependente, quod latinè appellatur bulla, vnde bullatum est tali signo munitum.

Barth. Brix. Confet. Lãcelot. Butrid. Bald. Pauin.

8 Sciendum vlteriùs, quòd Papa sua vtitur potestate duplici modo, absolutè, & ordinariè; Absolutè, dum derogat legibus tollendò eas; ordinariè, quando in suis dispositionibus vtitur legibus; inde datur Regula, quòd Papa vtitur consilio Cardinalium, quãdo suis vult viuere legibus; quia suę leges hoc ordinant. c. *ad Apostolicæ*. de sent. & re iud. lib. 6. & de schismat. eod. lib. 6. c. 1. & hac ratione diximus supra, quòd Decreta sunt
9 *Constitutiones Pontificum, accedente consilio Cardinalium*. at si plenitudine suæ potestatis vti voluerit, tunc absquè vllo Cardinal. consi. disponit, cùm eius potestas sit à Deo, non à Cardinalium collegio. ita D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 4. ad 3. & 3. par. q. 72. art. 11. ad 1. & Innocent. in cap. nouit. de sent. excom. August. de Ancona q. 1. ar. 1. & 8. & multi alij; In dubio tamen, non censetur vti ple-
10 nitudine suæ potestatis; sed ordinaria. vide Paleot. in trac. de sac. consist. cõsult. par. 1. q. 3. ar. 3.
11 *Sit necessaria*. Duplicem necessitatem aiunt philosophi reperiri aliam consequentis, quam dicunt absolutã, quæ nimirùm nullò supposito, vel pręsupposito ex ipsa terminorum ratione sequitur, vt Deum esse, & hominem esse rationalẽ, alteram consequentiæ, quæ non nisi ex aliquo dato euenire potest, quemadmodum consequentia non nisi ex præsupposito antecedente; hinc euenit, quòd pro varietate causarum, quæ præsupponuntur, diuersa diuersimodè sequi dicimus; vt calorem esse, posito igne; & hominem corruptibilem, data illius compositione ex quatuor qualitatibus contrarijs; & eũdem esse risibilem, ex pręmissa rationalitate illius; Verùm in proposito nostro, sermo est de necessitate consequentiæ, quæ sequitur per ordinem ad aliquem finem præsuppositum, & intentum; quam pariter philosophi affirmant duplicem esse; videlicet simpliciter, & secundum quid, vel ad bene esse; vt v. g. cibus est necessarius simpliciter homini volenti viuere; equus autem dicitur necessarius secũdum quid, vel ad bene esse tantum, volenti iter agere; Imaginandum ergò, quòd quemadmodum in rebus, & actionibus naturalibus hæc duplex necessitas reperitur, hoc idem proportionalitèr dicendum per ordinem ad actiones morales; siquidem hominis inquantum homo, est agere propter finem; vt patet ex D. Thom. prima 2. quęst. 1. ar. 1. Dum ergò in quæsito nostro quærimus. vtrùm *sciẽtia canonica sit necessaria*, sermo est de necessitate consequentiæ, ex præsupposito fine intento nimirùm bono communi, totius Reipub. christianæ, &c. indistinctè accipiendo hanc necessitatem nulla pro nunc facta determinatione, an simplicitèr, vel secundum quid censenda sit, per ordinem ad dictum cõmune bonum, &c. hoc enim inter respondendum determinabitur. 12

D. Tho. Innoc. Aug. de Ancona. Palcot. D. Tho.

Homini. Pro huius declaratione notand. quòd homo solus est cuius causa omnes mundi leges constitutę sunt, ac promulgatæ; quare secundum illius diuersas considerationes, diuersimodè, diuersis legibus subijcitur, vnde & quinque modis (quantùm sit ad propositum nostrum) considerari potest. Primò; vt animal est, nimirum secundũ rationem sui generis; Secundò; in quantùm homo est, idest, vt ratione pollens, & secundum rationẽ suæ speciei. Tertiò; vt subditus Rom. Imperio; Quartò; vt ciuis, & municeps alicuius Ciuitatis, putà Bononiensis, vel Casalensis, &c. Quintò; vt subditus Sedi Apostolicæ. Primo modo vtitur iure naturæ; quòd enim mas fœminæ coniungatur, procreetq; filios, & eos alat, Ius naturæ est. 2° modo, Iure gentium; quod eñ fides seruetur; pacta non frangantur; Deus, Patria, & Parentes obseruentur; ratio ipsa dictat. Tertio modo vtitur Iure ciuili. Quartò modo statutis proprijs, propriè inquam Ciuitatis, vel loci cuiusque. Quinto verò, & vltimo modo vtitur Iure Canonico. 13

Ordinato ad bonum commune ciuilitatis Christianæ. Sciendũ pro horum notitia quòd oĩa Iura habent pro fine conseruationem alicuius boni communis, diuersimodè tamẽ, Primum enim Ius habet pro fine conseruationem generis, siuè naturæ. Secũdum Ius, videlicet gentium, habet pro fine conseruationem societatis humanæ. Tertiũ, idest Ius Ciuile conseruationem pacis, & vnitatis ciuilis, seu politicæ. Quartum, habet pro fine 14

Arist. 1. Polit. conseruationem quietis inter eosdem conciues boniq; publici; Quarè Arist. primo Politic. dicit, quòd *Ius nihil aliud est, quàm ordinatio ciuilis societatis*. Quintum, & vltimum Ius habet pro fine amicitiam christianam, & bonum commune ciuilitatis christianæ in ordine ad beatitudinem

15 æternam. Quapropter dicendum, quod Ius canonicum, est veluti perfectio omnium aliorum Iurium dictorum, supereminensq; eis, quatenùs reducit fines omnium illorum ad vitam æternam; vnde & Ius Canonicum participando cum fine sac. Scripturæ, omninò existit immaculatum, cōuertitq; animas, proponendo quod iustum est, di-

16 rigendo, ac manuducendo ad id, quòd verè bonū est. Vide Lancelot. de compar. vtr. iur. in fin. suæ Instit. Canon. (Lancel.)

Totus ergo tituli sensus est. *Vtrùm scientia sacrorum Canonum*, secūdùm totam suam latitudinem (indistinctè tamen loquendo de qualibet sui specie) *sit necessaria* simpliciter, vel ad benè esse, *homini, vt ordinato ad bonum ciuilitatis christianæ*; pro tali inquam conseruatione regulanda, & dirigenda; & hæc de primo puncto dicta sufficiant. (Tituli sensus plan.)

PVNCTI SECVNDI SVMMAE.

1 *SCientia humana perficiunt hominis intellectum, vel affectum per ordinem ad naturalia tantùm.*

2 *Sacra Scriptura tradit disciplinam omnium, sed in generali.*

3 *Canonica sciēa applicat determinatè ad singula.*

1 QVo ad secundum; notandum primò quòd omnis sciētia humanitùs acquisita, siuè speculatiua, siuè moralis sit, sufficit quidem ad perficiendum hominem secundùm illius cognitionem naturalem, vel etiam operationem moralem ipsius intra latitudinē naturalium; minimè verò, per ordinem ad supernaturalia, quæ ex supposita reuelatione haberi possunt.

2 Not. secundò, quod sac. Script. sufficientèr, & abundè tradit omnia spectantia ad mores, quib. homo perducitur ad vitam æternam; verùm hoc præstat in generali, & quasi in quadā abstractione; At scientia canonica in speciali, & applicatè

3 tradit omnia pertinentia ad religionem, siuè ad pietatem, vel sanctimoniam; de articulatè descendendo ad illa. Hæc de secundo.

PVNCTI TERTII SVMMAE.

1 *CAnonum scientia confundit hæreses.*

2 *Iuris Præcepta tria sunt.*

3 *Canonum sciētia distinguit, & ordinat gradus, & officia, ac lites sedat.*

4 *Canonum scientia non æquè omnibus, & singulis est necessaria.*

QVo ad tertium. sit Conclusio prima. Scientia sacrorum Canonum est maximè necessaria, & vtilis in ordine ad bonum totius Ecclesię regimen; & hoc loquendo de necessitate simplicitèr morali tamen.

Probatur hæc Conclusio; primò quia per Canones, errores, & hæreses peruersorum hominum plenissimè confutantur ex declaratione consonantiæ eorum, quæ dissonare videntur in sacra Scriptura; Vnde Greg. & habetur dist. 15. cap. sicut. quatuor Concilia sicut quatuor Euangelia venerari, ac profiteri testatur; & ignorantia quæ mater cunctorum errorum est dist. 38. c. ignorātia, omninò vitanda est, maximè à Sacerdotib. 1

Probatur secundò eadem Conclusio; quia Iuris præcepta sunt, honestè viuere, alterum non lædere, Ius suum vnicuiq; tribuere ff. de iust. & iur. l. iustitia, §. Iuris. Hoc autem optimè præstatur in sacris Canonibus vsquè ad intima hominis. 2

Probatur tertiò; quia ex sacris Canonibus habentur graduum distinctiones, nec non officiorū, vt vel sic sedentur lites, & omnes controuersiæ; 3 Insuper, & in eisdem sacris Canonibus habetur, quę cognitio, & doctrina pro vno quoque gradu, vel officio necessaria sit. Quarè optimè huic scientiæ congruit, quod dicitur Prouerbiorum primo. *Audi fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ; vt addatur gratia*, idest, *corona capiti tuo, & torques collo tuo*, idest, *fulgor perfectæ operationis*. vt ait Glosa. (Prou. 1)

Secunda Conclusio. Scientia Canonica toti communitati christianorum, vt sic, est necessaria simplicitèr necessitate consequentiæ, prout suprà, singulis verò christianis, non, nisi respectiuè; 4 data qualitate, conditione, eminentia, vel officio personæ, & hoc loquendo de cognitione ordinatiua, & regulatiua; cæterùm vt in regulatis, & ordinatis videlicet, passiuè; Probatur tùm ex dictis, tùm quia omnes tenentur obedire Summo Pontifici, maximè in spectantibus ad salutem; de qua re alibi erit sermo. Hæc de tertiò.

PVNCTI QVARTI. SVMMAE.

1 *IVs ciuile non nisi per accidens disponit ad supernaturalia.*

2 *Ius ciuile multa permittit auertentia à vera salute.*

QVo ad quartum. ad primum argumentum dicitur, quòd concludit per ordinem ad naturalia, minimè ad supernaturalia.

Ad secundùm dicitur, vt iam dictum est, quòd sacra Scriptura, in genere quidèm tradit disciplinam morum, non autèm in speciali, & applicatè.

Ad tertium dicitur, primò, vt ad secundum, dicitur secundò quod sac. Canones descendunt ad actiones, officia, & gradus, vt dictum est in corpore articuli.

1 Ad quartum negatur aſſumptū, non enim Ius ciuile diſponit hominem ad ſupernaturalia, niſi per accidens. imò multa permittit, vel etiam concedit auertentia à vera ſalute, & à vera pace;
2 quę nullo modo cócedit Ius Canonicum; de qua re Lancelot. vt ſupra.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *Scandala quandoquè vtilia ſunt, non ſolùm per ordinem ad bonum commune, ſed etiam ad ſcandalorum auctores.*
2 *Homines proni ſunt ad malum.*
3 *Scandala omninò neceſſaria ſunt, conſiderata hominum diuerſitate, & errorum occurrentium.*
4 *Non obſtāte neceſſitate quòd ſcandala eueniāt, meritò puniuntur ſcandalorum auctores.*
5 *Hominum vitam ſpiritualem plura offendunt.*
6 *Canonica ſcientia prodeſt pro euitandis erroribus in via ſpirituali.*

Appendix pro Concionatoribus.

SI cupis ſtudioſe concionator accommodatā, & vtilem habere declarationem huius neceſſitatis, per ordinem ad bonum commune ciuilitatis chriſtianæ, de qua ſermonem habuimus in articulo; ſit tibi ante oculos ſententia Chriſti Saluatoris, quam habes Matth. 18. *Neceſſe eſt*, inquiebat ipſe, *vt veniant ſcandala.* Hoc dictum re vera valdè mirum eſt, nec facilè patet illius ſenſus, quomodo quæſò neceſſarium eſſe poteſt, quod pendet à voluntate humana, vt libera eſt? rurſùs, qua ratione, & iuſtitia, puniuntur ſcandalorum auctores, ſi ipſi ex neceſſitate committunt ſcandala, nec illa euadere poſſunt? Nec ſufficit habere recurſum ad illam neceſſitatem, ſecundū quā, Theologi dicere ſolent, omnia quæ præſcita, vel prænuntiata à Deo ſunt neceſſe eſt euenire; de qua materia vide D. Thom. 1. par. quęſ. 23. art. 6. Hæc enim neceſsitas ſe habet extrinſecè, & Præſcietia Dei, vt ſic, nihil cauſat in re præſcita. Nec vlterius dicendum, quod in tantùm dicuntur neceſſaria ſcandala, propter vtilitatem, quæ inde ſequitur ex ſcandalis ſubortis, modo quo ait Apoſt. oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant; *oportet*, dicit, idest valdè vtile eſt; quare Chriſoſtomus, *ſcādala erigunt hoīes, & diligentiores eos faciunt, & eum qui cadit velociter erigunt, in quantùm ſcilicet ingerunt ſolicitudinem.* Hoc enim verum eſt; cęterùm, hęc vtilitas ex ſcandalis ſuborta, prouenit à diuina bonitate, modo quo de peccato dicitur, quod fuit fœlix culpa, quia ad illud ſecutum eſt maximum, & infinitum bonum Incarnationis filij Dei; Nos verò loquimur de neceſſitate, quæ ſequitur hominis conditionem, ac naturam poſt lapſum.

Mat. 18 — D. Tho. — 1. Cor. 11. — Chriſoſt. 1

Dicendum ergò quòd ſermo eſt de neceſſitate conſequentiæ, quæ ſemper aliquid præſupponit pro cauſa; qua data, neceſſe eſt aliud euenire, ſicut dato, quòd homo velit viuere, neceſſarius eſt ſibi cibus, modo quo dictum eſt. ità in propoſito, (loquendo tamen de neceſſitate agentis ſic diſpoſiti) ſtante conditione naturæ humanæ, & quòd, *ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſint ab adoleſcentia*, vt dicitur, Geneſis octauo; Gen. 8.
Inſuper conſiderata tali ac tanta diuerſitate hominum viuentium ſecūdùm ſua deſideria, neceſ- 2
ſarium eſt à ſic malè affectis venire ſcandala; cóſtat enim quòd ſecundùm deſideria ſua viuens concupiſcit, quod malum eſt; ideo *neceſſe eſt venire ſcandala*; nā dicere ſolemus, quod ſi homo 3
currit, neceſſariò mouetur; & tamen (abſolutè loquendo) neque neceſſarium eſt, quod currat, neq; ꝙ moueatur, ſed vtrunque contingens; at dato, quòd currat, neceſſariò, neceſſitate conſequentiæ, mouetur; & ità in propoſito; quòd homines viuant ſecundum paſſionis affectus, voluntarium eſt, at dato, quòd velint ſic viuere. neceſſarium eſt ſcandala euenire: & quia, vt plurimum homines volunt, ſic viuere; ergò neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, & hoc apertè inſinuatur in eadem ſententia, per verba quæ habētur Lucæ. 17. *Impoſſibile eſt*, dicitur, *vt non veniant ſcandala*; quaſi dicat, omnibus conſideratis neceſſe eſt illa euenire; neque enim aliter facilè gloſſari poteſt dicta littera. Luc. 17

At ais; Cur ergo Dominus arguit ſcandalorū 4
auctores? Quid quid enim parit neceſſitas, veniale eſt? Huic obiectioni, reſpondet Theophilatus, Teoph.
dicens, *Attendendum quòd neceſsitas iſta ex libero arbitrio ſortitur originem; videns enim Dominus qualitèr homines innituntur malo, neque proponunt aliquid boni, dixit, quod quantum eſt ex conſequentia illorum, quæ videntur; neceſſe eſt contingere ſcandala; ſicut Medicus videns quemquā malè vtentem dieta, dicit, neceſſe eſt hunc ægrotare.* vnde Hieronymus, *Sicut neceſſe eſt ignem calere, nivemque frigere; ita neceſſe eſt, vt iniquitas mundi erroribus plena, ſcandala pariat. Perfectorum verò charitas, pietatis operibus luceat; verūtamen quia nulla neceſsitas cogit humana corda eſſe iniqua; quæ tamen, quia iniqua ſunt; ſcandala mouent. Ideo væ illis, quorum vitio veniunt.* Hieron. 1

Pari modo proportionalitèr dicimus, quòd 5
conſiderata vocatione hominum ad vitam; & ſalutem æternam; conſideratis etiam, tot diuertētibus à vera ſalute; inſidijſque dęmonum; nec nō fragilitate, vel etiam malitia, ſiuè peruerſitate multorum hominum; neceſſarium fuit Ius Canonicum, pro extirpandis erroribus; confutandis 6
hęreſibus; manuducendis benè affectis fidelibus, ad eum finem, ad quem vocati ſunt, & hæc de toto quæſito dicta ſufficiant.

ARTICVLVS II.

Vtrùm notitia, siuè habitus qui ex sacris Canonibus colligitur, sit scientia, propriè loquendo de scientia; nimirùm vt est habitus acquisitus per demonstrationem.

ET videtur quòd non. Primò; quia ista scientia non est de necessarijs, sed de singularib. tantùm, quorum non est scientia propriè, vt patet. ergò.

Secundò, probatur idem; quia habitus per demôstrationem acquisitus, procedit ex principijs per se notis, in illa quæ resoluit; quod non apparet in hac scientia. ergò.

Sed contrà. Notitia Iuris Ciuilis, cui hæc subalternatur est scientia: ergò & ista. Probatur antecedens, ex illo ff. de iust. & iur. l. iust. §. *Iuris prudentia*, vbi dicitur, quod est *diuinarum, humanarumquè notitia, iusti, atquè iniusti scientia*.

Confirmatur, ex communi assertione philosophorum asserentium, moralem habitum, esse scientiam.

Respondeo seruato ordine, prout in præcedenti articulo.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

1 *Scientia aliqua de ente quod fit à natura; aliqua de actibus, siue operationibus.*
2 *Moralis scientia habet duo; doctrinam, videlicet, & vsum.*
3 *Sillogismus duplex formalis, & virtualis.*
4 *Notitia qualibet habitualis; ex præcognito aliquo semper fit.*

Vtrùm notitia, siuè habitus, qui ex sac. Canonibus colligitur sit scientia.

1 PRo huius notitia aduerte: quòd scientia aliqua est de ente, quod fit à natura; vt patet de Philosophia naturali, aliqua verò de operibus, siuè actionibus nostris; vt inquit, Auicena; & huiusmodi est omnis habitus moralis, qui secũdùm Albertum. 1. Eth. dupliciter consideratur, vel per ordinem ad doctrinam, quam tradit; vel per ordinem ad vsum, qui in talis doctrinæ applicatione consistit; Doctrina enim est veluti informans, & dirigens; vsus verò est tamquàm exequens, & faciens; ac eo necessario attenditur perordinem ad singularia. Quæritur ergò. Vtrùm *notitia, siue habitus*, idest notitia habitualis, *qui ex sac. Canonibus colligitur*; idest causatur ex præcognitione sac. Canonum, seu leg. & Constitut. Ecclesiasticarum, *sit scientia*. *Auicen.* *Albert. Magn. 1. Eth.* 2

Propriè loquendo de scientia nimirùm, vt est habitus acquisitus per demonstrationem. Nomine habitus, hoc in loco intelligimus ipsam conclusionem rectè, & ritè deductam ex suis principijs; quę nihil aliud dicit, nisi cognitionem scientificam, vtpotè deductam secundùm modum, & formam sillogisticam per artem demonstratiuam; & quia duplex est sillogismus formalis, secundùm quem exercitè expressis principijs, seù præmissis debito modo collocatis secundùm artem sillogisticam; & virtualis, in quo, licet non exprimantur præmissæ, seù principia, ex quibus fit deductio conclusionis; attamen semper præsupponuntur; & & illorum virtute conclusio ipsa deducta habet suam vim, & veritatem. Non refert ergò in deductionibus conclusionum in quacunque scientia; An formaliter, & exercitè seruetur ordo sillogisticus; An virtualitèr tantùm; non enim minus habitus sic acquisitus, vindicat sibi rationem scientiæ; quàm si deductio fiat actualitèr, & exercitè seruata forma. &c. De ratione namq; habitus cuiuscunque acquisiti, est quòd fiat ex præcedenti cognitione nimirùm principiorum; vt docet Philos. Primo Post. cap. 1. 3 4 *Arist.*

Est ergò totus sensus tituli. Vtrum *notitia, siuè habitus, qui ex sac. Can. colligitur, idest* illorũ cognitione, seu Principiorum, *sit scientia, propriè loquẽdo de ipsa, prout* reperitur, & causatur in nobis; quod certè fit per demonst. siue formalem, siue virtualem. hæc de primo, &c.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *Certitudo dissimiliter quærenda est pro diuersitate scientiarum.*
2 *Scientia speculatiua sillogismus, totus in intellectu est; Practica minimè.*
3 *Canonica scientia euidentia est ex sac. Canonibus.*
4 *Cõclusioni morali; sufficit reducibilitas ad principia vniuersalia.*
5 *Humanæ actiones habent inter se conuenientiam.*
6 *Contractus quilibet suis gaudet proprietatibus specialibus.*
7 *Demonstratio ex quibus fiat.*

QVoad secundum Notand. primò, & semper præoculis habendum illud Philosop. Eth. 1. *quod non est disciplinati ingenij, eandem certitudinem in omni re quærere; sed secundũ quod exigit ipsamet natura rei de qua est sermo*. Quare in scientijs moralibus sufficit certitudo moralis, nec est necessaria certitudo modo quo expetitur in speculatiuis; vnde ff. de leg. l. *non omne* dicitur. *Non omnium quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.* *Arist.* 1

Notand. secundò, quod *lex; nihil aliud est, quã dictamen quoddam rationis ad modum enunciationis, siue propositionis practica; ex qua, vel ex quibus Propositionibus deducuntur regulæ operationum nostrarum.* ita D. Thom. 1. 2. q. 90. In hoc ergo discriminantur scientiæ speculatiuæ à moralibus; *D. Tho.*

ralibus; quod in illis totus sillogismus nimirùm
2 quoad principia,& conclusiones; est in intellectu;
Aristo. de Motib. Animal. sect. 5. apud S. Th. Arist. 1. Post.
In Practicis verò si fiat deductio in actu exercito, sola principia communia sunt in intellectu; non quocunque, sed Practico; cætera in operatione exteriori. Cum ergò de ratione scientiæ sit habere euidentiam suarum conclusionum in alio,& ex alio, idest in principijs,& ex principijs; vt patet primo Post.cap. 1. Constat autem quòd om-
3 nia iuditia, omnisque determinatio, quæ in vsu huius scientiæ fit circa vnamquam rem; procedit in vi,& virtute sacrorum Canonum; nulli dubium esse debet quin sit verè,& propriè scientia. & licèt non omnes etiam habẽtes iuris peritiam,
4 resoluant in principia, nec formaliter deducant; omnia tamen resolubilia, ac deducibilia sunt; vt facilè patere potest exercitatis. Alioquin tãtum entium esset scientia; & non actionum. Habent namquè omnes actiones humanæ, omniaque negotia quandam conuenientiam saltem genericã, & quandoque specificam moralem, fundantem
5 principia omniũ quę deducuntur, ac determinantur. Hoc patet in diuersis speciebus cõtractuum; non enim mihi designato aliquo cõtractu in particulari; minus constat quòd iste sit contractus
6 venditionis, & non donationis, ex intimis proprietatibus ipsius venditionis, quas in se claudit, sic quod non proprietates donationis; non inquã minus mihi constat talis deductio, quàm ista Petrus est homo; quia in se claudit rationalitatem: salua tamen semper qualitate, & diuersitate ge-
8 neris scientię, vt dictum est.
7 Et quia Demonst. semper fit ex his, quę per se insunt, vt ex Arist. 6.& 7. cap. 1. Post. patet, accõmodatæ accipiendo singula per ordinem ad genus scientię, stando in moralibus; semper fit deductio per se; quotiescunque in qualibet singulari actione, siuè negotio; Principia per se cuiuscunq; contractus, vel negotij, in vniuersali sumpta, reperiuntur in illo singulari quòd deducitur. Hæc de secundo.

PVNCTI TERTII
SVMMAE.

1 *CAnonica scientia Demonstratiuè argumẽtatur a principijs per se notis, ad conclusiones.*

QVoad tertium. Conclusio responsiua est; Notitia siuè habitus, qui ex sac. Canonibus colligitur, propriè est scientia, &c.
1 Probatur. Quia illius conclusiones, deducuntur ex principijs more aliarum scientiarum; maximè moralium. sac. autem Canones, sunt veluti principia, & regulæ; ex quibus fit deductio illarum.

PVNCTI QVARTI
SVMMAE.

1 *SIngularium necessitas qualiter attendenda in moralibus.*

QVoad quartum. ad primum argum. dicitur, quod singularia de quibus est scientia in moralibus, habent necessitatem, non per ordinẽ ad ipsamet vt sic; sed vt subsunt princi- 1
pijs scientiæ ex quibus innotescunt; & hoc sufficit; vt plurimum enim in moralibus terminatur scientia, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones, quod præcipuè contingit in legalibus.

Ad secundum dicitur: negando quod iste habitus non acquiratur per demonstrationem, modo sibi possibili: vt dictum est inter fundamenta.

PVNCTI QVINTI
SVMMAE.

1 *IN sacra Scriptura veteri,& noua insinuatur qualiter in moralibus fiat deductio conclusionum, ex præmissis.*
2 *Sillogismus quid, & ordo præmissarum, an necessarius.*
3 *Argumentatio perfecta tria claudit.*
4 *Dei est proponere præcepta, & consilia Hominis subsumere obseruantiam, vel transgressionem.*
5 *Deus concludit præmium, vel pœnam; secundum quòd nos subsumimus.*
6 *Conclusio contra Dæmonem est Christi Passio, & mors.*
7 *Christus est via, veritas,& vita; & quomodo.*
8 *Tempus quærendi Christum, est vita præsens.*
9 *Christus ad modum Medici nostram quærit salutem.*
10 *Peccatori nullum confugium post hanc vitam.*
11 *Christum aliqui piè, aliqui peruersè quærunt.*
12 *Mors diuersimodè se habet ad bonos, & ad malos.*
13 *Amor ponderi assimilatur.*
14 *Affectio cælestium ducit ad vitam, terrenorũ, ad mortem.*
15 *Infidelitas ad multa trahit peccata.*
16 *Christo conuenit esse per essentiam; quia Deus verus.*
17 *Credere Christum Deum,& hominem; est necessarium.*
18 *Credere est libertatis.*
19 *Christum exaltare oportet, vt illum cognoscamus.*
20 *Canonica scientia germen est sac. Scripturæ.*

Appendix pro Concionatoribus.

NOn solum in sciẽtijs speculatiuis, aut etiam moralibus humanis, dantur conclusiones dedu-

deductæ ex præmissis, quarum habitus scientia nuncupatur, vt patet in omni scientiarum genere per Arist. verùm hoc maximè in sacra Scriptura per ordinem ad mores hominum (prout homo ordinatur in vitam æternam.) Docent enim sac. Scripturæ, qualitèr licitum sit nobis cõclusiones deducere ex præmissis rectè ordinatis, àc dispositis circà mores hominum.

1 Hoc clarè ostenditur Ezech. 7. vbi Deus post
Ezech. multa narrata, & expressa facinora populi Israelitici, inquit Prophetæ. *Fili hominis fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & Ciuitas plena iniquitate.* Certè rectè considéranti, & versato in logicalibus, in his paucis verbis continetur integer syllogismus: vt enim pa-
1. Prio. c.1. tet ex logicis. *Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, & concessis necesse est aliud eueni-*
2 *re*; nec refert, an seruetur ordo præmissarum; sufficit tamẽ; si totum quod est necessarium ad perfectionem syllogismi afferatur, imò vt plurimum conclusio non actu deducitur; quia rectè subsumpta minori sub maiore simùl natura, & tempore
3 intelligitur conclusio. In perfecta autèm argumentatione, proponimus maiorem quandam, ac vniuersalem propositionem; sub qua assumimus minorem applicatam pro opportunitate; & indè deducimus conclusionem. Inquit ergò *Deus*, maiore sub tacita, & intellecta, nimirùm, quòd peruersi sint puniendi, ac ex terminãdi propter eorũ peruersitatem, & malitiam; sed hoc reperitur ait *Deus* in minori expressa: in populo Israel; quoniã terra plena est iudicio sanguinũ; idest, adèo præuaricatio, & peruersio increuit, quòd ipsimet Iudices, qui reos punire deberent, vacant peccatis, (quæ significantur per sanguinem) vel certè ità; quia effundunt sanguinem innocentem; & insuper Ciuitas sancta Hierusalem, quæ meritò sancta esse deberet, plena est iniquitate, adèo vt verùm sit illud Oseæ 4. *Maledictum, & mendacium,*
Osea 4. *& homicidium, & furtum, & adulterium innundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* fac ergò tu conclusionem, an meritò sint dissipandi, ac disperdendi, & omninò puniendi; vt patet ex eodẽ cap. neque.n. necesse est vult dicere Deus, quòd ego cõclusionem in aperto deducam, quia ex euidentia, & enormitate peccatorum patet, quid pro conclusione deducendum sit.

Cæterùm quod cautè animaduertendum est in huiusmodi moralibus argumentationibus, est, quòd Deus ipse facit maiorem propositionem; enimuerò ipse est, qui ponit præcepta, & consilia, vt illa obseruemus; ex necessitate præcepta; ex
4 electione consilia; apponitq; præmium obseruatoribus, & pœnam trãsgressoribus. *Ibunt hi*, idest
Mat. 25 obseruatores *in vitam æternam ibũt alij*, idest, transgressores *in ignem æternum*. Nostrum est subsumere minorem, in nostra enim hoc relinquit potestate obseruantiam, vel transgressionem; nã
Mat. 19 ait, *Si vis ad vitam ingredi serua mandata*. quòd si secùs, vtiq; ad mortem pergimus: secundum qualitatem ergò subsumptionis, ipsemet Deus 5
faciet conclusionem illius imperando executionem; videlicèt si subsumpserimus obseruantiam, dabit vitam æternam; quòd si transgressionem, mortem, & ignem æternum: Hæc certè erat Concio, quam sæpè D. Bernardus habebat ad discipulos suos dicendo; *filioli Deus proponit legem, nos* D. Bernardus.
assumimus transgressionem; concludet Deus nostrã damnationem.

Simile argumentum habetur Psal. 34. vbi dicitur de passione Domini illiusq; virtute ad expellendum dæmonem, *Effunde*, inquit Regius Psal- Psal. 34
tes, *frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me*, certè sanctus Propheta loquitur in
persona totius generis humani, qui egebat libe- 6
rari à Christo, & per Christum, media sua passione, & morte, in qua anima separanda erat à corpore, ad modum quo ensis extrahitur à sua vagina, retinendo sibi potestatem remittẽdi illam in in corpus, prout ipse ait. *Ego potestatem habeo po-* Io. 10.
nendi animam meam, & iterùm sumendi eam. & hoc ideò, vt plenam de Diabolo consequeretur victoriam; quarè sanctus Propheta hoc breuibus complectens dicit, *effunde, &c.* & plena argumentatio fiat hoc modo; per passionẽ Christi, illiusq; animæ à corpore separationem; concludendum est contra Dæmonem, vt ab eo omnis potestas, quam vsurpauit in Mundo, auferatur. Tu ergò Christe cuius est subsumere minorem actualiter patiendo, dignare pati, ac effundere animam à corpore, tunc omninò concludes aduersus Dæ- Io. 12.
monẽ, vt dicere possis: *Nunc Princeps huius mun-* Mat. 28
di eijcietur foras, data est mihi omnis potestas in cæ- Io. 8.
lo, & in terra, &c.

Hoc idem habemus in nouo testamento, maximè in Io. euangelio quod legi solet fer. 2. post 2. Dom. Quadrag. in quo Euangelio prudens, & attentus lector quatuor syllogismos, seu argumentationes formare potest, & sic complecti totum Euãgelium. *Ego* ait Christus, *vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Hic est primus syllogismus, pro cuius materię declaratione duo notare debes.

Primò quòd Christus supponit se esse *viam*, 7
qua peruenitur ad gloriam, *veritatem*, qua diri- Io. 14.
gimur ad bonum, & *vitam*, qua præmium in cœlo obtinemus, secundùm illud, quod alibi dicit. *Ego sum via veritas, & vita*; hinc sequitur, quod si via hæc recedat à nobis, dubio procul, nescimus quò ire. Itèm cum sit veritas qua illuminamur, certè sine illa necesse est cecutire. Itèm cum sit vita, omne aliud, ad quod tendamus, ducit ad mortem.

Secundò Notand. quod Christus ibi loquitur non de quocunq; peccato (si spectemus litterã) sed de speciali peccato, quo maximè Hebræi detinebãtur, quod re vera est peccatum infidelitatis, vnde benè ait, *& in peccato vestro moriemini*: loquitur enim in singulari; & quia tempus quærendi Christum assignatur vita præsens, in qua, qui

8 qui omittit quærere, frustra sperat inuenire in
Iob.17 alia vita, secundùm illud Iob *si sustinuero* (idest si
expectauero, vel tardauero quærere.) *Infernus do-*
mus mea est; arguendo contra illorum duritiam,
& infidelitatem, ait, quasi syllogizando. Cum
2 ego sim via ducens ad veram vitam, sine qua nul
lus est foelix; quærenda, & sequenda quandiù, qs
agit vitam præsentem humanam, quòd si secus
fiat omninò amissa via, duci ad mortem necesse
est, me nõ quærenté. Quid negligis ò Iudæa? certè
ego vado, & ad passionem, & per recessum à vo-
bis, si me quamdiù tempus est non quæratis, quòd
si nolitis sequi credendo: equidèm Conclusio est
3 in aperto quòd *in peccato vestro moriemini*: filij
ergò hominum à vobis metipsis facite conclu-
sionem.

9 Facit Christus, sicùt facere solent Medici, qui
omninò sanare vellent ægrotum, postquàm vsi
sunt lenitiuis, ac mollibus, vel etiam ferro, tandé
veniunt ad remedia duriora, & magis aspera. *ego*
vado, eccè lenitiuum, prouocans ad eum quæren-
dum quamdiù præsens est, *quæretis me*, supplè in
alia vita, vbi non erit quærendi locus, en' ferrum,
quòd si nec adhùc sanari velitis mortem, *& in pec*
cato vestro moriemini. simile dixit per Prophetã
Ezech.7 Ezech. loco citato, *& tunc*, idest perseuerante du
ritia cordis, *conturbatio super conturbationem ve-*
niet, & auditus super auditum, & quærent visio-
nem de Propheta, & lex peribit à Sacerdote, & Cõ-
siliũ à senioribus. sensus est, nullum existere me-
10 dium, nullum cõfugium, nec ad Sacerdotem, nec
ad Prophetam, quia omnia erunt contra pecca-
torem induratũ; quia vt dicitur Amos 2. *Peribit*
Amos 2 *fuga à veloce*, & Psal. *Perijt fuga à me*, & breuitèr
Ps.141. conclusio erit, quia *in peccato vestro moriemini*.

11 Nota tamen quòd qui piè quærit Christum,
cum inueniri potest, quòd mors illi profectus est
Ps.68. ad vitam; secundùm illud Psal. *Quærite Dominũ,*
& viuet anima vestra. secùs de quærentibus per-
Ps.32. Ioan.8. uersè, vt hi Iudæi; de quibus Psal. *Vim faciebant,*
qui quærebant animam meam. istis ergò subditur
quò ego vado vos non potestis venire, nimirùm, ad
gloriam, quò perducit mors iustorum.

12 Nam mors diuersimodè comparatur ad ma-
los, & bonos, & hoc quia diuersimodè se ha-
bent ad peccata, cum enim iustus est in hac vita,
Galat.6 mortuus est peccatis, vt dicat. *Mihi mundus cru-*
cifixus est, ac eò moriendo perducitur ad vitam;
Cum verò peruersus hanc agit vitam totus da-
tur peccatis; vndè vt plurimùm in illis decedit, &
hic sine dubio per mortem corporalem peruenit
ad æternam. Christus autèm, qui nec peccatum
fecit, nec facere potuit, mors eius fuit in remediũ
peccatorum, & in suam exaltationem, & gloriã.

Secunda Argumentatio habetur in verbis se-
quentibus. *Vos de deorsum estis, ego de supernis*
sum, vos de mundo hoc estis, ego nõ sum de hoc mun
do, dixi enim vobis, quòd moriemini in peccatis ve-
stris.

Pro huius declaratione, nota, quòd amor assi-
millatur per D. Aug. ponderi, inquit enim 13. Cõ-
fess. cap. 9. *Amor meus pondus meum, eò feror quo-* D.Aug.
cumquè feror. declarat ergò Christus per hæc ver 13
ba diuersam affectionem ipsius, & Iudæorum; qa
Christus erat tantùm affectus cœlestibus, illi verò
inferioribus, & terrenis.

Sic enim accipienda sunt hæc verba, & non
quasi insinuent Christum non habere veram na-
turam humanam, vt quidam hæreticorum suspi-
cantur, arguendo igitur, & syllogizando dicit.

Qui quærit tantùm terrena ducentia ad mor- 14
tèm per inordinatum affectũ ad illa, & nullo mo-
do cœlestia, quæ sursum sunt, procul dubio per-
ueniet ad illam, nimirùm mortem. At sic est, qp
vos omittendo cœlestia quæritis terrena, & mun
dana, ergò quemadmodum iàm dixi, *moriemini* 15
in peccatis vestris; vbi vides quòd Christus facit
transitum de peccato ad peccata, quia peccatum
infidelitatis multa alia sequebantur.

Tertia Argumentatio est accipienda in alijs
verbis, q̃ sequũtur, *si nõ credideritis, quia ego sũ*.
Vbi nota, ly, *sum*, declarat enim sibi conuenire
esse per essentiam, & ex consequenti quòd ve- 16
rus Deus sit; vt enim inquit Bernardus. *Verum es-* D.Ber-
se, est, quod nec ab esse præscinditur, nec ab erit ex- nardus.
pungitur. dicit ergò, *Qui non credit quia ego sum,* 17
non solùm homo, sed & verus Deus omninò ma
net in morte. *Vos quamdiù non creditis* estis hu-
iusmodi ergò. Vbi nota conditionalem. *Si non*
credideritis, declarat per hoc eos relinqui in li- 18
bertate, vt possint, si velint credere in Christum,
non obsistendo suæ vocationi.

Quarta Argumentatio habetur in alijs verbis.
Cum exaltaueritis, tunc cognoscetis quia ego sum. Ioan.8.
quę verba litteraliter docēt, quòd multi Hebręo-
rum post datam mortem Christo, cognouerunt
ipsum esse Christum, & Messiam, vndè & legitur
quòd multi, *percutientes pectora reuertebantur*, Luc.23
de qua re dicemus in sequentibus. At misticè fit
syllogismus hoc modo.

Is, qui saluari vult, vitamquè consequi, & mor
tem vitare, necesse est, quòd exaltet ipsum Chri-
stum in corde, ore, & opere, quibus primùm illũ 19
deprimebat per peccata, si ergò vos non exalta-
ueritis, nec cognoscetis, & si exaltaueritis vtiquè,
& ad vitam; ergò.

Fili ergò hominis fac conclusionem; videlicet ex
his, quæ vides in hominibus eorũquè actionibus,
& operationibus; cũ enim constet de maiori pro-
positione, quàm proponit Deus, in nostraquè li-
bertate sit assumere minorem, obseruantiam in-
quam, vel trãsgressionem eorum, quæ nobis pro-
ponuntur certè facilè est vnicuiq; deducere con-
clusionem pro varietate subsumptionis ipsius mi
noris, quarè aliqui ad vitam, alij ad mortem de-
stinentur, patet ergò ex his paucis pro occasione
articuli hic appositis, & quidem in Prædicatorũ
gratiam, ne aliquem articulum sine moralitate 20
pertranseamus, Quomodo verè scientia Canoni-
ca, quæ est veluti germen sac. Scripturæ, est habi-
tus

tus acquisitus per demonstrationem eo modo, quo proportionaliter demonstratio reperiri potest in moralibus. Quod si prædicator vltra dicta hoc loco velit de obstinatione agere, periculoque illius, occasione verbi, & *in peccato vestro morіemini*. Videat in verbo obstinatio, vbi & pulchra, & terribilia reperiet. Hæc de toto quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS III.

Vtrùm hæc scientia, quæ canonica dicitur, sit subalternans, vel subalternata; & cui scientia subalternetur.

Videtur primò: quòd subalternetur sac. Theologiæ, probatur quia in ista scientia pertractatur de Deo, de articulis fidei, de Angelis, de virtutibus theologicis, de Sacramentis, alijsquè theologalibus, vt patet per totum decretum; ergò.

Secundò; videtur quòd subalternetur Philosophiæ rationali. Probatur, quia docet ornatè loqui, & quòd loquutio sit sana dist. 45. c. vlt. & q sit cauta dist. 43. c. *sit recta*; & quod sit discreta, & ponderosa. dist. 50. c. *ponderet*, & quòd sit vera, 22. q. 5. c. *Iuramentum*. ergò.

Tertiò: videtur quòd subalternetur naturali Philosophiæ probatur, quia de multis naturalibus tractatur in eadem; ergò.

Sed contra est opinio omnium Expositorum; vt patet in principio lib. Decretorū, tenent enim communiter, quòd supponatur ethicæ, siuè morali, sicùt, & omnes libri Iuris.

Respondeo seruato ordine vt supra.

PVNCTI PRIMI SVMMAE.

1 *Subalternatio duplex est simpliciter, & secundùm quid.*

2 *Subalternatione secundùm quid; vna scientia pluribus alijs subalternari potest.*

3 *Scientia Canonica quasi superuenit perficiendo quodcunque aliud Ius.*

Vtrùm hæc scientia quæ canonica dicitur sit subalternans, vel subalternata. Subalternari; nihil aliud importat quàm sub alio poni, quasi sub illius potestate; & à quo aliquid accipiat; quarè vnam scientiam alteri subalternari, est eandem quasi inferiorem sub superiore à qua accipiat, collocari; est autem in scientijs duplex subalternatio, simpliciter, & secundum quid; simpliciter est,
1 quando aliqua scientia secundùm totum suum genus subiecti adæquati alteri subalternatur, quemadmodum Perspectiua Geometriæ, & Musica, Arithmeticæ; Secundum quid tūc subalternatur, quando secundùm aliquas conclusiones, sed non secundùm omnes eo modo, quo scientia naturalis respectu conclusionis de Iride, subalternari dicitur perspectiuæ: quia nimirùm perspectiua, & non naturalis, dicit quare, siuè
propter quid, sic, vel sic appareat *Iris*: Vndè hoc Iris
modo nullum inconueniens est, quòd vna & eadē sciētia pluribus subalternetur, secundùm diuersas conclusiones; nobis sermo est, de subalternatione simpliciter, & de ea quæ est secundùm quid secundariò. 2

Et cui scientia subalternetur. In hoc tota est difficultas huius quæsiti; nàm vt diximus in primo Art. huius Quæst. scientia Canonica, est veluti perfectio omnium aliorum Iurium; imò, & omnium aliarum scientiarum moralium, cum super emineat in suo fine omnibus istis; quarè non 3
videtur congruum, quod fiat comparatio illius in ratione Inferioris, & superioris. Expositores autem omnes huius Canonicæ scientiæ attendentes tantùm quòd euidētia Iuris & Iust. rationesq; eorundem, habentur in scientijs moralibus; nulla distinctione præmissa, crediderunt; & liberè affirmarunt hanc scientiam absolutè, & simpliciter subalternari morali scientiæ, Cæterùm nos qui proposse eminentiam, & dignitatem Iuris Can. declarare, ac defendere conamur, aliam specialē opinionem ponimus circa hoc quæsitum, ità tamen quòd pro reuerentia præstantis. Doct. primò ponamus; nec non probemus sententiam illorum, relinquendo vnicuiquè pro arbitratu proprio vt eam, quam maluerint sententiam, sequantur.

Est igitur totus sensus tituli. Vtrùm *hæc scientia quæ Canon. dicitur*, secundùm totum genus sui subiecti (absolutè loquendo) *subalternetur* scientiæ Morali, vel *cuiuis alteri* modo quò inferiùs exprimetur à nobis. Hæc de primo puncto.

PVNCTI SECVNDI SVMMAE.

1 *Subalternationis ratio, sumenda est ex intimis ipsius scientia.*

2 *Discrimen præcipuum inter subalternantem, & subalternatam, quod nam illud sit.*

3 *Media, & extrema debent esse in eadem proximitate.*

4 *Subalternans, dicit propter quid ratione euidentia.*

5 *Subalternans ex hoc quòd dicit causam remotam non impeditur quin faciat euidentiam.*

6 *Iustitia, & Ius, diuersimodè contrahuntur pro diuersitate ordinabilitatis ipsius hominis.*

7 *Opinio Auctoris circa quæsitum declaratur.*

8 *Iustitia, & Ius, abstrahunt ab ordinabilitate tali vel tali ipsius hominis.*

9 *Quæcunque pertractantur in Canon. scientia habent ordinem ad salutem hominis.*

Quo ad secundum Notand. quòd licèt multæ sint conditiones, quæ dicuntur necessariæ ad veram, & perfectam subalternationē; vt videre est per Arist. primo Post. c. 13. & ibidèm

& ibidèm apud expositores, & in alijs multis locis;nihilominus hæ præcipuæ censendæ sunt,quę accipiuntur per ordinem ad intimam rationem ipsius scientiæ: De ratione siquidèm scientiæ sic in communi loquendo,est habere euidentiā suarum cōclusionum in principijs, & ex principijs, undè discrimen præcipuum;quod inter subalternantem,& subalternatam reperitur, in hoc consistit,quòd conclusiones subalternātis immedia-
2 tè,& intra latitudinem eiusdem habitus,habent euidentiam suarum veritatum ; vt potè quæ immediatè continuantur suis principijs , ex quibus deducuntur; Conclusiones verò subalternatæ scientiæ vtiquè immediatè vniuntur suis principijs,ex quibus deducuntur intra latitudinem habitus subalternatæ ; attamen non ex illis proximè,& primò habent euidentiam,& claritatem ; sed ad illam habendam necesse est,quod fiat cōtinuatio ad habitum superioris scientiæ: nimirùm subalternantis ; vndè si quis haberet tantummodo habitum scientiæ subalternatæ , nunquàm haberet euidentiam suarum veritatum , sed tantùm credendo principijs , ceù acceptis à subalternante suas deduceret cōclusiones. Cum igitur media,id est, causæ proximæ inferendarū conclusionum, debeant esse in eadem proximitate cum extremis quotiescunquè fit demonstra-
3 tio simplicitèr; vt videre est apud Arist.loco citato ; necessariò ex hoc sequitur, quòd scientia subalternans vt sic, non potest dicere propter quid,idest causam proximam Conclusionum subalternatæ scientiæ:ratio est,quia media,& extrema nō essent in eadē proximitate; quapropter quando Arist. dixit quòd *scientia subalternans dicit propter quid scientiæ subalternatæ*, hoc intelligendū erit,vt,ly,*propter quid* importet euidentiam , non autem causam proximā ; causam namquè proximā,vt dictum est,non potest haberi nisi in eademmet scientia subalternata, in qua
4 solum saluatur proximitas medij cum extremis. Si ergò velimus sustinere Arist. assertum , nimirùm quòd subalternans dicat *propter quid* necessariò dicendum erit hoc verificari,vt,ly,*propter quid* dicit euidentiā . Quarè stat quòd dicat causam remotam tantùm,& nihilominus quia claudit euidentiam , quam subalternata non habet nisi per continuationem ad ipsam subalternantē hac ratione,subalternans asseritur dicere *propter quid* veritatum ipsius subalternatæ ; hæc autem omnia patent peritis, nec opus est vt cuncta adducamus,vel disseramus.

Ad propositum igitur nostrum sequendo opinionem communem Doctorū,dicimus quòd Iustitia, & Ius quorum rationes considerantur à morali, per hoc quòd contrahuntur ad iustitiam Christianam cuius est ordinare ad bonum commune salutis ęternę, Itē Ius contrahitur per Sac. Can ad supponendum non pro iure , absolutè , nec vt ordinans hominem qualitercumq;,sed vt
5 ordinans ad conuersationem Christianam , bonumquè salutis &c. Talis autem ordinabilitas 6
omninò est extranea à ratione Iustitiæ , & Iuris absolutè,& vt sic;ea propter dicunt Doct.pręfati,quod hæc scientia Canon.morali scientiæ subalternatur,quia (inquam)euidentia cuiuscūquè Iuris,& Iustitiæ nunquam plenè habetur si simul non habeatur notitia scientiæ Moralis tradentis definitiones,partes,species, & pprietates Iuris
& Iustitiæ;Verùm quidquid sit de hac sententia 7
quam etiam propter reuerentiam Doctorum sic scribentiū sustinebimus. non incongruè dici potest quòd huiusmodi scientia canonica subalternatur vtiquè scientiæ,quæ de Iure est & Iustitia, non tamen illi morali , quam tradit Arist. & de qua intendūt prænominati Doctores; Quemadmodum enim non repugnat dari scientiam specialem de homine,vt quidam asserūt fuisse olim traditam à Magno Alberto per quemdam suum tractatum;ità non erit inconueniens dari,& con-
siderari scientiam de Iust. & Iure quatenus præ- 8
uenit omnem , & quamcunquè ordinabilitatem specialem ipsius hominis ; siuè ad uitam æconomicam,siuè monasticam, siuè Ciuilem,siuè Christianam;sed de Iust.& Iure, vt sunt directiua ipsius hominis secundùm quòd ipse homo ordinabilis est aliquo, vel aliquibus prædictorum modorum.

Caietanus enim in declarando quomodo Sacra Theologia sit eminentèr speculatiua,& practica,vt saluet formalitatem vtriusquè rationis, videlicet speculatiui,& practici in eadem scientia: imaginatur (& rectè quidem) quod scientia primaria sui diuisione, licèt non penetrata ab Arist.diuidatur in scientiam finitā,& infinitam, & quòd licèt scientia finita , non possit claudere formalitèr rationē practici , & speculatiui simul stante vnitate specifica,seù athoma suæ rationis formalis;nullum tamen inconueniens est,hoc reperiri in scientia,quæ sit Infinita , vel saltem ordinis Infiniti; qualem dicimus Sac.Theologiam nostram;est siquidèm sua natura, & ratione formali ordinis diuini, ex consequenti Infiniti.

Caiet. p. p. q. 2. art. 4.

Non igitur malè imaginamur talem scientiam de Iust.& Iure præuenientem omnem scientiam hucusq; de eis traditam secūdum speciales rationes ordinabilitatis ipsius hominis;cui hanc canonicam subijcimus ;sic enim optimè saluamus cōditiones omnes verè subalternationis,addendo ad illam, specialem ordinabilitatem hominis. nec eo casu offendimur ponere,quòd hęc scientia canonica;huiusmodi scientiæ quæ de Iure,& Iustitia est absolutè,ex toto suo genere subalternatur; nec officit, qđ multę,& propè infinitæ sint conclusiones in scientia canonica cùm ad fidem spectantes,tùm ad doctrinam Sacramen-
torum , & aliorum dogmatum ; dicimus enim 9
quòd omnia huiusmodi non pertractantur nisi per ordinem quem habent , vel habere possunt, ad instructionem, vel institutionem ipsius hominis,vt vel sic homo cognoscat dignitatē suam ,

&

& hoc modo paritèr dignificamus ipsam scientiam canonicam, cæterùm sentiat, vnusquisquè pro vt voluerit.

PVNCTI TERTII
SVMMAE.

1 *Philosophię diffinitio maximè congruit morali scientia.*

2 *Canonica scientia cōclusiones præcipuas à Theologia accipit.*

QVo ad tertium sequendo communem opinionē Doctorum, quidquid sit de nostra, quam insinuatam tantùm sufficere volumus, Conclusionem talem quæsito responsiuam proponimus videlicèt.

Scientia Iuris Canonici non simplicitèr, sed secundùm partem, philosophia Morali, & secundùm partem, Sac. Theologia subalternatur.

Probatur prima pars; quia scientia Canonica pertractat de fide, Sacramentis, & alijs huiusmodi, quæ nullo modo spectant, aut spectare possūt ad moralem scientiam quam tradit Arist.

Probatur secūda pars, ex illo ff. de Iust. & Iur. l. 1. vbi dicitur *veram (nisi fallor) philosophiam non simulatam affectantes*, ergò non naturali, nec
1 Mathematicæ, nec Metaphisicę, nec rationali subalternatur; Quarè relinquitur quod morali, vt dictum est. Nā per mores disponimur ad veram sapientiam, amoremquè illius; cum vera Philosophia, sit diuinarum, ac humanarum rerum cognitio; mortisq; meditatio, vt ex Platone patet.

Probatur secundò, quia suas conclusiones vt plurimùm resoluit in illā, sumitq; ab eadem sua principia nimirùm, quid sit Ius, & Iustitia; & quæ illorum partes, ex quibus omnibus habentur cōclusiones cuiuscunquè Iuris.

Probatur tertia pars ex hoc, quia plurimas, & potissimas conclusiones deducit ex principijs Theologiæ.

2 Probatur secundò auct. Io. Calder. qui in proæm. Decret. hoc apertè asserit.

Io. Calder.

PVNCTI QVARTI.
SVMMAE.

1 *Diuersa ratione scientia Canonica vtitur sermone ornato, vel inornato, aut etiam delectabili vel vero a Philosophia rationali.*

2 *Scientia Canonica pertractat de naturalibus per ordinem ad suum obiectum.*

QVo ad quartum iam ex dictis patet solutio ad primum argumentum.

Ad secundum dicitur quòd Philosophia rationalis habet pro fine ipsum sermonem, nimirum Grammatica sermonē congruum, vel incongruum; Rethorica ornatum, vel inornatū;
1 Poetica delectabilem, vel indelectabilem; Dialectica sermonem verum, vel falsum; At scientia Iur. Can. vtitur congruis, ornatis, delectabilibus, & veris sermonibus, ceù medijs in ordine ad salutem, & ædificationem totius Ecclesiæ; quapropter docet abstinere à sermonibus qui tantū deseruiunt delectationi, & vanitati, vt in supracitatis locis, & cap. patet.

Ad tertium dicitur quòd incidentèr tantùm pertractat de aliquibus naturalibus, & hoc per ordinem ad conuersationem Christianam, salutemq; æternam. Hæc de quarto. 2

PVNCTI QVINTI
SVMMAE.

1 *Sacra Scriptura potißimùm declarat vim subalternationis.*

3 *Distinctio potißima inter subalternantem, & subalternatam scientiam.*

3 *Iustus quinam sit.*

4 *Iniustum cadere necesse est, vel in prosperitate, vel in aduersitate.*

5 *Iusti in Cęlo videbunt causas eorum, quæ in hoc mundo fiunt.*

7 *Oculi duo quarè. Aures duæ quarè. Non tamen duo visus, vel duo auditus.*

7 *Credibiliū duo genera, & sub vna fidei ratione.*

7 *Visio Diuinitatis, & Humanitatis Christi non duplex, sed vna tantùm Beatitudo.*

9 *Addiscentem oportet credere.*

10 *Discipuli sumus, quandiù hanc agimus vitā.*

11 *Magisterij insignia tantum in futura vita nobis traduntur.*

12 *Reuelatio à D. Thoma Beato Romano facta.*

13 *Auditus necessarius ad salutem.*

14 *Subalternare qui nescit, numquam perueniet ad scientiam Beatorum.*

15 *Subalternatio practicè, & applicatè declaratur.*

16 *Diuitis, & Pauperis diuersa erit sepultura.*

17 *Angeli pro qualitate meritorum, plures, vel pauciores sociantur exitum nostrum; Dæmones pro varietate demeritorum.*

18 *Subalternatio dißimilis dißimilem euentum causat.*

19 *Subalternare debet omnis non solùm cognitionem, sed affectum Deo.*

20 *Subalternatio perfecta exigit cōtinuationem.*

21 *Iustorum vita habet continuationem cum gloria.*

22 *Prosperitas timenda.*

23 *Pœna aperit oculos Peccatori.*

Appendix pro Concionatoribus.

NOn est existimandum, quòd distinctio, quę sit scientiarum in subalternantē, & subalternatam, tantùm ex Aristotele habeatur, nequè enim ipse primus est, qui tradidit nobis huius discriminis notitiam; imò nec quicunquè alius homo hoc primum præstitit, licèt multa opportuna, 1

tuna,& congruentia pro illius declaratione attulerint,sed sacra Scriptura; quæ est omnium scientiarum,ac artium fons,& origo, hoc apertè insinuauit. Quod facile nobis esset per plures authoritates commõstrare,si nostra intentio iuuandi Prædicatores non obsisteret, siquidem eis sufficit,si pauca,de quibus ipsi optimè se valere pos
2 sint,dicamus. Et supponimus id, quod certissimum est, & iam diximus, quòd potissima distinctio inter subalternatam, & subalternantem sit, & consistat in hoc, quòd subalternata non habet immediatam euidentiam suarum Conclusionum in principijs,ex quibus procedit,sed tãtùm,quãdo coniungitur, siuè continuatur suæ subalternãti,cuius est euidentiam habere conclusionem in, & ex suis principijs immediatè. Et vt moraliter loquamur pro posse,maximè in tradendo scientiam moralem,Animaduertenda est præclara,& insignis sententia, quam habet Regius Psaltes
Psalmo 90. Psal. 90. Vbi, postquàm de iusto sermonem habuit,de eo dicendo,quia *Cadent à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis,ad te autem non appropinquabit*,quasi dicat O vir bone,& qui iustitiã sequeris, scito, quòd *à latere tuo*,videlicet per aduersitates,*cadent mille* nimirùm multi,qui non valentes sustinere aduersitates,desperabunt, & multò plures *à dextris tuis*.i.per prosperitates in quibus se facilè perdent; Verùm *ad te* (quan-
3 diù permanseris in iustitia, nec non Dei protectione)*non appropinquabit* huiusmodi casus.Quarè esto cautus,ne quandoquè ex his visis à tua dimouearis iustitia &c.

Introducit idem Regius Psaltes iustum, quasi subtacitè interrogãtem, & quærentem de certitudine harum veritatum, nimirùm, & quòd iu-
4 stus in Deo confisus non cadet, & quòd omnes alij vtiquè altero duorum modorum cadere necesse est,vel in prosperitate,vel inaduersitate, ex quo à iustitia diuertũt; vndè,inquã,hoc mihi certũ esse potest, itaut *fiducialiter agam*, omninò cũ *Deo meo*,dicãquè *si consistãt aduersum me castra*, & contrà me excitentur prælia, non timebo?

Huic tacitæ instantiæ satisfacit Propheta sãctus,dicens,*Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis*, quasi dicat: Expecta paululum *Viriliter age, confortetur cor tuum,spera in Deo,& fac bonitatem*,quia *pasceris*
5 *in diuitijs eius*,veruntamen *oculis tuis*, non alienis,*considerabis*, & quàm sapienter permittãtur mali prosperari in suis vijs, quasi omnia sint ipsorum,& tandem qualis illorum sit retributio futura per æternam damnationem videbis.

Circà quam authoritatem,quoniam opportuna nobis valdè est ad intentionem,cautè contuẽdum,cur sanctus Propheta dicat: *oculis tuis*, & non oculo tuo,in hoc enim maximè apparet veritas,quam docet,certè quià cum duo sint oculi, duę pariter aures,omninò duo oculi duabus correspondent auribus, & insuper sicut duæ Aures non constituunt duos auditus, sed vnum tantùm 6
ita duo oculi non plures visus, sed vnum tantùm integrant,vt enim inquiunt Philosophi, in interiori parte cerebri,se & ambæ aures, & ambo oculi vniunt in eodem organo, quod sensorium, seù instrumentum sentiendi in vtrisquè est;sic ad propositum nostrum, cum *fides sit per auditum, auditus autem per verbum Dei*, quemadmodum duo sunt credibilium genera, quæ nobis proponuntur, nimirùm & quæ spectãt ad Christi Diuinitatem, & quæ ad illius Humanitatem; vel iterùm quæ promittuntur bonis in præmium,& quę comminantur malis in pænam,cum,inquam, ità sit,non tamen existimandum,quòd in nobis duæ sint fides,sed vna tantùm,quià reuera credibilia omnia vniuntur in vna ratione credendi.Ità proportionaliter in futura gloria, duo erunt oculi, quorum vno, videlicet intellectuali; videbimus, ac contuebimur Christi Diuinitatem, Diuinamquè Essentiam,& Personarum Trinitatem, altero,nimirũ corporali,post resurrectionem, Christi Humanitatem.Vel iterùm præmium,& retributionem tùm bonorum, tùm malorum, nihilominus non propter hoc imaginandum,quòd duę sint futuræ in nobis Beatitudines sed vna vniuscuiusq; tãtùm erit Beatitudo,in vi vnius luminis gloriæ,cuius virtute roborati, videbimus inaccessibile lumen,secundum illud Psalmi: *In lumine tuo videbimus lumen.*

(3. de Anima c. 120. D. Th. opusc. de potentijs animæ. — Rom. 10 — 7 — 8 — Psal. 35.)

Ad quam vnitatem insinuandam D. Ioannes ait. *Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, Vita æterna*,inquit;in numero singulari;Et quoniam hæc præcipua Theologia valdè prodest,ac delectat,ideò sanctus Propheta, eam intimè declarans,dicit.*Veruntamen oculis tuis*.&c. ac si apertè diceretur,sustineas parumper,nam omnia, quæ modò credis,apertè videbis,& quę tibi subobscurè, & in ęnigmate proponuntur,clarè tandem contueberis.Clara est illa Prouerbialis sententia apud Philosophos,quod *oportet addiscentem credere*.Credit verò, qui adhuc agit in scholis,estque scholaris, & discipulus, minimè verò, cum sit magister,quià in claris tunc,& propatulo habet,quod docet; quandiù ergò hanc agimus vitam,proculdubio Scholares,& discipuli sumus,ac eò vtendum est auribus,quià *solus auditus est sẽsus disciplinæ*,vt patet per Philosophum, post hanc vitã assumemur ad magisterium, tũc enim, & non prius Magisterij insignia nobis tradentur, torques,inquam,perfectæ glorię, & annulus perennitatis vitæ, & aureola pro Bireto, secundum varietatem meritorum. Non igitur vtendum est oculis in hac vita, quià *plurima supra sensus hominum sunt*. Cæterùm in alia nobis seruient, vt videamus, quæ hic credidimus. Quarè optimè sanctus Propheta ait: *Veruntamen occulis tuis considerabis &c*.Vndè de Beato Thoma Aquinate legitur, quòd, cum semel, post illius mortem apparuisset Beato Romano,ipsoquè interrogan- 12

(Io. 17. — 1. Post. Cap. 2. — 9 — 10 — De sen. & sen. lib. 2. D. Tho. — 11 — Eccl. 3.)

te de veritate luminis gloriæ, breuitèr, & illicò respondit: *Sicut audiuimus, sic vidimus* in Ciui-
Ps. 47. tate Dei nostri, & mox disparuit ab illo.

Io. 6. Hoc idem rursus manifestatur à Christo Io. 6. vbi ait: *omnis, qui audiuit à Patre meo, & didicit, venit ad me*. Quid, quæso, clariùs, & apertiùs ex
13 primi potuit? *Omnis*, inquam, *qui audiuit*, fidem percipiendo secundùm omnia credibilia ipsi proposita, *& didicit*, non reluctando, non curiosè inuestigando causas, & rationes, sed instar boni scholaris, ac optimi discipuli, auditum præbendo hic proculdubio *venit ad me* per claram visionē, quia tandem magistrabitur.

Ex his igitur apparet, quàm rectè sit insinuatum, ac apertè monstratum in Sacris Scripturis, quomodo necesse sit dari subalternatas scientias nimirùm, quòd vna supponatur alteri, sitque via ad illam, tanquàm potiorem, & præstantiorem, vtpotè quæ sola tandem docet euidentiam eorū,
14 quæ tradita sunt per habitum inferioris scientię. Quarè qui errat in modo subalternandi, videlicet qui impatiens est, ne expectet tempus opportunum, quo Doctorari possit, certè huius vana est perquisitio, omnisque labor frustra adhibetur, nec vnquam perueniet quò se existimat perueturum; vndè de hoc rectè admonemur Sap. 13.
Sap. 13. vbi dicitur: *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei*. nota, ly, *subest*, sensus est, in quibus pro fundamento supernaturalium veritatum supponitur fides vera, recta, & sincera, vt sinè curiositate vlterius (pro hoc statu) perquirendi accipiat credibilia omnia. Sustineas ergò, inquit Propheta, & scito, quod *Sapiens expectat tempus. Veruntamen occulis tuis. &c.*

Hoc totum, quòd quasi theoricè deduximus,
15 per authoritates Sacræ Scripturæ ex vtroque testamento de mira subalternatione scientiarum practicè nobis, & ad oculum proponitur in Euā-
Pro ser. 5. D. 2. gelio, quod habetur Lucæ 16. de diuite Epulone; iniquo, & peruerso, & de Lazaro mendico, vlcerato, & omninò inope, & cui nec micas de mensa cadentes diues dari vellet, imò canes mitiores diuite in mendicum fuerunt, nam, vt dici-
Luc. 16. tur, *lingebant vlcera eius*. Qualis fuerit status diuitis in hac vita, non est cur proponamus, nam historia satis aperta, & vulgata est, sed quid tandèm euenerit, audiamus: *factum est, vt moreretur mendicus, pariter & diues*, sed quæ sepultura diuitis?
16 *mortuus est diues, & sepultus est in Inferno, at mendicus portatus ab Angelis in sinum Abrahæ*, in locum refrigerij, & quietis, quia reuera hęc societas iustorum est in morte eorum, vt ab An-
17 gelis ducantur ad loca salutis, & quidem à pluribus, secundùm cumulum, & multitudinem meritorum in hac vita, quemadmodum sine dubio, & mali ab vno, vel pluribus dæmonibus trahuntur ad inferos secundum multitudinem iniquitatum
18 illorum. Certè varius exitus, quia dissimilis subalternatio, nam mendicus veræ sapientiæ se, suāquè cognitionem subalternauit, at diues sensui proprio, affectui, ac voluntati dęmonum. Et ratio 19
dicta est, quia non solùm cognitionem nostram subalternare debemus veræ cognitioni, quam nobis parat Deus in futura vita, cęterùm, & nosmetipsos, vt suæ nos subijciamus legi, cum Christo ferendo Crucem.

Et quià, vt tandem compleamus quæsitum, vera subalternatio est, quæ habet continuationem 20
cum subalternante, tunc enim plenam sortitur euidentiam omnium creditorum, siuè scitorum in subalternata, hinc est, quod de Iustis Sap. 10. dicitur. *Iustum deduxit Dominus per vias re-* Sap. 10.
ctas, & ostendit illi regnum Dei; Rectum enim est Rectum
cuius media non exeunt ab extremis. Cum igitur quid.
duo extrema in nobis sint, natiuitas, & mors, in 21
hisque nudi appareamus, secundum illud Iob. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nu-* Iob. 1.
dus reuertar illuc, tùnc erimus iusti, si & nudi ab omni terrenorum affectu fuerimus. Sic enim sequetur continuatio, quæ declaratur per, ly, *Et ostendit illi regnum Dei*, idest duxit ad claram cognitionem. Et sic vice versa timeant mali, 22
& peruersi, exemplo diuitis, de quo dictum est, memorenturquè illud Psal. 55. *Ab altitudine*
diei timebo, quid est, quæso, *timere ab altitudine* Psal. 55.
diei? Certè; quando sol est in maxima sua altitudine, non remanet sibi, nisi occasus, sic quando se viderint impij in mundana prosperitate eleuatos, tunc magis timeant, quià nil relinquitur illis, nisi occasus, & mors æterna, quià, vt inquit Gre- D. Greg.
gorius: *Oculos, quos clausit in hac vita culpa, ape-* 6. moral.
rit impius in pęna existens. (Ideo diues eleuans cap. 13.
oculos (quæ eleuatio intelligenda, est per consi- 23.
derationem sui status) clamare cępit; *Pater Abraham*, frustra tamen. Isa. 65. *Clamabitis præ do-* Isa. 65.
lore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis, At non exaudiuntur.

Si vis studiose Prædicator figuram, & imaginem status diuitiarum, & honoris, lege inferius in verbo: Pictura status honoris, ac diuitiarum. Vide etiam pro hac materia Articulum secundū Regulæ sextæ. Et hæc de quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS IV.

VTrùm *scientia iuris Canonici, sit practica, vel speculatiua*, & videtur quòd sit speculatiua; prob. primò authoritate Arist. qui primo Ethicorum dicit, *politicam vo-* Arist.
cari architectonicam; cum ergò ista scientia illi subalternetur, vt dictum est; relinquitur, quod etiam ipsa sit architectonica. Hoc autem non cōgruit nisi scientiæ speculatiuæ; vt patet primo Metaphisicę.

Secundò; prob. idem: quià ista scientia procedit diffiniendo; demonstrando; & determinando; vt dictum est art. 2. Hoc autem congruit speculatiuæ ergò.

Tertiò, omnis habitus cuius finis est scrire, est specula-

speculatiuus; sed finis omnium Canonistarum, est scire leges vt patet, ergò.

Sed contrà est quod habetur ff. de legibus l. *scire, scire leges non est earum verba tenere; sed vim, ac potestatem*: constat autem, quòd vis, & potestas legis, non intelligitur consistere, in contemplatione sola, sed vlteriùs ad opus extenditur. ergò.

Respondeo seruato ordine vt supra.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

1 *Practica scientiæ duplex est radix.*
2 *Praxis quid nam sit.*
3 *Voluntatis actus, necnon aliarum potentiarum comparantur ad intellectum, sicut regulatum ad regulam.*
4 *Scientiæ speculatiuæ finis.*
5 *Scientiæ practicæ finis.*

1 QVo ad primum. *Vtrùm scientia iuris canonici sit practica, vel speculatiua.* Nota pro huius declaratione ex sexto Metaph. quòd radix scientiarum practicarum est duplex. Prima intellectus, secunda obiectum. Vt enim patet tertio de anima. *Intellectus extensione fit practicus.* Dicitur autem intellectus se extendere quando extra se tendit. Quare operatio intellectus vt sic, non potest dici, aut esse practica operatio; imò nec scientiæ, quæ ordinantur ad dirigendas operationes intellectus; vt est Logica; non enim (nisi abusiuè) diceretur practica scientia, cum finis eius tantum scire, seù intelligere sit; loquendo de fine intrinseco; (Ar. ist.)

Necesse est ergò quòd operatio practica, sit opus alterius potentiæ ab intellectu; quarè praxis 2 potest sic diffiniri. *Praxis propriè: est operatio dirigibilis, seù regulabilis per habitum practicum, quæ operatio, nata est conformari actui recto, & elicito ipsius intellectus, ad hoc vt sit recta*; & sic actus voluntatis propriè erit praxis, cum possit comparari ad actus intellectus sicut regulatum ad regulam; & hoc idem dicimus de actibus aliarum potentiarum executiuarum; nam voluntas mouetur 3 ab intellectu finaliter, & directiuè. Secunda radix; est obiectum ipsius scientiæ. Si enim obiectum scientiæ sua natura sit quid operabile; certè, scientia ex suo obiecto, & intrinsecè, erit practica; è contra verò, si sit scibile tantùm.

Dicendum ergò quòd ratio practici completur ex fine, & intentione ordinata ad opus; siuè operationem; *Intellectus enim practicus fine differt à speculatiuo*, vt patet 3. de anima tex. 49. (Arist.)

Vndè scientia speculatiua, est, cuius finis est scire tantum; eiusquè obiectum scibile, & nullo 4 modo operabile per se; vt scientia de *Deo*, de Cęlo, & de Anima; nequè enim per nostrum scire, possumus aut *Deum*, aut Cælum, aut Animam operari. Scientia verò practica est, cuius finis nō est tantùm scire; sed operari circa obiectum suū illud attingendo, vel consequendo, vel producendo, per suam operationem; vt scientia medicatiua, & domifactiua; nequè enim addiscens ædifica 5 re, contentatur scire ædificare; sed intendit ędificare, sic de medicina &c.

Totus ergo sensus tituli est. Vtrū *Sciētia iuris canonici* secundū totam suam latitudinem, modo declarato in primo art. *sit practica* nimirùm ex suo obiecto, & fine, (quantùm sit ex intrinseca ratione ipsius) vel certè. *sit speculatiua*, idest illius, obiectum non sit quid operabile, sed scibile tantùm, eiusquè finis terminetur ad scire. Hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *SCientiarum practicarum alia actiua, alia factiua.*
2 *Scientiam aliquam dici practicam contingit dupliciter.*

QVo ad secundum præsupponenda est diuisio, quam Philosophi, (ferè omnes) tradūt de ipsis scientijs; quòd inquam, alia sit speculatiua, alia practica: &c. Quod ad propo 1 situm nostrum facit est: quòd practicarum scientiarum, alia dicitur factiua; alia actiua. Practica factiua est illa; quæ versatur circa artificia manualia, quæ communiter exercetur lucri causa, & à vilibus personis, non animo perficiendi intellectum, nec assequendi fœlicitatem; sed solùm subueniendi necessitatibus corporis. Vndè, & mechanicæ dicuntur hac ratione; vt inquit *Lanellus* in compendio suę Logicę quia faciunt hominem mœchari; idest, derelinquere propriam operationem, quæ est intelligere operique externo, & corporali adhærere: sumpta metaphora ab eo qui mœchatur, qui propriam derelinquit vxorē vt alienæ adhæreat; & in septem diuiditur artes: de quibus non est cur nos modò dicamus; (Ianellus.)

Practica verò actiua est illa; quæ versatur circa humanas operationes regulandas, vt benè, & secundum rectam rationem fiant, & sic comprę hendit omnem habitum moralem; nam Ethica regulatiua est propriarum operationum cuiuslibet hominis volentis benè, & virtuosè viuere. Oeconomica, siuè domestica, & familiaris; dirigit operationes totius familiæ, secundum quòd vnfiquemque familię gradum decet, & hoc per prudentiam patrisfamilias, gradus autem sunt, vir, & Vxor, Parentes, & filij, Dominus, & seruus, his enim integratur familia in specie humana: vt docet Arist. primo œconom. Patet autèm quòd (Arist.) alio modo reguntur filij; alio modo serui &c. Politica demùm, seù ciuilis est; quæ ex regentis pru- 2 dentia, publicas Ciuium actiones vt iustè, & pacificè fiant; regulat, & disponit.

Notandum tamen quòd quandoquè addiscēs ex sua particulari intentione, ordinat scientiam

ſpeculatiuam putà metaphiſicam ad lucrum;aut aliud huiuſmodi;& medicinam ad ſcire tantùm; verùm hoc eſt per accidēs, nec officit fini intrinſeco vtriuſquè ſcientiæ. Si quidèm iſta ſunt extrinſeca,& variant practicum,vel ſpeculatiuum, non per ſe,ſed per accidens. Quarè iudicium circà ſcientias, an' ſint ſpeculatiuæ, vel praticæ ex obiecto, & fine intrinſeco ſumendum eſt; minimè per ordinem ad intentionem priuatam cuiuſcunque vtentis ipſiſmet ſcientijs. Hæc de ſecundo.

PVNCTI TERTII SVMMÆ.

1 *Canonica ſcientia ſimpliciter eſt practica.*
2 *Iuris diffinitio ſecundum Celſum*
3 *Sacerdotes dicuntur,qui iuſtitiam colunt.*

QVò ad tertium concluſio reſponſiua eſt Canonica ſcientia ſimpliciter eſt practica.

1 Probatur primò quia eius finis eſt honeſtè,ſanctèquè viuere in eccleſia ſancta Dei,inſuper eius obiectum eſt ordinatum ad operationem, imò eſt quoddam operabile nullaquè alia ratione inſtituta eſt ſcientia Canonica niſi vt homo perfectus ſit ad omne opus bonum,volūtasq; illius beneplacens coram Deo quem tanquam finem vltimum bonis,ac iuſtis operationibus conſequimur.

Probatur ſecundò, quia vt dicitur diſt. 3. cap. *Canon; Canon dicitur eò quòd regat, vel rectè viuendi normam prabeat, vel quod diſtortum, prauumquè corrigat.*

2 Probatur tertiò, quia hanc ſcientiam diſcimus vt boni efficiamur,vndè Celſus ius diffiniens in principio ff. inquit quod eſt, *Ars boni, & aqui cuius merito nos quis ſacerdotes appellat.*
3 *Iuſtitiam namquè colimus boni, & aqui notitiam profitemur, ergò.*

PVNCTI QVARTI SVMMÆ.

1 *Architectonica ſcientia quadam ſimpliciter,& quadam in tali genere.*
2 *Determinationes qua fiunt in ſcientia Canonica ad operationem ordinantur.*

QVo ad quartum;ad argumenta breuiter reſpondetur ad primum dicitur quòd eo loci

1 Ariſtoteles dicit ſcientiam politicam eſſe architectonicam in ſuo genere nimirùm per comparationem ad alias ſcientias ordinatiuas hominis ad opus, ſiuè ad rectam operationem: Sola autem metaphiſica in ſcientijs lumine naturali acquiſitis dicitur architectonica ſimpliciter,vt patet loco citato.

2 Ad ſecundum dicitur quòd omnis diffinitio, demonſtratio, vel determinatio quæ habetur in hac ſcientia, tandem ordinatur ad operationem tamquam ad finem.

Ad tertium dicitur;quòd non ſit ſtatus in ipſo ſcire,ſed in operatione Chriſtiana vt dictum eſt.

PVNCTI QVINTI SVMMÆ.

1 *Moralem ſcientiam maximè Ariſt. æſtimauit.*
2 *Virtutes infuſa perficiunt per ordinem ad finem ſupernaturalem.*
3 *Syndereſis duplex naturalis, & ſupernaturalis.*
4 *Syndereſis officium quod.*
5 *Fidei actus quomodo perfectus.*
6 *Fides informis largè virtus dicitur.*
7 *Fides informis eſt infallibiliter veri.*
8 *Fides informis tantum intellectum perficit.*
9 *Virtus qualibet conſideratur, & ſecundum ſuā eſſentiam, & ſecundum ſtatum.*
10 *Credere cum ſit per imperium voluntatis intellectum,& voluntatem perfectam requirit.*
11 *Aptitudo qualis ad Philoſophiam Chriſtianā.*
12 *Canonica ſcientia docet dirigere actiones in Deum.*
13 *Finis noſter maximè à nobis attendendus eſt.*
14 *Lingua ſua loqui quid ſit.*
15 *Lingua vocalis, & humana vtimur inter nos.*
16 *Deſiderium magnum magnus eſt clamor.*
17 *Chriſtus finis eſt omnium ſcripturarum.*
18 *Mortis memoria multa bona cauſat.*
19 *Mortis obliuio peccata multiplicat.*
20 *Conſumationis nomine martirium quandoquè intelligimus.*
21 *Conſumatio propriè pro complemento rei cuiuſque.*
22 *Conſumata operatio in bonum cupit mori,& eſſe cum Chriſto.*
23 *Mors via eſt bonis,& malis.*
24 *Notitia affectiuaqua.*
25 *Dies futura vita diſſimiles vita huius.*
26 *Tempus praſens nihil ad aternitatem.*
27 *Moriendi deſiderium laudatur.*
28 *Mos antiquorum pro inueniendis theſauris.*
29 *Hominem in vita ſpiritualı perfectum facere intendit ſcientia canonica.*
29 *Homo Dei, & homo perfectus ſpiritualiter idē.*

Appendix pro Concionatoribus.

ARiſt. tāti ęſtimauit ſcientiā moralē,vt non putauerit dignum auditorem niſi, qui eſſet bonis moribus inſtitutus, cùm circà honeſtatem, tùm circà iuſtitiam,& omnem ciuilem rationem 1
vt patet primo eth. c. 3. & 4. vndè, & diſcipulū bonū, antequam fieret bonus per virtutes, quaſi requirere videtur ea ratione, vt capax ſit culminis, & perfectionis ipſius virtutis ſunt enim (eodem Phi. teſte) *virtutes diſpoſitiones quadam perfecti*

7 Phiſ. tex. 17. 2. ethi. ca. 6.

perfecti ad optimum,& quæ bonum faciunt haben
tem,& opus eius reddunt bonum.
Consentaneum igitur est, vt pluris faciamus,
& quidem incomparabiliter, nos virtutes infu-
sas,& supernaturales;quæ bonos nos reddunt,nõ
2 per ordinem ad aliquem finem naturalem,& hu-
manum,modo quo illæ morales Arist. sed ad fi-
nem vltimum,& supernaturalem; quòd (inquã)
maior in nobis prçexigatur,bonitas,& perfectio.
Illæ namquè si synderesim, & iudicatorium na-
turale sequantur,sufficit,at nos vlteriùs,qui Chri
stiani sumus omnes pro synderesi, supernaturalẽ
fidem sequi debemus: est enim veluti synderesis
3 quædam infusa, quæ remurmurat malo, & insti-
gat ad bonum, quod est officium synderesis natu
D.Tho. ralis,vt docet D. Th. p. p. q. 79. art. 12. quarè,
4 & se opponit contra omne id, quod potest ad-
uersari cõtrà hunc finem quem supernaturalem
diximus. Hinc est, quòd idem Doctor sanctus
2.2.q.4.art. 5. in corpore, inquit, quod actus fi-
5 dei non est perfectus, nisi voluntas infallibiliter
ordinetur ad vltimum finem;quæ perfectio, cer-
tè est ex radice charitatis,potest enim fides infor
6 mis,vt ibidèm docet,& Commentatores cum eo
prçclarè declarant, dici virtus, largè sumendo
virtutem. At propriè, nequaquam; de ratione
enim virtutis est, quod *bonum faciat habentem*,
vt dictum est, non qualitercumquè sed simplici-
tèr,& absolutè;potest ergò fides informis,actum
habere bonum intra latitudinem intellectus, vt
nimirùm sit infallibiliter veri,& eius veri, quod
est omninò verum,certum, & indubitatum ex ra
7 tione primæ veritatis; at si nil aliud superadda-
tur, perficit quidèm intellectum; sed non red-
dit bonum simplicitèr. Dicimus enim eo casu,
8 quòd habens fidem est bonus fidelis,sed nõ quòd
sit bonus simplicitèr; cæterùm si simùl cum hac
cognitione veritatis, ordinem infallibilem ha-
beat ad vltimum finem supernaturalem,in eum-
què dirigat semper suas actiones, & operationes
tunc erit perfectè bonus,& bonus simplicitèr.

Hinc euenit quòd Doctores distinguere solẽt
dicendo,quòd virtutes morales duplicitèr con-
siderantur, vno modo secundùm essentiam vir-
tutis vt sic; alio modo secundùm statum, & per-
fectionem ipsius: Essentia quidèm virtutis consi-
Arist. stit secundùm Arist. quòd sit habitus operatiuus
eth.c.3. propter bonum finem; vndè quilibet habitus
quomodolibet ordinans ad bonum finem,potest
9 dici virtus; at modus, & perfectio talis virtutis;
tunc tantùm est,quando cum promptitudine, &
delectabilitèr inclinat ad tale bonum, quod est
obiectum virtutis; & hoc maximè requiritur in
habente fidem supernaturalem, potiori ratione;
quia sic credere, est per imperium voluntatis eli
gẽtis captiuare intellectum,in obsequium Chri-
sti; quarè cum actus pendens per se à duobus, nõ
sit perfectus simpliciter, nisi vtrumque sit perfe-
ctum; fidesquè nostra radices habeat in volunta-
10 te;omninò concludendum est,quòd tùnc tantùm
fides erit verè,& propriè,ac perfectè,virtus;quã-
do aderit infallibilitas ex parte voluntatis, per
ordinem ad vltimum finem. Et quia Christia-
num cum dicimus,perfectum intelligimus; ideò
qui sectari volumus veram Philosophiam, quæ
ducit ad vitam æternam,opus est vt totis viribus
conemur intueri qualitatem fidei in nobis; num
inquam, sit ad modũ virtutis etiam theologicæ
in intellectu tantùm,an etiam in voluntate;quòd
si primùm; nondum sumus apti ad veram philo-
sophiam moralem Christianam: si secundum;
vtiquè; Hoc autem docet nos Canonica scien- 11
tia, quomodo inquã, generaliter nostras in Deũ
dirigamus actiones,& operationes.Hçc enim est
ratio quarè in art. primo huiusmet quæstionis
diximus,quòd ius Canonicum,est ceù perfectio, 12
consumatio,ac complementum; cuiuscunquè al
terius iuris dirigentis eundem hominem ad bo-
num; & quoniam finis cuiusque rei attendendus
est.C. de nouo codice faciendo l. prima.Insuper
finem certum respicientia, non debent contra-
ria operari,vt C.de legibus. l. quod fauore. ma-
ximè verò si sit finis vltimus.q. est Regula omniũ 13
operationum humanarum, vt docet D.Th.p. 2. *D. Th.*
q. p. art. 6. Ideò nos Christiani præ oculis habe-
re debemus quis nam finis noster sit ad quem
dirigamus omnẽ nostram actionem,& operatio-
nẽ,vt vel sic cauti simus in omnibus. Illud enim
est finis boni nostri propter quod amantur cçte-
ra,illud autem per seipsum. Vt inquit Aug. 19. *Aug. c.*
de ciuit. Dei. Hinc est quod Regius Psaltes. val- *primo.*
dè anxium se ostendit. vt sciat finem suum qua-
tenus, vel sic excitaretur ad benè operandum
moresquè suos virtuosè,ac sanctè componendos
quarè psalmo. 38. Ait *locutus sum in lingua* *Ps. 38.*
mea,notum fac mihi Domine finem meum, & nu-
merum dierum meorum,& declarans,quæ nam sit
ratio huius perquisitionis, & instantiæ, subdit:
vt sciam quid desit mihi, pro cuius sententiæ de-
claratione (quoniam digna est, & valdè vtilis)
plenè à nobis declarãda est.Tria ergò circa illam
notanda sunt,primum,quid intẽdat sanctus pro-
pheta per hoc quod dicit, *locutus sum in lingua*
mea; secundum quid est quod instãdo petit. *No-*
tum fac mihi; tertium ad quem finem. *vt sciam*
quid desit mihi.

Quo ad primum haud dubium est,quòd mul-
ti loquuntur, at non lingua sua, sed quandoquè
lingua extera, tùnc verò secundùm linguam 14
suam eos loqui cernimus, quando ex locutione
optimè dignoscere possumus cuius nationis, ac
patriæ sint; sìc enim quandoquè transeuntes, &
peregrinos discernimus ex lingua,qua familiari-
ter vtuntur; & licèt facilè sit dicere quòd lingua
qua vsus fuit Dauid in huiusmodi petione, & in
stantia quam facit Deo, fuerit lingua humana p
vocem sensibilem;cautè, tamen animaduerten-
dum quis sit, & qualis persona cum qua sermo-
nem habuit;Nam lingua humana vocali,vtimur 15
inter nos homines;quia reuera auris corporalis,
B 3 non

non nisi vocem corporalem audire potest; At Deus qui spiritus est, hac voce minimè eget, licèt eandem intelligat. Vera igitur locutio, qua loquimur Deo, est per internum mentis affectum ac desiderium: vndè loqui nostrum ad Deum, nihil aliud est, quàm ad ipsum, desiderio cordis Greg. in Apoc. c.6. clamare. Hinc Gregorius super illud Apoc. *vidi animas sanctorum clamantes, & dicentes vsquequo Domine, sanctus, non vindicas sanguinem nostrum dicit. Quid est animas sanctorum à Deo vindictam petere nisi diem extremi iudicij, & resurrectionem extinctorum corporum desiderare?* 16 *Magnus quippe earum clamor, magnum est earum desiderium. Tantò enim quisquè minus ad Deum clamat, quantò minus desiderat; & tantò maiorem vocem in aures Dei exprimit, quantò se in eius desiderium pleniùs fundit. Animarum ergò verba, sunt ipsa illarum desideria: Nam si desiderium sermo non esset, propheta non diceret: Desiderium cordis eorum audit auris tua.* Sic ad propositum, sanctus Dauid hoc loco vice sanctorum omnium loquitur lingua sua idest, Cordis intimo desiderio, ad Deum; loquimur tamen etiam lingua vocali ad Deum. *Sed si cor non orat in vanum lingua corporis laborat*; propriè ergò lingua per ordinem ad Deum est Cordis; Hæc de primo.

Petitionem duplicem exprimit propheta. Tf. 38. Quo ad secundum: duplicem petitionem exponit, *Notum fac mihi Domine finem meum*, hęc est prima; *& numerum dierum meorum*. hæc est secunda. Pro huius declaratione sciendum, quòd tres fines sibi inuicem subordinatos consideramus in actionibus humanis; Primus, & principalis qui, & vltimus dicitur Christus est de quo Rom. Ro. 10. 10. *finis legis Christus est*. Secundus, est mors; quæ terminat vitam præsentem; & dicitur vltimum terribilium, de quo Eccl. 7. Eccl. 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua*. Tertius finis, est ipsa summa, & consumata perfectio operationis cuiuscunquè secundùm illud Psal. 118. *Omnis consumationis vidi finem*. Ratio autem quarè omnia ista dicantur, & gaudeant nomine 17 finis, est: De *Christo* enim nulla est difficultas; si quidem constat, quòd omnis scriptura ordinatur ad illum, vaniquè sunt omnes sensus, qui de scriptura dantur, in quibus non est ordo ad *Christum* est enim finis fidei nostræ pro hoc statu viæ. Vn-Ro. 10. dè Apost: loco citato *finis legis Christus est*, subdit, *Ad iustitiam omni credenti*. Item est finis, in quo est nostra Beatitudo. *Hac est enim vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum; &* Io. 17. *quem misisti Iesum Christum*. Io. 17. Vndè retributio bonorum est, vt ait Glossa super illud *omnis consumationis*; & etiã *malorum damnatio*. 18 Mors verò in tantùm dicitur finis, in quantùm ex illius consideratione multa bona causantur, & excitantur in nobis; primò facit contemni diuitias. Hiero. Hieron. in prologo Bibl. c. 8. *facilè contemnit omnia qui se semper cogitat moriturum*: Secundò facit cõtemnere gloriam humanam omnemquè huius vitæ consolationem; Vndè Eccl. 11.

Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum malorum; qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Eccl. 11. Tertiò, reprimit superbiam Eccl. 11. *Quid superbis terra, & cinis, memẽto homo quia cinis es*. Eccl. 11. Quartò, timorem incutit Dan. 5. *Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis, contra Candelabrum in superficie parietis Aula Regia; & Rex aspiciebat articulos manus scribentis; tunc Regis facies immutata est, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur; & Eccles. O' mors quam amara est memoria tua, homini habenti pacem in substantijs suis*. Dan. 5. Eccle. 41. Quintò; est cautela contra omne peccatum. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*: Eccl. 5. Idest nunquàm peccabis, è contra multiplicãtur peccata ex non recordatione illius. 19 *Sordes eius in pedibus illius, nec recordata est finis sui*. Tren. 1. Sextò, & vltimò, est causa interioris dispositionis Domus, nimirùm consciẽtiæ Isaię. 37. *Dispone domui tuæ quia morieris tu, & non viues*. Isaia. 37. Perfectio demùm, & consumatio operationum dicitur finis, siuè in bonum, siuè in malum, eo modo quo res quæ peruenit ad complementum dicitur consumata, & perfecta; vndè liber dicitur consumatus, quando est perfectus, & sanctitas cõsumata; quãdo est perfecta omni ex parte; & in malum malitia dicitur consumata, quando iàm peruenit ad extremum secundùm illud. *Nec dum completa sũt iniquitates eorum*; & alibi. Ge. 15. *Completa est iniquitas, &c.* Tren. 4.

Attendendum tamen est, quòd nomine consumationis quandoquè intelligimus pœnam, & 20 martirium, quibus per mortem, & passionẽ quis terminatur, & finitur, sic de Christo ait Apost. D. Paul. Heb. 2. Heb. 2. *Decebat eum per quem omnia, qui multos filios adduxerat in gloriam per passionem consumari*. Hinc *Christus* in Cruce dixit. *Consumatum est, & inclinato Capite tradidit spiritum*: Io. 19. finis verò huius consumationis, est ille propter quem talis passio toleratur; & quia sancti martires pro Christo tolerabant, ideò Christus huius consumationis dicitur finis; verùm vti diximus, communiùs, & familiariùs accipitur pro complemento 21 vniuscuiusquè rei, quando iam peruenit ad suum esse perfectum, & vltimum; siuè sit quoddã bonum, siuè malum; videre ergò finem omnis cõsumationis, est cautè intueri, ac intelligere quæ euentura sunt illi actioni; quando consumata fuerit, siuè præmium, siuè pæna. Redeundo igitur ad id, quod intendimus. Regius Propheta in suo dicto sanè intelligitur, & congruè de omni tali fine quià reuera habent subordinationem inter se: nã operatio cum consumata fuerit, per mortem terminatur si quidem de peccato ait Iacob, Apost. Iac. 1. *Peccatum cum consumatum fuerit generat mortem*; quia tandem ad illã terminatur. De bonis, 22 operibus ex Charitate inquit August. Aug. *Charitas cum consumata fuerit, dicit cupio dissolui, & esse*

cum

cum Christo. Mors verò bonis est via ad gloriã; & malis ad pænam: vt diximus in præcedenti ar-
23 ticulo, Christus autem est retributor bonorum, & malorum secundùm illud. *Ite maledicti in*
Ma. 25. *ignem æternum. Venite benedicti Patris mei perci pite regnum &c.*

Quærit ergò Dauid instando per intẽsum desiderium, vt Deus notum sibi faciat finem suum, idest, *Christum*, & non loquitur de quacunquè notitia, sed de affectiua, quæ parit amorẽ, & quę
24 verè, & propriè est virtus, & bonũ facit habentẽ non secundùm quid, sed simpliciter, vt inquam credendo firmitèr illi adhæreat, & per cognitionem, & per amorem, & quòd iste sensus sit planus patet ex secunda petitione, qua instat sibi reuelari, numerum dierum suorum, quasi dicat, equidèm cerno quòd dies mei sunt mali, pauci, & imperfecti, quarè non mihi vtile est recedere cũ hac dispositione, quæro igitùr, & humiliter dep̃cor hoc mihi reuelari, quo mihi sim stimulus benè agendi; & breuitèr, sensus est vellem vt cordi meo infigeres memoriam diei mortis, quò ardẽtiùs mouear ad rectè operandum. Vel secundùm
Aug. Aug. loquitur de diebus futuræ vitæ, vt *percepta intentione beatitudinis, illiusquè perẽnitatis faci-*
25 *lè contemnam transitoria omnia*, & hic sensus etiam valdè planus est, nam de annis præsentis vitæ fatetur in sequenti versu se scire quòd sint mensurabiles, & valdè breues, ac finiti dum ait.
Ps. 38. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos &c.* Quasi dicat, quid centum anni sunt, qui principium, & finem habent? *Mille anni ante oculos tuos tanquam*
Ps. 89. *dies hesterna*. Quarè, nec longum tempus dici potest, ex quo continuè terminatur: Vndè Greg. 8.
Greg. moral. capite 13. *Omne quod transit breue est etiã si tardiùs terminari videatur. Iusti autem viri*
26 *hanc breuitatem vitæ continuè considerant, dies suos mensurantes; sed mali ipsam animaduertere nolunt: Reproborum mens erga dies præsentis vitæ tanto amore constringitur, vt sic semper hic appetant viuere, quatenùs si valeant viuendi portum, nunquàm desiderent finire.*

Qui verò de causa cupiat sibi notum fieri hãc finem, siuè Christum intelligamus; vel æternitatem, Beatitudinis; siuè mortẽ ipsam, siuè quę nã sit vera, & perfecta conditio bonæ, iustæ, ac sanctæ operationis, subinfert cũ dicit. *vt sciam quid desit mihi*, Videlicèt, vt me opportunè p̃parare valeam in occursum Christi, simquè paratus mori vt fidelem decet, possimquè magis ac intẽsiùs vacare bonis operibus, vt in illis omnibus semper *supereemineat, quæ permanet Charitas*. Vndè
Aug. Aug. plurimum laudabat quibus inerat morien-
27 didesideriũ, sic enim fixam habentes mentem in mortis horam, operosiùs laborant, vndè, & de
Iob. 3. his dicitur Iob. *Sicut effodientes thesaurum gaudent vehementer cum inuenerint sepulcrum.* Mos
28 enim antiquorum diuitum fuit vt apud se facerent sepelire thesauros pręcipuos quos habebãt, quarè post decursum temporum qui vacabant pro inueniendis thesauris, inuento sepulcro plaudebant manibus, simulquè gratulabantur, & operosiùs, ac diligentiùs quasi certatim effodiebant, certi quòd inuenirent thesaurum; sic omnes homines iusti ex intentione, operantes bonum; vt thesaurum inueniant, nimirùm cælestem, & ęternum. Vndè cum se vident morti propinquos, operosiùs, ac diligentiùs vacant bonis operibus. Hoc est quod intendit sanctus Propheta sibi suũ reuelari finem, vt quæ perantea ex incuria transiuit, ac diuertit, omninò suppleat, finis enim cuiuscunquè vis, & efficatia est vt illum intensè desiderantes excitet, & moueat ad ardua omnia.

Et ex his patere põt q̃ rectè deduxerimus, scientiam Canonicam inter morales computari, imò, & pręcipuam esse tùm ratione finis qui est *Christus* à quo Christiani nuncupamur, tùm ratione operationum, & operandi modum. Docet enim operari id, quod omninò sanctum, ac piũ est, tùm ratione dispositionis, quam pręexigit, vel ad quã saltèm inducit, nimirùm, vt verus homo Canonicus, idest viuens secundùm regulas sacrorum Canonum sit, vel conetur esse in Dei gratia, homoquè perfectus in vita spirituali quod vtiquè est per fidem formatam, vel radicem illius, videlicèt, per gratiam; si quidẽ, tàm gratia, quàm Charitas, forma fidei, constituunt hominem in esse 29
perfectò, vt verè sit homo Dei, imò filius Dei, qđ apertè declarat Io. cap. primo. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credũt &c.* Quod certè Io. 1.
non nisi per fidem formatam esse potest, & Heb. 30 Heb. x.
10. *Iustus ex fide viuit*, Idest formalitèr dicitur habere vitam spiritualem; & Romanorum 5. *Iustificati ergò per fidem*; quę omnia non nisi de fide Rom. 5.
formaliter inhærente intelligi possunt, vt optimè declarat sacrosanctum Concil. Trid. sess. 6. cap. 8 & Can. 10. & 11. quapropter huic scientiæ Conc. Trid.
Canonicæ congruunt illæ quatuor conditiones quas Apost. 2. ad Timot. 3. ennumerat dicens. *Omnis scriptura Diuinitùs inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad erudiẽdum, & corripiendum, vt sit perfectus homo Dei*; quæ omnia 2. Ti. 3.
habentur post sacram scripturam, ex hac vnica scientia, quam Canonicam dicimus; docet namquè veritatem per vera dogmata, arguit hæreticorum falsitates; erudit ducendo ad bona, Corripit reuocando à malis, & peccatis; quarè meritò eam, germen veræ Theologię diximus. Hæc de quęsito dicta sufficiant. *Vide Lãcelot. de compar. vtriusq. iur. in fine instit. Cã.*

ARTICVLVS V.

VTrùm scientia Canonica habeat subiectum, & quod nam illud sit.

Et videtur quòd huius sciẽtię subiectũ nihil aliud sit quàm ipsimet sacri Canones; quod probatur, tùm quia illis perficitur opus, tùm quia est opinio Archidiaconi super Decret. Archidia.

Sed contrà quia sacri Canones sunt magis ex

gis materia ex qua, nos autem quærimus de materia circa quam, tùm quià facri Canones magis habent rationem principij, quàm fubiecti; fiquidem ex ipfis fumũtur regulæ, tùm quia eorum nõ queruntur partes, nec paffiones, ergò.

Videtur ꝙ fubiectum huius fcientiæ fit fides, probatur quià de illa principaliffimè tractatur, in iftaquè fcientia deffenditur, ac roboratur, &

Hoftien. vlteriùs eft opinio Hoftien.

Sed contrà, tùm quia fides non adęquat totam hanc fcientiam, tùm quia non illius quærunturpaffiones; tùm quia fides habet pro obiecto Deum, quarè magis dicenda effet fubiectum Theologiæ.

Videtur quòd fubiectum huius fcientiæ fit bonum commune quòd etiàm afferitur effe fubiectum in Ethicis, & vlteriùs eft opinio Io. And. fuper glo. in prooem. Decret. Ioan. Andr.

Sed contra primo quia bonum commune non eft fubiectũ in Ethicis, vt prçfupponit opinio; fecundo quià hoc dato ifta non fubalternaretur illi, quià vt sìc, nõ adderet ad fubiectum illius, cõftat autèm quod fubalternans, & fubalternata fpecie diftinguntur, ac eò non poffunt habere fubiectum omninò idem.

Refpondeo feruato ordine vt, fupra.

PVNCTI PRIMI SVMMAE.

1 *OBiectum fcientiæ Canonicæ neceffariò eft aliquod bonum operabile.*

2 *Obiectum illud est quod conftituit, & diftinguit vnam fcientiam ab alia.*

3 *Bonum quod ponitur obiectum huius fcientiæ fpecialem habet rationem &c.*

QVo ad primum. *Vtrùm fcientia Canonica habeat fubiectum, & quod nam illud fit.* quià fermo eft de fcientia morali omninò dicendum quòd huius fcientiæ fubiectum
1 fit aliquod bonum operabile modo fuperiùs declarato, infuper, quià hæc fcientia Canonica dicit habitum diftinctum ab habitu cuiufcunquè fcientiæ moralis traditæ ab Arift. ipfumquè fubiectum eft illud quod diftinguit, & conftituit
2 fcientias in fpecie, ideò non oportet illud bonũ quod ponitur fubiectum in hac fcientia confiderari fub eadem ratione modo quo confideratur in Ethicis fcientijs, imò neceffe eft quod addat
3 rationem fpecialem in ordine ad quam accipi poffit diftinctio huius ab illis; quarè totus fenfus tituli eft. Vtrùm *Scientia Canonica habeat fubiectum:* nimirùm aliquod bonum commune; *& quod nam illud fit* ideft, quæ nam fit fpecialis ratio conftitutiua, & diftinctiua illius, hoc enim totum eft quod quęrere intendimus

PVNCTI SECVNDI SVMMAE.

1 *OBiectum fcientiæ duplex, materiale, & formale.*

2 *Formale duplex. quo, & quod.*

3 *Pafsiones ab obiecto, vt res oriuntur.*

4 *Primitas quadruplex in fubiecto confiderari poteft.*

5 *Obiectum fcientiæ adhuc duplex, motiuum, & terminatiuum.*

6 *Omnia ifta qualitèr comparentur in fcientia Canonica.*

QVo ad fecundum notandum primò, quòd obiectum cuiufuis fcientiæ duplex eft, ma- 1
teriale, & formale; materiale eft res quomodolibet confiderata, feù fubftracta rationi formali; formale duplex eft nimirùm, quo, &
quod; Obiectum quo formale eft lumen, fiuè me- 2
dium quo mediante, ea quæ pertractantur in fcientia obijciuntur intellectui, & fine quo non obijcierentur. Sicut lumen eft obiectum quo per ordinem ad fenfum vifus, vifibile autem, fiuè color eft obiectum quòd ipfius potentiæ, & virtutis vifiuæ; hoc idem proportionalitèr dicimus de fcientijs, nam in illis obiectum quo eft modus ꝓprius cuiufquè fcientiæ abftrahendi à materia, obiectum verò quòd eft ipfa ratio rei formalitèr quę adæquatè confideratur in tali fcientia. V.G. Hoc quòd dico abftractum fecundùm effe, & rationem à materia eft medium, fiuè obiectum quo in metaph. quia nihil in ea confideratur, nifi vt induit talem abftractionem. Ens verò inquantũ Ens dicitur, & eft obiectum, quòd, quià paritèr omnia quæ confiderantur, & ad quæ terminatur cognitio metaphificalis, Ens eft: Et induit rationem Entis. Et hæc diftinctio eft eadem cum illa, quæ fit de obiecto, vt res eft, & vt fcibile eft; conftat autèm, quod à ratione obiecti, vt res oriũtur paffiones, quæ probantur de ipfo fubiecto, & cu-
ius per fe primo funt differentiæ, & fpecies quæ 3
confiderãtur in tali fcientia; ipfa verò abftractio eft veluti medium, & lumen fub quo omnia cognofcuntur in eadem fcientia.

Notandum fecundo quòd quadruplex primitas reperitur in fubiecto aliquo per ordinem ad
fcientiam, vel potentiam aliquam; prima dicitur 4
primitas adęquationis, & hoc modo illud dicitur obiectum primum quod ità adæquat habitum, vel potentiam, quòd potentia, vel habitus non poteft vltrà latitudinẽ talis obiecti, imò in quodcunquè poteft habitus, vel potentia clauditur intrà latitudinem rationis formalis obiecti modo quo dictum eft, ficut vifus non poteft nifi in vifibile. Secunda primitas dicitur temporis, & reperitur inter aliqua plura ad quæ nõ poteft peruenire nifi primo attingatur cognitio alicuius prioris primo terminantis ipfam cognitionem habitus, vèl fcientiæ, vt V.G. litterę in Grammatica

tica sunt quæ primo sciuntur;& sine quarum cognitione non peruenitur ad reliqua. Tertia primitas dicitur resolutionis, & est illud cognitum ad quod tandem fit resolutio in scientijs, vt eędē litteræ in Grammatica sunt ad quas fit resolutio omnium Grammaticalium. Quarta primitas dicitur perfectionis, & illa est quæ reperitur inter plura considerata in eadem scientia, siuè cognita ab eadem potentia quatenus vnum est perfectius altero, vt V.G. inter omnia considerata à metaphisico perfectissimum Ens est Deus, & inter visibilia lux ipsa primum tenet locum.

Notandum tertio; quòd obiectum scientię adhuc duplex est motiuum,& terminatiuum; quandoquè enim id quod est primo motiuum intelle-
5 ctus nostri, non est pariter primo terminatiuum, Ens enim V.G. concretum quiditati sensibili, siuè quiditas ipsa sensibilis est, quæ primo primitate adæquationis proportionatè intellectui nostro coniuncto mouet eundem ad intellectionē; non enim alitèr potest pertingere substantias separatas nisi primò moueatur ab ipsa quiditate sensibili, quæ est illius obiectum proportionatū. Ens verò inquantum Ens, vt inquam se extendit ad omnia Entia est subiectum primum primitate adæquationis intellectus nostri absolutè considerati in terminando; Si enim intellectus noster non vniretur corpori, equidem non impediretur quin'posset primò attingere ipsam Entis rationē in quocunquè reperiretur. Ex vnione ergò ad corpus, siuè propter talem vnionem habet quòd non possit in ipsam rationem Entis, nisi primò moueatur à quiditate sensibili, siuè ab ipso Ente, vt concernente, & implicante talem quiditatem sensibilem.

Modò ad propositum nostrum applicando singula, dicimus quòd bonum commune Ciuilitatis Christianę est obiectum formale quod, huius sciē-
6 tiæ Canonicæ, regulabilitas autem in ordine ad salutem est medium sub quo siuè ratio sub qua omnia, quæ traduntur in hac scientia sciuntur ꝑ talem habitum; ipsæ vero res consideratæ in speciali, V.G. fides, sacramenta, & alia huiusmodi, vel etiam ipsimet Canones se habent ceù obiectum materiale. Verumtamen est quòd quando sermo est de obiecto alicuius scientiæ, includimus,& rationem quæ primò attingitur, & rationem sub qua modo quo dicimus quòd color in quantum visibilis est obiectum sensus visus,& tale obiectum adæquat totam scientiam, & dicitur attributionis, quia ad ipsum referuntur omnia, quæ traduntur in scientia, vt dictum est.

Itèm in eadem scientia Canonica dicimus, qđ obiectum primùm primitate adęquationis est bonum commune Ciuilitatis Christianæ, vt acquisibile per regulas Canonicas, obiectum verò primum quo ad perfectionem, est fides,& quæ ad eā spectant insuper sacramenta, & alia huiusmodi. Itèm primitas temporis,& resolutionis accipitur ab ipsis sacris Canonibus, siue constitutionibus pontificijs à quibus inchoatur in hac scientia, & ad quæ terminatur tandèm omnis cognitio Canonica, &c.

Insuper in hac eadem scientia Canonica idēmet obiectum est, quod primò mouet per ordinem ad habitum huius scientiæ, & illudmet est quod primò terminat: Siquidèm bonum commune Ciuilitatis Christianæ regulabile secundū rationem, vt dictum est. Et primò mouet, & vltimatè habitum scietiæ Canonicæ terminat. Hæc de secundo puncto.

PVNCTI TERTII
SVMMAE.

1 *Obiectum practicæ operabile quod nam esse debet.*
2 *Scientia Canonica omnia ordinat ad bonum salutis.*
3 *Differentia inter moralem, & Canonicam.*
4 *Lex quarè prodatur.*

QVoad tertium, Conclusio responsiua est. Subiectum scientiæ Canonicæ est bonum Ciuilitatis Christianæ secundum ordinem iusti, & recti per leges, & constitutiones Canonicas.

Probatur primò, quià sic est aliquod bonum operabile, quod congruit scientiæ practicę. 1

Probatur secundò, quià ad tale bonum omnia pertractata in hac scientia reducuntur, & ipsum est quod prædicatur de omni eo, quod pertractatur in hac scientia, vel in recto, vel in obliquo. 2

Probatur tertiò, quia sic optimè apparet quo- 3
modo subalternetur Ethicæ, vel morali in communi; nàm illa habet pro obiecto bonum commune Ciuilitatis humanæ, ista addit differentiā extraneam, nimirùm ordinabilitatem ad vitam Christianam. Quapropter Gregorius in procem. Greg.
Decret. inquit. *Lex ideò proditur vt appetitus* 4
noxius sub regulis iuris limitetur, per quam genus humanum, vt honestè viuat alterum non lædat, ius suum cuiquè tribuat; informatur. Hæc de tertio.

PVNCTI QVARTI.
SVMMAE.

Quo ad quartum ad argumenta patet ex dictis.

PVNCTI QVINTI
SVMMAE.

1 *IMago obiecti huius scientiæ illiusquè symbolum ad vinum declaratur Eccl. 12.*
2 *Canonica scientia suas habet radices in sacra Scriptura.*
3 *Conuersatio recta interior, et exterior ipsius hominis qualis.*

4 Inui-



4 *Inuitantur omnes ad audiendum quod nam ipsorum bonum.*
5 *Scriptura cuiuscunque finis.*
6 *Homo ad quem finem factus vt propter illum operetur.*
7 *Homo omnis. quis est, & quid sit.*
8 *Iustus palma comparatur.*
9 *Timor Domini multiplex illorumquè cōparatio*
10 *Timor Domini Confert, & conseruat gratiam;*
11 *Timor Domini quomodo expellat peccatum.*
12 *Timor Domini Corrigit præterita, vitat præsentia, & cauet futura mala.*
13 *Timor Domini facit recedere à peccatis, & ab illis abstinere.*
14 *Timor Domini expellit negligentiam*
15 *Securitas mater negligentiæ, timor verò diligentiæ.*
16 *Negligentia et himologia.*
17 *Diligentiæ actus qui nam sit.*
18 *Timor Domini perficit hominem.*
19 *Timor filialis augetur adaucta Charitate.*
20 *Timor Domini facit obseruare mandata.*
21 *Timentis Deum actiones sunt meritoria.*
22 *Ordinans se in Deum hoc facere debet ex vi, & inclinatione ipsius gratiæ.*
23 *Intentio operantis ex vi arbitrij quid valeat.*
24 *Merenti de condigno Deus infallibiliter reddit.*
25 *Meritum condigni non excludit Dei promissionem.*
26 *Homo Dei, & omnis homo idem.*
27 *Diffiniunt se vicissim omnis homo, & timere Deum.*
28 *Omnis importat consumationem, & complementum.*
29 *Subiectum Canonicæ scientiæ valdè dignū est.*

Appendix pro Concionatoribus.

1 QVo ad quintum, Non potest meliùs, & accomodatiùs describi, & quasi per imaginē ad viuum declarari subiectum scientiæ Canonicæ, de quo hactenus habuimus sermonē quàm faciat Sapiēs in suo Ecclesiaste capite 12. (Eccl. 12.) vbi terminaturus, ac finem impositurus suis concionibus quasi ex industria describens quis, & qualis debeat esse homo per ordinem ad suam salutem consequendam, primò omnes, & singulos adhortatur ad audiendum: deindè vnumquēque qualem ipsum esse deceat declarat his emphaticis verbis dicens. *Finem loquendi pariter omnes audiamus; Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo.* Pro huius igitur declaratione supponendum est quod iam adnotauimus in primo articulo huius quæstionis, sæpequè
2 repetiuimus, nimirùm scientiam Canonicā suas habere radices imediatè in sacra, & diuina Scriptura, quapropter eundē prorsus sibi statuit finē quem intendit sacra Scriptura, videlicet Dei gloriam, & salutem animarum, necnon bonum cōmune, non quodcunque sed Ciuilitatis Christianæ quatenus homo, & in interiori coram Deo, & 3
in exteriori conuersatione semper fidelis, & dignus Christi famulus inueniatur. Et ideò benè sapiens inuitat omnes magnos, & paruos, magistros, & discipulos, doctos, & indoctos, ad audiēdum, quia re vera vbi bonū est cōmune, & à quo nullus eximitur quin illud cōsequi possit vniuersi, & singuli conuenire debēt, vt erudiantur in his quæ omnib. eis necessaria sunt, & vult audiri nō solùm exteriori, sed interiori auditu, cum ea, quę dicturus est, magis perficiant hoīem, interiorē, q̄ 4
exteriorē, & vlteriùs magnificādo suū dictū spōdet se velle docere finem loquendi, idest cuiuscūque sermonis, siuè per vocē prolati, siuè per scripturam manifestati (nam hùc tendit omnis scriptura, quæ homini traditur) vt ipse dirigatur ad eum finem propter quem conditus est, ne frustra 5
contingat illum laborare. quarè cōcludendo inquit. *Deum time, mandata illius obserua, hoc est omnis homo*; in his paucis verbis sapiens colligit totum quod est necesse homini ordinato ad vitā ęternam; sensus ergò litterę planus, & apertus est; 6
vis, inquit, scire ad quid, siuè ad quod bonum operandū pro gloria ęterna consequenda factus sit homo? Respondet, *Deum time, & mandata illius obserua*, Deum ergò timere, & mandata illius obseruare est illud bonum, quod nos decet &c. Hoc certè est officium eius, nimirùm hominis, hæc illius operatio, hoc ab illo requiritur, & per hoc tantùm tanquàm per medium tutum Beatitudo ab eodem obtinetur. Per hæc nāquè duo hēt vnusquisque quòd sit oīs homo. i. homo 7
consumatus, & perfectus, Insuper quòd sit, nō solùm secundum esse rationis quo distinguitur à cęteris animantibus; sed secundum esse, & gratię, & gloriæ, & homo Dei. Vlterius quia iustitia bonū cōmune est, sequitur etiam, quòd quicunquè huiusmodi est, sit omnis homo secundùm prædicationem quia illius vita assidua est prædicatio conuersionis ad Deum. Ex qua deductione, & declaratione plusquàm in propatulo habemus obiectū, & finē huius scientiæ Canonicæ, quod nihil aliud est, nisi homo, vt ordinabilis ad bonum cōmune Ciuilitatis Christianæ, vel ipsummet bonum Ciuilitatis Christianæ, vt dictum est; huiusmodi autem constat nihil aliud esse, quàm hoc quod diximus *Deum timere, & mandata illius obseruare.* Si quidem hæc duo si pręstentur ab homine quolibet, nihil ampliùs ab illo exigitur, vt sit capax finis vltimi, qui in Dei visione consistit.

Comparantur igitur ista duo ad hoc, quod dicitur, *Omnis homo*, Sicut diffinitio, & diffinitum; namquè interrogati quid sit, *Omnis homo*, respondere debemus, *Deum timere, & mandata eius obseruare*, & si contra dicatur quid est *Deum timere, & mandata eius obseruare*? Respondendū *Omnis homo*. Non enim potest latiùs describi quęcūque res, quam per ordinem ad suum finem vltimū, cui necessariò cōiungi debet; Vndè benè dicitur,

citur, *Et mandata eius obserua*, Idest, non propter aliud, sed propter ipsum sũmè dilectũ, *Serua*. Vt verò huius diffinitionis plenã habeamus cognitionem, Concionatoresquè aliquid vtilitatis, ac beneficij reportare possint; duos terminos præassumptos in dicta diffinitione aperire debemus, comprehensione enim magni sunt, licet videãtur extensione parui.

Imaginandum ergò, quòd timor Domini est veluti radix arboris nobilis formę cuius fructus,
Prou. 1 qui indè colliguntur suauissimi sunt. Vt enim radix initium est arboris, sic *timor Domini principium est sapientiæ*; & sicut radix in profundo terræ est sic timor Domini semper tenet nos in profundo
8 fundo humilitatis: & sicut radix, vt plurimùm est amara, vt maximè patet in radice palmarum, Iustus enim palmæ comparatur propter ramorum extensionẽ fructus verò sunt dulces, sic timor secundùm se habet pœnam, q̃ ducit ad pacem, & animi quietem. Hoc est quod declarat Regius
Psal. 13 psaltes cum ait. *Viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum*. Sensus est, ideò reprobi, & mali non peruenerunt ad *viam pacis*, quæ Christus est, quià *timor Dei non est ante oculos eorum*; quià (inquam) neglexerũt amaritudinem radicis nõ peruenerunt ad dulcedinẽ pacis:
Vgo de S. Vict. lib. sen. c. 12. quarè Vgo de sancto Victore; *qui timorem Domini ante oculos habere nolunt viam pacis agnoscere non possunt, quia quisquis foris sensus suos per timorem Dei à delectatione carnis non restringit; quæ sit intimi boni dulcedo gustare non poterit*. Et
Aug. Augusti. *quamuis isti non dicant: non est Deus, tamen non timent Deum*.
Hieron. Item Hier. *Non enim metuunt futurum Dei iudicium, ideò non obseruant mandata eius, per quæ peruenitur ad agnitionem veritatis, quæ est Christus*. Et licet timor multi-
9 plex sit, seruilis, initialis, filialis, & reuerentialis, ità tamen comparantur inter se, vt vnus sit via ad alium, Nam seruilis est veluti principium ab extra, seù extrinsecum cuiuscunque boni operis, nam per talem timorem relinquimus mala, initialis autem quasi principium intrinsecum, quo aliqualiter mouemur ad operandum propter dilectionem filialis verò perfectio operis est, & demùm reuerentialis, quasi fructus illius. Attamen pro nunc accipiẽdo timorem indistinctè (De eo enim dicturi sumus alibi) relinquẽdo lectori accõmodationem pro captu materię de qua est sermo; dicimus, quòd tria pręcipua bona parit ĩ nobis valdè vtilia, & necessaria, primò per ipsum gratia infunditur; secundò culpa excluditur; tertiò vita perficitur: Primum patet Prou. 14. Vbi
Prou. 14 dicitur. *Timor Domini fons vitæ*; sicut enim à fonte procedit riuulus aquæ, sic à timore Dei riuulus
Bernar. ser. 54. gratiæ. Vndè Bernarnus super Cantica, *In veritate didici nihil esse ità efficax, ad promerendum gratiam Dei, retinendã, & recuperandam; quàm si*
10 *in omni tempore inueniaris coram Deo non alta sapere, sed timere, & ideo Prou. 28. dicitur. Beatus vir qui semper est pauidus*, Vbi idem Ber. *Time cum arriserit gratia: Time cum abierit: time cum denuò reuertitur: time cum præsens extiterit: Cum adest; time, nè indignè opereris, sed si abscesserit multò magis timendum est, quià vbi tibi deficit gratia, deficis, & tu. Si autem gratia tibi propitiata redierit, tunc multò magis timendum, ne fortè contingat te recidiuum pati*. Hęc Bernard. Quarè pro omni tempore timendum est.

Eccl. 1 Diximus secundò quòd ex timore Dei culpa
11 excluditur vel remititur secundùm illud Eccl. primo. *Timor Domini expellit peccatum* Hoc autẽ tribus modis contingit corrigendo præterita, vitando pręsentia, & cauendo futura; Corrigit pręterita considerãdo damnificationem peccati, ex tali namq; cõsideratione excitaĩ in nobis dolor,
Isa. 26 & cõtritio, quæ quasi testa radit saniem peccati; Vndè Isa. 26. *A timore tuo Domine cõcepimus, &*
12 *peperimus spiritum salutis*, idest compunctionem habuimus ex qua salutem consecuti sumus. Item ex consideratione futuræ confusionis inducimur ad confusionem in nobismetipsis, Vndè fit, vt quasi per vomitum expellamus cibum venenosum. Itèm demùm ex consideratione æternæ pu-
13 nitionis inducitur in nobis ex tali timore satisfactio, quæ proculdubio est de præteritis. Culpam
Prou. 15 etiam remittere dicitur in quantum facit vitare præsentia per innocentiam vitæ, Prou. 15. *Per timorem Domini declinat omnis à malo*; *à malo* in-
Psal. 90 quam culpę, Et ideò etiam *à malo* pęnæ, vt dici-
14 tur Psalmo 90. *Non accedat ad te malum, et flagel*
Eccl. 7. *lum non appropinquabit tabernaculo tuo*. Et quia idẽ timor excutit negligẽtiam, vt dicitur Eccl. 7. *Qui timet Deum nihil negligit*. Ideò facit etiam cauere à futuris peccatis, itaut omni ex parte liberet ab illis. Est ergò timor Dei solicitator instantissimus, & custos vigilantissimus, qui, & pi-
15 gritiam, & negligentiam instanti stimulatione excludit. Vt enim patet, securitas mater est negligentiæ, & timor vice versa mater diligentiæ, negligens verò quasi nõ eligens dicitur, quia (inquam) omittit eligere, quę eligenda essent, etiam spectantia ad salutem, vel certè non legens, quia
16 non curat legere, & scire, quæ legenda, & scienda essent pro euitandis periculis: Aut demum quià non agens videlicèt quando prætermittit agere, quæ sibi agenda essent pro salute consequenda. Omnia ista excludit timor, vndè è contra pariẽdo diligentiam, inducit studium, laborem, sum-
17 ptũ, & tempus pro occasione, & magnitudine rei
Seneca. Seneca. *Turpissima iactura est, quæ per negligentiam fit*. Hæc autem maximè vitanda est à viro
Hier. 48 Dei cum scriptum sit. *Maledictus est, qui facit*
Greg. *opus Dei negligenter*. Et Greg. *Nescit mens per torporem veterascere, quæ semper studet per desiderium inchoare*.

18 Tertiò principaliter diximus quòd per timorem Dei perficitur homo, quod intelligendum est de timore filiali, qui non est sine Charitate, imò quanto magis Charitas augetur, & timor ipse

Greg. ipse crescit. Quarè Greg. *Mēs, quæ plus est illumi*
19 *nata, & inflammata plus timet*. Hinc est quòd
Deus exigit à nobis sui timorem, sine quo nullus
Eccl. 1. iustificari potest, vt dicitur Eccl. primo; Hæc de
prima parte diffinitionis eius quod d*r*, *Oīs homo.*
Secunda pars est; *& mandata eius obserua*. Hęc
remanet clara ex dictis de timore, qui enim verè
timet Deum abstinet se à peccatis, dolet, conte-
ritur, recurrit ad Deum, nihil negligit, quod sit
opus eligere, legere, vel agere, illius stimulis agi-
tur, nunquam quiescit, & cum magis crescit in
amore, adhuc magis perficitur in timore. Quarè
20 omninò sequitur, quòd huiusmodi, sic timens
Deum, mandata obseruet. Obseruet, inquam, nō
propter pęnas, sed propter amorem, nō propter
lucrum, sed propter Dei gloriam, quarè talis ob-
seruantia necessariò proficiscitur ex Charitate,
vtpotè illius radix, & ideò actiones istius, sic ti-
21 mentis Deum, sunt illi meritoriæ ad vitam æter-
nam, quod patet ex quatuor conditionibus, quæ
necessariò requiruntur in merito Condigni, Pri-
ma est quod operans sit in gratia, secunda quòd
intentio, & ordo sit in Deum, vt summè dile-
22 ctum (quod vtiquè est effectus timoris filialis) ter-
tiò, quòd talis directio sit ex vi, & inclinatione
ipsius gratiæ, & non tantùm ex intentione ōpe-
rantis, seù ex libertate arbitrij; neque enim lapis
diceretur naturaliter tendere deorsum, nisi hoc
haberet ex vi grauitatis; cum enim tendit sursum
ex vi manus mouentis, non sibi dicitur naturalis,
imò violentus: Sic in proposito (salua proportio-
ne) quòd homo dirigat se ipsum, suasquè actio-
nes in Deum summè dilectū, opus est, quod hoc
totum sit ex vi, & efficacia ipsius gratiæ, de qua
Ioan. 4. scriptum est Ioan. 4. *Qui biberit ex aqua, quam*
ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis, idest, sali-
re facientis, *in vitam æternam*, quia (inquam) gra
tia ex quo est donum supernaturale, & ordinis di
uini (quantùm sit ex sui natura) ducit sursum eos,
quos perficit, & ideò diximus ad hoc, vt actus sit
meritorius requiritur, quòd ordinatio, & directio
sit in Deum summè dilectum ex vi ipsius gratiæ:
23 Nec sufficit intentio operantis, aut directio ex li-
bero arbitrio, sed quasi per accidens se habet ar-
bitrium ad talem directionem meritoriam; vndè
videmus, quod qui existit in peccato mortali, etiā
ꝙ bona aliqua peragat cum intentione ad Deum,
attamen quià talis directio non est ex vi gratiæ,
non sibi proficit ad meritum, quod benè notare
24 debes. Et quartò ex his sequitur, quòd Deus hu-
iusmodi sic operanti reddat certò, & infallibiter
premium, quià (inquam) sic statuit velle reddere;
hoc autem dicimus, quià secūdùm rei veritatem,
25 Deus nulli debitor est, quarè quod reddit in tan-
tùm ex iustitia est; inquantùm Deus sic decreuit
conferre huiusmodi operanti, vt dictum est, de
D. Tho. qua materia, vide par. 2. q. 114. cum com. & Astu
Astari- ricensem, q. 5. de gratia conclus. 4. & Aluarez su-
cens. per 3. q. 2. 11. q. 2. ex his ergò ceù partibus inti-
Alua- mis, & essentialibus perficitur homo Dei, imò fit,
rez.

omnis homo, & homo Dei ad omne opus bonum
instructus, vt dicebamus cum Apost. artic. præce-
denti. Patet ergò ex omnibus quæ hactenus di- 26
cta sunt, quàm altè, quàm profundè locutus sit
Sapiens in sententia prædicta, & quàm dignè suū
exercuerit officium, nimirùm concionatoris exi-
mij in salutem animarum. Patet insuper, quo-
modo in hac sententia colligat Sapiens finem om
nium virtutum, ac legum, quæ re vera nil aliud
intendunt, nisi bonum facere hominem. Patet
quomodo mutuo, & vicissim se inuicem diffiniūt
hoc quod diximus. *Omnis homo, & Deum time* 26
mandataq; illius obserua, & è conuersò. Patet
demùm id quod intendimus, quàm sublimè, quā
eminens constituatur subiectum scientiæ Cano-
nicæ ex quo omnis homo constituit, & colligit
plenam illius obseruantiam, nam vt diximus, ly,
omnis (propriè loquendo) hoc loco non dicit si- 28
gnum aliquod vniuersale, vel distributiuum, sed
importat consumationem, complementum, &
perfectionem hominis, omni ex parte in interio-
ri, & exteriori conuersatione. Quarè idem est
considerare hominem, vt ordinabilem in vitam
æternam, & ad bonum cōmune Ciuilitatis Chri-
stianæ, & hoc ꝙ dixit Salomon. *Omnis homo, &c.*
Et ideò sacri Canones, quorum finis est, hominē
ordinare ad salutem, & per amorem, & per timo
rem inducunt ad mandatorum obseruantiā, com
minādo pęnas trāsgressoribus, & præmijs allicien
do bonos, vt facilè constat mediocriter peritis in 29
scientia Canonica; Ideò concludendum, quòd
sciētia Canonica habet subiectum oīnò dignum
post subiectū sacræ Theologiæ, quæ habet Deum
sub ratione Deitatis, ꝙ etiam magis patebit in
sequenti articulo. Hæc de præsenti dicta sufficiāt.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm sciētia Canonica sit dignior alijs
scientijs.

Et videtur quòd sit dignior, etiam
ipsa Theologia, saltem quatenus ipsa Theologia
est scientia practica.

Probatur primò, quià hæc scientia colligit in
se, & rationem Theologiæ, & rationem ethicæ,
ergò ambabus est perfectior.

Probatur secundò, quià hæc scientia tractat de
homine, qui est perfectior quacunquè creatura,
vt patet, tùm quià claudit in sui compositione, &
spiritum, & corpus, tùm quià *Filius Dei nusquàm* Heb. 2.
Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ tùm quià
homines iudicabunt Angelos, 1. Corint. 6. *Nesci* 1. Cor. 6
tis quoniam Angelos iudicabimus, quantò magis
secularia? Confirmatur à signo, quià Angelus nō
permisit se adorari ab homine, vt patet Apoc. 11. Apoc.
ibi enim Apost. & Euangel. Io. ait. *Cecidi ad pedes* 11.
Angeli, vt adorarem eum, & dixit mihi, vide nè
feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum
habentium testimonium Iesu, ergò.

Sed

Sed contra videtur quòd ſit inferior etiam ip ſi ſcientię morali.

Probatur primò, quia inferioris eſt accipere, patet autem quòd ſciẽtia Canonica accipit à morali, vt videre eſt, ff. C. auth. & inſtit. & c. & in Cap. Conſuetudinis diſt. 11. & c. nemo. 16. q. 3. & iiſdẽ rationibus apparet quòd ſit inferior ipſa Theologia, quæ vtitur omnibus alijs ſcientijs, ceù ancillis, vt patet Prou. 9. *Miſit ancillas ſuas vocare ad arcem.* Prou. 9

Pro. 16 Aug. ſu pſ. 71 Probatur ſecundò ex alia ſententia, quæ habetur Prouer. 16. *Poſſide ſapientiam, quia melior eſt auro*; Quam ſententiam exponens Aug. ſuper Pſ. 71. dicit. *Per aurum intelligimus ſapientiam, quæ ita excellit inter omnes doctrinas ſicut aurum inter metalla*, ergò.

Reſpondeo ſeruato ordine vt ſupra.

PVNCTI PRIMI
SVMMA.

1 *Scientia Canonica an ſuperemineat omnibus moralibus.*
2 *Scientia Canonica an omnibus ſcientijs acquiſitis abſolutè ſit dignior.*
3 *Comparatio aliquorũ quandoquè propriè, quandoquè abuſiuè, ſiuè communiter ſit.*

QVo ad primũ, *Vtrùm ſcientia Canonica ſit dignior alijs ſcientijs*. Hoc quæſitum non ſolùm attendi debet per ordinem ad ſcientias morales, quas ethicas, communiter vocamus, de quibus Ariſt. pertractat; verùm etiam
1 per ordinem ad omnem, & quamcumq; notitiam legalem humanitùs traditam, quæ habeat radices in ſimplici lumine naturali, imò etiam per ordinem ad quaſcũq; ſcientias ſpeculatiuas, quę virtute luminis naturalis ſunt acquiſitæ; cum enim ſubiectum ſcientiæ Canonicæ adeò eminens ſit, vt in art. præcedenti docuimus, quòd homo qui verè eſt Canonicus, ſit etiam homo Dei, ſciẽtięq; dignitas maximè per ordinem ad ſubiectum accipi debet, non immeritò poteſt dubitari, an ſit dignior omni, & quacunq; ſciẽtia humanitùs acquiſita ſimplicitèr, & abſolutè loquendo, quidqd
2 ſit, ſi tantũ modum ſcientiarum attendamus; ꝓ pterea enim in titulo indiſtinctè quærimus, Vtrũ *ſit dignior alijs ſcientijs*; & licet nulla *æquiuoca* Ariſt. *comparentur adinuicem*. vt eſt doctrina Ariſt. 7. Phiſ. tex. 29. non enim rectè (vt exemplo vtar eiuſdem) ſit comparatio huius pędicati acutum, vt dicitur in magnitudinibus, ſecundum quẽ modum angulum, vel ſtilum acutum appellamus, & vt dicitur de voce, quæ paritèr eſt acuta, vel de ſapore, qui acutus nuncupatur, ſiquidem conſtat, quòd huiuſmodi prædicatum non niſi æquiuocè dicitur de omnibus iſtis, vndè à ſimili non cõgruè ſit comparatio ſciẽtiæ moralis ad ſpeculatiuam, cum cõſtet iſtas eſſe diuerſorum generum, vndè, nec propriè poſſumus dicere quòd vna illarũ dignior ſit altera, attamen abuſiuè, & ſecundũ quandam communitatem exercendo comparationẽ, nullum inconueniens eſt, quòd nos in præſenti 3 quæſito pro magnificanda ſcientia Canonica ſimul quæramus, & inueſtigemus, an ipſa ſit abſolutè, & ſimplicitèr, vel ſaltem per ordinem ad aliquam, vel aliquas rationes ſit dignior omnibus ſcientijs, nimirùm humanitùs acquiſitis, & in ſolo naturali lumine radicatis.

Totus ergò ſenſus tituli eſt, Vtrùm *ſcientia Canonica ſi dignior* alijs ſcientijs, non ſolum moralibus, verùm, & ſpeculatiuis, itàut ſupereminẽat, etiam metaph. aliquo modo. Hæc de primò.

PVNCTI SECVNDI
SVMMA.

1 *Scientiarum dignitas per ordinem ad veritatem quàm continent attendenda eſt.*
2 *Certitudinis nobilitas reducitur ad veritatem obiecti.*
3 *Veritas bonum, & finis eſt intellectus.*
4 *Propoſitiones aliquæ, quarè dignitates dicãtur.*
5 *Veritas ſibi parat iter, vt illi aſſentiamur.*
6 *Demonſtratio eſt quæ intellectum conuincit.*
7 *Stultè negat quis prima principia, & quarè.*
8 *Scientiæ ſpeculatiuæ honorabiles ſecundum ſe ſunt.*
9 *Sciẽtiæ practicæ magis laudabiles dicẽdæ ſunt.*
10 *Canonica ſcientia abſolutè non eſt comparabilis metaph.*
11 *Canonica ſcientia honorabilis, & laudabilis ſimul.*

QVo ad ſecundum notandum primò, quòd dignitas cuiuſcunq; ſcientiæ attenditur per ordinem ad veritatem contentã, ſeù 1 declaratam in ſcientia; licet enim Ariſt. primo de Ariſt. anima declaret vnam ſcientiam ſupereminere alteri, vel quià certior, vel quià de nobiliori ſubiecto, nihil aliud tamen pro veritate intendit dicere, vel docere, niſi præſtantiam veritatis; & eſt ac ſi diceret, quòd vna ſcientia præſtet alteri in veritate: hoc dupliciter euenit; vel quià id de quo exprimunẽ veritates in vna ſcĩa, eſt nobilius eo de quo quæruntur veritates in altera ſcientia; conſtat namq;, quòd veritates, quæ ſciuntur de Deo, ſunt nobiliores veritatibus, quæ ſciuntur de creaturis. Vel quià huiuſmodi veritates ſcitę poſſunt diuerſimodè apprehendi ab intellectu noſtro, videlicet clarè, vel enigmaticè, aut quocunque alio modo dubiè; Ideò diſtinguendo dicit, vel quià certior, accipiendo idem obiectum in ſe ipſius ſcientiæ; & per ordinem ad intel 2 ctum noſtrum cognoſcentem, quarè benè dicit, *vna ſciẽtia eminet alteri, vel quià certior; vel quià de nobiliori ſubiecto*; poſſunt enim ſeparatim reperiri iſta, quòd vt melius percipias; animaduertendum: quòd veritas eſt bonum, & finis, ſeù perfe- 3 ctio intellectus; vt patet ſecundo metaph. ideò Tex. 3.

 quando-

quandocunque aliquis aliqua dicit, si sciremus illum dicere vera; proculdubio illi assentiremus, & si non propter authoritatem dicentis, saltem propter ea quæ dicerentur, quià ex quo vera essent
4 sent digna fierêt credulitate; Hinc enim est quòd quasdam propositiones, dignitates nuncupamus, quià veritas earum ità est nota, quòd dignum est vt ei assensum præbeamus, imò tantæ efficaciæ; veritas est, quod si conuincat intellectum nostrũ, nimirùm apertè se præbendo illi; sibi iter parat,
5 vt ei assentiamus; vndè quià in scientijs, demonstratio est medium quò intellectus conuincitur ad assentiendum veritati demonstratæ; (facit nimi-
6 rùm demonstratio cum intellectu, quod facit ꝓprium sensibile cuiuscunque sensus in ordine ad ipsum.) & quis, quæso, in videndo niuem dicat illam, vel non esse albam, vel esse nigram? Egeret baculo qui hoc negaret, esset quidẽ mẽte captus, qui contrarium assereret, sicut stultè negat quis prima principia omninò patentia; & ore, non cor
7 de negare illa quis potest. est ergò maxima dignitas scientiarum per hoc, quòd exprimũt veritatem; Vndè, & dignitas quæ consideratur secundũ præeminentiam vnius scientiæ ad alteram; rectè sumitur, tùm ex nobilitate obiecti circà quod versatur, & de quo quæruntur veritates; tùm ex certitudinis modo.

Notandum secundò, quòd scientiæ ipsæ, computantur vt sic; inter bona honorabilia, vt patet
Tex. 1. per Philosophum primo de anima; hoc autem est discrimen inter bonum honorabile, & laudabile, vt per eũdem Philosophum ethic. 1. patet, quòd propriè loquendo, fines tantùm honoramus, media verò laudamus, ratio est quià ea tantum honore digna existimantur, quæ propter seipsa quæruntur; & hoc modo dicimur honorare Deum, amicos, &c. Illa verò quæ quæruntur quasi vtilia in gratiam alterius rei, ceù finis consequendi, laudamus tantùm, & laude digna esse non honore iudicamus, quemadmodum equum, vinum, & alia huiusmodi, quæ tantùm bona sunt per ordinem
8 ad bonum nostrum, &c. Ex ijs ergò videtur quòd scientiæ speculatiuæ sint honorabiles; nam vt dictum est in superioribus, ipsæ propter se ipsas quæruntur, quià habẽt pro fine, scire vt sic; quòd secundum se est bonum, & appetibile, & honorabile. De scientijs autem practicis, videtur magis dicendum quòd sint laudabiles, ratio est, quià nõ propter se ipsas cęterùm per ordinẽ ad aliquod bonum attingendum, vel consequendum, quæruntur; quod apertè videtur insinuasse Aristot. 2.
Arist. ethic. c. 2. dicens. *Hanc enim scientiam quærimus, non vt sciamus, sed vt boni efficiamur.*

Non est tamen inconueniens, quòd si conside-
9 remus ipsas scientias etiam morales (inquantum scientiæ sunt) quòd dicantur honorabiles; & tantò magis, quando aliæ rationes concurrentes ad hanc honorabilitatem omnibus consideratis in aliqua dictarum scientiarum moralium interdum reperiũtur; & hoc modo, haud dubiè Philosophandum est de scientia Canonica; de qua etiã dicimus, quòd licet propriè loquendo non sit cõparabilis metaph. attamen secundùm aliqua, in- 10
ter illa admittitur comparatio, diciturque illi supereminere: vt magis videbimus sequenti pũcto,
vndè & simul fateri cogimur quòd sit honorabilis, & laudabilis. Hæc de secundo. 11

PVNCTI TERTII SVMMAE.

1 *Sacra Theologia dignior est scientia Canonica.*
2 *Canonica scientia præstat omnibus scientijs moralibus, necnon notitia legali.*
3 *Canonica scientia eminet metaph. multis de causis.*
4 *Canonica scientia de virtutibus, tùm infusis, tùm acquisitis pertractat.*
5 *Scientia Canonica simul est honorabilis, & laudabilis.*
6 *Ius Canonicũ norma & regula est aliorũ iuriũ.*
7 *Leges ciuiles non dedignantur Canones.*
8 *Constitutio nulla, quæ est contra bonos mores.*
9 *Papæ Imperator fidelitatem iurat.*

QVo ad tertium, prima conclusio responsiua. Sacra Theologia dignior est scientia Canonica.

Probatur, tùm quià habet pro obiecto Deum
secundùm se, nimirùm sub ratione Deitatis; tum 1
quià finis Theologiæ etiam in quantum practica sciẽtia est; extrinsecè proximè tñ habet pro obiecto, & fine Deũ, & vitã ęternã ad quam ordinat; scientia verò Canonica, vt emanãs ab illa pariter extrinsecè, & pro fine vltimo habet ipsum Deũ, vel vitam æternam.

Secunda conclusio. sciẽtia iuris Canonici pręstat omnibus alijs scientijs citrà Theologiam.

Probatur, tùm quià est magis affinis, & coniun 2
cta ipsi Theologiæ; tùm quià est de honorabiliore, & digniore subiecto, vt patet in præcedenti articulo; tùm quià ipsa ordinat, & disponit ad salutem æternam. Patet autem quòd nobilitas, & dignitas scientiarum; maximè attenditur per ordinem ad obiectum; & veritates quæ de illo pertractantur, &c.

Tertia conclusio. Scientia Canonica superemi net metaph. in multis.

Probatur, tùm quià metaph. solo lumini natu- 3
rali innititur; scientia autem Canonica præcipuè lumini supernaturali; tùm quià licet scire sit finis metaph. & quidem intrinsecus, attamen salus, &
vita æterna, adeptioquè gloriæ; quæ sunt finis vl- 4
timus scientiæ Canonicæ, absolutè præeminent; tùm quià scientia Canonica non solùm de virtutibus acquisitis, sed etiam de infusis, & alijs gratuitis pertractat, imò de acquisitis nobiliori modo, quàm quæcunque scientia moralis.

Quarta conclusio. Scientia Canonica simul est 5
laudabilis, & honorabilis.

Pro

Probatur prima pars, quià quæritur in gratiā salutis adipiscendæ.

Probatur secūda pars, quià perficit nō solum per ordinem ad intellectum, cęterùm per ordinē ad effectum; & vtroquè modo ad finem supernaturalem; Confirmatur ex sentētia Cassanei in Catalogo gloriæ mundi, vbi pertractat de præeminentia scientiarum, ibi enim apertè post Theologiam immediatè collocat sciētiam Canonicam;

Caßane Catalog. glo. mū.

6 & hinc est quòd ius Canonicum est norma, & regula aliorum quorumcunque iurium, vt patet distin.4. per totam, & .2. q. 3. c. Euphemium

7 dicitur. quod *leges seculi sacros Canones sequi nō dedignantur*, & in cap. cōstitutiones dist.4. dicitur.

8 *Constitutiones principum contra Canones, & decreta Romanorum præsulum, vel contra bonos mores nullius sunt momenti*; tum quia author sacro-

9 rum Canonū, est Papa cui Imperator iurat fidelitatem, vt patet distinct.66. cap. *Tibi Domino*. Hæc de tertiò.

PVNCTI QVARTI SVMMA.

1 *Canonica scientia Theologia, ac morali subalternatur.*

2 *Homo ex anima intellectiua, & corpore constat.*

3 *Natura humana hæc assumpta est à Verbo.*

4 *Natura humana assumptio, totam naturam dignificauit.*

5 *Scientia Canonica de Christo maximè pertractat.*

6 *Homo non est subiectum scientiæ Canonicæ, sed tantùm regulabilis ab ipsa.*

7 *Dæmones à iustis iudicabuntur.*

8 *Iudicium comparationis, vel approbationis quale.*

9 *Homines aliqui meliores aliquibus Angelis.*

10 *Iusti omnes Christi sententiam approbabunt.*

11 *Perfecti sedebunt cum Christo in die iudicij.*

12 *Angelus cur non permiserit se adorari ab homine.*

13 *Angeli coæquales hominibus in ordine ad gloriam.*

14 *Superioritate, & subalternatione salua, Canonica accipit à morali.*

QVo ad quartum, ad primum argumentum dicitur, quòd concludit scientiam sacrorum Canonum subalternari Theologiæ, vèl

1 etiam morali, ex quo claudit aliquid vtriusque scientiæ, addendo differentiam extraneam, vt sic subiectum sit sub subiecto, non tamen sequitur quòd sit perfectior.

Ad secundum primo ad id, quòd de perfectione hominis dicitur, respondetur, quòd supponit vnum falsum, nimirùm quòd homo componatur ex corpore, & natura Angelica, licèt verum sit,

2 quod componitur ex anima intellectiua, & corpore. Ad id quòd additur de natura assumpta; di-

3 cimus, quod cōcludit de illa natura in indiuiduo, quæ assumpta est à Verbo, non autem de natura humana absolutè, vt præsupponit argumentum.

Et si dicatur quòd ex tali assumptione dignificata est tota natura humana; & vlteriùs quòd in hac scientia etiam de Christo Domino pertra- 4 ctatur; Respondendum quòd non concludit intentum; tùm quià talis nobilitas est extrinseca toti 5 naturæ, tùm quià de Christo pertractatur, vt author est gratiæ, non sub ratione obiecti primarij.

Dicitur demùm ad omnia ista argumenta adducta de homine, quòd supponunt adhuc aliud falsum: nimirùm quod homo sit subiectum in hac scientia, constat enim, quòd homo est operans, & qui regulatur per ipsam, subiectum autem est ali- 6 quod operabile, vt dictum est; ad id quod dicitur de iudicio Angelorum, Respondemus primò, qd Apost. loquitur, comparando homines ad Angelos, non quoscunquè; sed malos, idest Dæmones, quos iusti iudicabunt.

Dicitur secundò, ꝙ de bonis etiam intelligen 7 do authoritatem, verificatur de iudicio comparationis, vel approbationis, vel certè ratione assistentiæ Apostolorum, aliorumquè perfectorum, 8 quià assistent Christo, quando veniet ad iudicandum. Siquidem multi homines maximè Apostoli, & in speciali D. Paulus comparati ad multos 9 Angelos per ordinem ad bonitatem, inuenientur meliores; & vlteriùs omnes iusti approbabunt sen 10 tentiā allatam à Christo, cui assistēt perfecti; idest, qui viam perfectionis secuti fuerint in hac vita, iuxta illud. *Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos iudicantes, &c.* nimirùm mo 11 dis dictis, secus autem est si loquamur de iudicio authoritatiuè prolationis sententiæ, hoc enim erit proprium Christo; Ad id quod de adoratione subditur, dicimus, quòd Angelus non permisit se adorari adoratione latriæ, quæ soli Deo conuenit, vt patet ex D.Th.2.2.q.130.art.2. 12

Mat.19

Dicitur secūdò cum glossa ibidem, quòd Angelus voluit significare quod erant coæquales, in spe gloriæ filiorum Dei, quasi diceret. *Ego, & tu, & omnes fratres tui habentes testimonium Iesu, vnum habemus Dominum Deum glorificatorem.* 13

D.Th.

Ad secundum principale argumētum dicitur quòd salua subalternatione, ista scientia Canonica accipit à morali, tāquàm ab inferiore, & ancillante scientia, iuxta illud D.Aug. contra Petilianum. *Si in adiutorium vestrum terreni imperij leges assumendas putatis, non reprehēdimus*. d.4. c. *Si in adiutorium*. Hoc enim modo etiam Theo 14 logia, accipit à scientijs humanis.

Aug.

Dicitur secundò ꝙ stante nostra opinione de illa morali scientia, quæ absolutè consideratur in ordine ad directionem hominis abstrahendo à quauis ordinabilitate speciali; nullum erit inconueniens concedere, quòd hæc scientia Canonica sit illi inferior, ex quo talis scientia, & ipsa esset ordinis diuini, vtpotè immediatè fundata in Diuino iure à quo omne ius. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAR.

1 *Moysi cur loquatur Deus palàm, & audiē te populo.*

2 *Probis, & bonis moribus præditis facilè credimus.*

3 *Deo indubitatè credimus, quia veritas infallibilis.*

4 *Credimus dicenti de Deo, & his quæ illi adhærent.*

5 *Miracula sufficienter attestantur, quòd quis verba Dei dicat.*

6 *Moysi postquàm cum illo loquutus est Deus, amplius non contradixit populus.*

7 *Comparatio inter Papam, & Moysen quò ad authoritatem in dicendo.*

8 *Papæ non est contradicendum.*

9 *Decretorum authoritas maxima est.*

10 *Concionatores maximè studeant probitati, & bonitati vitæ.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum. Duas Sacræ Scripturę sententias ex hactenus dictis & adductis pro eminentia scientiarum; studioso concionatori declarandas proponimus, vt ex eis aliquid emolumenti percipiat.

Exo.19 Prima sententia est quæ habetur Exo.19. vbi Dominus loquendo Moysi inquit. *Iā nunc veniā ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquē tē ad te, & credat tibi in perpetuū.* Circa quā duæ

1 sunt difficultates: prima, Cur Deus Moysi loquatur coram populo, satis enim fuisse videtur si ipsi loquutus fuisset modo, quo cū alijs Prophetis loquutū fuisse passim legimus in sacra scriptura, nimirū, vel intus in corde, vel certè p visiones imaginarias, aut etiā reales, de quibus modo nihil dicimus. Secūda difficultas est, quæ nā causa est ista quæ redditur, huius inquā planę, & apertę loquutionis Dei ad Moysen, corā, & audiēte populo. videlicet, *vt credat tibi in perpetuū*, nō ne cūctaris, quouis modo locutus fuerit Deus Moysi; tenebatur eidē populus credere? Siquidē illius sermo erat ex Dei pręcepto; certè dicendū ad omnia ista quemadmodū inter fundamenta pro conclusionibus adnotabamus, quod inquā hoc fuit ad insinuandā veritatē infallibilē eorū quæ dicebantur à Moyse populo ex parte Dei. Siquidē quāto magis aliquē dicentē, & proponentē credimus non mentiri, tāto firmiùs suis adhęremus dictis, vt patet familiariter inter homines, vndè Philosoph.

Rethor. 1.c.2. rethor.1.c.2. ait, quòd *probis, & magis, & faciliùs de omnibus simpliciter credimus, quoniā probitas*

2 *dicentis præcipuam fidem facit*, Et quia Deus non solum est ipsa bonitas, cæterùm, & veritas per essentiam, ideo impossibile est ipsum mentiri. *Non enim est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt fi-*

Num. 23. Glo. *lius hominis vt mutetur* num.23. idest vt ait glo. ibidem. *Non impeditur vitijs, vt verū non sit quod loquitur.* Ideo illi indubitatè credimus, ità enim impossibile est Deum mentiri, sicuti impossibile est, albedinem aliquandiù facere nigredinem: sicut ergò Deo indubitatè credimus, ità si aliquis 3

fit, qui adhæsionem habeat ad Deū, assentimus ei; & quando verba Dei annuntiat eidem credimus, ac si Deus diceret. Verùm quià non semper 4

est certum quòd quis dicat verba Dei; ideò interdum ei qui dicit, se dicere verba Dei; non assentimus. Ad probādum autem quod quis dicat verba Dei, miracula sunt sufficiens argumētum, quià miracula declarāt virtutem infinitā Dei facientis; cum non possint fieri nisi per Deum. Qua- 5

rè optimè Deus suæ attestatur veritati per miracula, vndè Christus Iudæis dicentibus sibi. *Si tu* Io.10.

es Christus, dic nobis palàm; congruè respondit. *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me*; quasi diceret. Cognoscite rationes miraculorum, & nil vlterius à vobis requirendum erit: Dicimus tamē quod adhuc altior est modus quo Deus suæ attestatur veritati, & est quando Deus loquitur palàm alicui idest alijs audientibus, & hoc modo locutus est Deus Moysi, & hac ratione coram, & audiente populo, *vt*, inquam, *audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum*, idest, inquit glo. ibidem. *Credant verbis Dei tibi dictis esse obtemperandum; in perpetuum.* Ly, enim, *vt*, dicit causam finalem, quià certè Deus, hac præcipua intentione sermonem habere voluit cum Moyse, vt populum certum faceret, quod ea quæ diceret Moyses erant vera, ac eo digna, vt crederentur; quare illicò ac populus cognouit Deum locutum fuisse Moysi non vlterius ausus est ei contradicere, imò de illius manu accepit, & acceptauit legem se illi in perpe- 6

tuū obligādo, *vt credat tibi populus in perpetuū*.

Secunda sententia huic consimilis, & magis nostræ intentioni fauens, est quæ habetur Matt. c.16. vbi loquens Petro, ait, *quià tù es Petrus, &* Matt. c.16.

super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & quodcunq́, ligaueris super terram erit ligatum, & in cęlis, & quodcunq́, solueris super terram, erit solutum, & in cælis, Quę verba cum indubiè, (vt alibi etiam declarabimus) dicta sint, non solum Petro, sed successoribus, relinquitur quòd quemadmodum populus Israeliticus ex hoc quià audiuit Deum Moysi loquentem; omninò, & indubitatè credidit, & quidem in perpetuum, Equidē, nos q 7

firmiores sumus Israelitis, minimè dubitare debemus super his, aùt de his, quæ nobis loquatur, & proponunt Petrus Summiq; Pontifices illius successores, maximè in his quę fidei sunt, & spectant ad ordinabilitatem ipsius hominis de qua materia vide D.Th.22.q.1.ar.10. Ex quibus etiam ap D.Th.

paret quod minimè Papæ est contradicēdū; neq; enim populus postquā semel audiuit Deū loquē- 8

tē, Moysi vlterius suis præceptis contradixit; sed eidē credidit in perpetuū, Vndè etiā & hoc vno, decre. authoritas quā maxima sit conijcere possumus, ex consequenti quā supereminens sit scientia Canonica super omnes alias scientias: ex quo

præcipuas

præcipuas continet veritates noſtræ fidei; declaratquè omnia ſpectantia ad ſalutem noſtram, & inſuper illorum certitudo attenditur per ordinē ad authoritatem quam habet Papa à Chriſto, cu ius virtute ſtatuit, firmat, roborat, & proponit decreta, *vt credat*, inquit, *ſibi populus in perpetuum*. Colligat demùm Concionator in ſui documentum, vt curet omni via, & modo habere probitatem, animiquè internam; Canonicam, & Chriſtianam bonitatem, vt, vel ſic, populus facilè ſibi credat, cum probis maximè, & bene inſtitutis moribus indubitanter credere ſoleat, memorquè ſit il lius D. Greg. *Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius doctrina contemnatur.* Hæc de quæſito dicta ſufficiant.

D. Greg.

ARTICVLVS VII.

VTrùm licitum ſit appetere Cathedram magiſtralem, ſeu magiſterium; vel vt alij dicunt. Vtrùm liceat alicui petere licentiam pro ſe docendi in Theologia.

Et videtur quòd non, primo nulli conuenit appetere dignitates 1. q. 6. cap *ſi his qui dignitates*, ſed conſtat ex dictis, quòd maxima eſt dignitas ſcientiarum. ergò,

Secundò, Non eſt licitum appetere Epiſcopatum, quià Epiſcopus tenetur eſſe magiſter, & alijs perfectior, iuxta illud. *Vos vocatis me magiſter, et Domine, & benedicitis ſum etenim.* Et intrà. *Exēplum enim dedi vobis, &c.* Si ergò Cathedram Epiſcopalem appetere eſt illicitum. ergò, & magiſtralem pari ratione.

Io. 13.

Sed contra eſt quod dicitur Dan. 12. *Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi Stellæ in perpetuas æternitates.*

Dan.

Reſpondeo dicēdum, quòd quatuor ſimul implicantur quæſita, primum circa dignitates in cōmuni vtrum abſolutè poſſint appeti, vel peti. ſecundum in ſpeciali de magiſterio. tertium de Epiſcopatu, ſeu prælatione. quartum vtrùm in appetendo iſta, peccet quis mortaliter, & quià omnia huiuſmodi quæſita cohærent, nec vnum benè ſinè altero intelligi poteſt, ideò de omnibus aliquid dicemus, & quantum ſufficere poterit, ſer uato ordine vt ſupra.

PVNCTI PRIMI.

SVMMAE.

1 *Licitum quodnam illud ſit.*
2 *Appetere, & petere diſcriminantur.*
3 *Petere ferè ſemper eſt ſcandaloſum.*
4 *Inhabilis redit ur qui petit dignitates.*
5 *Idoneitas qualis in dignitatibus.*
6 *Appetere hoc loco ſupponit pro actu elicito voluntatis.*
7 *Magiſterij ethimologia.*
8 *Magiſtri peritiores cæteris ſupponuntur.*
9 *Appetere, vel petere non ſimiliter contingit pro ſe, aut alio.*
10 *Baccalaureatum, & licentiaturam an liceat appetere vel petere.*

QVo ad primum, vtrùm *licitum ſit*, licitum illud dicitur quod nulla lege prohibitum eſt 1
vt patet ff. de manum. teſta. l. libertas. quæ eſt 38. in ordine, quarè non ſemper id quod licet expedit vt fiat, de qua re vide quæ notauimus regula 1. corol. 3. ar. 1. nam aliqua quæ abſolutè ſunt licita ex appoſitis conditionibus, & pro diuerſitate finium fieri poſſunt illicita, vel expedientia, vt fiant, qđ maximè in ꝓpoſito q̄ſito obſeruā dū eſt.

Appetere, & petere diſcriminantur, quandoq; 2
enim id quod licitè appetitur, non licitè petitur, Vnde Ariſt. redarguit Lacedæmones, qui pro lege ſtatuerunt, vt qui digni viderētur Principatu ipſi peterēt, quare inquit polit. 5. *& ipſum petere qui principatu dignificabitur*, ideſt qui dignus eſt principatu. *non rectè habet*. ratio eſt, vt dicitur ibidem, quia huiuſmodi petitio habet ſpeciē mali, & ambitionis fomētū, & ſic dignitates petere eſt 3
ſcandaloſū; imò ſecundum Canones, vt patet 8. q. 1. c. in ſcripturis ex D. Greg. *locus regiminis deſiderantibus negandus eſt fugientibus offerendus*, vndè & inhabilis reditur, qui dignitaté petit, & hoc maximè ſi careat idoneitate; quæ per ordinē 4
ad dignitates implicantes regimen ſecūdū Ariſ. loco vt ſupra, tres exigit conditiones in eo, qui dignificatur, videlicet, vt *amorē ad conſiſtentē politiā habeat, necnon potentiā maximorū operū principatus*, ideſt quòd ſit potens ad præcipua opera principatus: demū quod *habeat virtutē & iuſtitiā*; verū quidquid ſit de hoc, dicetur in ſequētib. 5
Quod omnino animaduertendū hoc loco, eſt qđ appetere actum dicit elicitum, & deliberatum voluntatis vt libera eſt, in quo actu cōtingit, vel cō 6
tingere poteſt meritū, vel demeritū, neque enim poteſt ſupponere ꝓ naturali inclinatione ipſiuſmet voluntatis modo quo q. 2. ar. 6. diximus, hominis deſiderium eſſe, & appetitū ad ipſū ſcire.

Polit. 5 Lect. 9. apud D. Tho.

Greg. in Regeſt. lib. 6. c. 169.

Ariſt.

Magiſteriū à maioritate ſtatus, ſiuè ſtationis dicitur, vt inquit Turrecrem. diſt. 1. c. ius publicum, nu. 7. quia inquā magiſtri ſunt in maiori ſtatu, & cōditione tū honoris, tū oneris, vel ſecūdū alios, magiſtri dicūtur, ideſt magis induſtres, eò quià in 7
genioſiores, & ſolertiores alijs eſſe debēt; vel certè à monēdo ſiue mōſtrādo dicti ſunt, vt patet ff. de verb. & rer. ſign. l. *quib.* quia inquā, & alios monere debent ſuorum errorū, veritatēq; docere, & demonſtrare; Hoc tamen loco ſumitur pro authoritatiua facultate conſcendendi cathedram pro actu docendi. Et licet in omni arte, & ſciētia qui ſunt peritiores in illa hoc nomine nuncupentur, vt patet ff. loco cit. attamen in præſenti pręcipuè nobis ſermo eſt de peritioribus in ſciētia nō quacunque, ſed Theologali in qua periculoſius errare quis poteſt. Vndè quæſitum eſt, an quis poſſit appetere, vel petere, vt doceat Sacram Theologiam, vt vel ſic ſimul implicetur honor, & onus. 8

Turrecrem.

Pro ſe, vt alios doceat in theologia; hoc ideò addimus quia quādoq; aliqs licitè facit impetrādo

pro altero quod minimè faceret pro se ipso, tùm quià hoc honestius vr̃, tùm quià potest quis idoneitatem alicuius ad aliquod munus subeundum
9 cognoscere, non cognoscendo propriam idoneitatem, vtpotè impeditus nimio sui amore. Et licet in quæsito mentio tantùm fiat de magisterio, consequenter tamen eadem difficultas esse potest de Baccalaureatu, quæ dignitas quædam est theologalis, & de licentiatura secundùm quam aliqui licentiati dicuntur ad magisterium, ista cũ ordinem habent, & tendentiam ad magisterium
10 ipsum, nec alia ratione quæruntur nisi, vt ad ipsa sequatur magisterium; quomodo verò distinguantur, fiantquè in vsu, maximè in Prædicatorũ Religione dicetur suo loco in hac eadem quæstione, & articulo.

Totus ergò, & planus sensus quæsiti est. Vtrùm *licitũ sit*. i. sine peccato, *appetere*, actu nimirũ elicito, & deliberato, *cathedram magistralem, siuè magisterium*, idest authoritatem docendi in sacra Theologia, sic, vt ipsemet, qui magisterio decoratur tuta conscientia *pro se* appetere, & petere hoc possit, saltem præsupposita idoneitate. Hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *Dignitates in multiplici sunt differentia.*
2 *Honorẽ appetens qualiter peccare possit.*
3 *Discrimina quinque inter cathedrã magistralem & pastoralem.*
4 *Magistralis cathedra nil confert habenti scientiam.*
5 *Pastoralis cathedra aliquid cõfert ei, cui datur.*
6 *Scientia perficit hominem secundùm se.*
7 *Pastorale officium perficit per ordinem ad alios.*
8 *Charitas necessaria pastori.*
9 *Scientiæ appetitus laudabilis.*
10 *Charitatem habens nescit an' habeat.*
11 *In prælatione ecclesiastica tria considerantur.*
12 *Temporalia bona, benè, & malè contingit appeti.*
13 *Dignitates aliæ seculares, aliæ ecclesiasticæ.*

QVo ad secundùm, vt plenam omnium, quæ necessaria sunt ad quæsita, vt supra (cũ hæc Doctrina sit maximè vtilis) vltrà ea, quæ dicta sunt pro abundanti tituli declaratione aliquæ distinctiones notandæ sunt, ex quibus breuitèr, & facilè deducere poterimus conclusiones responsiuas cum suis probationibus ad omnia, quæ implicantur in hoc vno quæsito.

1 Sit ergò prima distinctio, quòd tria sunt genera dignitatum, quædam, quæ habent annexũ honorem tantùm, vt militia in seculo, & stallum in Choro; quædam, quæ cum honore habent administrationem, sicut esse regis thesaurarium, & ecclesiæ sindicum; quędam tertiò sunt, quæ vltrà honorem, & administrationem habent iurisdictionem in foro contentioso, sicut esse Iudicem, Regem, Episcopum, Prælatum, &c.

Secunda distinctio ex D.Thom. 2.2. q. 31. artic. 1. quià *honor nihil aliud est nisi quædam exhibitio reuerentiæ, quæ fit alicui in signum, & testimonium excellentiæ eius*, tripliciter quis peccare 2
potest circà honoris appetitum, primò quando quis appetit honorari de excellentia, quàm non habet, secundò quando non refert talem honorẽ in Deum, sed eum vindicat tanquàm sibi proprium, tertiò quando non refert eundem honorem ad vtilitatem communem, & proximorum.

Tertia distinctio; Cathedra est duplex, magistralis, & pastoralis. Istæ discriminantur quintu- 3
pliciter secundùm D.Thom. quolib. 3. q. 4. art. 9. D.Tho.
primò quià ille qui accipit Cathedrã magistralẽ, non accipit aliquam eminentiam, quàm prius nõ
habuerit, siquidem scientia, non titulus Doctorẽ 4
facit, sed solùm accipit opportunitatem communicandi scientiam, qui verò accipit cathedrã pa- 5
storalem, eminentiam accipit potestatis, quàm 6
priùs non habebat, secundò discriminantur in ratione perficiendi. scientia enim est perfectio ho- 7
minis, secundùm seipsum, eminentia verò potestatis per ordinem ad alios; tertiò ad cathedram 8
pastoralem fit homo idoneus per charitatem excellentem; ad magistralem verò, per sufficiẽtiam scientiæ; quartò, appetitus scientiæ ex se, & propter se est laudabilis, Sap. 6. *Cõcupiscentia sapientia perducit ad regnum perpetuum*, & hoc quià Sap. 6.
propria perfectio est, non sic appetitus habendi 9
potestatem super alios; quintò scientia quã quis habet, potest certò scire, non autem quòd ha- 10
beat charitatem, de qua tamen specialiter Christus interrogauit Petrum. *Simon Ioannis diligis* Io. 21.
me plus his.

Quarta distinctio, ex eodem D. Thom. 2. 2. q. 85. art. 1. Tria sunt in prælatione ecclesiastica, pri- 11
mum quod est finale; Vtilitas scilicet proximorũ, secundum Altitudo gradus, tertium quod est cõsequens; Reuerentia, honor, & sufficiẽtia temporalium.

Quinta distinctio, honor, seù eminentia potestatis, & sufficientia temporalium cũ alijs huiusmodi, & consimilibus possunt appeti dupliciter, primò sic, quod ista sint ratio non solùm appeti- 12
tus, sed etiam rei appetitæ putà Episcopatus; secundò sic, quòd tantùm sint ratio appetendi ex parte appetitus, quià inquam appetuntur quatenus quædam bona sunt in se.

Sexta distinctio, dignitates aliæ sunt seculares, 13
aliæ ecclesiasticæ. Hæc de secundo puncto.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Dignitatis appetitus in ordine ad bonum laudabilis est, si non sit suprà vires.*
2 *Honorem cum administratione appetens ad bonum finem non peccat.*

3 Di-

3 *Dignitates seculares etiam cum iurisdictione possunt appeti sine peccato.*
4 *Prælationem spiritualem appetere nullo modo licet.*
5 *Dignus nullus est ad prælationem spiritualem sine gratia.*
6 *Ad Clericatum approbatus habet ius ad beneficia.*
7 *Dominari velle superbia est.*
8 *Prælationem appetentem implicat esse idoneum.*
9 *Prælationis appetitus licitus, vel illicitus, ex adiunctis conditionibus.*
10 *Papatum appetere quandoquè fuit licitum.*
11 *Honor si sit ratio appetendi, ex parte appetitus, quid.*
12 *Honoris appetitus propter se peccatum inducit.*
13 *Merita Prælatorum appetibilia sunt.*
14 *Cathedra magistralis appetitus, secundùm se bonus.*
15 *Periculosius peccat appetens prælationem, quàm cathedram magistralem.*
16 *Vsus aliquarum Prouinciarũ circà magistros, & licentiatos in Religione Prædicatorum.*
17 *Licentiati super Baccalaureos in Prouincia Germaniæ inferioris.*
18 *Numerus Graduatorum præfixus in Germania inferiori.*
19 *Licentiatorum locus.*
20 *Licentiati non habẽt vocem in Capitulo eorum prouinciali.*
21 *Baccalaureus nõ transit ad Magisterium, si primò non sit licentiatus.*
22 *Baccalaurei locus infrà Suppriorem.*
23 *Magistrorum locus suprà Priores nõ Magistros.*
24 *Licentiatus & Magister differunt sicut in fieri, & facto esse.*
25 *Vsus Prouinciæ Lombardiæ circa promotiones Magistrorum.*
26 *Baccalaurei in Prouincia Lombardia, illicò fiũt Magistri, & quomodo.*
27 *Prouincialis non potest concedere, vt aliqui legant pro forma Magisterij, & vndè dicantur Baccalaurei.*
28 *Illegitimè promotus ad Magisterium, excommunicatus est.*
29 *Constitutio Bonifacij IX. circa promouendos ad Magisterium.*
30 *Baccalaurei, & Præsentati idem sunt.*
31 *Magistrorum encomia.*
32 *Magistri professores sacræ Theologiæ, quarè dicantur.*
33 *Professio fidei iusiurandum est, quod fit Ecclesiæ de fidelitate.*
34 *Professio fidei præcipitur, vt fiat sub pœnis, & censuris.*
35 *Bullæ Pij Quarti tenor circa fidei professionem emittendam.*
36 *Superiores caueãt ne sine professione fidei quẽquam docere permittant.*
37 *Professio fidei palàm fiat in manus Superioris.*
38 *Episcopi negligentes, alijquè Superiores, in exigenda fidei professione, quas pœnas incurrant.*
39 *Magistri tantùm ritè promoti, aperire possunt litteras habentes pro titulo, discreto Doctori, vel Magistro Theologiæ.*

QVo ad tertium, facilè ex prænotatis distinctionibus, satisfit quæsitis per Conclusiones.

Prima quarũ est Appetere dignitates primo modo.i.per ordinem ad Deum, & ad proximi vtilitatem, ità vt talis honor non sit supra vires, non est peccatum. 1

Probatur, & patet ex se, quia istud est quoddã bonum, & cum istis conditionibus, benè ordinatum, & dispositum.

Secunda Conclusio Appetere honorem cum annexa administratione, siuè spirituali, siuè temporali, modo appetens sit idoneus, & per ordinẽ ad bonum finem, purà suijpsius sustentationem, & familiæ appetat, non est peccatum. Patet ex probatione, vt suprà. 2

Tertia Cõclusio Appetere honorem cum administratione, & iurisdictione, vt esse Iudicem, vel Principem temporalem, & breuiter dignitates seculares cum iurisdictione, sic tamen quòd sciat se esse dignum, non est peccatum.

Probatur, quià hoc quoddam bonum est, animaduertendum tamen, quòd adsint conditiones, & seruetur modus, prout in tituli declaratione prætactum est. 3

Quarta Conclusio; appetere prælationem spiritualem nullo modo licet, multo minus petere. 4

Probatur primò, quia ad huiusmodi prælationes nullus est dignus, nisi per gratiam, quàm nullus certò sit se habere. 5

Probatur secundò, quià, aut appetitur prælatio ratione honoris, vel commodi temporalis, & tunc est cupiditas, vel ambitio.

Sed contrà; Nonnè clericus absquè peccato potest appetere, & petere, vt habeat beneficium pro sui sustentatione? Cur ergò non prælationẽ eadem intentione, & fine?

Respondeo, non est par ratio, quià beneficium in cõmuni habet sufficientiam temporalem propter vitam Clericorum, cultui Diuino deputatorum, ac eò illicò, vt quis factus est Clericus, habet ius, vt iustè possit petere, iustèquè prætendere, quòd sibi administrentur temporalia pro sui sustentatione. 6

Quinta Conclusio. Appetere prælationem spiritualem ratione celsitudinis gradus, etiam, in ordine ad bonum finem est præsumptuosum.

Probatur primò, qà nullus scit, an' sit idoneus, & vt inquit Greg. *Contra naturam superbire est hominem homini velle dominari.* 7 Greg.

Probatur secundò, quià sic appetens necessariò erit, aut superbus, aut iniustus, nimirùm, quòd se magis existimet idoneum, quàm, quemcunquè alium.

alium, Vndè Christus suos redarguit Apostolos
Matth. dicens. *Scitis quia Principes gentium, &c.* & est
20. implicatio contradictionis, quòd quis sit idone-
us, & non sit humilis.

Sed quid dicendum de appetente intentione
iuuandi, & vt quis alijs prosit?

Respondeo, si extra casum necessitatis præ-
sumptuosum est rationibus dictis: si in casu neces-
sitatis, dicendũ quòd si quis tunc senserit se pur-
Isa. 6. gatum cum Isa. cum eodem dicere poterit. *Ecce*
9 *ego mitte me*, quarè appetitus prælationis hac in
tentione nimirùm iuuandi sit licitus, quemadmo
dum, & illicitus ex contrarijs adiunctis conditio
nibus, Cæterùm quantum sit de se huiusmodi ap
petitus intentione proficiendi alijs, bonum est, at
quia adiunctam habet celsitudinem gradus, ca-
uendum valdè ne nosmet ipsos decipiamus; dici-
10 mus tamen quòd in exordio nascentis Ecclesiæ
appetere etiam Papatum licitum fuit, & de facto
fuit à multis sanctis appetitus, sed quare? pro-
pter annexum martirium, quia enim certò scie-
bant, quòd ad gradum celsitudinis sequebatur
martirium, ideò nõ ratione celsitudinis, sed mar
tirij æmulabantur prælationes; tunc enim vige-
bant persecutiones in Ecclesia; Vndè Apostolus
1. Tim. alludens tempori illi, dicebat, *Si quis Episcopa-*
3. *tum desiderat, bonum opus desiderat*, vtique bonũ
opus, quia propter martirium, vel etiam ratione
ministerij in se, sed non est trahenda consequen-
tia ad nostra hæc tempora, quando non chari-
S. Tho. tas, sed ambitio dominatur, de qua re vide D.
Thom. 2.2.q.185.ar.1.

11 Sexta conclusio; talis appetitus non est pecca-
tum mortale si honor sit ratio appetendi ex par-
te appetitus tantùm.

Probatur quia sic nulla est ratio finis in hono-
12 re, secùs verò si esset ex parte rei appetitæ, tunc
enim honor appeteretur vt finis.

Corollarium; licitum tamen semper erit appe
13 tere merita, & perfectiones Episcoporum, quia
hoc vt sic bonum est.

Septima conclusio; Appetere cathedram ma-
gistralem supposita idoneitate, bonum est, &
14 laudabile.

Probatur, tũ quia talis potest scire se esse ido-
neum, tùm quia communicare alijs scientiam bo
Sap. 8. num est, iuxta illud Sapientiæ 8 *Quam sine fictio*
ne didici, & sine inuidia communico. Et prima Pe
1. Pet. tr. cap. 4. *Vnusquisque sicut accepit gratiam in al*
4. *terutrum illam administrantes*; poterit autem
subesse præsumptio, si quis careat opportuna ido
neitate, verùm cæteris paribus semper magis pe-
riculosum est appetere Episcopatum, vel Præla-
15 tionem, quàm Cathedram magistralem rationi-
bus dictis.

Octaua conclusio; est par ratio de Baccalaurea
tu, licentiatura in Theologia, ac de magisterio,
probatur quia subordinantur.

Sed an licentiati differant à Magistris, & Bac-
calaureis, & quomodo videndum est.

Aduertendũ ergò, ꝙ in aliquibus prouincijs li 16
centiati non computantur inter magistros, maxi
mè in Religione Dominicana, vt enim patet in
Capitulo Generali Parisijs celebrato sub Illu-
strissimo, ac Reuerendissimo Cardinali de Ara-
cæli, tunc Generali Patre Fratre Augustino Gal
laminio de anno 1611. 22. Maij.

Licentiati sunt supra Baccalaureos, infrà ta- 17
men magistros, & hoc idem declaratur in Capi-
tulo Romæ celebrato sub Reuerendissimo Patre
Fratre Seraphino Sicco Papiensi Generali in eo
dem Capitulo electo de anno 1612. 9. Iunij, &
hoc pro Prouincia Germaniæ inferioris. Pro cu- 18
ius declaratione maiori, vt omnibus pateat veri-
tas decreui inserere dictas ordinationes de ver-
bo ad verbum in hoc loco. Verba autem ordina-
tionis, quæ habetur Parisijs, sunt hæc.

Ordinamus circa numerum Graduatorum. pro 19
dicta Prouincia, vt magistri in Sacra Theologia
sint decem tantùm, licentiati sex, Baccalaurei de-
cem & non plures, Prædicatores Generales secun-
dum numerum Conuentuum Prouinciæ quem non
excedant. Qui autem hactenus vsque ad hoc Ca-
pitulum Generale inclusiuè promoti sunt, loco, &
priuilegijs suis gaudeant respectiuè.

Declaramus quòd licentiati iuxta morem hu- 20
ius Prouinciæ obseruatum hactenus debent habere 21
locũ supra suppeiorem post omnes Priores, sed ta-
men non habere vocem in Capitulo Prouinciali.
Verba verò quæ habentur in Capitulo Romæ
sunt. *Concedimus, vt in posterum numerus licen-*
tiatorum sit denarius, volumusquè vt obseruetur
consuetudo in dicta Prouincia ab immemorabili
tempore obseruata nè videlicet à gradu Baccalau-
reatus transire possint ad gradum magisterij sine 22
intermedio gradu licentiati.

Ex his igitur patet, quòd gradus licentiato-
rum est quid maius gradu Baccalaureorum (nisi
abusiuè licentiatos dicamus quomodolibet ad-
missos ad lecturam), cæterùm loquẽdo de licen-
tiatis in sensu exposito gradus illorum superemi
net gradui Baccalaureorum, cum non possit Bac-
calaureus immediatè assumi ad magisterium, nisi
præassumatur ad gradum licentiatorum, Vndè,
& maiorem locum habent licentiati, quàm Bac- 23
calaurei, quia illi suprà suppriorem, isti infra sup
priorem; Magistri autem excedunt vtrosquè,
quià etiam suprà Priores non magistros habent
locum secundum ordinem professionis, aut cer-
tæ promotionis ad magisterium, prout tenet vsus 24
cuiusquè Prouinciæ.

Verùm si diligenter consideremus huiusmodi
ordinationes dicendum, quòd sunt instituta par-
ticularia, quæ habent vim pro exigentia, & ne-
cessitate locorum, & intentione statuentium, qua
rè videmus quòd ità fuit ordinatum ad solam pe
titionem illius prouinciæ, vt patet ex ipsis ordi-
nationibus.

Aduertendum insuper quid pro causa dicta-
rum ordinationum substituatur, dicitur enim,
quòd

quòd hoc ideò est, quia in ea Prouincia præfixus est numerus magistrorum, ex consequenti cum in maiori numero reperirētur Baccalaurei, equidem fuit necessarium, quòd de numero Baccalaureorum assumerentur aliqui, qui immediatè locū magistrorum decedentium sustinerēt ad tollendam oēm confusionem. Et hinc est, quòd in eadē prouincia fuit determinatum, vt certus, & determinatus numerus esset, & magistrorum, & licentiatorum, & Baccalaureorum.

25 At absolutè loquendo non per ordinem ad talem, vel talem prouinciam licentiatus, & magister differunt secundum fieri, & factum esse tantùm; nam qui licentiam habet vt possit magistrari non sequitur, quòd sit magister, sed primum debet suscepisse magisterij insignia prout de more fit, quarè in Prouincia vtriusquè Lombardiæ
26 eiusdem Ordinis Prędicatorum Baccalaurei, qui sunt approbati ad magisterium completo biennio sui Baccalaureatus in eadem Prouincia, & studio Generali Bononiæ nullum habent locum, nisi quem habere solent Baccalaurei; illicò verò vt fuerint approbati & à suis Patribus Prouinciæ, & à Reuerendissimo Generali susceperuntq; magisterij insignia, habent locum inter verè magistros, qua ratione Baccalaureus apud Legistas
27 secundum dictionem Græcam, *lithis*, dicuntur, idest solutores, quia ex quo possunt habere lectionem publicam, possunt etiam soluere enigmata, ità in proœmio ff.ff. §. *sed quia solitum est*. Vndè Baccalaureus quasi dignus, vt baccis laureis decoretur spectata Ethimologia dici potest, quià nimirùm, si pro munere Baccalaurei rectè se gesserit dignus est vt exornetur baccis aureis, siuè laureis; & vt omnibus pateant quæ diximus, hæc pauca subijcimus, quæ habentur in constitutionibus eiusdem Ordinis Fratrum Prædicatorū, quæ autem ex illis colliguntur, sunt; Ex declaratione cap. de studentibus, ità dicitur. *Licèt Prouincia-*
28 *lis, & Capitulum Prouinciale possint habilitare, & assignare fratres ad legendum in Sacra Theologia, & principalem lectorem instituere in Conuentibus, in quibus non vigeat studium generale dummodo non legat, aut doceat tanquam magister: Nō tamen possunt habilitare ad gradum Baccalaureatus, aut ad legendum in Theologia pro forma, & gradu magisterij; sed hæc habilitatio pertinet ad Capitulum generale. Hæc autem habilitatio fieri non debet, nisi ille per tres annos ad minus, in Theologia in aliqua vniuersitate studuerit, & per Capitulum prouinciale, Capitulo generali expositus fuerit, tanquam sufficiens, &c. Oppositum autem faciens eo ipso est excommunicatus atquè gratijs, & officijs ordinis priuatus, nec secum dispensari va-*
29 *leat, nisi per Capitulum generale, non obstantibus, &c.*

Et ex declaratione cap. de constitutione Bonifacij Noni habetur. *Per Sedem Apostolicam fuit*
30 *ordinatum, quòd nullus Frater possit gradum Baccalaureatus assumere, nisi ad illum per Capitulum generale fuerit promotus, & assignatus, nec postea ad magisterium assumi nisi per dictum Capitulum eius lectura super sententias fuerit approbata, et si secus factum fuerit assumptio nulla sit, & irrita, & assumentes ipso facto sunt excommunicati.* Quæ constitutio fuit per multa capitula confirmata Neapoli 1600. Ordinatur Baccalaureos in qualibet vniuersitate teneri ad legēdum pro gradu, & forma magisterij per quadriennium, alioquin promoueri non poterunt ad magisterium, nec frui priuilegijs Baccalaureorum, siuè præsentatorum. Quæ ordinatio Romæ 1580. & 1601. 31
confirmatur id quod precedenti Capitulo etiam fuerat ordinatum, vt non assignentur in Baccalaureos nisi idonei (non antiquitatis, vel professionis ratione pensata) sed qui longo vsu, & docendi peritia fuerint approbati, & qui in munere docendi egregij fuerint, non amoueantur à studio etiam causa Prælaturę; ibidem etiam ordinatur, vt nullus ad Baccalaureatum assumatur, nisi habeat petitionem suæ prouinciæ, & præmisso rigoroso examine per quinque examinatores, & per vota secreta, &c.

Hæc sunt dicta pro veritate, & subticemus abusus, qui passim introducitur, nullo iuris ordine seruato, nulla reuerentia habita ad Superiores, & Ordinarios, & vtinàm, vt quidam Summus Pō tifex dicere solebat Numerus magistrorum est ruina N.P.P. cæterùm quòd attinet ad nostrū institutum ex dictis iàm patere potest quòd multū sunt honorandi magistri, qui verè sunt magistri, vtpotè qui alios erudiunt, & sunt luminosæ candelæ ardentes super candelabrum positæ, quæ vniuersum corpus orbis terrarum tenebris profugatis, veluti sydus matutinum irradiant, ità ca- 32
pite super Specula de magistris, & cap. Gloriosus Deus, de Reliq. & vener. sanctorum, in sexto. Itèm Cassaneus in Catalogo Gloriæ mundi, parte decima, 24. considerat. in principio. Dicuntur etiam quandoquè, vel vt fatius loquamur ipsi met se appellant, (& iustè quidèm) professores Sacræ Theologiæ, & hoc, vel quia quemadmodum professus in aliqua Religione obligatur illi perpetuò, sic magister, veræ, & Catholicæ doctrinæ, vèl ideò, quia antequàm assumāt gradum magisterij, vel exerceant munus Doctoris emittunt, & emittere debent professionem fidei, quæ 33
est, & cedit loco iusiurandi, siuè iuramenti pro fidelitate seruanda de eo, & Ecclesiæ Sanctæ in a- 34
ctu docendi, nec possunt, aut debent admitti ad tale munus subeundum, nisi tali præmissa professione fidei secundum formam consuetam, sic enim habetur in Bulla Pij Quarti, quæ incipit *In* Pij IV. Bulla.
Sacrosancta Beati Petri &c. sub Idibus Nouembris anno 5. sui Pontificatus; & quia multi errant in hoc, animaduertant omnes, & singuli, tā promouendi, quàm promoti, tàm superiores, quàm subditi, quòd idem Pius Quartus in dicta Bulla 35
motu proprio sic statuit, & ordinauit. *Nullus Doctor, Magister, Regens, vel alius cuiuscunquè artis,*

artis, & facultatis professor secularis, vel cuiusuis ordinis regularis in quibusuis studiorum generalium vniuersitatibus, aut Gymnasiis publicis aut alibi ordinariam, vel extra ordinariam lectoris cathedram assequi, vel iam obtentam retinere, seu aliàs Theologiam, Canonicam, vel Ciuilem Censuram, Medicinam, Philosophiam, Grammati-
36 *cam, vel alias liberales artes in quibuscunquè locis, etiam in Ecclesijs, Monasterijs, aut Conuentibus regularium quorumcunque publicè, vel priuatè, quoquo modo profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus huiusmodi habere, vel exercere, neq; Doctores ipsi, vel alij superiores ad alium gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere, & admittere, nequè Doctores Magistri, & Scho-*
37 *lares ad electionem alicuius in Rectorem, vel Cancellarium vniuersitatis, aut Gymnasij procedere, nec ipsi Scholares, vel alij gradus huiusmodi palàm, vel priuatim recipere valeant, nisi ante illo-*
38 *rum receptionem, vel admissionem in ordinarij loci, vel eius in spiritualibus Vicarij manibus Catholicam fidem, verbis iuxta forma præstita tenorem conceptis palàm, & solemniter profiteantur, & in euentum contrauentionis Episcopi interdicti pœnam ab ingressu Ecclesiæ; Inferiores verò excommunicationis latæ sententiæ, priuationisquè omnium, & singularum dignitatum, beneficiorũ, officiorum, & feudorum, eo ipso pœnas incurrunt;* vt in eisdẽ litteris § ac omnibus in Bullario Roma. c. 112. quarè sint cauti, & sibiipsis caueãt superiores religionum nè videantur contemptores sacrarum constitutionum.

39 Ex his vlteriùs habes quòd quando à Supremo Penit. Summ. Pontif. transmittuntur litteræ pro aliqua dispensatione super contracto matrimonio illegitimè, vel quauis alia causa habentes hunc titulum, *discreto Doctori, vel Magistro in Theologia*, certè qui verè non sunt promoti ad Doctoratum, siuè magisterium, modo, & forma, vt suprà minimè censentur directè licentiatis tãtum, vel Baccalaureis, nisi aliàs sint magistri, quarè, nec eas aperire debent, nec eis concessa est facultas in litteris contenta, & multò minus lectores licèt ex vsu constitutionum Doctores conuentuum dicãtur, vt patet ex supra dictis; Et hæc sint sufficienter dicta de tertio.

Quo ad quartum ex adductis patet plena responsio ad argumenta.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *Appetitus scientiæ excitandus est in nobis.*
2 *Sapientia à Deo humiliter petenda est.*
3 *Sapientia homini necessaria.*
4 *Sacerdos sine scientia repellitur.*
5 *Scientia necessaria propter bonum publicum.*
6 *Doctores sunt ad perfectionem ministerij in Ecclesia.*
7 *Magistrum velle esse contingit tripliciter.*
8 *Sapientiæ appetitus nullum admittit excessum, vt sic.*
9 *Magisterium appetere sine scientia, stultitia est.*
10 *Appetitus scientiæ, & magisterij simul bonum est.*
11 *Magisterium non appetere, multo minus petere, tutius est deducta necessitate.*
12 *Magisterij gradum comitatur onus.*
13 *Religioso bono nil melius.*
14 *Magisterij institutio per quæ verba fiat in religione Prædicatorum.*
15 *Præcepto formali mandatur honor magistrorum.*
16 *Mortaliter peccat qui scienter contemnũt magistros legitimè promotos.*
17 *Superiores punire debent non recognoscentes magistros.*
18 *Magistri honorantur diuersis titulis.*
19 *Magistri authoritatiuè cathedram conscendunt.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum. Pro concionatoribus duas adducere intendimus authoritates, quæ videntur facere difficultatem circa supra dicta.

Quod potest primò facere difficultatem verbi Dei concionatoribus contra prædicta est duplex authoritas Sacræ Scripturæ, prima ipsius Christi Saluatoris nostri, qui docendo discipulos suos ait illis. *Vos autem nolite vocari Rabbi,* Mat. 23
secunda est D. Iac. inquientis, *Nolite plures magi-* Iac. 3.
stri fieri fratres mei, quia maius vobis iudicium assumitis. Secundò facit difficultatem, quià ex appetitu magisterij consequenter appetitur honor qui debetur propter talem excellentiam, constat autèm, quòd nulla maior excellentia est, quàm communicare cum Deo, quod fit per sapientiã, *est enim sapientia*, vt inquit Philosophus, *solius* 1. Met.
Dei possessio. Ergò.


His tamen non obstantibus, dicendum, vt iam dictum est, quòd appetitus sapientiæ est bonus, 1
& omninò excitãdus in nobis, ex hoc enim quod solius Dei est possessio sequitur quod omnis sapientia à Domino Deo sit, vt dicitur Eccl. 1. ex Eccl. 1.
consequenti, quòd à Deo semper humiliter sit petenda, secundum illud Iac. 1. *Si quis indiget sa-*
pientia petat à Domino, qui dat omnibus affluen- Sap. 7.
ter & nemini improperat. 2

Item sapientia est donum Dei; Deus autem non dat mala, sed bona, *Quis ex vobis homo*, inquit Christus, *quem si petierit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? si ergò vos cum sitis mali nostis bona data, dare filijs vestris quanto magis pater vester cœlestis dabit bona petentibus* Luc. 11
se? Item sapientia est adeò necessaria, quod Deus 3
illam exigit in nobis, & à nobis Mal. 2. *Labia sa-* Mal. 2.
cerdotis

cerdotis custodiant scientiam, & legem de ore eius
4 *exquirent*, & sacerdos non habens illam repelli-
Osee 4. tur, Oseæ 4. *Quia tu repulisti sapientiam, repel-*
lam te, nè sacerdotio fungaris mihi. Insupèr ho-
nor qui illi annexus est, non est quid malum, nisi
ex adiunctis conditionibus, vt dictum est; imò sa
pientia est necessaria propter bonum publicum;
nam sicut in politicis est necessarius Iudex, & ma
5 gis necessarius, quàm cibus, & potus, vt dicitur
3. polit. Sic, & multò magis sapientia, tùm vt per
illam Iudex rectè iudicet, tùm propter cibum, &
animæ perfectionem. Quapropter Deus, nè hoc
tantum bonum suæ deesset Ecclesiæ, *quosdam*
dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangeli-
6 *stas, alios Pastores, & Doctores ad consummatio-*
Eph. 4. *nem ministerij*, vt ait Apost. Eph. 4.
Et sunt omnia ista bona in ædificationem Ec-
Cor. 12. clesiæ, Vndè idem Apost. alibi iubet tales Docto
res honorari debere, *qui benè præsunt*, ait, *præsby*
teri duplici honore digni habeantur, maximè qui
laborant in verbo, & doctrina Dei. Quarè non est
difficile satisfacere difficultatibus, quæ exturba-
re videntur eruditum concionatorem.
Dicimus ergò pro habendo sano intellectu au
thoritatum inductarum, quòd aliud est esse ma-
gistrum, vel fieri magistrum, aliud vocari magi-
strum, aliud velle esse, vel velle vocari magistrũ,
esse, vel fieri magistrum bonum est, vt dictũ fuit.
Vocari verò magistrum est nomen competẽs rei
quando existit sapientia, & vlteriùs non est in po
testate nostra, vt sic vocemur, sed aliorum. Velle
7 autem esse magistrum potest intelligi tripliciter
aut enim hoc est propter solum desiderium sa-
8 pientiæ, & hoc valdè bonum est, sic quod non po
test reperiri excessus in tali appetitu, imò quan-
tò maior, tantò melior; aliqua enim sunt apertè
mala: quæ nullo modo sunt appetenda, vt Adul-
teria, furta, &c. Aliqua sunt indifferenter bona,
quæ scilicet ex adiunctis conditionibus possunt
fieri bona, vel mala, vt diligere parentes, & illo-
rum temporale bonum, in ordine ad Deum, bo-
num est, secus si cum illius contemptu, Alia de-
mùm sunt adeò bona, quod in illis non contingit
errare, inter quæ, ipsa est sapientia, quæ est quasi
sapida scientia, & quam præcipuè intendit theo
logus, & ad quam excitare debet quicumque ve-
rus magister.
9 Secundo potest quis desiderare esse magistrũ
propter solum magisterium, non attendendo si
habeat scientiam, vèl nè, & hoc modo appetere
magisterium apertè insipientia est, & quasi agere
contra naturam, & breuitèr est velle consequens
sine antecedente.
10 Tertio modo potest intelligi, quòd appetitus
habeat pro obiecto vtrunque, nimirùm, quòd si-
mul velit, & sapientiam, & gradum, & hoc modo
appetere cum recognitione talis excellentiæ à
Deo, referendoquè ad bonum publicum, sine in-
ordinatione affectus ad honorem qui indè sequi-
tur, vt iam pluries diximus, ita velle esse magi-
strũ, licitum est, & per hoc patet quid prohibet
Christus dũ suis discipulis ait, *Vos autẽ nolite vo*
cari Rabbi, licet dicendum etiam sit ad hanc au-
thoritatem, quòd sermo est de principalitate in
docendo, quam nullus hominum præsumere de-
bet, verùm de hoc sensu reddibit sermo in sequ.
quæstione, &c.
Ad authoritatem D. Iac. dicendum, quòd non
prohibet esse, vel vocari magistrum, sed plurali-
tatem magistrorum, quia vbi non est necessitas 11
per ordinem ad bonum publicum, certè multò
tutius est non appetere magisterium, & minus
petere. Nihilominus, si de facto appetatur, siuè
petatur, & adsit idoneitas cum alijs requisitis,
non est illicitũ. Caueat tamen sibi, inquit D. Iac. Iac. 3.
quià talis sic appetens *maius iudicium sibi assu-* 12
mit, idest ponit se in onere, vt talem se exhibeat,
qualem decet magistrum esse. *Turpe enim est Do-*
ctori cum culpa redarguit ipsum, Equidèm con-
stat quod assumens statum Religiosum maiori se
periculo exponit, grauiùs enim peccat religiosus
delinquendo, quàm sæcularis, cæteris paribus, ve
rùm si religiosus sit bonus, nil gratius, nil dignius
nil desiderabilius, vt magis infrà dicemus, hoc
idem proportionaliter dicendum est de magi- 13
stris, quòd magis iudicium sibi assumunt, vt sint
quales alios esse volunt; Hæc in gratiam concio-
natorum.
Ad alia, quæ dictarum authoritatum occasio-
ne communiùs à nobis dicenda sunt transeuntes
dicimus, quòd pro signo iusti appetitus, iustæquè
petitionis pro magisterio consequendo possu-
mus adnotare verba, quæ in eorum institutione
adhiberi solent; sunt enim omninò ponderanda
in Religione namque Domenicana pro magi-
strorum institutione solet magister Generalis to
tius Ordinis vti verbis, vt infrà. *Omnibus vero, &* 14
singulis nostri Ordinis fratribus, omnibusquè no-
stra obedientiæ quomodolibet subiectis sub eodem
formali præcepto, similiter præcipimus, vt te tam-
quam verum, & legitimum Sacræ Theologiæ Do-
ctorem, & Magistrum ritèquè ad hunc gradum pro
motum suscipiant, habeant, & venerentur, & præ
missis concessis, & consuetis gratijs, liberè frui,
& gaudere permittant; In nomine Patris, & Filij, 15
& Spiritus sancti, Amen. Ex quo ritu patere po-
test id quod dictum est, namquè ista dicuntur ma
gis in honorem sapientiæ, quam licitè vnusquis-
què appetere, & petere potest, imò debet, quàm
ipsius qui magisterio decoratur, ex quo etiam ri-
tu habere potes quam grauiter peccent, qui non
solum non venerantur magistros, sed ex contem
ptu nolunt vocare eos magistros; peccant enim 16
mortalitèr, vtpotè transgressores præcepti for-
malis, & superiores possunt, & debent tales pu- 17
nire contemptores, ceu violatores præceptorum
formalium, nisi fortassis ignorantia aliqua ex par
te eos excuset.
Ex supradictis etiam deducere possumus, qua-
rè diuersis nominibus, & titulis honorentur, ac
veneren-

venerentur ij, qui legitimè promoti ſunt ad magiſterium.
18 Dicuntur enim Doctores propter eminentiam doctrinæ, & propter actum docendi. Dicuntur magiſtri, quia auctoritatiuè Cathedram magiſtralem conſcendere poſſunt, & quià magis induſtres eſſe debent alijs, & quia ſunt in maio-
19 ri ſtatu. Dicuntur inſuper licentiati, quia non niſi cum debita Superiorum licentia petita, & obtenta docere poſſunt, & hæc de toto quæſito dicta ſufficiant.

QVAESTIO II.
Præambularis.



T quia ad Catholicæ veritatis Doctorem ſpectat, non ſolùm ſcire eminentiam ſcientiarum ſecundum quas, homo dignificatur, ſitquè Dei particeps, cæterùm quod valdè præſtat, modum docendi habere debet, vt fructuoſus, & omninò gratus magiſter euadat, ad hoc autem plurimùm confert vitæ probitas, alia etiam requiſita ipſum qualificantia, vt patet per Philoſ. 1. Rhetor. (Cap. 2.) *Ideò hanc ſecundam quæſtionem adijcimus, poſt declaratam qualitatem Canonicæ ſcientiæ, & in genere omnium ſcientiarum dignitatem. In qua (Deo dante) pro communi vtilitate intendimus colligere ea, quæ quaſi vagè, & diſpersè habentur de ſcribentium, ac docentium alios moribus, ac conditionibus: Illorum itèm diuerſitate in modo, ſiuè ſcribendi, ſiuè docendi; vt, vel ſic vnuſquiſquè aſſumens onus ſcribendi, vel docendi animaduertere poſſit, quæ complectenda, & quæ euitanda ſibi ſint; quiduè honoris ſit, ac meriti. Addiſcentibus verò quid fructus, & vtilitatis.*

Quarè ſub hac quæſtione comprehendimus quæſita prout infrà.

QVAESTIO II.

De diuerſitate ſcribentium, & docentium alios, ac de eorundem qualitatibus & conditionibus, & continet articulos decem.

1 *Vtrùm ſcribentium, ſiuè docentium alios, ſit eadem lex, & forma.*
2 *Vtrùm Deus ſit, ac dici debeat Auctor ſcientiæ Canonicæ, imò, & omnium ſcientiarum.*
3 *Vtrùm Chriſtus pariter debeat, & poſſit dici Auctor huiuſmodi ſcientiæ Canonicæ.*
4 *Vtrùm Papa ſit aliquo modo illius Auctor.*
5 *Vtrùm Gratianus debeat dici Auctor ſcientiæ Canonicæ, item Bonifacius Octauus regularum iuris.*
6 *Vtrùm appetitus ſcientiæ ſit nobis à natura.*
7 *Vtrùm diuerſi appetitus per ordinem ad diuerſas ſcientias, vel artes, aut etiam mores ſint nobis à natura.*
8 *Vtrùm docenti alios verbo, vel ſcripto propter Deum debeatur merces ſpecialis, vel vt alij dicunt Aureola.*
9 *Vtrùm qui docet legendo, ſiuè prædicando exiſtens in mortali peccet mortaliter.*
10 *Vtrùm qui docet per totum tempus vitæ ſuæ propter vanam gloriam, pœnitendo in fine, recuperet Aureolam.*

ARTICVLVS I.

VTrùm ſcribentium, vel docentium alios, ſit idem modus, eadem lex, & forma.

Et videtur quòd ſic: Primò, modi diuerſi in docendo, vel ſcribendo, aut accipiendi ſunt per ordinem ad ſcribentem, & docentem; & hoc non, quia multiplicarentur in infinitum. Aut per ordinem ad materiam, quam quis docet & tunc, cum duplex tantùm ſit materia, vel neceſſaria, vt in ſcientijs ſpeculatiuis; vel probabilis, vt in moralibus; & ſic duo tantùm modi erunt. Vel certè in ordine ad finem docentis, vel ſcribentis, & eo caſu cum finis ſit docere veritatem ſufficiet ſimplex illius narratio, & propoſitio, vnde vnus tantùm erit modus. ergò,

Prætereà, modus, ſiuè methodus in docendo, vel ſcribendo, aut relinquitur arbitrio docentis, & ſcribentis, & hoc non eſt dicendum, vt patet; Aut ſubeſt alicui arti, regulæ, & formæ; ſed conſtat quòd *ars*, quæ generaliter ſumpta *eſt collectio plurium præceptorum ad vnum finem tendentium.* Certos, ac determinatos limites habet, ergò relinquitur quòd non ſint multiplices, & indeterminati.

Prætereà; cauſæ ſcientiarum omnium, ſicut omnium rerum; reducuntur ad quatuor, efficientem, materialem, formalem, ac finalem; At ſic eſt quòd modus debet accipi per ordinem ad aliquam dictarum cauſarum, & maximè ad formam, quæ modos ſibi determinat. ergò,

Sed contrà eſt vſus acceptus, & approbatus Sanctorum Doctorum, & expoſitorum, maximè Sacræ Scripturæ, ex quibus patet plures dari modos exponendi, ac declarandi Sacram Scripturam, cum multiplicatione ferè in infinitum.

Reſpondeo dicendum, quòd hoc quæſitum eſt omninò neceſſarium pro habenda vera intelligentia omnium librorum, & maximè Sacrarum Scripturarum in quarum obſequium omnes laborare debemus, intentionem enim ſcribentium & docentium inueſtigare æquū eſt, vt vel ſic pateat

teat additus ad omnia, quæ ab ipſis dicuntur. Hoc autem totum fit, ſi animaduertamus modũ, legem, & formam ſcribentium, & docentium, ſeruato igitur ordine, prout in præcedentibus, dicimus ad quæſitum.

PVNCTI PRIMI
SVMMAE.

1 *Scribentium genera quatuor.*
2 *Scriptores puri quinam ſint.*
3 *Compilatores quinam ſint.*
4 *Auctores quinam ſint, & quot modis.*
5 *Modus docendi duplici ex capite penſatur.*
6 *Legem ſibi perſcribit quicunquè docet, ad quam ſe obligat.*
7 *Forma duplex, tractandi, & tractatus, & quid vtraquè.*
8 *Forma tractandi quatuor includit modos quorum ſufficientia declaratur.*
9 *Exempla in ſcientijs ſunt ad bene eſſe, & propter nos.*
10 *Argumentatio eſt neceſſaria in ſcientijs.*
11 *Scibilis eſſentia eſt radix modi diffiniendi.*
12 *Scibilis poteſtas eſt radix modi diuidendi.*
13 *Forma tractatus multiplex pro multitudine docentium.*
14 *Reductio modorum in docendo fit ad quinque generales.*
15 *Forma tractatus, omnem, & quamcunq; librorum partitionem comprahendit.*
16 *Definiendi modus etiam deſcriptiones claudit.*
17 *Theologalium firmitas prꝶualet euidentiæ humana.*
18 *Diuiſionis modus modum compoſitiuum infert.*
19 *Argumentatio, omne probationis genus comprahendit.*
20 *Exempli nomen hiſtorias, & omne inductiuum in gratiam noſtri includit.*
21 *Diffinitiua pars comprahendit omnem Scripturæ ſenſum.*

1 QVo ad primum. *Verùm ſcribentium, & docentium alios.* Nota quod ſcribentium quatuor ſunt genera, prout notat D. Bonauentura in prologo primi Sentent. Primum genus ſcribentium eſt eorum, qui nihil de ſuo ponunt, aut addunt, nihil prorſus mutando, & huiuſmodi propriè dicuntur tantùm Scriptores ab arte ſcribendi, nec aliquem debent habere locum inter Doctores; ſecundùm genus eſt eorum, qui ſcribunt addendo non ſua, ſed aliena, & hi dicuntur compilatores; nam *compilator*, vt inquit Beatus Iſidorus Hiſpalenſis lib. 10. originum, *eſt qui aliena dicta ſuis permiſcet, ſicut ſolent pigmentarij in pila diuerſa mixta contundere. Hoc ſcelere quondam accuſabatur Mantuanus ille Vates, cum quoſdam verſus Homeri transferens ſuis permiſcuit, & eum compilator veterum ab æmulis diceretur; Ille reſpondit magnarum eſſe virium clauam Herculi extorquere de manu.* Hæc Iſidorus. Tertiũ genus eſt eorum, qui quaſi ex æquo, & aliena, & propria tamquàm principalia connectunt, ità vt qui principalis eſt in vno, non eſt principalis in altero, & vice verſa. Quartum genus eſt eorum, qui ſcribunt aliena, & confirmant per propria, & his modis nullum inconueniens eſt, quòd aliquis dicatur auctor ab augendo, ex quo principalis eſt in aliquo; qua ratione, inferius dicemus, Gratiarum Auctorem ſcientiæ Canonicæ. In titulo ergo quæſiti ſermo eſt de Scriptoribus, ſiuè ſcribentibus, altero duorum modorum, qui dicti ſunt, vèl quià omnia dicunt de ſuo modo ſupradicto, & ſic dicuntur auctores à principalitate, vel quià addunt ſua, vel pro declaratione, vel pro ordine ſcientifico, ſiuè quouis modo addendo, & tunc dicuntur auctores ab augendo, quia adaugent, quæ prius ab alijs dicta ſunt. Supponimus autem duplicem modum apud homines eſſe in docendo nimirùm, vel per ſcripturam, vel per vocem, aut aliquid æquiualens.

D. Bonauent.

2

B. Iſid. Hiſpal.

3

4

Sit idem modus, eadem lex, & forma. Tres iſti termini ſunt ferè ſinonimi, quaſi idem ſignificantes, verùm vnus exprimit aliquid, quod alius minimè apertè exprimere videtur. Vndè dicimus, 5
quod modus docendi ex duplici penſatur capite, & ex parte rei quam quis docet, & ex parte docentis, & de hoc præcipuè ſermo eſt in quæſito. Additur verò nomen *legis* ad inſinuandum, quod eum modum quem quilquè ſcribens, & docẽs ſibi ſtatuit: quaſi pro lege habet, cum ad eum modum ſeruandum in ſua doctrina ſe obliget, & determinet; vt eò faciliùs percipiatur veritas à 6
quocunquè legente librum, vel audiente verba: Subditur tertius terminus per hoc quod dicitur, *& forma*, quià vt habetur in ſummis logicalibus duplex forma conſiderari poteſt in omni, & quocunquè libro, ſiue opere; ſcilicet, forma tractandi, & forma tractatus; & quidem forma tractandi nihil aliud eſt, niſi modus procedendi ipſius 7
Auctoris, quem tenet in declarando, & manifeſtando veritatem, vt dictum eſt, & hic modus, ſiuè tractandi forma neceſſariò in quatuor diſtinguitur partes, ſiuè modos partiales: quorum primus dicitur diffinitiuus, ſecundus diuiſiuus, tertius probatiuus, quartus exemplorum poſitiuus, quorum ſufficientia ſic conſideratur. Nam omnis 8
modus procedendi in aliqua ſcientia, aut eſt ad benè eſſe, aut eſt de neceſſitate doctrinæ; ſi ad benè eſſe; eſt exemplorum poſitiuus, (exempla enim ponuntur, & adhibentur in gratiam noſtri, vt pleniùs per illa accipiamus veritatem.) Si ve- 9
rò de neceſſitate ſit ipſe modus, contuendum eſt, An ſe teneat ex parte ſcientiæ tantùm, & ſic neceſſariò datur modus, qui dicitur argumentatiuus, (ſcientiæ enim eſt probare ſuas veritates,) quia *ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere*, quouis 10
modo accipiatur huiuſmodi cauſalitas; Aut per ordinem ad rem ſcibilem, circa quam duo conſideramus, primò intima ipſius rei ſcibilis, & per

D ordi-

ordinem ad ista accipimus modum diffinitiuum,
11 vel certè consideramus illius potestatem, & virtutem, nimirùm ad quæ se extendat, & hinc accipimus modum, qui dicitur diuisiuus; diuidendo enim in plura membra manifestamus potestatem ipsius rei scibilis, vt patet cum diuidimus a-
12 nimal in rationale, & irrationale, ex tali namque diuisione fit clarum, quòd ratio animalitatis se extendit, non solum ad hominem, sed ad alia animalia.

Forma verò tractatus est diuisio ipsius libri, verbi gratia, in quæstiones, & quæstionum, in articulos, & articulorum, in diuersa membra, vel puncta, quemadmodum nos præstare intédimus
13 in hoc opere nostro, & breuitèr fit pro libito, & voluntate scribentium, & docentium, prout bene ipsis videtur, si tamen caueant, vt diuisiones huiusmodi sint vtiles, & secundum artem, non superfluæ, aut quouis modo inutiles.

Ad hos autem modos quatuor generales, qui se tenent ex parte scientiæ, vt dictum est, quibus addendus est modus, qui se tenet per ordinem
14 ad formam tractatus, facilè reducere possumus omnem, & quemcunquè modum, qui seruatur à Doctoribus inter docendum, siue hoc fiat verbo, siue scripto, & ita erit comparatio, sicut inter generale, & particulare, vt inquam quinque dicti modi dicantur generales, alij verò speciales, siue particulares; Cauri tamen esse debemus, (vt omnia insinuemus quæ opportuna sunt,) quod sub forma tractatus compræhendimus omnem, & quamcunquè diuisionem, ac partitionem, quæ
15 fieri solet in libris pro qualitate eorundem, vt paulo antè dicebamus, qnouis nomine talis diui-
16 sio declaretur, & fiat; Item sub nomine diffinitionis compræhendimus etiam descriptiones, quæ afferuntur rei cuiusquè scibilis. Nec refert ad propositum nostrum, An ratio obiecti scibilis sit euidens, vel ineuidens, modo enim terminet actum intellectus sub ratione cognitionis certè, & infallibilis, quæ vt sic æquiualere potest euidentiæ,
17 in firmitate sufficit. Hoc autem dicimus propter subiectum Theologię nostrę, cuius non habemus euidentiam, præcipuè principiorum illius, quæ sunt articuli fidei, adeo tamen firmiter illi adhæremus, quod nullus omninò remanet locus dubitationi; Item sub nomine diuisionis compræhendimus etiam compositiones oppositas, nam eius-
18 dem habitus est, cognoscere vtrumque. Item sub nomine argumentationis complectimur quod-
19 cunquè genus probandi aliquid, & demum sub nomine exemplorum intelligi volumus omne in ductiuum, quod in gratiam nostri adducitur, omnemquè historiam quæ narratur, & omne quod
20 ad facilitatem doctrinæ assumitur, siquidem quod Sacra Scriptura vtatur metaphoris, hoc est propter nos, licet alia ratio specialis habeatur, vt suis locis dicemus; Aduertendum tandem, quòd sub parte diffinitiua, de qua iam diximus,
21 omnes Scripturæ sensus compræhendimus, siue sit litteralis, siuè misticus, siuè proprius, siuè metaphoricus.

Totus igitur sensus quæsiti est. Vtrùm *scribentium, & docentium alios*, quouis dictorũ modorũ idem sit modus ex parte ipsorum docentium, qui modus sit quasi *lex*, & regula infallibilis, quã seruare intendit docens, vel scribens, (& hoc generaliter loquẽdo, & deductis occasionibus, quæ ex specialitate doctrinæ, quandoquè contingere possunt) siuè habeatur ordo, & respectus ad formam tractandi, siuè ad formam tractatus, vt dictum est. Hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 Opus Dei duplex, vtrumque admirabile, & quibus non fit additio.
2 Opera Dei perseuerant quo ad genera singulorum.
3 Sacra Scriptura opus Dei admirabile est.
4 Additio per temeritatem, & mendacium; damnosa.
5 Adijcere quomodo possumus Sacra Scriptura.
6 Diminutio occultans veritatem, mala.
7 Operibus Dei quarè addere non possimus.
8 Operum Dei perfectio semper admiranda.
9 Nullus finis perscrutandi opera Dei.
10 Deus grandescit in hominum cordibus, per intimam considerationem,
11 Difficultas inuestigandi, curiosum facit.
12 Expositionum varietas, ad finem magis indagandi veritatem est.
13 Doctores Sancti proficiendo inchoant, & vice versa.
14 Hominis operatio non pertingit ad interiora.
15 Hominis docentis operatio est circa intelligibile.
16 Magister docens quod obscurum, clarum facit, & hoc pluribus modis.
17 Modorum docendi ipsius hominis, comparatio.
18 Exemplum de modis docendi, ipsius hominis.
19 Hominis docentis operatio sem per exterior.
20 Addiscens ab homine suo vtitur ingenio.
21 Passio omnis impedire potest, ne aliquem doceat homo.
22 Addiscens est qui elicit actum intelligendi edoctus ab homine.
23 Homo docens imitatur intellectum agentem.
24 Phantasmata depurantur, vt fiat intellectio.
25 Intellectus agens depurando phantasmata dicitur docens.
26 Magistri docentis operatio minus efficax quam intellectus agentis.
27 Scriptor quicunquè sciat communia, necesse est.
28 Diuidendum, ac diffiniendum est pro conditione scientiarum.
29 In distinctione tota vis loci assumpti.
30 Allegationes familiariter fiunt.

Thema

31 *Thema pro introductione ad quoduis opus.*
32 *Communia nec omnes æqualiter præstant.*
33 *A docendo minimè abstinere debent qui iuuare possunt.*
34 *Modi exponendi Sacram Scripturam hactenus inuenti num.27. sunt secundum Sixtum.*

1 QVo ad secundum, vt radicem eorum, quæ dicturi sumus aperiamus, notandum primò, quòd opus Dei duplex est, vtrunquè admirabile; & excedens, Mūdus videlicèt, & Sacra Scriptura; Hæc adeò perfecit Deus, vt nil prorsus eis addere, vel diminuere absquè temeritate licitum sit; illis enim rebus addimus, vel aliquid diminuimus, quæ vel non sunt perfectę, vel certè habent aliquod superfluum, neutrum autem horum potest admitti in quouis altero duorum operum
Eccl. 3. Dei; De primo dicitur Eccl. 3. *Didici quod omnia opera quæ fecit Deus perseuerent in perpetuum*, id est quæ fecit creando, disponendo, propagando,
2 recreando, gubernando, conseruando, &c. Ista dicuntur perseuerare in æternum, saltèm quoad genera, vel species singulorum, licèt non quo ad singulos generum, subdit Sapiens. *Non possumus eis quidquam addere, vel auferre, quæ fecit Deus vt timeatur*. De secundo opere, videlicet Sacra Scri-
Eccl. 18 ptura, dicitur Eccl. 18. *Non est minuere, neque adijcere; nec est inuenire magnalia Dei*. Sequitur;
3 *Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit operabitur*, hoc idem clarè habetur Deu-
Deut. 4 teronom. 4. vbi ad litteram de lege Dei dicitur. *Non addetis ad verbum, quod loquor vobis, nequè*
Apoc. 22. *auferretis ex eo*. & Apoc. 22. *Si quis apposuerit ad hæc, apponet super illum Deus plagas scriptas in libro isto*. Quæ omnia (maximè cum sermo est de
4 Scriptura) intelligenda sunt de additione, quæ fit per temeritatem, & spiritum mendacij secun-
Hier. 14 dum illud Hierem. 14. *Visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis*
Ezec. 13 *sui prophetant vobis*. Et Ezech. 13. *Vah Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, &*
5 *nihil vident*. Secùs de additione, quæ est ad declarandam veritatem, & laudem, & gloriam Dei
Psal. 70 de qua Psalm. 70. *Adijciam super omnem laudem tuam*, & proportionaliter de diminutione dicendum est, quòd ea inhibetur, quæ fit pro occultanda veritate, vel ea peruertenda; Cæterùm quod
6 maximè considerandum venit circa dictas auctoritates in ordine ad nostram intentionem, est illud, quod immediatè sequitur in dictis auctoritatibus; nam in prima vbi sermo est de primo opere, subditur pro causa, quarè non sit addendum, vel diminuendum, nimirùm, *vt Deus timeatur*. Et vbi sermo est de opere secundo, subditur, *nec est inuenire magnalia Dei*, Imò *Cum consummaue-*
7 *rit homo tunc incipiet*, &c. Quæ verba, vt verum fateamur, maximum timorem incutiunt, intendit ergò dicere, adeò perfeci opera hæc mea, vt nil pro veritate addendum, vel diminuendum sit, sed semper admiranda vtriusque perfectio.

In hoc ergò solo insistendum est, vt quò magis 8
quis arbitratur se intelligere, se nihil adhuc intellexisse certò credat, cum semper supereminet magnitudo, & dignitas vtriusquè, & qui aliter credit, se ipsum fallit, & quod amplius est,
Cum consummauerit homo, tunc dicendum sibi re- 9
stat, *Nunc cœpi*, & illud. *Tota die contristatus in-* Psal. 37
grediebar. Vndè Cassiodorus super illud Psalm. Cassiod.
63. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*, inquit, *exaltabitur non in se sed quia in cor-* 10
de hominis grandescit considerata diuinitas: &
Hier. *Quamuis Deus sit altissimus, tamen quan-* Hieron.
do de eo rectè sentimus ipse sublimatur in nobis.
Hoc est quod additur in dicta sententia, *cum quieuerit, tunc operabitur*. Quare Ezech. 3. *Qui audit,* Ezec. 3.
audiat, & qui quiescit, quiescat, idest qui vult sapientiam audire, quiescat à curis mundanis.
Gregor. *Nescit mens per torporem veterascere,* Greg.
quæ semper studet per desiderium inchoare. Et
Psalm. *Mirabilia testimonia tua ideò scrutata est* Ps. 118.
ea anima mea. Vbi Hieron. *Vide in his aliud agi,* Hier.
aliud figurari, & ideò quia mirum mihi est, diligentiùs perscrutatus sum: Et August. *Quasi factus* Aug.
ipsa inuestigandi difficultate curiosior. Quantò 11
enim res obscuriores habent causas, tantò mirabiliores sunt, at quærendo inuenit, & dum inuenerit adhuc alia inuenienda supersunt. Vndè Isidorus Isid. Hispal.
Hispalensis lib. 1. Senten. cap. 18. *Sanctarum Scripturarum altitudo, quasi montium pascua sunt, ad quos dum quis iustorum conscendit, pascua indeficientis refectionem inuenisse congaudet*. Vide D. Thom. par. 1. quæst. 1. art. 9. Quarè Sacra Scriptura tradatur sub metaphoris, vide etiam quæ dicimus art. sequenti sub nomine libri, ibi, *libros duos condidit Deus*. Patet ergo ex his, quòd in tantum Doctores Sancti in studio Sacrarum Scripturarum, non contenti vnica expositione; aliā superaddere conati sunt, quia quantò magis accedebant ad Deum, siuè per cognitionem, siuè 12
per affectum; eò magis Deus eleuabatur in illis, ita vt quasi certatim quòd vno modo exponendi Sacram Scripturam minimè consequi, aut nō ita plenè potuerunt, conati sunt per alium modum acquirere, sic vt semper viderentur proficiendo inchoare, & inchoando proficere; Quod 13
certè arguit infinitam Dei maiestatem, & eminentiam.

Notandum secundò, quòd homo in actu docendi, quando, inquam, docet alium hominem, eius operatio minimè pertingit ad interiora eius, qui docetur, videlicet nequè ad intellectum, 14
nequè ad phantasiam. Non quidem ad intellectum, qui est potentia purè spiritualis; & ideò non potest imprimere immediatè in illo causando habitum scientiæ, vel aliquid aliud in eo imprimendo; nec etiam potest operari directè in phantasiam, quia sic posset disponere organa interiora, ac eo efficere hominem qui rudis est aptissimum ad intelligendum, & vt faciliter omnia penetrare posset, quod certè nullus hominum fa-

cit. Operatio ergò secundum quam homo docet
15 alium hominem est circa ipsum intelligibile disponendo illud, vt facilius sit ad capiendum; videmus enim quædam esse ita facilia, quòd statim homo deuenit in cognitionem eorum, etiam nullo docente, alia verò obscura, & difficilia, ad quæ vix aliquis posset peruenire, Magister autem docens, potest circa hoc, quia id quod erat obscurũ reddit planum, & intelligibile statim. Hoc au-
16 tem tribus modis fit, primò, quando termini sunt obscuri, & docens interpretatur illos per terminos planos, quos quilibet intelligit; Secundò quando aliquid est dubium, quia nimirùm de eius veritate non constat, nec scitur quomodo ex principijs notis, & necessarijs, sequatur, & tunc docens ostendit connexionem & deductionem, ex quo id, quod erat ignotum, fit notum. Tertiò modò docet quis alium quando carens principijs, dat illa, ex quibus potest, qui docetur multa inferre, de quibus non cogitauerat, nec fortassis, venerant sibi in dubium, vndè dubitare posset, & dubitando inuestigare veritatem. Differt autem iste tertius modus docendi à duobus præce-
17 dentibus, quia in præcedentibus semper conclusio proposita est, & tamen veritas eius non est scita, sicut verbi gratia si alicui nihil scienti de Geometricis dicatur, quòd *triangulus habet tres angulos æquales, duobus rectis*. Nam tunc etiam nescit, an verum sit, & quomodo sit verum, quòd si fiat deductio per resolutionem, vsque ad principia, quæ sunt cuilibet nota; illicò veritas eius percipitur; in tertio verò modo, quando quis omnino caret cognitione principiorum, si ei subministrentur principia propria illius artis, quam
18 quis docere intendit tunc etiam quòd nulla conclusio sibi proponatur ex se ipso, addiscens inferre sciet ex illis principijs sufficientibus, omnes, & quascunquè conclusiones illius artis, secundum quòd magis, vel minus claram, & apertam habuerit cognitionem principiorum.

19 Ex his igitur omnibus apertè videmus, quòd hominis docentis operatio semper exterior est, & tamen multum prodest, hinc sequitur, quòd homo non potest docere hominem, nisi quando addiscens attendit, & apponit ingenium suum
20 circa ea, de quibus docetur. Quarè non potest dormientem, nec amentem, nec aliqua passione
21 occupatum edocere, quia omnia ista distrahunt ab intelligendo, & ratio est, quæ adducta fuit, quia (inquam) homo non agit immediatè in intellectum, nequè in phantasiam alterius, sed tantùm circa exteriora intelligibilia disponendo illa. Ideò necessaria est actio, & attentio eius, qui docetur ad hoc, vt intelligat, vnde quia dormiens, aut ebrius, aut quouis modo indispositus, non habet actionem intellectus, vel certè valdè debilem, ideò qui huiusmodi sunt, non possunt doceri ab homine, neque enim vt dictum est, docens causat actum intelligendi in eo, qui docetur, sed ipse, qui addiscit, est, qui elicit actum in-

telligendi; docens verò solum disponit exterio- 22
ra intelligibilia, vt reddantur apta ad intelligi, quæ prius non erant proportionata intellectui huius, & ex his vlterius sequitur, quòd aliqualiter se habet docens ad addiscentem, sicut se habet intellectus agens ad intelligere; Nam intel-
lectus agens non causat intellectionem in intel- 23
lectu possibili; sed disponit intelligibilia; *quia* Tex. 3.
Phantasma est principium intelligendi, tertio de anima, & illud secundum se non est intelligibile, nisi in potentia cum adhuc habeat conditiones materiales à quibus oportet depurari ad hoc, vt species intelligibilis efficiatur vniuersa-
lis. Species verò sic depurata est actu intelligibi- 24
lis, licet non sit actu intellecta, & quia hanc depurationem efficit intellectus agens, ideo quasi docens se habet non quidem imprimendo, sed
disponendo intelligibile, vt dictũ est; Maior ta- 25
mè virtus, & efficacia est intellectus agentis supra intellectum possibilem, quam magistri supra discipulum, quia operatio magistri est circa extrinseca, vel per solum actum rationis, scilicet exponendo terminos, vel reducendo conclusiones ad principia, vel docendo principia, vt dictum est; operatio autem intellectus agentis est per mo-
dum naturæ, quia nullo docente habet intelle- 26
ctus agens istam vim in quolibet homine, & vlteriùs materialia efficit immaterialia, ex quibus sequitur, quòd magis docetur homo secundum habitudinem intellectus agentis ad possibilem, quàm magistri ad discipulum, & vlteriùs sequitur ad propositum nostrum, quòd secundum variam dispositionem, tum docentis, tum addiscentis varijs modis fit, & fieri potest expositio veritatis intentæ.

Notandum tertiò, quòd licèt plures sint modi, quibus exponitur veritas, vel exponi potest, omnes tamen comprahenduntur, & comprahendi debent sub arte, ita vt non casu, sed consultò, & secundum rectam rationem omnia fiant; quare necessario supponendum est in omni docente, aut scribente pro aliorum instructione, vt sciat quæ ad communem modum docendi spectat;
nimirùm quod quinque potissimum innitatur 27
fulcimentis, videlicet, diuisione, distinctione, diffinitione, argumentatione, & allegatione, iuxta Peripateticorum, & Iurisconsultorum consuetudinem; nam aliter diuidendum, distinguendum diffiniendum, argumentandum, & allegandum
est pro probanda conclusione demonstrabili, ali- 28
ter pro legali, vt patet exercitatis, Adeò autèm increuit mos diuidendi apud Doctores Sacros, vt nullam quantumuis breuem Sacræ Scripturæ periodum explicent, nisi prius in diuersas partes, & membra secent, ac distribuant.

Distinctiones ita complectuntur, vt in illis totam vim assumpti loci, quem ex Sacra Scriptura
declarare intendunt, ostentent, distinguendo (in- 29
quam) varia significata dictionis, & coaptando singula singulis pro occasione.

Allega-

Allegationibus etiam familiariter, & copiosè vtuntur, ita vt non sit dictum, vel assertum, quod
30 non roborent testimonijs citando libros, capita, & alia pro opportunitate, præmittunt insuper præfationes sumendo, vt plurimum pro themate aliquam sententiam ex Sacra Scriptura, quam item exponunt parando sibi ipsis iter ad ea, quæ intendunt.

31 Hæc, inquam, omnia supponuntur scita à quouis docente, & scribente, si tamen legitimè, & secundum artem, docere, ac scribere velit; Non tamen omnibus datum est, (vt aiunt) adire Co-
32 rinthum, nec omnes pariter fulgent eadem elegantia in docendo quemadmodum, nec peritia rerum, maximè Theologalium; qui tamen nec propter hoc desistere debent à munere docendi, si aliquem fructum in aliorum beneficium, quo-
33 modolibet præstare valeant; *Stella, enim differt*
1.Cor 15 *à Stella in claritate, diuisionesquè gratiarum sunt*
1.Cor.12 *& spiritus diuidit prout vult.*

Sixt.Sene 1. Notandum vltimò quod Sixtus Senensis in sua Bibliotheca, quam maxima cum sui laude,
34 suæquè Religionis edidit libro tertio per totum: in speciali sermonem habendo de Sacra, & Diuina Scriptura, & de varietate exponendi eandem enumerat vigintiseptem modos, computatis tamen tribus spectantibus ad partem diffinitiuam, quos à te ipso videre poteris (nec enim necesse est, vt ea quæ clarè, & abundè dicta, & adducta sunt ab alijs Doctoribus) à nobis adducantur, maximè cum hic liber facile ad manus haberi possit. Quare ibi videatur; sunt enim pulchra, & scitu digna; ab his qui in studia Sacræ Scripturæ incumbere volunt. Dicti hi modi omnes comprehenduntur sub aliquo dictorum modorum, qui iam declarati sunt in titulo quæsiti. Sufficiat ergo eosdem insinuasse, & hæc de secundo puncto.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *PLures dantur modi exponendi easdem veritates scientiarum.*
2 *Omnes modi exponendi, reducuntur ad formam tractandi, & tractatus.*
3 *Sacra Scriptura eminenter claudit omnem modum excogitabilem.*
4 *Modus qui Scholasticus dicitur, supereminet cuicunquè alteri.*
5 *Scholastica methodus recens est, & à tempore Lotharij Imperatoris.*
6 *Scholastici expositores in decem ordines distributi sunt.*
7 *Scholastici tuentur à Senensi contra maleuolos.*
8 *Philosophis non est necessaria eloquentia.*
9 *A Theologo potissimùm veritas exigenda est.*
10 *Theologia inchoauit à Christo, & quomodo.*
11 *Theologia positiua quomodo à Scholastica distinguatur.*
12 *Scholastica Theologia faciliùs, & breuiùs docet.*
13 *Scholastica Theologia inchoauit à magistro sent.*
14 *Scholastica Theologia habuit complementum à D.Tho.*
15 *Hæresum multiplicatio coegit ad Scholasticam Theologiam.*
16 *Scholastica Theologia multiplex vtilitas.*
17 *Scholastica Theologia, ordine scientifico procedit.*
18 *Theologia positiua, & Scholastica, eadem prorsus fundamenta.*
19 *Argumenta quædam hæret. contra Scholasticam Theologiam.*
20 *Curiositas vitanda in his, quæ fidei sunt.*
21 *Difficultates fidei, non omnibus proponendæ.*
22 *Secreta fidei inuestigare, ad bonum commune Ecclesiæ cedit.*
23 *Hæretici nos compellũt ad quærendum subtilia vt simus parati in omnibus.*
24 *Documentum obseruandum à Theologis Scholast. ex D.Aug. & Hier.*
25 *Humanis scientijs, exornamus Theologiam.*
26 *Theologus abstineat à superfluitate in vsu scientiæ humanæ.*
27 *Scholastica Theologia omninò amanda, & amplectenda.*

QVo ad tertium sit conclusio prima. Necesse est plures dari modos exponendi scientias. 1

Probatur tùm ex eminentia illarum, tùm ex diuerso modo docendi, ac addiscendi, ipsorum hominum, vt patet ex duobus notabilibus primo propositis.

Secunda conclusio omnes modi, reducuntur ad quinque generales, qui iam dicti sunt.

Probatur quilibet exponendi modus, necessariò spectat, vel ad formam tractandi, vel ad formam tractatus. 2

Tertia conclusio, vna & eadem scientia pluribus vtitur modis pro suis manifestandis veritatibus.

Probatur experientia, nam de forma tractatus patet, de forma tractandi pariter siquidem in scientijs quandoquè aliqua compendiosè, alia seriosè narramus; aliqua per simplices annotationes, aliqua scyographicè, idest per figuras, & picturas, aliqua diffinitiuè, alia diuisiuè, &c.

Quarta conclusio Sacra Scriptura, eminenter continet omnem modum expositionis qui possit excogitari à quocunque intellectu. 3

Probatur, quia est ordinis infiniti, & omnium artifex omnem habens, siuè in se claudens scientiam.

Quinta conclusio modus docendi qui Scholasticus dicitur supereminet cuicunq; alteri modo. 4

Probatur, quia vtilior, facilior, & compendiosior,

fior, simulquè abundantior cæteris.

Et quoniam iste modus, qui Scholasticus di-
4 citur plures patitur calumnias maximè ab hæreticis, vt potè qui malleus est illorum, contunditquè capita eorundem, ideò adducenda sunt à nobis quæ dicuntur non solùm à Senensi, sed ab alijs; omnino opportuna, & necessaria pro illius defensione.

Sciendum ergò, vt inquit Senensis, dicto lib. 3. Bibliothecæ, quod modus Scholasticus recens est; inchoasseque videtur post tempora Lotharij
5 Secundi Imperatoris, qui anno Domini 1130. libros legum Romanorum pulueribus obsitos reperit, & in lucem reduxit, mandauitquè publicè in Scholis legi, & secundum eas ius dici. Itaquè per hanc occasionem in vsum reuocatus est thesaurus legum; vndè multi, commentaria multa scripserunt in leges: Cæterùm florentibus, iàm vbiquè legum studijs, eaquè doctissimis quibusquè. (Quemadmodum in re noua fieri solet) amplectentibus; Animaduertentes quidam pij Clerici, & Monachi Scripturæ Sacræ cognitionem quasi frigescere, & contemni per comparationem ad studia legum; Ipsi quoquè Theologicum studium aggressi sunt, atquè exemplo Iuris consultorum cœperunt Sanctos libros exponere, & expositiones suas scriptis edere; ex quibus quæ vsquè in hanc diem in Scholis ipsorum vsitatiores fuerunt, in decem distribuuntur ordines,
6 quorum primus concordantias, secundus dictionaria, tertius historias quartus postillas; quintus quæstionaria, sextus lectura, septimus compendia, octauus sermonaria, nonus metrica, decimus meditationes dicta sunt. Hæc Senēsis, dicto loco, vbi declarat quid vnusquisque dictorum modorum sit, & ad quem finem adinuentus. Ibi etiam tuetur Scholasticos contra derisores eorundem maximè ab his qui impugnant eorum rudem lo-
7 cutionem, & minus dignam (vt existimant) enarrationem; quasi sine cultu, & sine vlla prorsus arte, & adducit illud Ciceronis libro de finibus bonorum, & malorum, Epicuri mentionem facientis. *Oratio me*, inquit, *istius Philosophi non offendit nam & complectitur verbis quod vult, & dicit planè, quod intelligam, & tamen à Philosopho si affert eloquentiam, accipio si non habet, non ad-*
8 *modum flagitem*; quibus verbis docet à Philosopho perquirendam esse sapientiam, non eloquen-
9 tiam. Et ità in proposito nostro dicimus, quòd à Theologo magis veritatem, quam colores rethoricos expetere debemus.

Sixt. Senen.

Cicer. de finib.

At illi missa facientes dicimus secundùm communem sententiam Theologorum, primo quod Theologia inchoauit à Christo, vero, ac legiti-
10 mo Doctore, Præceptore, & Magistro, (vt magis suo loco ex professo manifestabimus,) ipse enim est qui adimplet omnia, & ad quem omnia, quæ habentur in Scripturis referuntur, quare bene ipse dicebat. *Nonne scriptum est in lege vestra, &c.* Vndè & ipse arguit contra Iudæos conuincens, quod minimè blasphemauerit, cum dixit. *Filius Dei sum.* Dicimus secundò quod Theologia quam positiuam vocant; semper fuit apud Priscos, & Sāctos Patres, & eadem est apud Scholasticos, distinguiturquè tantum, sicut manus aperta, & manus constricta, Nam quod Patres,
tantum ex occasione præstita, abundè, latèquè 11
discutiebant, (disperse tñ) per Theologiā Scho
lasticā breuius, facilius, & cumulatius edocetur. 12

Io. 10.

Luc. 11

Hæc verò Scholastica Theologia inchoasse vi 13
detur à Magistro Sententiarum, & demum complementum habere ex doctrina Diui Thomæ
Aquinatis, per cuius doctrinam diffinita fuere 14
omnia ferè dogmata fidei; in Concilio Viennensi sub Clemente Quarto; In Florentino sub Eugenio Quarto. In Lateranensi sub Leone Decimo; & demum in Tridentino sub Paulo Tertio, Iulio Quarto, & Pio Quarto.

Ratio, & causa huius fuit non æmulatio tantum, ex hoc quia videbatur profectus Iurisperitorum in suis studijs legalibus; sed necessitas propter multiplicationem hæresum, & vafritiem hæreticorum. Quare, & præsenti statui Ecclesiæ
fuit, & est multum iuuaminis; per eam enim habetur facilis, & promptus recursus quacunquè 15
occasione data, cuiuscunquè difficultatis propo- 16
sitæ, propter admirabilem, & ordinatam distinctionem, ac diuisionem omnium difficultatum emergentium. In hoc enim vno secernitur Theologia Scholastica à positiua; quòd hæc nullo ordine seruato (vt diximus) pro occasione, & opportunitate arguebat, disserebat, ac disputabat.
At Scholastica ordine scientifico cuncta distri- 17
buit; Nequè enim imaginandum est, quòd Scholastici nouis rationibus, & illuminationibus, si-
uè reuelationibus innitantur. Eadem certè fun- 18
damenta sunt vtriusque Theologiæ, Reuelationibusquè antiquis Patribus factis adhæret; cæterum clariùs, & distinctiùs deducit, quòd illi prægnantibus verbis dixerunt colligendo in vnum, quæ erant dispersa.

Quapropter non offendit authoritas D. Chry 19
sostomi, quæ habetur homilia 1. in epis. ad Titū, vbi inquit, quod *Sacrum Euangelium cōtinet omnia præsentia, futura, & omnia, quæ ad pietatem sunt necessaria.*

Chrys. Argumēta hære.

Item illud quod ait August. tractat. 49. in Ioannem, *Non omnia quæ fecit Iesus sunt scripta, vt Ioann. testatur, selecta tamen quæ scriberentur omnia, quæ generi humano sunt necessaria ad salutem.* Ista, inquam, nihil aliud concludunt, nisi quod omnia habentur in Euangelio, & Scriptura, tanquam in fonte, & radice.

Aug.

Solutio

Minus offendit quod ex D. Basilio in homilia de humana Christi generatione ab hæreticis affertur contra scholasticos theologos vbi ait. *O absurdam, & prauam ingratitudinem Magi ad adorandum veniunt, & Christiani curiosius quærunt quomodo in carne Deus sit, & quali car-*
ne: & an assumptus homo perfectus sit, an imper- 20
fe-

Basil.

fectas. Taceāt curiosi, & in Ecclesia Dei superuaca nea inuestigare desistant.

Ad hoc enim dicitur quod D.Basilius, tātùm
inuehit contra aliquos, qui imprudenter apud
populum in Ecclesia publicè, & sine necessitate
ista proponebant, & disputabant; quod facere
solent minùs idonei, & quandoquè minùs periti
concionatores, in cautè satis.

Cæterùm quòd attinet ad bonum ecclesiæ pu
21 blicum quemadmodum necesse fuit, & est in Ec
clesia Doctores haberi, vt diximus præcedenti
quæst. & ità omninò necessarium est propter
bonum publicum fidei omnia diligenti examine
esse discussa, vt, vèl sic parati reperiantur multi
satisfacere *omni poscenti de ea quæ in nobis est fi-*
de, & opponentibus contradicere. Quarè Aug.
22 2.de Trinitate. *Compellimur hæreticorū, & blas-*
Aug. *phemantium vitijs illicita agere, ardua scandere,*
ineffabilia eloqui, inconcessa præsumere; & sermo
nis nostri humilitatem ad ea, quæ inenarrabilia
23 *sunt extendere, & in vitium vitio trahimur alie-*
no. Hæc ille, quasi dicat, licèt vim vi repellere, &
noua aggredi propter vitium aliorum.

At vlteriùs opponunt impij hæretici contra
eosdem scholasticos theologos; non quidem lin
guarum imperitiam, vt olim. Sed ornatum ver-
borum, & elocutionem, quæ in multis etiam ex
neotericis reperitur.

Contra quos sufficeret responsio, quam ex Ci
cerone attulit Senensis, quod (inquam) si à Philo
sopho præstetur eloquentia non est contemnen-
da; quod si minimè, nec exigenda.

Nihilominus cum D.Aug. 2.de doctr. Christ.
Aug. c. 4 dicimus, nos debere imitari Israelitas, qui vasa
aurea, & omnem suppellectilem Aegyptiorum
secum tulerunt ad ornandum tabernaculum.

Dicimus secundò cum D. Hieron. in epist. ad
24 Magnum Oratorem, & ad Damasum Papam.
Assumere, inquit, *Philosophiam humanam, & om*
nes humanas disciplinas ad ornamentum doctri-
næ Christianæ est pulcherrimam mulierem infide-
lem, captiuam ducere ad populum Dei, iuxtà illud
Deut. 21. vbi præcipiebatur quòd si quis in bello ca
Deut. 21 *peret mulierem, quæ sibi placeret: induceret eam*
25 *in domum suam, & cæsariem raderet, & circumci*
deret vngues, deponeretq; vestem in qua capta est,
26 hæc ille. ergò abstinendum à superfluis.

Nihil enim Danieli obfuit quod litteras Chal
dęorū didicisset, nec Moysi quòd esset eruditus
in omni sapientia Aegyptiorum. Humanis ergò
scientijs licèt exornare Theologiam.

Non solùm igitur contemnenda nō est Theo
27 logia scholastica; imò valdè amāda: In ipsa enim
omnes difficultates sunt & excitatę, & solutæ mi
ro ordine: quod singularissimè præstitit D. Tho.
S. Thom. Ecclesiæ oculus, & lumen, & theologorum om-
encomia nium tutissimusquè in omni scientiarum gene-
re. Vt verùm sit illud, quod de eo dicitur.

Cuncta sciet quicūque leget tua dogmata Thoma
28 *Illis sufficiat; si modo vita breuis.* Hæc de 3º.

PVNCTI QVARTI SVMMA.

1 *Docentis intentio attendenda est.*
2 *Dignitas, & conditio rei, quæ consideratur maximè ponderanda.*
3 *In quacunque materia modi plures exponendi sunt.*
4 *Veritati non repugnat quicunque modus declarandi,*
5 *Modi omnes suis proprijs gaudent regulis, & præceptis.*
6 *Modi qui sumuntur ex forma tractandi, & tractatus generales sunt.*

QVo ad quartum ad primum dicitur quòd
secundùm diuersam intētionem docentiū,
& scribētium accipiendus est modus 1
diuersus in docendo, vel scribendo; sic tamen vt
nunquam præscindatur cōsideratio earum rerū,
quas, quis docere, vèl quo vis modo declarare 2
intendit, videlicèt pro dignitate, & præstantia
rei; Id autē quod adducitur de duplici materia,
necessaria, vel probabili non offendit quin plu-
res possint esse modi speciales declarandi eandē 3
materiam necessariam, vel probabilem; sed tan-
tū insinuatur per hoc, quòd materia necessaria,
vt sic est demonstrabilis, non verò probabilis in
quantùm huiusmodi; Ad id quod additur de fine 4
docentis, vel scribentis, patet quòd non repu-
gnat cum eadem veritas possit pluribus modis
declarari, & aperiri.

Ad secundùm dicitur quòd omnes modi su- 5
pranominati suis gaudent regulis, & præceptis,
quarè non sequitur quòd tantùm sint in numero
modi, quantū sunt præcepta, & regulæ. Alia enī
arte regulatur expositio metrica, alia prosatica,
alia simplex expositio, & alia problematica, qua
rè non est par ratio.

Ad tertium iam dictum est q forma tractatus, 6
& modi qui exprimuntur inter arguendum, pro
forma tractandi sunt modi generales, nostrum
autem quæsitum fuit, & de generalibus, & de spe
cialibus. quarè, &c. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Concionator quid sit.*
2 *Concionatoris vis ex duarum regularum obseruatione.*
3 *Enarratoria expositio, quæ, & quotuplex.*
4 *Homilia quid sit, & quot eius partes.*
5 *Præparatoria qualiter fiat.*
6 *Didactica quid includat.*
7 *Reprehensio vitiorum suaniter fit per homiliā.*
8 *Declamatoria, & concio idem sunt.*
9 *Concionatoris officiū est cōtra vitia declamare*
10 *Collectanea expositio quid, & quotuplex.*
11 *Rapsodia, stroma, & exegesis quid.*

12 Rapso-

12 Rapsodia species tres.
13 Rapsodia Agiographica quid sit.
14 Rapsodia Agiographica dignitas.
15 Conciones siuè sermones exegetici quales.
16 Rapsodia Ecclesiastica quid, & quotuplex.
17 Catena alia anonyma, alia preonyma.
18 Rapsodia Ethnica quid, & quomodo fiat.
19 Ordo obseruandus inter species rapsodiæ.
20 Sylegmatica expositio quid, & quomodo dignoscatur.
20 Abbreuiatio quid, & quomodo à compendio differat.

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum, licèt nostra intentio minimè sit omnem, & quemcunque modũ, qui præstari potest in exponendis sacris litteris declarare; iustum tamen non est, vt prætermittamus eos quos maximè necessarios concionatoribus iudicamus. Siquidèm cordi nobis sunt Concionatores, vt illos pro posse adiuuemus in eorum officio. Cùm enim Concionator
1 nihil aliud sit, quàm vir bonus, & catholicus, dicendiquè peritus: Peritia autem illorum non in quouis scientiarum genere cæterùm in assidua, ac familiari exercitatione diuinarum Scripturarum consistat. Eas sibi ipsis præstituere debent regulas, tùm in concionando, tùm in præparando semetipsos, vt nec per latum vnguem diuertant ab eo fine quem susceperunt assequendum, qui est aïarum salus. duas igiť regulas ipsis proponimus inuiolabiliter obseruandas, quarum prima est circa modum tenendum ab eis cum actu suum exercent officium. Secunda circà studium earum rerum, quas eligunt pro concionibus habendis, vt omni ex parte, tutè, & cautè incedãt.
Hæ verò regulæ sunt duę methodi quas in Sixto reperies loco citato lib. (inquã) 3. Bibliothecæ nimirùm quartadecima, & vigesima secunda, & quidem prima enarratoria, secunda collectanea nuncupatur. Incedentes per has methodos impossibile est errare, quarè obnixè rogamus cõcionatores, ne ioci causa, sed seriò illis incũbant; in illis enim (etiam alijs prætermissis) tota con-
2 cionatoris vis consistit, Nam quid inuenire, quid eloqui, qualiter inuenta disponere, vt promptè memoretur, ac verbis prænuntiare possit, habet; ordinatè ergò singulas istarum expositionum aperiamus.
Enarratoria expositio dicitur, nihilquè aliud est, quàm *quædam diuina Scripturæ explanatio*
3 *ad populum publicè facta*, & hæc distinguitur in homiliam, & declamationẽ; est autem *homilia*, quam aliqui tractatum vocant, *familiare colloquium siuè familiaris, & domestica diuinæ Scripturæ ad plebem elucidatio.* Cuius scopus est non
4 solùm declarare mysteria sacræ Scripturæ, cæterùm ex declaratione, conuertere se ad mores instruendos, inflammandosquè affectus ad benè
operandum, quarè in três solet diuidi partes, quarum prima præparatoria dicitur, in qua disponitur, ac pręparatur animus auditorum, ad ea
quæ dicenda sunt, ꝓponendo vtilia, aut necessaria ad salutem; his enim ꝓpositis, facilè animus 5
redditur attentus secundum eas partes, quas qsque per artem in suis procemijs habere debet, secunda didactica nuncupatur; hæc iam exprimit Scripturæ sensum, siuè litteralem, siuè spiri- 6
tualem pro intentione dicentis, ac demum tertiò fit transitus ad suauem, & affectuosam vitiorum reprehensionem, vel certè ad excitandum animos, vt feruentiores sint in his quæ Dei sunt. Declamatoria verò, quæ & concio appellari solet, est omninò similis cum homilia, hoc vno ad- 7
dito, quòd frequentiùs, & familiariùs se conuertit ad populum; exagerando vitia, increpando 8
scelera; etiam in particulari, putà blasphemiam, adulterium, furtum, &c. In quo animaduertimus Concionatores, vt cauti sint, quale sit onus ipsorum, eis namquè dicitur illud Isa. *Clama ne cesses, annuncia populo meo scelera eorum.* Sunt re Isa. 1.
vera declamationes sermones, qui habentur ad populum, maximè à Concionatoribus; quarè de- 9
bet sincerus verbi Dei explanator, confingere sibi ante oculos peccati statuã, in eaquè animaduertere caput, quod prædominatur, nimirùm superbiam, pedes quibus incedunt peccatores, secundùm variam pronitatem eorum ad peccandum; Manus quibus sunt parati ad rapinam; Ventrem in quo omnis immunditia carnalium concupiscentiarum, & breuiter oculos arrogantiæ; Aures curiositatis, & sic de singulis; (fictitat enĩ sæpè declamator causas quas agit, aiunt Rethores) quarè cum hac pia fictione, sic declamare debet, quòd nunquàm desistat à clamoribus, & latratibus, donec funditùs statuam hanc (quàm diximus peccati) euerterit, & ex toto dissipauerit. Hæc de expositione Enarratoria, quam debet quisquè Concionator pro regula habere inter concionandum, nimirùm dum actu exercet concionatoris officium; Nec enim sufficit sibi insinuare vitia, suauiterq; adhibere reprehẽsiones, at vehementiùs, & acriùs contra illa insurgere, vt dictum est.
Alia regula, quam pro studio circà res eligendas in concionibus habendis, proponimus, *Col-*
lectanea dicitur, siuè *Collectiua* ab actu colligen- 10
di sensum plurium auctorum, aut etiam verba, vnà cum sensibus in vnumq; redactis omnibus pro occasione ad suam intentionem, ipse expositor, siuè Concionator in proprium conuertit vsum. *& ità nihil aliud est, quàm expositio quædã ex diuersorum auctorum sensibus, vel etiam verbis cum suis sensibus diuersorum auctorum in vnum reductis*, & huius tres sunt principales partes. Videlicèt Rapsodia, Sylegma, & Abbreuiatio. *Rapsodia*, quam nonnulli stroma, siuè stromaticam exegesym, aut declarationem, vt alij vocant; *est multorum coaugmentata declaratio ex colle-*

11 *collectione non solùm diuersorum sensuum, sed etiam auctoritatum, clausularum, sententiarum,*
12 *ac periodorum.* cuius adhuc tres assignantur species, nimirū *Agiographica, Ecclesiastica,* & *Ethnica,* de quibus singularitèr, breuitèr tñ dicēdū est.

Aug. *Rapsodia, Agiographica,* quæ teste D. Augnst. de doctr. Christ. cap. 26. præeminet omnibus ex-
13 positionibus, *illa est quæ exponit sacram Scripturam per eandemmet sacram Scripturam.* Connectendo (inquam) varias, ac diuersas auctoritates diuinæ Scripturæ, quæ videntur habere symbolum, & proportionem inter se, & sic paulatim,
14 mira cum suauitate declarat id, quod intēditur, in eaquē expositor inuigilat nè multum apponat de suo, nisi quæ necessaria videt pro colligatione, siuè concatenatione eorum, quæ dicuntur.
D. Bern. in qua re excelluit mirum in modum D. Bernar-
15 dus, & solent dici conciones exegeticæ, quasi exigant ab ipsamet Scriptura, ipsiusmet expositionem.

Rapsodia Ecclesiastica est expositio, quam ad mo-
16 *dum cuiusdam chatena conficimus, & præstamus,* & hæc iam transit ad declarationes, & expositiones Priscorum Patrum, quibus colligatè, & ordinatè vtitur; quarum vna Annonyma nuncupatur, quià subticendo nomina auctorum, quorum sunt sensus, qui afferuntur pro expositione fit.

17 Alia Proonyma dicitur, quia apponit nomina, vel intrà expositionem ipsam, vt facit D. Thom. in sua Chatena aurea, vel saltem in margine cum suis notulis indicantibus auctorem. in quo genere exponendi attenditur, ne pluries afferatur, quod ab omnibus consimilitèr expositū est ad euitandum superfluitatem; quarè allata expositione vnius auctoris non affertur alia consimilis, etiam quòd sit ab altero adducta, & vt plurimùm in his cathenis adducuntur verba ipsa, & non solùm sensus; additis, tamen colligationibus quasi insulis ipsiùsmet auctoris scribentis, &c.

Rapsodia Ethnica eodem prorsùs incedit mo-
18 do, nisi quòd expositio fit per verba, & sensus Ethnicorum, & Gentilium, qui videntur de eadem re loquuti fuisse. Vt V.G. quando adducuntur dicta sybillarum, & Phylosophorum in cor-
19 roborationem. Ex quibus patet ordo inter istas expositiones. Prima enim exponendo vtitur eadēmet sacra Scriptura, per faciliores (in quā) sententias, declarando difficiliores.

Secunda vtitur expositionibus Patrum altero duorum modorum. Tertia demū dictis Ethnicorum, vt vel sic omnis cognitio videatur subseruire theologali. Et hæ omnes semper oculum habent, vt referant ex integro sententias, auctoritates, necnon dicta aliorum, prout facere videtur ad propositum.

20 *Sylegma est collectio ex diuersis commentarijs iuxtà sensum tantùm collecta expositio;* in qua seruata solùm veritate sensus, quæ ex aliorum expositionibus adducta est, variatur dictionis genus, & stylus diuersus in exponendo assumitur.

Abbreuiatio tandèm nihil aliud est, *quàm breuis, & compendiosa enarratio eorum, quæ longo,*
diffusoq; sermone dicta sūt ab ipsis expositoribus: 21
in hoc differens à compendio, quia illud vacat breuitati ipsius sacræ Scripturæ, hæc verò studet breuitati expositorum, & sunt inuentæ in gratiā occupatorum, vel eorum qui minùs apti sunt ad studiorum difficilia capescenda.

Has duas species, siuè methodos exponendi sacram Scripturam in speciali obijcere voluimus ante oculos concionatoris verbi Dei, quià hoc præcipuum debet esse studium concionatorum, vt primò fundent omnem suam intentionē in sacra Scriptura; secundò in dictis sanctorum Patrum; tertiò, si cōtingat ex causa, licitum sciāt ipsis esse vti dictis ethnicorum; non tamen ità vt pro fundamento omnium dicendorum ab ipsis, habeatur in ethnicorum assertis quemadmodū multi imprudenter, & imperitè faciunt, sed seruato documēto, quod præmisimus puncto quarto huiusmet articuli: Vndè omne studium eorū, qui legitimè conciones habere cupiunt esse debet secundùm hanc methodum, quam diximus collectaneam, siuè collectitiam expositionem; breui enim tempore poterit studiosus concionator excellere in arte concionandi. Et hæc de toto articulo dicta sufficiant.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Deus sit, ac dici debeat auctor scientiæ Canonicæ imò, & omnium scientiarum.

ET videtur quòd non. Primò docens quāuis scientiam, & veritatem, debet habere proportionem cum eo, quem docet, aliter veritas nunquam percipietur; sed inter Deum, & homines nulla est proportio, vt patet, cum inter eos sit distantia infinita, ergò impossibile est, qđ Deus doceat hominem quouis modo; ex consequenti non potest esse, aut dici Auctor scientiæ Canonicæ, quæ ad homines ordinatur, nec cuiusuis alterius scientiæ humanæ.

Prætereà. Intentio cuiuslibet docentis (si recta sit) est, ità docere veritatem, quòd addiscens sit illius capax, eandemquè percipiat, quod maximè requiritur in scientijs operabilibus, idest, ordinatis ad opus; Sed ea quæ Dei sunt, adeò sunt eleuata, vt minimè possit homo intuitum ferre
in illa. *Est enim Deus magnus vincens omnem* Iob 36.
scientiam nostram. Item modus docendi est valdè obscurus, nimirùm sub metaphoris, vt patet in sacra Scriptura. Ergò multò minus poterit nos docere scientiam Canonicam, quę debet esse de veritatibus circà mores humanos, & habere modum valdè familiarem.

Prætereà, plusquàm verum est, quod vnius effectus adæquati, non possunt esse plures causæ totales

totales

totales, & eiusdem ordinis.

Sed Auctor scientiæ Canonicæ, & illius Doctor, & Scriptor est purus homo, (siuè Papa, siuè Gratianus ille fuerit) & hi plenè nobis veritates illius, & documenta tradiderunt. Ergò impossibile est quòd Deus sit illius Auctor.

Præterea; si ponatur Deus Auctor scientiæ Canonicæ, & illius Doctor, ergò nulla erit distinctio inter ius diuinum, & ius positiuum, constat enim quòd ius Canonicum positiuum est.

Psal. 93. Isa. 48. Sed contra est quod dicitur Psalm. 93. *Qui docet hominem scientiam.* & Isa. 48. *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, &c.*

Respondeo seruato ordine prout supra.

PVNCTI PRIMI.
SVMMAE.

1 DEum Auctorem esse scientiarum habet difficultatem quoad modum tantùm.

2 Tribus modis aliquem scientiarum Auctorem imaginari possumus.

QVo ad primum sciendum quòd si spectemus principalitatem scientiarum quemadmodum, & quarumlibet rerum; non habet difficultatem, nec cadit sub quæsito. *Vtrùm Deus possit, vel debeat dici Auctor scientiarum*, cum constet ipsum esse primam, & principalem causam omnium. Quod ergò facit difficultatem est; quomodo hoc contingere possit, maximè cum hominem experiamur alium docere de omni scientia, (saltèm acquisibili lumine naturali; Itèm Angelus non solùm alium Angelum cæterùm, & hominem illuminat, & docet; quarè remanet, vt videamus modum, quo Deus dicatur docere omnem scientiam; & præcipuè Canonicam, scilicet, An sit modus specialis, & supereminens modis, quibus docere solet, vel homines, vel Angeli; & quia iam de modo, quo homo, hominem docet; sermonem habuimus in præcedenti art. superest, vt in hoc quæramus, & inuestigemus modum, quo Angelus ipse docere potest, addendo discrimina inter edoctionem, quam Deus immediatè facit in nobis, & Angelus, itèm & homo comparando edoctiones inter se. Et quia tribus modis imaginari possumus aliquem esse auctorem alicuius scientiæ, vel cuiuscunquè cognitionis; Aut quia causat virtutem cognoscitiuam, vel quia proponit obiectum cognoscibile, vel demum, quia immediatè agit in mentem, siuè virtutem cognoscitiuam eius, qui accipit cognitionem; nimirùm, aut infundendo habitum cognoscitiuum, aut causando actum ipsius cognitionis; sub quæsito compræhendimus omnem, & quemcumque modum, qui reperiri possit, & dari in causando scientias. Est insuper quartus alius modus, qui specialissimus est, quādo Deus simul cum scientia infundit gratiam; at quia de hoc erit sermo in sequenti artic. pro nunc, tãtum de tribus modis intentio nostra est sermonem habere, positiuè, & comparatiuè ad Angelos, & homines.

Totus igitur sensus tituli est. Vtrùm *Deus*, qui nimirùm causa vniuersalis, & principalis esse fertur rerum omnium eadem, vel potiori ratione *sit, vel dici debeat Auctor* aliquo trium dictorum modorum, vel etiam omnibus dictis modis simul *omnium scientiarum*, nempè acquisitarum, siuè acquisibilium, vel etiam infusarum, maximè verò *scientiæ Canonicæ* ex consequenti scientiarũ moraliũ, & non tantũ speculatiuarũ. Hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI
SVMMAE.

1 ARs duplex, productiua effectus, & conduminatiua tantùm.

2 Magister docendo adiuuat lumen naturale, eruditio potissimùm attribuitur addiscenti.

3 Ad veritatem duo requiruntur, apprehensio, & iudicium.

4 Intellectus addiscentis potest adiuuari in apprahendendo, & iudicando.

5 Principium intelligibile habet rationem luminis.

6 Ex lumine naturali, & principio ac medio intelligibili, efficitur vna virtus iudicatiua.

7 Lumen corporale, & intellectuale proportionantur.

8 Illuminare, & manifestare veritatem, idem sunt.

9 Illuminatio non est sine locutione in Angelo.

10 Angelum alium Angelum, vel hominem illuminare, est eundem docere.

11 Intelligibile in intellectu alicuius, contingit esse tripliciter.

12 Conceptus in intellectu, vt alteri relatus dicitur locutio.

13 Veritas a nobis cognita duplici ex causa occultari potest.

14 Veritatem cognitam, Angelus quomodo alteri occultet.

15 Illuminatio omnis in Angelo est locutio, non è contra.

16 Illuminatio passiua est prior locutione.

17 Illuminationis Angeli constitutiuum quodnam sit.

18 Locutionis Angeli constitutiuam quodnam sit.

19 Audiens non perficitur, nisi per veritatem ipsam.

20 Dæmon potest loqui cum alio Angelo, vel homine.

21 Dæmon non intendit ordinare ad Deum.

22 Illuminationes ab Angelis bonis tantummodò fiunt.

23 Illuminationes post iudicium non erunt.

24 Angelus solus, qui superior est, illuminare potest.

25 Manifestare aliquod ignotum contingit dupliciter.

Angelus

QVo ad secundum, pro plena, & exacta declaratione huius quæsiti, quod multas difficultates simul implicare videtur.

Sciendum primò quòd ars est duplex, Altera
1 quæ producit totaliter effectum sola præsupposita materia ex qua. Cuiusmodi est ars fabrilis. Altera ars est, quæ non producit totaliter effectū sed tātùm habet iuuare naturam cui potissimum tribuitur effectus.

Huius generis est medicina, Sanitas enim potius est effectus naturalis virtutis, quam medicinæ. Et in eodem genere artis collocatur doctrina, etenim magister per artem docendi causat eruditionem discipuli adiuuando lumen naturale intellectus illius, cui potissimum eruditio discipu
2 li passiua est adscribenda; & hoc modo dicimus superiorem Angelum illuminare inferiorem per modum docentis, & adiuuantis lumen Angeli inferioris modo quodam artificioso.

Sciendum secundò quòd ad cognitionem veritatis duo requiruntur, scilicet Appræhensio, & 3
iudicium. Veritas enim aliqua potest occultari intellectui, vel quia intellectus non valet illam appræhendere, quia (inquam) non proponitur sibi modo eidem proportionato. Vel quia non potest ferre certum iudicium circa illam propter defectum luminis, quod est proprium, & per se principium ad iudicandum. Et ex hoc sequitur, 4
quòd manifestatio occultæ veritatis potest fieri dupliciter. Vel ex parte appræhensionis, vt quando magister docet discipulum, formare proprium conceptum alicuius conclusionis vtendo exemplis, similibus, distinctionibus, &c. Vel ex parte iudicij, vt cum magister proponit discipulo principia, & media sub quibus intellectus potest iudicare de conclusionibus. Vt enim docet D.Thom. 2.2. quæst. 15. ar. 1. Principium intelli- D.Th.
gibile ad quod resoluitur conclusio habet rationem luminis intellectualis sub quo intellectus 5
virtute luminis naturalis iudicat de veritate conclusionis. Hinc sequitur quòd magister proponendo discipulo principia, & media sub quibus assentiatur conclusionibus dicitur confortare lumen naturale discipuli non quidem augendo illud intensiuè, sed quasi extensiuè, ex eo quòd lumen naturale adiunctum principio, & medio sibi proportionato à magistro, potest exire in actum iudicandi. Vndè ex lumine naturali illius, qui docetur, siue illuminatur, & ex principio, & medio intelligibili, efficitur vna integra virtus iudicati- 6
ua conclusionis, eo prorsus modo quo potentia visiua dicitur percipere colores sub lumine visibili, Nam tale lumen, vt patet, neque est intrinsecum ipsi virtuti visiuæ, neque ipsi colori, & tamen adeò valet quòd & redit colorem actu visibilem, & confortat virtutem visiuam, non imprimendo in ipsam, non agendo per realem actionem in virtutem visiuam, cæterùm per solam præsentiam ipsius luminis confortantis virtutem visiuam sic, quòd possit exire in actum videndi colores.

Sciendum tertiò, quòd de lumine intellectua- 7
li eo modo ratiocinandum est, sicut de lumine corporali; translatiuè enim nomen luminis à corporalibus ad spiritualia deducitur. Cum ergò luminis proprium sit esse manifestatiuum. Secundum illud Ephes. 5. *Omne quod manifestatur lu-* Eph. 5.
men est, idest quod manifestat, siuè est manifestatiuum (ponitur enim passiuum pro actiuo, vt moris est quandoque in scripturis) Sequitur quòd lumen secundum quod ad intellectum pertinet, nihil aliud sit quam quædam manifestatio veritatis; Quapropter illuminare est manifestare veritatem cognitam alteri, vt idem Apostol. loco, vt 8
supra, de se ipso inquit. *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à seculis in Deo* idest, Mihi datum est manifestare omnibus dispēsationem Sacramenti absconditi. Dicendum igitur,

tur, cū sermo est de illuminatione Angeli, quòd
illuminatio non est sine locutione,& idem est il-
9 luminare, quòd docere, quia vt dictum est illu-
minare est veritatem cognitam alteri manifesta-
re. Vndè quærere. Vtrùm,vel quomodo Ange-
lus doceat alium Angelum, siuè hominem est
quærere. Vtrùm Angelus illuminet, vel Ange-
10 lum,vel hominem.

Et quia cogimur declarare modum diuersum
quo Angelus,homo,& Deus (de quò principali-
ter quærimus) docent homines pro huius amplio
ri doctrina sciendum quartò ex D.Augus. 10.de
Aug.c. Trinit.quòd intelligibile,idest res quæ intelligi-
5.8.9. tur potest esse in intellectu alicuius tripliciter.
Primò habitualiter, nempè per speciem intelli-
11 gibilem. Secundò in actu secundo,idest exercitè
per conceptum quem de re quam intelligimus
formamus in nobis. Tertiò,vt ad aliud relatum.
Per conceptum enim quem formamus in nobis
manifestamus nobis ipsis, ipsam rem intelligibi-
lem,vnde quasi loquimur nobis ipsis: Per hoc au
tem quòd eundem conceptum referimus ad aliū
exprimendo illum per vocem, siue mediante vo
12 ce, manifestamus eandem rem à nobis prius in-
tellectam,alteri cui volumus. Et quia occultatio
13 veritatis, quam nos ipsi cognoscimus in nobis
ex duplici cap.prouenire potest,nimirum,& ex
corporis grossitia, qua de causa vtimur voce, &
ex imperio voluntatis,quia(inquam)nolumus al
teri veritatem nobis notam aperire. In Angelo,
14 qui est naturæ meræ spiritualis hoc secundum im
pedimentum tantum reperitur, videlicet, quia
non vult manifestare veritatem alteri, quare ex
opposito tunc dicitur alteri manifestare verita-
tem,quando ad simplex imperium voluntatis or
dinat proprios conceptus ad alios,siue Angelos,
siue homines.

Sciendum quintò, quòd omnis illuminatio in
15 Angelis est locutio, non è contra, & naturaliter
illuminatio est posterior locutione;siquidem illu
minatio nihil aliud est, quam locutio illuminati-
ua;ex parte tamen illuminati,illuminatio est pri-
16 or locutione;& hinc sequitur quòd possit reperi-
ri locutio sine illuminatione. Proprium namque
constitutiuum illuminationis est dependentia à
prima veritate, quæ est regula cuiuscunque in-
17 tellectus Proprium verò constitutiuum locutio-
nis est dependentia à voluntate loquentis,vt sic;
18 Ita vt dum proponitur aliquid sub ratione veri-
tatis manifestatæ, vt sic, habet rationem illumi-
nationis; vt verò proponitur aliquid sub ratione
voliti vt sic habet rationem locutionis tantum.
Exemplum primi, verbi gratia, si dicam cœlum
est à Deo creatum; vel homo est animal rationa-
le: ista enim proponuntur à me tanquam veritates.
Exemplum secundi:si dicam volo addiscere,
volo deambulare, vel quidquam aliud facere,
certè huiusmodi locutiones non pertinēt ad per-
fectionem intellectus audientis. Parum enim re-
19 fert audienti quid ego velim, vel nolim. Et ex

hoc vno notabili habemus primò,quòd Dæmō;
licet alteri Dæmoni loquatur, vel etiam homi-
ni, non tamen illum illuminare potest, quoniam
illuminatio est locutio per modum cuiusdam do
ctrinæ,& veritatis manifestatio,secundum ordi-
nem quem habet ipsa veritas ad Deum,ad quem
finaliter refertur omnis veritas,vel à Deo exem- 20
plariter,aut causaliter. Constat autem quòd Dæ
mon, neque intendit docere veritatem, neque
eamdem ordinare ad Deum benedictum. Habe-
mus secundò quòd ea de quibus fiunt illumina- 21
tiones ab Angelis bonis. Sunt rationes operum
diuinorum,maximè autem eorum, quæ spectant 22
ad dispositionem mundi, & salutem electorum;
Quarè perseuerare dicuntur illuminationes, vs-
què ad diem iudicij,non vltra. Habemus tertiò, 23
quod tantùmmodo Angeli superiores illumināt
inferiores,non autem inferiores superiores. Si-
quidem ea, quæ vident superiores Angeli in di-
uina essentia,quæ non videntur ab inferioribus,
(plura enim in Deo de rationibus diuinorum o-
perum cognoscunt superiores, quàm inferiores)
de his enim propriè faciunt illuminationes.dum 24
ergò intendit Angelus superior illuminare infe-
riorem,conuertit se ad illa cognoscenda per pro
prias species, taliter, & tali modo, vt ab inferio-
ri possint intelligi extra visionem diuinæ essen-
tiæ propter illuminationem superioris Angeli.

Sciendum sexto, quòd manifestare aliquid 25
ignotum contingit dupliciter primo per simpli-
cem præsentationem obiecti, sicut si habens po-
mum occultatum illud proferat in medium, alio
modo per adhibitionem luminis adiuuantis, si-
cut adhibens candelam. Et ex hoc fundamento
dicimus, quod Angelus superior illuminat infe-
riorem,non solùm proponendo obiectum,sed si-
mul adhibendo lumen,hoc autem fit per conuer
sionem Angeli superioris ad inferiorem ex im-
perio voluntatis Angeli illuminantis. Vt ergò 26
minùs calidum crescit in calore ex præsentia ma
gis calidi, ità virtus intellectiua Angeli inferio-
ris confortatur ex virtute, & lumine superioris;
Nam quod facit ordo localis in corporalibus, fa 27
cit ordo conuersionis in spiritualibus, vt docet
D.Thom.quodlib.3.ar.7.& 1.p.q.106.ar.1. Illu D.Th.
minat igitùr Angelus superior Angelum inferio
rem dupliciter,& confortando virtutem intelle-
ctiuam ipsius, & proponendo illi veritatem se-
cundùm capacitatem Angeli, qui illuminatur.
Et quia quilibet Angelus constituit speciem, & 28
Angelus superior intelligit per species vniuer-
saliores necessarium est illud,quod intelligit An
gelus superior per vnicam speciem,illùd propo- 29
nat Angelo inferiori sub diuersis,& distinctis, ac
magis dearticulatis speciebus, quæ licet sint ina-
dæquatæ speciei Angeli illuminantis,siūt tamen
adæquatæ,& proportionatæ Angelo, qui illumi
natur,vtpotè qui non est capax speciei vniuersa-
lioris. Et quoniam doctrina hæc præclara est,
multùmquè aperit nodum eorum, quæ dicenda
sunt

sunt à nobis,videturquè difficilis,quomodo Angelus superior possit ex illius conuersione ad Angelum inferiorem communicare ei aliquod lu-
31 men;Cum clarum,& apertum sit,quòd Angelus superior non potest immediatè agere in intellectum Angeli inferioris, eò quòd solius Dei sit illabi mentibus, & intellectui ipsius Angeli, & insuper non potest imprimere aliquam speciem in-
32 telligibilem in intellectu Angeli, qui illuminatur, imò, nec potest intendere lumen præexistens in Angelo inferiore, cum omnia ista sint solius Dei.

Sciendum septimò vltra ea, quæ dicta sunt,
33 quòd illuminatio nihil aliud est,quam actiua ordinatio conceptus proprij illustrantis, & commensurantis rem conceptam intellectui inferioris Angeli, & hoc ex parte Angeli illuminantis; Ex parte autem eius qui illuminatur nihil aliud est, nisi applicatio intellectus ad formandum ex se conceptum correspondentem conceptui ostēso de eadem re, & hoc modo Angelus inferior dicitur participare lumen superioris per modum disciplinæ sic quod illuminatus, seù edoctus tali lumine superioris Angeli illuminantis confortatus ex eisdem speciebus,quas prius habebat efficitur plurium cognoscitiuus.

34 Et ex his omnibus simul collectis habere possumus, & quomodo Angelus superior illuminet, siuè doceat Angelum inferiorem de veritatibus, de quibus dictum est, & vlteriùs, quomodo Angeli illuminent,ad doceant homines,nimirum,& proponendo cum dearticulatione obiectum intelligibile, secundùm capacitatem ipsius hominis, & rursus confortando lumen naturale eiusdem hominis exhibendo medium, & principia, per quæ ipse homo illuminatus potest deducere cognitionem, & formare iudicium de rebus sibi ab eodem illuminante præpositis.

Vndè si quæras, Vtrùm aliqua sit differentia inter hominem docentem, alium hominem, & Angelū docentem eundemmet, hominem dicimus,quòd vtiquè,& differentia attenditur penes hoc, quòd homo non habet actionem aliquam
35 immediatè circa intellectum alterius hominis, sed tantùm circa sensibilia à quibus omnis nostra originatur cognitio. Angelus verò immediatè habet actionem circa intellectum alterius spiritualiter illuminando,modo tamen dicto,vide-
36 licet non imprimendo species intelligibiles, neque intendendo lumen præexistens in homine, sed tantummodo confortando virtute suæ illuminationis modo, quo supra dictum est. Et hoc ideò euenit, quia est natura superior, imò amplius homo, vt dictum est in superioribus, neque potest immediatè agere in phantasiam, seù imaginationem hominis, vtiq; Angelus; potest enim
37 Angelus, & immutare phantasmata, & operari in ipsa hominis imaginatiua immiscendo se imaginationi non per essentiam, sed per effectum
38 ordinando, & disponendo phantasmata, ità vt possint repræsentare aliqua, quæ prius repræ- 39
sentare minimè poterant, hoc patet in Angelo qui Ioseph in somnis apparuit, vt habetur Matt. *Matt. 1.*
1.& 2.& potest immutare sensum humanum, vt *& 2.*
patet Genes. 19. de Sodomitis qui percussi sunt cæcitate, vel acrysia, idest oculorum deceptione,
ne ostium domus inuenire possunt;& 4.Reg.cap. 40
6.de Syris quos Eliseus duxit in Samariam. Non potest tamen Angelus causare species sensibiles coloris in cæco nato; nec alias species cuiusuis
sensus,qui desit ipsi homini;sed necessariò prære- 41
quiruntur species sensibiles acceptę à sensibus exterioribus, & tunc potest Angelus immutare illas disponendo eas aliter in ordine ad aliquam significationem, quia vt sic talis immutatio fit
per motum localem de qua materia vide D.Th. 42 *D.Th.*
p.1.q.101.ar.3.& 4.

Et ex his omnibus facilè deducere est quomodo doceat homo,quomodo Angelus,& quomodo Deus; Deus enim solus illabitur menti,& potest imprimere species intelligibiles, insuper, & causare lumen,siuè naturale, siuè supernaturale, illudquè adaugere, vndè & æqualiter potest docere hominem dormientem, & vigilantem, homo verò non potest docere nisi vigilantem, &
dispositum. Ratio huius est, quia operatio Dei 43
formalis est, & intrinseca, & ideò non videt homo quando Deus eum docet actualiter, sed se inuenit subitò doctum, hoc patet Nume. 12. vbi de *Num.*
cognitione prophetarum dicitur, *Si quis fuerit* *12.*
inter vos propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Et clariùs de Salomone, quem constat per somnium sibi datam fuisse sapientiam, vt videre est 3. Reg. 3. Vndè *3.Reg.3*
quando euigilauit cognouit hoc sibi concessum 44
fuisse per somnium, imò, & nos quandoquè per somnium docet, secundùm illud Iob. 33. *Per som-* *Iob 33.*
nium in visione nocturna, quando irruit super homines sopor, & dormiunt in lectulo, tunc aperit Deus aures virorum, & erudiens instruit eos disciplina, vt liberet hominem à superbia. Hoc autem modo homo alium hominem docere minimè potest, sed tantùm vigilantem, & dispositum v.g. quòd non sit ebrius, nequè amens, aùt quauis animi passione oppressus; Cum enim Deus docet hominem agere potest immediatè in intellectum, & quia intellectus in se ipso nullam passionem recipit, ideò siuè homo sit dormiens, siuè
ebrius potest Deus docere ipsum quemadmodū 45
si sit vigilans; Homo verò agit circa exteriora intelligibilia, vt dictum est; Angelus pariter docet non immediatè agendo in intellectum, sed tantùm modis dictis; Dicitur ergò Deus hominem docere scientiam cum discrimine à modo docendi ipsius Angeli, vel hominis. Primò quia à nullo priori accipit doctrinam, Angeli verò inferiores à superioribus multa accipiunt, homo itèm ab aliquo alio, vel homine, vel Angelo, vel Deo.
Secundò, quia omnium est Doctor, & non aliquo- 46
rum tantùm, vt Angelus, vel homo. Tertiò, quia

E quan-

quantum ad omnia. Quartò, quia perfectiùs docet, quo ad modum, nimirùm immediatè tangendo intellectum, & voluntatem, poteſt enim influere in iſtas potentias immediatè, & directè, quare poteſt aliquem ſubitò efficere ſapientem imprimendo, vel cauſando habitum ſcientiæ in
47 intellectu eius, ita enim fuit de Salomone quem in vna nocte ſapientiſſimum fecit, cum ille dormiret, hoc etiam facit in prophetis, quibus ſubitò dat cognitionem, ſiuè illa ſit per immutationem intellectus tantùm, ſiuè phantaſiæ. In hoc tamen differt cognitio prophetica à Salomonis ſapientia, quia illa eſt actualis, & tranſiens, & ideò poſt actum prophetandi non manet in Prophetis aliqua vis cognoſcendi, ſecundum quam pro-
48 phetæ alijs excellant hominib. At Salomonis ſapientia fuit habitualis, quia quod ſemel infuſum fuit ſemper manſit per totam vitam. Hæc omnia ſi diligenter adnotentur, vltra ea quę ex ipſis fundamentis vnuſquiſquè elicere poteſt, facilè deducet, vt nos deducemus concluſiones reſponſiuas ad quæſitum, & hæc de ſecundo dicta ſufficiant.

PVNCTI TERTII SVMMAE.

1 *Deus ſolus dat neceſſariò requiſita ad intelligendum.*
2 *Deus ſcientiarum author eſt proponendo ſcibile omne.*
3 *Deus author ſcientiarum eſt in quantum agere poteſt in intellectum cuiuſquè.*
4 *Libros duos condidit Deus manu ſua, quos legendos nobis proponit.*
5 *Sacra Scriptura, & mundus libri duo mutuò ſe excedentes.*
6 *Homo inexcuſabilis eſt, ſi Deum non cognoſcat.*
7 *Proportionantur mundus, & Sacra Scriptura.*
8 *In veteri lege corruptio cadere potuit, minimè in noua.*
9 *Lex noua ſolem Chriſtum continet.*
10 *Nouum teſtamentum, ceù cœlum aſtris exornatum.*
11 *Chriſtianus populus à reliquis diſtinguitur.*
12 *Mundus, ceù liber quidam ſcibilia proponit lumine naturali.*
13 *Sacra Scriptura ſubminiſtrat omne ſcibile ſupernaturale.*
14 *Libri, qui à Deo ſunt, vincunt omnem noſtram cognitionem.*
15 *Scientia omnis à libris Dei originem trahit.*
16 *Angelus à libris Dei accipit.*
17 *Radix pluralitatis ſcientiarum ex eminentia librorum Dei.*
18 *Scientiarum diuerſitas per ordinem ad obiecta formalia attendenda.*
19 *Medium in ſcientijs eſt lumen in illis.*
20 *Lumen triplex naturale fidei, & gloriæ.*
21 *Lumen naturale, quia deficiens multiplicat media.*
22 *Lumen fidei, & lumen gloriæ colligunt, quæ ſub illis comprehenduntur.*
23 *Diuina eſſentia immediatè vnitur intellectui beatorum.*
24 *Docebit nullus alium in cœlo circa domini cognitionem.*
25 *Fidei lumen diuerſitatem opinātium excludit.*
26 *Veritas creata conuincit intellectum, at increata magis.*
27 *Hæreticorum error contra veritatem ex defectu luminis eſt.*
28 *Hæretici lumen naturale habent obtenebratū.*
29 *Error in cognitione propter eminentiam obiecti excuſabilis eſt.*
30 *Doctorum intentio nunquàm plenè ab omnibus penetratur.*
31 *Mundus Deum finem omnium declarat.*
32 *Cognitio ordinata fertur in cauſam rei, quam Deus adiunat.*
33 *Scibilia omnia in duobus libris Dei.*
34 *Sacra Scriptura ſemper ſcribendi occaſionem præbet.*
35 *Danielis ſententia cap. 12. valdè ponderanda.*
36 *Scientia multiplicatur in diuerſis maximè circa diuina.*
37 *Sacra Scriptura, & mundus Deum finem omnium naturalium, & ſupernaturalium indicant.*
38 *Sacra Scriptura radix Sacrorum Canonum.*
39 *Nihil dictum, quin prius dictum, quomodo intelligendum.*
40 *Scribens quiſquè ab alio præuentus eſt.*
41 *Veritas omnis à Spiritu Sancto, & quomodo.*
42 *Veritas omnis à Deo, & quomodo.*
43 *Veritate Dei, ſiuè increata omnia vera, quomodo.*
44 *Veritas omnis à prima veritate cauſalitèr.*
45 *Veritas omnis formalitèr in habente illam eſt.*
46 *Veritas inſtar ſimilitudinis in ſpeculo.*
47 *Veritas Dei dicitur ſecundum analogiam attributionis.*
48 *Veritas formalitèr ſecundum analogiam proportionis dicitur.*
49 *Intelligibilia prima à ſolo Deo ſunt.*

QVo ad tertium ex dictis, & præſuppoſitis fundamentis, facilè eſt deducere concluſiones reſponſiuas ad quæſitum, quarū Prima eſt Deus eſt author ſcientiarum omniū in quantum confert nobis virtutem cognoſcitiuam, aliaquè neceſſariò requiſita.

Probatur, quia ipſe ſolus eſt, qui dat nobis virtutem, videlicet intellectum agentem, & poſſibilem aliaquè neceſſaria pro conſequenda quauis cognitione modo, quo dans virtutem viſiuam dicitur author viſionis; & hic modus eſt veriſſimus, & communiſſimus reſpectu cuiuſcunq; ſciētię acquiſitę à nobis, ſiuè per inuentionē, ſiuè per diſciplinā, quādo docemur ab alio, & patet ex ſe.

Secunda

Secunda conclusio, Deus author scientiarum omnium est, proponendo scibile omne.

Probatur, quia sicut proponens visibile dice-
2 retur causare visionem, ità proponens intelligibile debet dici, quod causet intellectionem; Intelligibilia autem omnia, siuè scibilia, siquidem si naturali lumine, in mundo continentur, si verò supernaturali, in Sacra Scriptura edocentur.

Tertia conclusio, Deus potest dici author sci-
3 entiarum respectu alicuius, in cuius intellectu, & mente agit, quemadmodum & in omnem intellectum, & mentem immediatè agere potest.

Probatur, quia Deus illabi potest mentibus omnium immediatèquè agere in intellectum cuiusquè imprimendo, siuè causando habitum scientiæ, vel actum cognitionis modis dictis supra.

Coroll. Deus supereminet in modo docendi omnem, & quemcunquè Angelum, vel hominē.

Probatur ex dictis inter fundamenta, seu notabilia,

Confirmantur omnes supradictæ conclusiones authoritatibus inductis in argumento, sed contra.

Licèt ea, quæ iam à nobis dicta sunt sufficere possint, & quidem abundè pro dictarum conclusionum veritate; attamen pro legentium adhuc maiori satisfactione adhuc alia superaddimus non ingrata, vt existimamus.

Sciendum ergò, quòd duplicem librum manu sua conscripsit Deus, mundum videlicet, & Sa-
4 cram Scripturam, quos legendos proposuit hominibus, vt in illis res diuinas à mortalibus remotas, admirandamquè opificis sapientiam, potentiam, & pulchritudinem demonstraret. Hi sunt veluti duo volumina, quorum vnum mole grandius est altero, nimirùm mundus mira rerum varietate decoratus, ceù diuersis characteribus; alterum virtute præstans, Sacram nempè Scriptu-
ram. Et quod mundus sit veluti liber patet, liber
5 enim dicitur, & quia docet, & quia liberè veritatem dicit, sic vterquè istorum librorum liberè dicunt, & docent veritatem, vnde Apostolus de primo libro sermonem habens, videlicet mun-
Rom.1. do inquit, *Inuisibilia enim Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, ita vt inexcusabi-*
6 *lis sit homo*. Si Deum authorem suum contemnat. Et vt videamus mirabile artificium horum duorum voluminum, siue librorum intuenda à nobis est eorum proportio, & correspondentia,
7 vt enim in mundo duplex est pars cœlestis, & elementaris, ita in Sacra Scriptura duplex est Testamentum, nouum veluti cœleste, vetus verò quasi elementare; quare vt cœlestis regio nobilior est elementari ita nouum testamentum nobilius est veteri, & vt in regione elementari cadit corruptio, quòd cœlesti minimè contingere potest, sic in ritus legesquè testamenti veteris cecidit ab
8 rogatio, quæ nouo euenire nequit. Insuper vt cœlestis regio totius lucis fontem habet solem ab illo elementaris lucem mutuatur, sic nouum testamentū totius gratiæ fontē continet Christū, ab illo vetus gratiā hausit. Cęlū elementorū te-
nebras illuminat nouum testamentū veteris vm- 9
bras typosq́; illustrat Hoc cęlū.i.nouum testamē
tū, ceu astris clarissimis distinctū *enarrat gloriam* Ps. 18
Christi, & opera manuum eius annūciat hoc firma
mentū. Quod potentissima Dei manu in Ecclesia 10
firmatum fulget & aquas diuidit ab aquis.i. à re-
liquis populis populum Christianū. Aquæ enim 11
populi sunt. Apoc.7. In his ergo libris, & per eos
proponit nobis Deus scibile omne. Per primū vi-
delicèt mundum, q̃ scire sufficit nobis via cogni- 12
tionis naturalis, Per secundū videlicèt Sacrā scri
pturā, ea, quæ ducere possunt ad vitā æternā via 13
supernaturali, docent (inquā) nos proponendo, &
obijciendo, quæ opportuna sunt pro vtraq́; co- 14
gnitione. Et quia scientia horū librorū omninò
excellens est vincens omnē scientiā nostrā cauen
dū ne in medio ipso lumine cæcutiamus. *Conside*
raui mirabilia tua & expaui, dicebat Dauid & a-
libi *mirabilis facta est scientia tua ex me*, Et si di-
ligenter attēdamus omnis scientia ab his duobus
libris originē trahit, omne enim scibile à quouis 15
homine vel etiā Angelo ad aliquē istorū spectat
librorū, naturalia pręstat mūdus, supernaturalia 16
Sacra Scriptura. Qui minùs benè legit in altero
dictorū librorū errat. Hinc est, & ex his euenit li-
brorū nostrorū varietas ac scientiarū, neq́; enim
vna scientia sufficit, sed plures ad nos perficien- 17
dos. vnde & scribendi libros nullus est finis, & ex
eadē radice est, q̃ plures circa veritatem oriātur
errores. Varietas nāq́; scientiarū teste D. Tho.o- D.Th.
pusc.72. attēditur penes diuersitatē mediorum.i.
rationum formalium scibilium, inquantū scibilia
sunt. hoc enim modo tātū formalitèr distinguun
tur sciētiæ inter se, & quia mediū est veluti lumē 18
in ipsis scientijs, quo omnia ad illū spectantia co-
gnoscuntur; ideo data tali diuersitate mediorum 19
diuersæ etiā inueniuntur scientiæ. Constat autem
dari, & lumen naturale, & lumē fidei, & lumē glo
riæ. Quandiù ergò cognoscimus per lumen natu 20
rale vtpotè paruum, & adumbratum, permixtūq́;
tenebris multiplicātur media ex consequenti sci
entiæ, secùs in lumine fidei. Ea.n. quæ ad fidē spe 21
ctant, sub illaq́; cōprehenduntur sunt vnū, q̃ mul
tò magis dicēdū est de his, quę videntur lumine 22
gloriæ. Ipsa.n. diuina essentia immediatè vnitur
intellectui beatorum, ità vt per vnum omnes idē
videant. vndè Hiere. scriptum est. *In die illa non* 23
docebit vir fratrē suum, & proximum suum dicēs Hier.30
cognosce dominum; à minore .n. vsq́, ad maximum
omnes cognoscent me dicit Dominus. In Hoc glo- 24
rietur qui gloriatur scire & nosse me. Non est igi- Hier.9.
tur diuersitas opinionum sub hoc lumine sed nec
sub lumine fidei, totum enim certissimum est, q̃
fides habet ex quacumq́; nimirū parte ad fidem
acceditur omnis intellectus captiuatur in obse- 25
quium Christi. sicut enim veritas creata cogit in
tellectum, vt sibi assentiatur, multò magis increa
ta per lumen fidei. Duę ergò offensæ in scripturis 26

hominum inueniri possunt, vna est per errorē cō tra veritatē, & hoc contingit ex defectu veri luminis fidei, vt in hæreticis; vel etiā ex defectu na
27 turalis luminis, q̃ quandoq́, obtenebratur ꝓpter peccatū, siue per quodcūq; aliud impedimentū;
28 alia offensa, quæ frequens est non aliundè prouenit, nisi quia nō plenè penetratur intentio authoris, nā vt dicit Aug. 5. de Trin. *Nunquā fuit qui in omnibus ab omnibus intelligeretur.* Primū ergò librū scripsit Deus mundū, vt se auctorē, causam,
29 & finē omniū declararet. Quid ergò vagamur homunciones attendendo quid, & non quomodo,
30 aut propter quid cōpositus est hic liber? si tota ratio sciendi, totaq́; vis ipsius scire est habere propter quid subiecti, cur proposito nobis obiecto il
31 lud tota diligētia nō indagamus? & si fortè ignoramus propter luminis defectū, cur ad verum lu
32 men non recurrimus? & si in eminentiā Scripturæ offendimus, cur ad illius Authorē non confugimus? Ad nos ergò redeuntes dicimus, q̃ Deus est author omnium scientiarum etiā ex parte obiecti, quia quodlibet obiectū scibile traditur in altero duorū librorum mundi, videlicèt & Sacræ Scripturæ. Nihil nobis certè superest inuestigan
33 dum, etsi non deficiamus in lumine omnia erunt pro capacitate plana; cū igitur legimus Dan. 12. *Pertransibunt multi, & multiplex erit scientia.* sistamus pedem, & apprehēdamus horum duorum
34 librorum, de quibus dictum est eminentiam. & in speciali admiremur librum Sacræ Scripturæ, adeò enim excellit, vt semper scribendi sit occasio & hoc ex Dei authoris intētione. Quarè ante huiusmodi verba dictū est Danieli. *Tu Daniel claude*
35 *sermones.* i. inuolue visiones, & tibi reuelata ęnigmatibus claude, & inexposita relinque, *& signa librum vsq́; ad tempus statutum.* i. donèc cōpletionem accipiāt, sic enim futurum est, vt plurimi pertranseant per successiones legendo, ac quęrendo veritatem, & maligni non habebunt occasionem deridendi, & studiosi materiam se exercē
36 di habebunt. Quapropter diuersi diuersa opinabuntur, multiplicabiturq́; scientia & magnificabitur, quod ego ipse (inquit Deus) manibus meis in libris exaratis docui, vt vel sic me authorē omniū dignoscant, & cōfiteantur. Docet ergo nos Deus
37 omnem scientiā nō solùm præbendo vires, vt cognoscamus, cæterùm proponendo omne scibile, quod maximè facit per Sacrā Scripturā, quæ cū sit radix sacrorum Canonum haud dubium, quin etiā hoc secundo modo Author censendus sit hu
38 ius scientiæ, quę canonica dicitur. Ex his insuper præclaram expositionem habemus illius cōmunis asserti. *Nihil dictum, quin priùs dictum.* Hoc
39 naq; verū est non solum ea ratione, quia quilibet homo scribens, vel docens fuit ab alio homine præuentus, sed multò veriùs & subtiliùs, quia totum quod pro veritate dicitur, habetur in altero duorum librorum; imò in Sacra Scriptura sola.
40 item ex hac eadem radice habemus verificationem alterius dicti. *Veritas à quocūq; dicatur à Spiritu Sancto est.* Quia nimirùm Spiritu Sancto di- 41
ctante omnis veritas in Sacra Scriptura habetur & omnis apprehensio intellectus à Deo est; vndè quicquid veritatis est in eo, quod dicitur, & asseritur a Spiritu Sancto est; non tamen sequitur, q̃d 42
si aliquem peccare est verū, ergò hoc erit à Deo, committitur enim fallacia accidentis, siquidē vt declarat D. Tho. p. 1. q. 16. ar. 5. ad 3. In eo, quod verum reperitur in propositione est à Deo nō ratione deformitatis significatæ, quæ vt sic à praua est voluntate, de qua re vide eundem Doctorem Sanctum q. eadem ar. 6. vbi quærit vtrùm vna sola sit veritas, secundùm quam omnia sunt vera prima veritate, quia nimirùm ab illa dependent, 43
& in ipsis non est veritas, nisi imitatiuè. Verùm tamen est, quòd si sermo sit de veritate formalitèr omnia sunt vera, & à prima veritate causalitèr, & formalitèr à veritate inexistente, quæ multipli 44
catur & ad multitudinem cognitorum, & ad mul 45
titudinem intellectuum. Quarè glossa super illud Psal. 11. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominū,* inquit, *Sicut ab vna facie hominis resultant plures similitudines in speculo, sic ab vna veritate diuina resultant plures veritates.* Et sic veritas rei 46
analogicè dicitur analogia attributionis. i. ab vno, vel ad vnum. Quarè formaliter tantùm reperitur in Deo, in cæteris autèm extrinseca deno- 47
minatione, quantū sit ex vi huius analogiæ: quòd si sermo sit de veritate formalitèr, idest vt cognita analogicè (dicitur analogia proportionis) siuè proportionalitatis; quia inquam formalitèr saluatur respectu cuiuscumq; intellectus; possumus 48
etiam tertiò dicere, vt dictum est, quòd omnia sunt vera secundùm primam veritatem, inquantùm prima intelligibilia resultant in intellectu creato veluti in speculo ab ipsa prima veritate, vel demùm, quòd ideò hoc dicitur, quia per Sacram scripturam omnis veritas est, ipsa verò scriptura à solo Deo est, vt patet. Ex quibus omni- 49
bus videre est, quàm rectè dixerimus Deum authorem esse omnium sciētiarum modis omnibus dictis, & hæc de tertio puncto dicta sufficiant.

(Marginal notes: D. Aug.; Dan. 12; D. Tho.; Ps. 11.)

PVNCTI QVARTI SVMMAE.

1 *Proportionalitas repit inter hominē, & Deū.*
2 *Deus illuminando reddit capacem.*
3 *Scripturarum difficultas est per ordinem ad male affectos.*
4 *Mandata clarè exprimuntur in scriptura.*
5 *Noua lex proponit credēda, sperāda diligēda etc.*
6 *Deus & homo in docendo non comparantur, vt causæ eiusdem ordinis.*
7 *Deus dirigit, & illuminat superiores maximè in ordine ad bonum commune Ecclesiæ.*

QVo ad quartum ex dictis breuitèr ad argumenta satisfacere possumus. Ad primum enim dicimus, quòd licèt in perfectione

ne naturæ, ſpectatoq; modo eſſendi nulla ſit proportio inter Deum, & homines, eſt tamen inter eos proportionalitas cauſſæ, & effectus, quæ ſufficit ad hoc, vt Deus in homine poſſit cauſare ſciẽtiam, & quamcumq; cognitionem modis dictis.

Ad ſecundum dicitur quòd Deus docendo illuminat, & ideò reddit omninò capacẽ hominis intellectum, qui à Deo inſtruitur, & ad id, qđ ſubditur de Sacrarum ſcripturarum difficultate, iam ſatis dictum eſt in pręcedenti art. Addimus tamẽ quòd difficultas in metaphoris eſt per ordinẽ ad malignos, & temerè accedentes ad illius cognitionem, nã per ordinem ad pios, & benè affectos
3 ſunt exercitia ſtudioſorum. Quod inſuper addiẽ de ſcientijs moralibus nil potuit clariùs exprimi in Sacra Scriptura, nam mandata ſunt dearticula
4 tè poſita; vt patet in Leuitico, & Deuter. quo ad moralia, & cęremonialia, quò ad legem veterem in noua etiã credenda habentur in ſimbolo fidei ſperanda in Euangelio Mat. 5. & Luc. 6. obſeruanda, & facienda in Decalogo, amanda in duobus primis præceptis, dilige Deum, & proximum, de qua re inferiùs ſermonẽ habemus, vitanda in ſeptẽ peccatis mortalibus alijſq; pręceptis negatiuis. Demũ petenda habentur in oratione Domi-
5 nica, quarè omnia ſunt plana volẽti benefacere.

Ad tertium dicitur negãdo, quòd ſit idem modus docendi Dei, & hominis, ac Angeli imò diſcriminantur, pluſquàm cœlũ à terra; vt patet ex dictis in Art. Quarè cum ſint diuerſæ rationes v-
6 triuſquè non poſſunt dici cauſæ eiuſdem ordinis, imò nec vniuerſaliter per ordinem ad eoſdem effectus, vt patet in edoctionibus prophetarum, & aliorum, de quibus dictum eſt.

Ad quartum dicitur primo negando ſequelã, dicitur ſecundo, quòd nullum inconueniens eſt,
7 quòd Deus quandoq; dirigendo illuminet ſuperiores per ordinem ad bonum ſalutis ſubditorũ, quemadmodum etiam dicimus illũ aſſiſtere ſuæ Eccleſiæ, & Summo Pontifici ne erret circa communia agibilia, quæ habent ordinem ad bonum totius Eccleſiæ, de qua re ſuis locis erit ſermo. Et hæc de quarto dicta ſint.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Deum nõ cernere iſta inferiora aliqui falsò affirmabant.*
2 *Cauſa erroris Philoſophorum circa Dei cognitionem duplex aſſignatur.*
3 *Cognitio diuina omninò immaterialis eſt.*
4 *Deum non decere iſta inferiora videre falsò aliqui opinati ſunt propter ſui eminentiam.*
5 *Deum non decere hæc inferiora videre propter illorum vilitatem falsò arbitrati ſunt.*
6 *Perfectio q̃libet creaturarũ eminẽter in Deo eſt.*
7 *Auditus & viſus ſupponunt pro omni ſenſu.*
8 *Philoſophi admittunt rerum cauſalitatem à Deo mediante natura.*
9 *Erudire, & corripi dicuntur homines à Deo per ſynderesim.*
10 *Synderesis arguit mala inſtigatq; ad bona.*
11 *Synderesis effectus eſt largitoris naturæ.*
12 *Deus dicitur docere omnem ſcientiam dando habitum primorum principiorum.*
13 *Aures & viſus in Deo ſecũm virtutẽ tãtũ sũt.*
14 *Deus eſt totum, quòd omnia membra noſtra valent per eminentiam.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintũ licèt ſtudioſo concionatori, quę hactenus dicta sũt ſufficere poſſint (multa enim moralia, & opportuna pro concionibus adduximus) adhuc tamẽ ſuperaddimus declarationẽ illius præclaræ ſententiæ ex Pſ. 93. vt Pſ. 93
in argu. ſed cont. *qui docet hominẽ ſcientiã*; in qua
ſententia Regius Pſaltes grauitèr reprehendere 1
intẽdit inſipiẽtes, & ſuperbos, qui negabant Deũ cernere ſeù videre, vel ſcire iſta inferiora dicentes. *Non videbit Dominus, & nõ intelliget Deus Iacob.* Increpãdo eos dicit. *Qui plãtauit aurẽ nõ audiet? aut qui finxit oculũ non conſiderat? Qui corripit gẽtes, nõ arguet; qui docet hominẽ ſciẽtiã.* vndè perpende prudens concionator, quod Dauid non ſolũ exprimit errorem, ſed & cauſas ſiuè rationes
erroris iſtorũ inſipientiũ. Duplex nãq; ratio à Phi 2
loſophis negãtibus diuinã prouidentiã reſpectu
futurorũ actuum affertur, Prima eſt ex ratione in 3
telligendi, quia nimirũ intellectio, & præcipuè diuina eſt omninò immaterialis immò remota ab omni non ſolũ materia, ſed potẽtialitate. Et hinc deducunt non eſſe fas tãtę excellentiæ diuini intellectus, vt immiſceatur actibus materialibus ſingularibus in fluxu, varietate, & omnimoda potẽtialitate cõſtitutis, quales sũt actus noſtri, & hæc ratio tangitur, dũ dicunt. *Non intelliget Deus Ia-*
cob. i. Deus, qui adoratur à populo Iſrael, q. eſt ve 4
rus Deus omninò immaterialis, equidẽ non intelliget iſta, quia non decet eũ intelligere hæc. Altera ratio ex parte vilitatis rerũ viſarũ ſumitur, ſci
licet, quòd *quadã meliùs eſt non videre, quã vide* 5
re propter eorũ vilitatẽ, & turpitudinẽ, quod vi- 12. Metaph. tex. 51.
detur aſſerere D. Aug. in ench. c. 17. & hãc rationẽ tãgit dicens. *Non videbit dominus.* Cõtra quo D. Aug.
rũ blaſphæmiã arguendo inquit. *Qui plãtauit aurẽ non audiet? aut qui finxit oculũ non conſiderat?* vbi à quatuor effectibus Dei intendit docere in Deo eſſe ſcientiam actuum humanorum, ſcilicet ex hoc quia fecit ſenſũ auditus, ſenſũ viſus, ſynderesim, & intellectũ ſpeculatiuũ in nobis, & intendit Regius Pſaltes talẽ rationẽ. Quicquid per 6
fectionis eſt in auditu, viſu, ſynderesi, ſeù ratione practica, & in intellectu ſpeculatiuo hominis, totũ eminentiori modo eſt in Deo meminit autem ſpecialiter auditus, & viſus, q. a ſpirituáliores sũt
inter oẽs ſenſus. Non arguit ab effectibus miracu 7
loſis, q. a ad illos loquitur, qui negabãt miracula, ſed arguit ab effectibus, quos ipſi philoſophi fatẽtur produci à Deo mediãtè miniſterio naturæ, &
fundat rationẽ ſuper cõmuni animi cõceptione 8

Philosophorum, scilicet. Quicquid perfectionis habet effectus, præexistit longè excellentiori modo in suprema illius causa. Ad significandum ergò
9 syndere sim dicit erudiens gentes; Deus enim eruuit gentes, siuè corripit mediante synderesi indita animæ nostræ; Ipsa siquidem arguit nosmetipsos, cum malè operamur, & instigat ad be-
10 nè operandum; est enim quidam naturalis habitus animi ad bonum secundùm rectam rationem probandum, & contrarium reprobandum, qui
11 omnibus gentibus naturalis est, ac per hoc est effectus largitoris naturæ. Lumẽ autem intellectus agentis, & habitus principiorum in speculatiuis significatur dicendo, *docens hominem scientiam*.
12 nam illo naturali lumine acquirimus scientiã, siuè inueniendo, siuè discendo; & hoc similitèr naturale est omnibus hominibus, ex consequenti effectus largitoris naturæ. Notandum verò secundum Hieron. & Cassiodorum, quod nõ dicit Psalmista non habet aurem, aut non habet oculũ, sed *non audiet? non considerabit?* vt ostenderet virtu-
13 tes audiendi, vidédiq; esse in Deo, & non ipsa mẽ
Hier. bra. *Ipse namq;* (inquit Hiero.) *totus oculus est, qui omnia videt, totus manus, qui omnia operatur, to-*
14 *tus pes est quia vbiq; est, & quidquid membra nostra valent, ipse operatur.* Ex omnibus ergò istis optimè h bes, quod Deus est auctor omnis scientiæ in vobis, & sic principalis auctor iuris Canonici hac eadem ratione, & hæc de toto quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS III.

VTrùm Christus possit, ac debeat dici auctor scientiæ Canonicæ.

Et videtur vtraq; pars vera. Pars negatiua probatur, quia solus Deus est magister omnium, & quo ad omnia, & quo ad omnem modum docendi, vt dictum est.

Pars affirmatiua probatur, quia ipsemet Chri-
Matth. 23. stus Mat. 23. dicit discipulis suis. *Nõ vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus.* ergò

Et si dicatur quòd Christus erat verus Deus ex consequenti poterat instruere interiùs modo, quo potest Deus.

Cont. Quia in eodem contextu distinguit inter ista duo, quòd est appellari patrem, & appellari magistrum. Et dùm sermonem habet de nomine Patris, hoc Deo soli tribuit inquiens. *Vnus est enim Pater vester cælestis*; cum verò sermonem habet de nomine magistri, hoc attribuit Messiæ, idest Christo.

Vlteriùs Iudæi non credebant ipsum esse Deum, nec vsque hodie fatentur Messiam, nisi purum hominem.

Et si iterùm dicatur, quòd hoc non officit, quia nihilominus erat Deus, & magis debemus sequi veritatem rei, quàm opiniones aliorum.

Matth. 19. Cont. Hoc nihil est dictum. Patet enim Matt. 19. quòd adolescenti vocanti Christum magistrũ bonum, dixit Christus. *Quid me interrogas de bono? vnus est Deus bonus*, idest solus Deus est bonus, & tamen ipse erat Deus, vt verè posset vocari bonus non obstante, quòd nullus esset bonus, nisi Deus. Cæterùm, quia adolescens non credebat eum esse Deum, noluit Christus quòd contra conscientiam suam vocaret eum bonum, quoadusquè idemmet confiteretur ipsum esse Deum, ergò à simili dicendum est de eo, quod diximus per ordinem ad nomen Patris, siuè magistri.

Respondeo seruata forma, & ordine, prout in præcedentibus articulis.

PVNCTI PRIMI.
SVMMA.

1 *CHristi nomine Deum, & hominem intelligimus.*
2 *Christum, & inquantùm Deus, & inquantùm homo docuisse nulla difficultas.*
3 *Christum debuisse docere patet ex scripturis.*
4 *Christus humani generis Reparator & Doctor.*
5 *Christus exemplar sanctitatis, & doctrinæ.*
6 *Pelagianorum, ac Lutheranorum errores contrarij.*
7 *Christi modus in docẽdo hoc habet difficultatẽ.*
8 *Deus docet modo adhuc speciali infundendo gratiam.*
9 *Scientia Canonica nomine ea, quæ sunt iuris & æquitatis intelligimus.*

QVo ad primum, *Vtrùm Christus possit, & debeat dici, &c.* Nomine Christi Verbum, vt subsistens in duabus naturis diuina, & 1
humana intelligimus, ac eo Deum, & hominem; Cum ergò vt ex superioribus patet non solùm Deus, verùm & homo doceant licet diuersimodè nulla remanet difficultas, quin Christus ex quo Deus erat, & homo docere potuerit ad modum quo & Deus & homo docent; vndè in quęsito ad 2
verbum posse, addidimus verbum debere dicendo vtrùm Christus *possit, & debeat*, vt hinc pateat quòd difficultas non est circa posse, sed tantùm circa debere, An (inquam) Christus debeat dici auctor, &c. & quia constat ex Sacris Scriptu-
ris Christum debuisse docere, si quidem Christus 3
absque dubio venit in mundum, non solùm vt esset Redemptor, & totius humani generis Reparator secundùm illud Matth. 20. *Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis.* Et illud Rom. 3. *Quem proposuit Deus propitiatorem*, idest conciliatorem & pacatorem inter ipsum & genus humanum, item 1. Cor. 1. *Qui factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio.* Et iterùm 1. ad Timoth. 1. *Iesus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret*, & alibi locis ferè infinitis, verùm etiam venit, vt esset magister doctrina, & exemplo, nimirùm legislator, 4
vt patet primo per illud Isaiæ 55. *Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus.* Matth. 20. Rom. 3. 1. Cor. 1. 1. Tim. 1. Isa. 55.

& Io.

Ioan.3. & Io.3.*Scimus quia à Deo venisti magister*. item Mat.17 Matth.17 Pater attestatur de hoc,dicens *Hic est Filius meus dilectus,ipsum audite*.Ex his (inquã) omnibus patet,quòd Christus non solùm potuit, cæterùm,& debuit docere, nam magistri est do- Act.1. cere verbo,& exemplo,hinc est,quòd Actor.primo,de Christo dicitur quòd cæpit facere,& do- Ioan.3 cere.& ipsemet Io.decimotertio , ait *Exemplum dedi vobis , vt quemadmodum ego feci , ita & vos* D.Tho. *faciatis* . Quod verbum exponit D.Tho.ibidem non debere limitari ad illud peculiare factũm nimirùm lotionis pedũ, sed etiam ad omnia Chri- 5 sti opera extendendum esse . Quarè ex his necessariò dicere debemus, quòd Christus sit exẽplar absolutum,& omni ex parte perfectum,& sanctitatis,& doctrinæ;Quæ veritates ambæ simul pro- Concil. Trid. bari possunt ex Concilio Tridentino sess.6.c.21. his verbis , *Si quis dixerit Christum Iesum à Deo datum hominibus cui fidant,& non vt legislatorẽ, cui obediant anathema sit* . Siquidem Pelagiani negabant Christum fuisse Redemptorem , at dicebant fuisse legislatorem , Lutherani è contra negabant fuisse legislatorem cui obedire tenea- 6 mur. Sed tantùm fuisse Redemptorem admittebant;contra quos arguit Concilium , & est irre- Isa.33. fragabilis authoritas ex Isaia cap.33.vbi dicitur. *Dominus Iudex noster. Dominus legifer noster,Dominus Deus ipse veniet, & saluabit nos* . Nulla ergò remanet difficultas an Christus *potuerit,vel etiam debuerit dici auctor, &c.* Ex quo patet ipsũ datum fuisse in Redemptorem,& Doctorem, cæterùm,quod à nobis accuratè perquirendum venit,est,an ipse Christus modum specialem habuerit in docendo Apostolos,vel discipulos suos, cũ enim potuerit,& debuerit docere;ipseque fuerit 7 simùl Deus,& homo videre est, an suo modo docendi corrispondeat aliqua specialitas, quæ ipsi maximè congrua fuerit,& certè is modus specialis imaginari potest à nobis,quòd sit, quando simùl cum infusione scientiæ , pariter gratiam in- 8 fundit, qui modus licèt Deo absolute conuenire possit;attamen quasi appropriatè Christo adaptari videtur.Quarè difficultas est circa modũ,&c. *Scientiæ Canonicæ*. Licet scientia Canonica importet eum habitum,de quo superiùs præced. q. art.2.inuestigauimus. An sit habitus acquisitus p demonstrationem,&c. hoc tamen loco supponit non per eo habitu secundùm formam, prout traditur à Gratiano,vt patet in lib.Decretorum , & Decretalium,&c.sed pro iure quodcunque illud sit,quatenùs dicit id,quod iustum est, & pro æqui- 9 tate supra quam fundatur ius Canonicum; siuè enim præextiterit ius Canonicum secundùm formam,prout fertur in dictis libris,siuè non,imaginamur ipsum Christum docuisse omne ius , idest omne,quod iustum,& æquum est,ex consequenti eum auctorem scientiæ,canonicæ,non immeritò appellare possumus.

Quapropter totus tituli sensus est.Vtrùm *Christus Deus*,& homo non solùm *possit imò , & debeat*,vtpotè qui datus est nobis non solùm in Redemptorem,sed etiam in Doctorem *dici auctor*, nõ quidem per hoc,quia docet,& docere debet , cæterùm per ordinem ad aliquem specialem modum in docendo,& hoc, vel maximè per ordinẽ ad *scientiam Canonicam*.i.ad eam cognitionem, quæ est fundamentum cuiuscunque iustitiæ , & æquitatis , non quomodolibet , sed perducentis ad salutem, & vitam æternam . & hæc de primo puncto dicta sufficiant.

PVNCTI SECVNDI
SVMMA.

1 *Christus docuit omnes,& quo ad omnia spectantia ad salutem.*
2 *Christus etiam quòd purus fuisset homo , magister propriè esset.*
3 *Christus habet clauem omnium scripturarum.*
4 *Christus ostium est humilibus.*
5 *Christus docuit interiùs,& exteriùs.*
6 *Christo non fuit conueniens aliquid scribere* .
7 *Christus docuit tanquàm potestatem habens* .
8 *Christi sermo ad intima pertingebat.*
9 *Christi miracula causabant euidentiam,& quo modo.*
10 *Christus absolutè,simpliciter,& solus magister dicitur.*
11 *Nullus præter Christum , docet omnia ad salutem necessaria.*
12 *Deus quandoquè cum scientia infundit gratiam.*
13 *Spiritus sanctus descendendo in Apostolos cum gratia contulit scientiam.*
14 *Adam fuit instructus in omni scientia necessaria.*
15 *Adam perfectiori modo habuit scientiam,quàm Salomon.*
16 *Salomonis scientia maior , quàm aliorum , qui eam acquirunt.*
17 *Apostolorum scientia maior illa Salomonis* .
18 *Apostoli,& per infusionem , & per modum humanum à Christo edocti sunt.*
19 *Apostoli in die Pentecostes infusionem habuerunt necessariorum ad salutem per modum habitus.*
20 *Diuus Paulus Euangelium habuit per reuelationem.*
21 *De Apostolis credendum,quòd quandoquè inter prædicandum habuerint reuelationes* .

QVo ad secundum Not. primo quod Christus in quantùm homo poterat,& potest dici verè , & propriè magister ex hoc, 1 quia docebat,& docuit omnes,quo ad omnia spectantia ad salutem, nam Christus fuit primus , & principalis fidei Doctor iuxtà illud Heb. 2. *Cum* Heb.2. *initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt,in nos confirmata est , contestante Deo signis,& portentis*.Quarè si Messias esset pu-

rus

2 rus homo, vt credunt Iudæi nihilominus posset
dici propriè,& absolutè magister,quia vt dictum
Apoc.3 est,docuit omnia necessaria ad salutem,vndè A-
D.Hil. poc.3.iuxta D.Hilarij,& D.Anselmi sententiam
D.Ans. rectè dicitur habere clauem. Dauid.i. psalmorū,
ac proindè omnium diuinorum librorum, quia
quæ de Messia in psalmis Dauidicis,& diuinis li-
bris clausa sunt,per ipsum intelliguntur, imò &
3 habet Christus clauem Moysis,Isaię,Hieremiæ,
Danielis,& cæterorum Prophetarum, & breui-
ter totius Scripturæ,cuius ostium humilibus ape
Ps.118 rit,clauditq́; superbis iuxta illud Ps.118. *Decla-*
4 *ratio sermonū tuorum illuminat,& intellectum dat*
D.Hier. *paruulis.* vbi Hieronymus vertit. *Ostium sermonū*
tuorum lucidum docet paruulos. Clausum est ostiū
Iudæis,quia clauē repudiarunt,apertum est Chri
stianis,quià reserantem clauem.i.Christum com-
plexi sunt.

Verùm accipiendo magistrum pro eo,qui sim
5 pliciter docet homines interiùs, & exteriùs ipse
D.Tho. Christus Deus,& homo fuit verus,& solus magi-
ster; nam vt docet D.Th.3.par.q 42.art.4. Chri-
sto non fuit conueniens,vt legem suam scriberet,
nec quid aliud; non solùm pro declaranda emi-
6 nentia sapientiæ, quam docebat, verùm ma-
gis,quià scribere debebat in cordibus hominū;
Mat.7. vndè Matth.7.dicitur, *Et erat docens, tanquàm*
potestatem habens,& nō sicut Scribæ,& Pharisæi.
Glosa. vbi Glossa tanquàm potestatem habens, *quia vt*
Dominus, Moysi addebat,quæ minus erant,vel cō-
mutabat figuram in lucem,vel addendo miracula,
vel quià tanquàm legislator ponens legem ad vo-
7 *luntatem,& destruens legem antiquam.* Et sic ad-
miratio turbæ erat super potestate, & efficacia
doctrinæ Christi,non super miraculis præcisè Et
Lucæ 4 hoc clariùs habetur Lucæ 4.vbi dicitur, *Et stupe*
bant in doctrina eius. Et redditur ratio, *quià in po*
testate erat sermo eius. Ex quibus patet, quòd po
8 tens erat sermo Christi,quià vsquè ad intima cor-
Caietan. dium perueniebat, & vlteriùs addebat miracula,
quæ vt optimè adnotauit Caietanus in suis com-
ment.2.2.q.1.art.4. omnibus qui sciebant ratio-
9 nes miraculorum, nimirùm quòd à sola virtute
Dei fieri possunt, causabant euidentiam eorum,
quæ docebat Christus,non in ipsis dictis,cū spe-
ctarent ad fidē,sed causabant euidentiā, vt in at-
testante.i.qui penetrabāt rationes miraculorum
adstringebantur credere,quòd ea, quæ docebat
Christus impossibile erat, quòd non essent vera
stante attestatione miraculorum.

Potuit ergò Christus tanquàm homo vocari,
& dici absolutè magister docēdo omnia spectan
10 tia ad salutem,insuper & solus magister, quià q-
cumque alius docet,nec docet omnes,nec omnia
11 etiam spectantia ad salutem, vndè sic docendo
quicunque docent,non nisi quæ Christus docuit,
docere possunt. Docuit etiam tanquàm Deus in-
teriùs illuminando,& miracula faciendo,vt dictū
est,quarè vtroquè modo potest dici auctor, sed
quia quando loquimur de Christo absolutè de eo
loquimur,qui est,& creditur Deus,& homo,non
distinguimus esse auctorem scripturarū ab ipso
Deo.

Not.secundò quòd quandoquè Deus cum in-
fusione scientiarū infundit sua dona,efficitq́, ani- 12
mam iustam bonam,& sanctam quatenus(inquā)
simùl infundit gratiam Spiritus sancti iustifican-
tem,& purificantem corda eo modo, quo descen
dit in Apostolos, quos simùl docuit omnem ve-
ritatem necessariò edocendam per vniuersum or 13
bem, quo etiam modo nullum inconueniens est
multos edocuisse,tùm in nouo, tùm in veteri te-
stamento, de quibus non est singularitèr dicen-
dum.

Ad alterum dictorum modorum duorum re-
ducere possumus sciētiam,quam habuit Adam,
qui fuit instructus secundùm omnem scientiam 14
necessariam vitæ humanę per habitus infusos;ità
vt habitus,qui sua natura erant acquisibiles, ipse
Adam habuit per infusionem,vt vel sic posset in-
struere posteros in omnibus, quæ essent necessa-
ria,& congruentia vitæ humanæ.Imò Adam per-
fectiori modo consecutus est scientias,quàm Sa- 15
lomon,licèt de Salomone dicatur 3.Reg.3. *Quòd* 3.Reg.
nullus fuerit eo maior,nec vnquam surrecturus sit. 3.
hoc enim intelligendum est per comparationem 16
ad eos,qui habuerunt easdem scientias per acqui
sitionem.His enim præcellit secùs absolutè, nam 17
constat Apostolos maiores fuisse etiam in hoc ip
so Salomone; Quarè dicimus, quòd ipsi Apostoli
cognitionem scripturarum,vel aliarum scientia-
rum,quam habuerunt partim fuit per doctrinam
.i.per edoctionem à Christo, à quo immediatè
fuerunt instructi non ratione diuinitatis, sed in-
quantùm eis more humano loquebatur; de qua
re vide D.Thom.2.2.q. 176.ar.7.ad primum, & D.Tho.
ab illo habuerunt omnem scientiam,prout expe- 18
dire poterat ad conuersionem mundi.

Ex quo namquè fuerunt semper cum Christo
videntes omnia gesta eius,& audientes quotidiè
doctrinam ipsius per istam humanam eruditionē
scire poterant,quid prædicarent;quarè D Petrus
act.1.ait, *Oportet ex his viris,qui nobiscum congre* Act.1.
gati sunt in omni tempore,quo intrauit, & exiuit
inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate
Ioannis vsque in diem qua assumptus est testem re
surrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. &
sic alij discipuli Apostolorum ab eis didicerunt
Euangelium,quod prædicauerunt,& Euangelistę
humana doctrina Euangelium acceperunt, scili-
cèt Marcus,& Lucas.Lucas enim de seipso dicit, Lucæ 1
Sicut tradiderunt nobis,quæ ab initio ipsi viderūt,
& ministri fuerunt sermonis, & est ratio, quarè
Lucas vocatur discipulus Apostolorū, vt D. Hie-
ron.testatur in prologo super Lucam. D.Hier.

Habuerunt nihilominus in die Pentecostes in
illa excellenti Spiritus sancti missione infusionē
omnium scientiarum,quæ erant necessariæ,ad p̄-
dicationem fidei,& ad illius defensionem per mo
dum habitus,fuit nimirùm ista habitualis infusio 19
.i.per

.i. permanens. Constat namquè quòd non fuit a-
ctualis pro semper. Et hoc eodem modo data est
Gal. 1. per reuelationem sapientia prædicandi D. Pau-
lo, qui de seipso dicit. *Notum vobis facio, quod*
10 *Euangelium, quod euangelizatum est à me non est*
secundùm hominem, nec enim ab homine accepi il-
lud, nequè didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi.
Quæ reuelatio non fiebat semper, sed facta fuit
aliquando. Dicimus tamen, quòd interdum Apo
stoli habuerũt actuales reuelationes; potuit enim
esse quòd inter prædicandum, actualiter quando-
11 què ipsis fierent reuelationes sic quòd aliqua ex
impræmeditato dicerent, de quibus perantea nõ
cogitauerant. Actuales autem, & familiares reue
lationes habebant, quando deducebantur ante
Reges, & Præsides siquidem Christus eis dixerat.
Mat. 10 Mar. 13 Lucæ 21 *Dum steteritis ante Reges, & Præsides nolite cogi-*
tare quomodo, aut quid loquamini dabitur enim vo
bis in illa hora, quid loquamini. Quarè eis fuisset
peccatum velle præmeditari, quid responderent
stante hoc Domini præcepto, nequè enim pote
rant certam notitiam habere eorum, de quibus
interrogari possent, cum penderent à voluntate
interrogantium, de qua re vide infra in appendi-
ce. & hæc de secundo.

PVNCTI TERTII SVMMAE.

1 *Christus inquãtùm Deus simùl cum Patre, & Spiritu sancto docet.*
2 *Christus inquantùm homo perfectiori modo docuit quolibet homine alio.*
3 *Christum, qui non recipiunt in Doctorem, Antichristum habebunt in peruersorem.*
4 *Christi. & Antichristi dissimilis comparatio.*
5 *Amore fortiùs, quàm timore trahimur ad bonũ, siuè ad malum.*

QVo ad tertium sit prima Conc. responsiua ad quæsitum.

Christus author scientiæ canonicæ .i. veritatis, iustitiæ, & æquitatis, super quibus fundatur ius canonicum dici potest, & debet.

Probatur quia Christus docuit omnem veritatem necessariam ad salutem, vt patet ex dictis.

Secunda conclusio. Christus docuit interiùs, & exteriùs de omnibus, prout necesse fuit in ordine ad vitam æternam.

Probatur, quià simul Deus erat & homo, datus in Doctorem, & legislatorem; quapropter, in
1 quantùm Deus simùl cum Patre, & Spiritu sancto docuit illuminando corda conferendo gratiam, & dona, &c.

Tertia conclusio. Christus in quantùm homo perfectiori modo docuit quolibet alio homine.

Probatur, quià in omnibus excelluit omnes, & quoscunque alios homines propter vnionem hypostaticam, &c.

Corrollarium. Christum, qui non recipiunt in
Doctorem, Antichristum habebunt in peruer- 3
sorem.

Probatur ex illo Ioan. 5. *Ego veni in nomine Pa-* Ioa. 5
tris mei, & non accepistis me, si alius venerit in no
mine suo illum accipietis. & 2. Thes. 2. *Mittet Deus* 2. Thes. 2.
illis operationem erroris, vt credant mendacio. &
hoc ideò, quia doctrinam veritatis non recepe-
runt, quarè Glossa ibidem. *Quia Iudæi noluerũt* Glossa.
accipere Christum pęna peccati huius congruè erit,
vt recipiant Antichristum, & qui noluerunt cre-
dere veritati, credant mendacio. Et hoc est quod
prædicitur Psal. 9. *Constitue Domine legislatorem* Psal. 9.
super nos, vt sciant gẽtes quoniam homines sunt.
Glossa, *quia te Christum, & tuam legem noluerũt,* Glossa.
ideò constitue Domine legis, scilicèt praua, latorẽ
Antichristum super eos, hoc est in ruinam ipsorum;
vt sciant gentes .i. gentiliter viuentes. *quoniam*
homines sunt, vel *vt sciant,* .i. *cruciati experiãtur,*
quòd homines stulti fuerunt. Augustinus, *vt qui* D. Aug.
nolunt liberari à filio Dei seruiant homini pec-
catori.

Vbi nota duo primum est, quòd dissimilis est
comparatio inter Christum, & Antichristum in
hoc, quòd Christus quæsiuit gloriam non suam,
sed Patris, Antichristus, verò propriam quæret
gloriam, vndè secundùm Archidiaconum quasi Archid.
4 dixerit Christus, *ideò veni in mundum legem dan*
do Euangelicam, vt per me glorificetur Pater & nõ
accepistis me credendo, sed Antichristus veniet in
nomine nõ Patris, sed in nomine suo, quia lege sua
non gloriam Patris, sed propriam quæret. & hoc
totum in pœnam peccati ipsorum, nimirum incredulitatis, qui enim contemnunt legem veritatis, vt dicebamus cum Apostolo. Transeunt in legem erroris, & iniquitatis; quarè vęh contemnentibus, Nunc auctorem, & Doctorem Christum.

Nota secundo, quòd fortiùs hominem trahit
amor, quàm timor, siuè ad bonum, siuè ad malũ;
amor enim voluptatis (experientia teste) plus in- 5
clinat hominem ad malum, quàm timor aduersitatis, & quia Antichristus æmulator propriæ gloriæ omni modo, & via quæret peruertere, ac seducere homines; ideò quos subiugare non poterit, terrore suæ potestatis subiugare conabitur blandimentis voluptatis donans diuitias concedens voluptates, & delicias, vndè & legem faciet contrariam legi Christi, qui tantùm paupertatem voluntariam, cordis munditiam, & puritatem docuit, vt patet. Hæc de tertio puncto.

PVNCTI QVARTI SVMMAE.

1 *Christus in quantùm Deus auctor omnium scientiarum absolutè.*
2 *Christus in quantùm homo auctor omnium spectantium ad salutem.*
3 *Deus intimiùs dicitur Pater, quàm magister.*
4 *Christus prohibuit principalem magisterij arrogationem, non participationem.*

Quo

QVo ad quartum facilè ex dictis est dissoluere argumenta.

Ad primum enim dicitur, quòd Deus est auctor omnium scientiarum, siuè immediatè spectantium ad salutem, siuè ad solam perfectionē, vel conuersationem hominum, & hoc modo etiā
1 Christus inquantùm Deus est auctor, vt dictum est; inquātùm verò homo est auctor omnium spectantium ad salutem, qua ratione potest dici magister solus, & absolutè, cum alius sit modus, quo Deus docet, & quo homo licèt Christus etiam inquantùm homo perfectiùs, & efficaciùs docere potuit, imò & docuit.

Ad secundum dicitur, quòd nec Christum esse magistrum excludit Patrem, vel Spiritū sanctum, cū ipse sit filius, cui omnia essentialia communia sunt, vel Deum esse Patrem excludit Christum, qui vnus est cum Patre. Dicimus tamen 2 magis absolutè intimiùs, & simpliciter Deus dicitur Pater, vtpotè, qui solus est causa totius esse, vndè sub nomine Patris absolutè Deus fuit co-
Ps. 75 gnitus à Iudęis, vt dicitur Ps. 75. *Notus in Iudæa*
3 *Deus*, licèt inquantùm est naturalis pater filij nō
D.Tho. c.5.Io. erat notus ante aduentum Christi, vndè Salomō
Prou. 30. quærebat Prou. 30 *Quòd nomen eius, & quod nomen filij eius si nostì?* Christus verò inquātū homo dicitur absolutè magister, quia docuit omnia spectantia ad salutem, quod sufficit ad hoc, vt quis simpliciter primus, & principalis magister dicatur, vndè & congruè dixit discipulis, *Non vocemini magistri*, nimirùm principales, *quia vnus*
4 *est magister vester Christus*, docēs omnia spectantia ad salutem, non obstante quòd solus Deus doceat interiùs modis declaratis, & hæc de quarto puncto dicta sufficiant.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 PRæceptum non omne obligat ad culpam.
2 Præcepta obligantia ad culpam ex modo, & re perpendi possunt.
3 In Domini præcepto ne præmeditemur aliquid pro respondendo impugnantibus quatuor ordinatè declarantur.
4 Voluntatem tantùm nostram requirit Deus cū vexamur propter illum.
5 Solicitudo nimia aliquid præmeditandi in aduersis arguit diffidentiam.
6 Nullus prophetarum potuit aut debuit excitare seipsum ad cognitionem propheticam.
7 Discipuli Christi non poterant scire interrogata ipsis fienda à tyrannis, & persecutoribus.
8 Præceptum à Christo factum de non præmeditando fuit obligatorium.
9 Actio locutionis Apostolorū ante Præsides principaliter erat Dei.
10 Differūt motio hominis, quam facit Deus, & quam Diabolus.
11 Præmeditari debemus, cum tempus adest, secùs in repentinis.
12 In tribulationibus positi recurrendum ad Deū.
13 Apostoli quædam communia præmeditari poterant pro respondendo tyrannis.
14 De Deo diffidere est vexari pro respon. in repentinis.
15 Certamen aliud cū amicis aliud cùm inimicis.
16 Prædicatores præmeditari debent, quæ prædicaturi sunt.

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum. Cunctaris studiose concionator, vndè colligitur quòd peccassent Apostoli, si quandoquè præmeditati fuissent, quæ ipsis contingere poterant, cum starent ante Reges, & Præsides ea nimirùm intentione, vt in promptu haberent responsa; ita enim diximus in fine pūcti secūdi huiusmet ar. Hoc.n. 1
non videtur apparere, cum quia non omne præceptum obligatorium est ad culpam, si quis illud transgrediatur, vt patet in pręceptis, quę fiūt per verba communia; tùm quia vt dicitur 1. Petr. 3. 1.Pet.3
Parati semper reddere rationem omni poscenti de ea, quę in vobis est, fide, cum igitur hoc liceat in his, quę fidei sunt, imò & debeamus quatenus omnibus prodesse possimus, non videtur, quòd Apostoli ex præmissione pręmeditationis in consimilibus peccassent; Quapropter cēsendum videtur, quod verba Christi de non pręmeditando, *Cū steterint ante Reges, & Præsides, &c.* fuerint ad subleuandū magis, & consolandum, quàm ad onerandum sub vinculo præcepti.

Et quia hęc difficultas extorquet animos aliquorum pro respōsione dicimus, quòd pręcepta obligatoria ad culpam possunt optimè discerni, & ex modo pręcipiendi, & ex materia rei, quæ pręcipitur; modus autem pręcipiendi ipsius Christi in hoc, patet ex pluribus, quòd sit ex intentio- 1
ne obligandi. Primo enim, vt habetur Matth. 10. Mat.10
inquit. *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Vbi quatuor ordinatè dicuntur, primò quod nec cogitare debeāt aliquid circa hoc, secundò cum cogitatus possit ferri, vel circa modum loquendi, putà ornatum, & elegantem, vel circa res, quæ (inquàm) dicēdæ sint, vtrunq; amouet cum ait, *Nolite cogitare quid, aut quomodo lo-* 3
quamini; tertiò quia determinat tempus auxilij ipsis in hoc pręstandi, quia videlicèt, *illa hora dabitur*, & non priùs; quartò horum omnium redditur ratio, & causa, quia ex quo propter causam Dei veniunt vexandi, ideò & omne auxilium ab illo expectandum est, vt dicant illud Psalm. 84. Ps.84.
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Iisdem ferè verbis totum hoc exprimitur Mar. 13. Mar.13
vbi dicitur, *Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare, quid loquamini, sed quod datum fuerit vobis*

nobis in illa hora, id loquimini non enim vos estis
Luc.21 *loquentes, sed Spiritus Sanctus.* Et Lucæ 21. ver-
bis magis expressis, & cum maiori emphasi dici-
tur: *Ponite ergo in cordibus vestris non præmedi-
tari quemadmodum respondeatis; ego enim dabo vo-
bis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, &
contradicere omnes aduersarij vestri.* Equidem
verbum *ponite in cordibus vestris*, maximam vim
habet, & importat animi fixionem, & irreuocabi-
lem determinationem non præmeditandi ali-
quid. Vndè ex ipso textu conuincimur ad asserē-
dum, quòd verè Christus habuerit intentionem
2 obligandi, quòd vt magis appareat, contueamur
Doctorum, ac Sanctorum Patrum expositiones.
D.Hier. In primis D.Hieronymi verba sunt. *Cum pro-
pter Christum ducamur ad iudices; voluntatem
4 tantùm nostram pro Christo debemus offerre, cæte-
rùm ipse Christus, qui in nobis habitat, loquetur
pro se, & Spiritus Sancti in respondendo gratia mi-
nistrabitur.* In qua sententia cautè notandum est,
D.Remig. ly, tantùm Remigius. *Duo dicit quomodo, aut
quid quorum vnum refertur ad sapientiam alte-
D.Chrysost. rum ad oris officium.* Chrysostomus. *Qui sollici-
tus est, quid loquatur in sua confidit sapientia, quæ
est prima causa ruinæ*; quarè idem Chrysostom.
5 *per hoc ad prophetarum dignitatem eos reduxit,
quia scilicet Dei Spiritu sunt loquuti.* Constat au-
tem ex dictis à nobis in superiori articulo, quòd
cognitio prophetarum est actualis, & non habi-
tualis, imò nullus prophetarum potuit, aut de-
buit quouis modo in se excitare præmeditando
6 cognitionem propheticam. Hoc enim præsum-
ptuosum fuisset, quarè hoc idem hìc dicendum
videtur. Hoc verò consonat ei, quod legitur E-
Exo 14 xodi 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos ta-
Hugo Card. cebitis.* Hugo. *Ad certamen acceditis, sed ego præ-
lior, vos verba editis, sed ego sum, qui loquor.*
Quòd si vlteriùs materiam huius præcepti spe-
ctemus, clarum est, quòd Christus loquitur per
7 ordinem ad responsa, quæ à discipulis danda e-
rant iudicibus, quorum interrogata minimè ex-
D.Chrysost. cogitare poterant, vnde Chrysosto. *Aedificator
potest prævidere quibus lignis indigeat, sed tu ne-
scis qualis interrogatio futura sit. præsertim cum
Diabolus in iudicibus loquatur, ita si ex vobis lo-
quamini secundùm verba respondebitis, si autem
D.Th. ex Spiritu secundùm cogitatum.* D.Thomas. *Do-
minus non solùm dixit, nolite cogitare, sed aicit
cum tradent vos, quia certè ex improuiso, & repen-
tè, ac impetuosè, quarè non curetis præmeditari.*
8 Ex his igitur patet quomodo hoc præceptum
fuit obligatorium, & propter modum præcipien-
di, & propter materiam rei, de qua præcipieba-
D.Th. tur; quarè vt optimè deduxit D.Tho. super Mat-
th. in eandem sententiam. Actio (inquit) erat Dei,
vt principale mouens, & agens, discipulorum vt
instrumenta, vndè & denominanda erat ab ipso
principali agente, quòd (inquam) esset Spiritus
Sancti.
9 Spiritus (inquam) Sancti ad differentiam lo-
quutionum, quæ fiunt in arreptitijs, qui loquun-
tur virtute Diaboli, siuè ex illius motione. Diffe-
rentia namquè est inter motum Diaboli, & Spi-
ritus Sancti, quià loquutiones, quæ fiunt virtute
Spiritus Sancti sunt cum ratione, idest remanet 10
in hominibus vsus plenus, clarus, & apertus ra-
tionis, & discursus, vt benè, & optimè sciant, quæ
dicunt, aut loquuntur ex Spiritus Sancti motio-
ne; non sic contingit in arreptitijs, quorum est
perturbata mens, & ratio, quia nec alitèr vtitur
Dæmon suis in his, qui loquuntur ex illius mo-
tione.
Dicendum tamèn pro huius exacta cognitio-
ne secundùm Chrysostomum ibidèm, cum dicta D.Chry sost.
actione; si enim habens onus respondendi pariter
habeat tempus deliberandi, eo casu non debet
expectare diuinum auxilium, quia hoc esset ten-
tare Deum, nimirùm ex toto committendo se
Deo, & nihil coöperando. Verùm si nullum su-
peresse potest tempus præmeditandi, vt in casi-
bus repentinis, & quando quis est positus in a- 11
ctuali tribulatione, quæ quantò vehementior est,
tantò minùs locum præmeditationi tribuit: tùnc
liberè, & confidenter debet se vnusquisquè com-
mittere Deo; quarè benè diximus cum D. Th. 12
quòd Christus non prohibet absolutè præmedi-
tationem responsionum, sed cum conditione,
dùm steteritis ante Reges, cum tradent vos, &c.
Et sic prohibet, ne sint anxij & solliciti ad præ-
meditandum, vel ad laborandum pro excogita-
tione interrogationum ipsis fiendarum more reo-
rum, qui omnem adhibent diligentiam pro exco-
gitatione interrogationum, vt suis responsis fa-
ciliùs euadant.
Possumus ergò sic philosophari, quòd Aposto- 13
li quædam communia præmeditari poterant, ni-
mirùm terrores, comminationes, interrogatio-
nes generales, siuè propositiones, quarè talem
doctrinam Christi Crucifixi docerent, quarè ob-
sisterent præceptis Pontificum, nè in Christi no-
mine prædicarent, & sic de multis, quæ in dies
experiri poterāt circa vexationes discipulorum
Christi; & in istis non apparet, quarè non potue-
rint responsa aliqua præmeditari, nimirùm vt
stabiles, & firmi omninò perseuerarent, cæterùm
in repentinis, & cum actu essent positi in tribula-
tionibus hoc excogitare fuisset impossibile: vn- 14
dè stante domini præcepto diffidentiæ venissent
arguendi; D.Thom. ita distinguit in sua Catena D.Th.
aurea pro declaratione huius dubij; inquit, *Cum
in medio amicorum certamen erit iubemur esse sol-
liciti.* scilicèt pro responsionibus dandis, *cum au-
tem iudicium est terribile, & plebis insanientis,
& timor vndiquè auxilium à Christo præbetur,* 15
vt confidenter loquantur, & non obstupescant.
Ex his patet ad obiectiones in contrarium, cō-
cludunt enim quando tempus deliberandi op-
portunè adest, & quando scire, vel imaginari pos-
sumus, quæ nobis objicienda sunt, secùs in repen-
tinis, vt dictum est. Hinc Prædicatores documen-
tum

tum sumere possunt, nè se exponant periculo, & nolint præmeditari quæ ab ipsis dicenda sunt in suis prædicationibus; hoc certè esset tentare Deum, & hæc de toto quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS IV.

Vtrùm Papa sit aliquo modo scientiæ Sacrorum Canonum author.

ET videtur, quòd non primo quia vnius scientiæ vnus tantùm debet assignari author, sed scientiæ Canonicæ Gratianus assignatur author vt patebit ar. sequen. ergò alter illorum superfluit. si dicatur, quòd in tantùm Papa censetur author inquantùm est conditor Canonum.

Contra. Scientia intantùm habet rationem scientię, inquantùm intrinsecè claudit ordinem, & dispositionem secundùm regulas, & Canones veræ scientiæ, sed condere Canones non est talem ordinem, & dispositionem præstare, ergò nullo modo Papa censendus est author scientiæ Sacrorum Canonum.

Præterea author alicuius scientiæ debet posse pertingere ad finem proprium illius scientiæ, sed finis scientiæ Canonicæ est salus, & vita æterna, ad quam solus Deus, vèl Christus potest ordinare, ergò relinquitur, quòd nullo modo Papa author illius sit.

Præterea cum dicimus Papam esse authorem scientiæ Canonicæ; aut fit suppositio determinata, aut indeterminata, sed primum non potest dici, cum etiam canones sint conditi à diuersis, si secundum dicatur, ergò reuerà nullus est illius author, cum numquàm sit illum designare.

Mat. 16 Sed contrà est authoritas Christi dicentis Petro, *Quodcumquè ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumquè solueris super terram, erit solutum & in cælis:* Soluere autèm, & ligare per ordinem ad ingressum vel expulsionem cęlorum constat, quòd nihil aliud est, quàm ordinare ad salutem; ergò.

Insupèr hoc est declarare Papam habere apicē omnium authoritatum, quam certè demonstrat per hoc, quòd potest condere leges; omnem, & quamuis interiorem potestatem obligantes, hoc autem fit mediantibus Sacris Canonibus; ergò relinquitur, quòd sit aliquo modo author huiusmodi scientiæ, quā canonicā dicimus.

Respondeo seruato ordine, prout in pręcedenti ar. &c.

PVNCTI PRIMI SVMMAE.

1 *Papa à Papè voce admirantis dicitur.*
2 *Papa Vicarius Christi, & Dei immediatè, & quomodo.*
3 *Papa impropriè Petri Vicarius dicitur, & quarè.*
4 *Papa pater patrum nuncupatur.*
5 *Papa æqualem potestatem cum Petro habet.*
6 *Christus solus caput Ecclesiæ per interiorem influxum.*
7 *Sponsi Ecclesiæ dicuntur Christus, Papa, & Episcopi, sed diuersimodè.*
8 *Scibile dupliciter proponi contingit.*
9 *Sacri Canones immediatè, & propriè à solo Papa condi censentur.*

QVo ad primum, Vtrùm Papa sciendū, quòd Papa à papè quòd est vox admirantis dicitur, quia verè admirabilis est, vtpotè qui Vicarius est Christi, & Dei, cuius est terra, & plenitudo eius, cap. tua, secondo, ex. de homicid. pro humani lib. 6. & in Clemen: C. Romani de iure iur. & intellige, quòd sit Vicarius Christi, & Dei expresè, & immediatè, non autem mediante lumine rationis, sicut sunt principes secundùm Herueum de potest. Ecclesiast. licèt verò aliquando vt distinc. 66. Ego Ludouicus dicatur Vicarius B. Petri, hoc non obstat quià intelligendū est impropriè nimirùm, quòd dicatur Vicarius B. Petri, quia gerit vicariam, quam gessit Petrus, & sic facit constructionem intransitiuam. 1 *Vide Rodulp. ad c. oportebat arti. 1. nu. 5. pag. 28.* 2 *Heruaeus* 3 4

Vel dicitur Papa. idest Pater patrum, quia solus habet plenitudinem potestatis 2. quæstio. 6. cap. qui se scit. alij verò vt Episcopi habent partem sollicitudinis, vt ibidèm dicitur D. Thom. 2. Senten. distinct. 44. & 4. cont. Gent. cap. 26. habet enim apicem, idest summum gradum potestatis in spiritualibus, & temporalibus æqualem Petro Apostolo, & est caput vniuersalis Ecclesiæ, idest Vicarius capitis Christi, quantùm ad exteriorem gubernationem, licèt non secundùm interiorem influxum gratiæ, hoc enim soli Christo conuenit, & dicitur sponsus Ecclesiæ, quia est Vicarius sponsi, & Episcopi sunt sponsi particularium Ecclesiarum, nec tamen plures sunt sponsi, quia omnes Episcopi cooperantur Papæ vt principali; Est ergo quæsitum, ex quo Papa talem ac tantam habet authoritatem Vtrùm &c. *D. Tho.* 5 6 7

Aliquo modo. Vt patet ex superioribus articulis author alicuius scientiæ est non solum qui causat lumen intellectuale, vel immediatè agere potest in intellectum, cæterùm & qui proponit scibile; dupliciter autèm contingit proponi ipsum scibile; vno modo sub ordine, & dispositione scientifica, alio modo purè, idest obijciendo puram materiam, de qua habetur scientia, vel haberi potest eò modo, quo pecuniam pręstare dicimus nō solùm qui confert pecuniam iam redactam ad formam pecunię verùm & qui conferret virgam auream, vel argenteam, ex quibus potest confici pecunia ille diceretur subministrare pecuniam; per hoc ergò quod dicitur *aliquo modo* insinuatur, quòd non sit vis in formalitate scibilis, sed in materia, ex qua, & per ordinem ad quam disponitur, 8

ſponitur, & ordinatur ipſum ſcibile, &c.

Author ſcientiæ Sacrorum Canonum. Sacri Canones hoc loco non ſumuntur, prout in præced. art. nimirùm pro iuſtitia, & æquitate ſupra quam fundantur, cæterùm formalitèr, & propriè; & quia condere Canones ſolius eſt Papæ, nam ipſe ſolus immediatè edit regulas, ſiuè canones per ordinem ad ſalutem; ideò meritò dubitatur. Vtrũ ſtante tali authoritate ipſius Papæ debeat etiam cenſeri author, &c.

Eſt ergò planus tituli ſenſus. Vtrùm *Papa* habens plenam poteſtatem condendi canones, ex quibus ceù materia propria, & principalis conficitur ſcientia Canonica ratione huius *ſit*, *ac dici poſsit author ſcientiæ Canonicæ*. Et hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMAE.

1 *Poteſtas iuriſdictionis triplex in Eccleſia.*
2 *Poteſtas prima, & principalis eſt in Papa.*
3 *Poteſtas inferiorum Prælatorum à Papa eſt.*
4 *Poteſtas Imperatoris, & aliorum Principum eſt miniſterialis.*
5 *Ab Imperatore ad Papam fit appellatio in grauibus.*
6 *Poteſtas Principum à Deo etiam immediatè eſt, & quomodo.*
7 *Poteſtas peccandi, ideſt potentia, qua peccamus à Deo eſt.*
8 *Poteſtatem omnem à Deo immediatè tribus modis intelligi poteſt.*
9 *Poteſtatis adeptio non ſemper à Deo.*
10 *Regimen Monarchicum, & Ariſtocraticum immediatè ab hominibus.*
11 *Rerum omnium productio prima immediatè à Deo.*
12 *Immediatè eſſe à Deo non arguit independentiam à quocumq; alio.*
13 *Poteſtas omnis temporalis ordinem habet ad ſpiritualem.*
14 *Poteſtates duæ ceù duo luminaria minus, & maius.*
15 *Poteſtas temporalis quomodo miniſterialis dicatur.*
16 *Caput vnum dari in tota Chriſtianitate neceſſe eſt.*
17 *Poteſtas omnis à Deo ſecundùm triplex genus cauſæ.*
18 *Poteſtas omnis à Deo effectiuè.*
19 *Poteſtas omnis à Deo formalitèr.*
20 *Principatus malorum etiam à Deo, & quomodo.*
21 *Diabolus à Deo accepit poteſtatem affligendi Iob.*
22 *Poteſtas oĩs à Deo formalitèr & quia eſt finis.*
23 *Bellatores quamdiù ſumus egemus Duce.*
24 *Dominatio nulla poſt iudicium inter homines, nec cuſtodia Angelorum.*
25 *Papæ eſt ordinare omnia ad finem fidei Chriſtianæ.*
26 *Zacharias Papa depoſuit Ludouicum Regem Franciæ.*
27 *Innocentius Papa Federicum ab Imperio depoſuit.*
28 *Papa vtitur corona, & mitra in ſignum vtriuſque poteſtatis.*
29 *Papa nullum recognoſcit dominum in terris.*
30 *Papa habet vtrumq; gladium.*
31 *Papæ iurant fidelitatem Principes.*
32 *Papa omnes leges in pectore habere dicitur.*
33 *Papæ poteſtas mirabilibus verbis decoratur à D. Antonino.*

QVo ad ſecundum Not. primo pro fundamentis veritatis deducendæ, quòd triplex poteſtas iuriſdictionis reperitur, & conſideratur in Eccleſia per ordinem ad earum inſtitutionem; Prima eſt immediatè à Deo, intellige & quo ad genus, & quo ad ſpeciem authoritatis, & inſuper quo ad ſubſtitutionem indiuidui, vel perſonæ, & hæc eſt poteſtas Papæ in ordine ad ſpiritualia omnia, & temporalia, & hæc ſibi data eſt per claues, quæ primò collatæ ſunt Petro, quando dixit ſibi Chriſtus *Tibi dabo claues, &c.* & eas exhibuit cũ dixit *Paſce oues meas*. Secunda Poteſtas eſt deriuata à Deo per Papam, vt ea, quæ eſt omnium inferiorum Prælatorum, ſicut omnia iura volunt, & ratio dictat, quia ſi eã Papa non daret, nec etiam auferre poſſet deponendo, priuando, & ſuſpendendo, alioquin ſi eam habent ab alio ſtante cauſa poteſtatis remoueretur effectus, ideſt ipſa poteſtas, vt ſi dator poteſtatis vellet aliquem eſſe Epiſcopum, & è contrariò Papa illum deponeret. Tertia poteſtas, dicitur miniſterialis, quia (inquam) data eſt in miniſterium, & ſubſidium poteſtatis ſpiritualis, & quaſi ſubdelegata, & ſubordinata, & talis eſt poteſtas Imperialis, & aliorum terrenorum Principum. Vndè legitimè fit appellatio ab Imperatore ad Papam in cauſis grauibus tanquàm ad Superiorem, vt in cap. ſi duobus, de Appellat. & in cap. per venerabilem, §. nationibus, qui filij ſint legitimi, & in cap. Licet, de foro compe. & quod dicitur in dicto cap. ſi duobus, quòd non ſit appellandum à Iudice ſæculari ad Papam, niſi in terris Eccleſiæ hoc intelligendum eſt, quòd non familiariter fiunt appellationes ad Papam modo quo in terris Eccleſię, ſed tantùm vt dictum eſt in cauſis valdè grauibus.

Not. ſecundò, quòd minimè nos negare intendimus authoritatem Imperialem, ſiuè quamcumquè aliam temporalem immediatè eſſe à Deo; hoc enim nos minimè ſomniamus, ſcimus enim ſcriptum eſſe. *Per me Reges regnant, & Principes imperant*, quod intendimus dicere eſt, quòd omnis poteſtas à Deo eſt, vt diffuſè habes ex D. Auguſt. 4. & 5. de Ciuit. Dei, & D. Thom. p. 1. q. 96. art. 4. & expoſitoribus ibidèm, verùm vt videre

Prou. 8 · 6 · D. Aug. · D. Th.

est in expositionibus D. Thom. super epistol. ad
Roman. cap. 13. vbi declarat illam sententiam,
Rom. 13. *non est potestas nisi à Deo*, inquit, quòd si sermo
sit de potestate, vt sic, siuè in genere cõstat, quòd
7 omnis potestas est à Deo, & etiam potestas, siuè
potentia peccandi; eadem enim potentia est qua
peccamus, & qua bonum agimus; sed quòd benè
8 vtamur tali potentia, est à Deo; quod malè ex no
stro defectu. secundo modo potest intelligi quòd
sit à Deo, quo ad speciem siuè modum adipiscen
di, vel gubernandi, & sic theoricè potest benè in-
telligi, quòd omnis potestas etiam quo ad speciẽ
sit à Deo; ex quo enim Deus in Adam infudit om
nes habitus, non solùm speculatiuos; cæterùm &
morales, relinquitur, quòd vt sic, omnis potestas
ex quo radicatur in habitu quodam moralitèr o-
peratiuo, sit etiam immediatè à Deo; verùm pra-
cticè loquendo, & in ordine ad exercitium, siuè
quo ad applicationem dicendum quòd neque
9 quo ad modum adipiscendi semper est à Deo,
sed quandoq; ex peruerso hominis appetitu, qui
per ambitionem, vel alio quocumquè illicito mo
do illam, quis consequitur, in quorum persona di
Amos 6 citur Amos 6 *Numquid in fortitudine nostra as-
sumpsimus nobis cornua.* Item neque quo ad mo-
dum gubernandi aliud enim est regimen Monar
chicum, aliud Aristocraticum, qui modi sunt im-
mediatè ex hominis inuentione. Tertio potest
10 dici potestas esse immediatè à Deo quo ad indi-
uiduum, quia (inquam) Deus immediatè substi-
tuit indiuiduum, & personam in regimine, quem
admodum instituit Moysen, Saul, Dauid, D. Pe-
trum, & aliquos, vt legitur Archiepiscopos Ra-
uennatenses per signũ Columbæ, aut alio modo.

Notandum tertio, quòd rerum omnium pro-
ductio prima necesse est, quod sit à Deo imme-
diatè, & quo ad genus, & quo ad speciem, & quo
ad indiuiduum, hoc patet in prima rerum crea-
11 tione, in qua nulla creatura potuit concurrere,
nec etiam instrumentalitèr, vt patet per D. Tho.
par. 1. quæst. 45. ar. 5.; at in conseruatione, & vsu
secùs est: insuper cautè animaduertendum est,
quòd esse immediatè à Deo non arguit indepen-
dentiam à quocumquè alio citrà Deum; constat
enim quòd materia, & forma sunt immediatè à
Deo, at materia per ordinem, & cum dependen-
12 tia à forma, itèm anima, & corpus, & tamen cor-
pus cum dependentia, & ordine ad animam, A-
dam & Eua fuerunt immediatè producti à Deo,
at Eua cum dependentia ab Adam; & ita in pote
statibus philosophandum est, constat namquè
quòd Aaron immediatè fuit electus à Deo, atta-
men cum depẽdentia, & subordinatione ad Moy
sen, similiter Apostoli immediatè à Christo in-
stituti sunt, verum cum dependentia à Petro, &
hoc idem dicendum in potestatibus temporali-
bus, quandoque enim Principes immediatè eli-
gunt Duces inferiores, non tamen sequitur ergò
sine dependentia ad Ducem supremum. Quid
ex hoc discursu intendimus? certè nil aliud, nisi
insinuare, quòd licèt potestas temporalis sit sal-
tèm quo ad genus suum immediatè à Deo non 13
tamen propter hoc deducendum est ergò nõ ha-
bet ordinem, nec dependentiam ad spiritualem
potestatem; hinc est quòd rectè Innocent. in cap.
solet, de maior. & obedien. reprehendit Impera-
torem, qui malè intelligens authoritatem D. Pe-
tri, *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter* 1. Pet. 2.
Deum, siue Regi tamquam praexcellenti. Ex qua
authoritate argumentabatur Imperator, ergò si-
ne dependentia, &c. quarè Innocent. pulcherri-
mã apponit, & valdè coaptatam similitudinem
dicens. *Ad firmamentum cœli hoc est vniversæ Ec-* Innoc.
clesiæ fecit Deus duo luminaria magna, idest duas Papa.
*instituit dignitates quæ sunt Pontificalis autho-
ritas, & regalis potestas; sed illa, quæ præest diebus
idest spiritualibus maior est, quæ verò carnalibus* 14
*minor, vt quanta est inter Solem, & Lunam tan-
ta inter Pontifices, & Reges differentia cognosca-
tur.* Vndè benè dicimus nos, quòd temporalis po
testas ministerialis est, nam Rex temporalia re-
gere debet, vt spirituali Religioni subseruiat, &
valdè mirùm esset, quòd simùl constituant vnum 15
corpus misticum Christianitatis, & vnum non
subseruiat alteri, sed sint duo capita; quod quidẽ 16
valdè monstruosum est, *Lex enim Diuinitatis est,*
ait Dionys. de cœlesti Hierar. *vt infima per me-* D. Dion.
dia in suprema deducat. Vide Sot. in 4. distin. 25.
q. 2. art. 1.

Verùm quia omne punctum tulit, qui miscuit
vtile dulci dicimus, quòd omnis res, quæ quomo
dolibet habet esse in triplici genere causæ habet
esse à Deo, efficientis videlicèt formalis, siuè exẽ
plaris, & finalis; quarè sic dicendum est, quòd om
nis potestas à Deo est secundùm hoc triplex ge-
nus causæ, secundùm genus causę efficientis quia 17
sicut omnis substantia ab vna substantia est, ità
omnis principatus deriuatur ab vno principe: ta-
lis autem princeps est Deus, vndè Sap. 6. dicitur. Sap. 6.
Data est vobis à Deo virtus, & potestas ab altissi- 18
mo, qui interrogabit opera vestra. Et Dan. 3. *Sci-* Dan. 3.
*ant gentes, quia dominatur altissimus in Regno
hominum, & cui voluerit dabit illud.* Secundo est
omnis potestas à Deo formalitèr ratione eius 19
ordinationis; nam in quolibet principatu est or-
do quidam superioris ad inferiorẽ, & inferioris
ad superiorem, & quantumcumquè superiores,
et inferiores sint mali, ipse tamen ordo de se ha-
bet rationem boni, quia etiam ipsa mala benè
ordinata, et loco suo posita laudabiliora sunt, et
eminentiùs commendat bonum, et semper ex ta
li ordine consurgit aliquod bonum. Et sic ex
principatu malorum ratione diuinæ ordinatio-
nis insurgit aliquod bonum: vnde et August. di- 20
cit, *quòd per potestatem à Deo Diabolo traditam* D. Aug.
*Iob probatus est, vt iustus appareret Petrus tenta
tus, ne de se præsumeret, Paulus colaphizatus, ne
se extolleret, Iudas damnatus, vt se suspenderet*. 21
Tertio est omnis potestas à Deo finalitèr ratione
eius reductionis, nam quamdiù sumus in hoc mũ- 22
do,

do, sumus in via, et in quodam bello, in bello autem necesse est, vt aliqui sint principantes, et alij seruienres, ac eo quandiù bellatores sumus,
23 & in exercitu, tamdiù Angeli dominabuntur Angelis, & homines hominibus, quia tota Ecclesia militans terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Sed cum peruenerimus ad Deum tamquàm ad terminum, & finem nostræ fœlicitatis, non erimus ampliùs bellatores, nec necessaria erit ampliùs dominatio, vndè 1. Corinth. 15. dicitur,
1. Cor. 15. *quòd cùm ipse filius tradiderit regnum*, idest ipsos electos *Deo, & Patri, tunc euacuabit ur omnis principatus, & omnis potestas*. nimirùm non erit opus aliqua custodia Angelorum in nobis, nec quod nobis præsint, vel nos dirigant, nec aliqua
24 executio per ordinem ad nos, ex consequēti nec aliqua dominatio, aut principatus, vel hominum vel Angelorum.

Cum igitur ex dictis iam patere possit singularitas principatus Ecclesiastici, & dominij spiritualis super omnem alium principatum, & dominatum, necesse est fateri quatenus omnia, quę sunt vnius principatus, benè agantur, & gubernentur, nec non disponantur, quod vnum tātùm vt iam dictum est sit caput dirigens primò omnes alias inferiores potestates aliter non esset recta institutio. Præsidentia enim principis, & vnitas capitis in omni principatu ordinatur ad hoc, quòd ipse moueat omnes subditos illius principatus ad bonum, seù finem Reipublicæ; vndè ad eum pertinet, quantum in eo est conferre, & ordinare ea, quæ conferunt ad tendendum in bonum Reipublicæ Christianæ, idest ea, quæ sunt virtuosa, & tollere ea, quæ tollunt motionem ad talem finem, vt vitia, & abusiones; Ad eandem autem potestatem pertinet mouere aliquos ad aliquem finem, & tollere ea, quæ impediunt motionem, & profectum communitatis; quarè Sum-
25 mo Pontifici rectè dicitur illud Hierem. 1. *Eccè*
Hier. *constitui te ait Dominus super gentes, & regna, vt euellas destruas, dissipes, & disperdas*, nimirùm vitia, & vitiosos, *& adifices, & plantes*, scilicet virtutes, & vitiosos in signum huius supereminentis authoritatis Papa, qui est Ecclesiæ caput in capite inungitur, Cæsar verò quia est inter Ecclesiæ membra in armo, siuè humero inungitur cap. 1. extra de sac. vnct. & Zacharias Papa deposuit Ludouicum à Regno Franciæ, quia inutilis erat, vt habetur 15. quæst. 6. c. Alius. & Innocen-
26 tius Imperatorem Federicum ab Imperio; hac
27 de causa vtitur in capite regali diademate in signum Regiæ, ac temporalis potestatis; & mitra
28 in signum sacerdotalis; & Pōtificalis maiestatis,
Duran de qua re vide Durā. de ritib. Ecclesiæ lib. 2. cap.
Rodul. 9. num. 86. & Rodulphum ad cap. oportebat in commen. super distin. 79. r. 2. inter præfationes pag. 29.

Notandum quarto, ex quo nullam potestatem maiorem esse, imò neq; æqualem Pontificiæ diximus, & docuimus, quia immediatè est à Deo, sequitur Papam nullum, nisi Deum recognoscere in dominum, nec reuocandum est in dubium, an habeat vtrumquè gladium spiritualem in actu, 29
& temporalem extra terras sui Imperij saltèm in potentia, ita vt data occasione possit illo vti imperareque, vt assumantur arma pro tutamine boni spiritualis; de qua re vide primam Extrauagan. communem Bonif. de maior. & obedien. in- 30
de adagio fertur, quòd *adaquat quadrata rotundis*, ita Gamb. in cap. licet, de rerum permut. lib. Gābar.
6. num. 39. hac ratione sibi prȩstant iuramenta fidelitatis, vt patet fuisse specialiter factum tempore Nicolai Tertij per omnes principes. Hinc 31
insuper sequitur Papam habere omnes leges in pectore, vt patet c. Quoniam quidem, dist. 28. & extra, de constit. in 6. c. Licet, vbi in glos. dicitur, 32
Licet Romanus Pontifex, qui iura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere, item Rodulph. loco cit. & sic potest omnem legem ciuilem ex causa loquendo de authoritate sua ordinaria immutare, & delere, & magis authoritate absoluta, quia nullus iustè sibi contradicere potest, & D. Antoninus 3. par. tit. 22. cap. 5. §. 6. dicit hæc mirabilia verba. *Non credo, quòd Papa possit scire totum. quod facere potest per potentiam suam, & pracipuè quod potest facere per communicationem thesauri Ecclesia: est enim Vicarius Christi, cui dictum est, quodcumquè solueris super terram, erit solutum & in cælis, & quodcumquè ligaueris super terram erit ligatum & in cælis*. Et hæc de secundo puncto dicta sufficiant. D. Ant. 33

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Papa scientia canonica author est proponendo canones.*

2 *Canonum contemptores grauitèr delinquunt.*

QVo ad tertium conclusio responsiua est quasi corollariè ex dictis sequens, videlicet, quòd *Papa aliquo modo potest, & debet dici author scientia canonica.*

Probatur, quia ex quo habet supremam authoritatem suæquè potestati subijciuntur omnes leges, quas & in pectore habere dicitur, idest in facultate libertatis, proponendo canones, ex quibus ceù materia propria conflatur scientia Canonica non est dubium, quin debeat censeri author ipsius scientiæ modo, quo proponens materiam eamquè disponens potest dici author illius artis, quæ se exercet circà illam; hinc est, quòd aliæ leges non dedignantur imitari Canones, cum eorum dignitas præcellat dignitatem quarumcumq; legū vtpotè quorum scientia, & obseruantia ducit ad finem supernaturalem; quinimò contemptores Sacrorum Canonum vidētur infames 6. q. 1. c. infames. & de elect. cap. dudum, el 2. ibi 2
Ancharanus imò videntur blasphemare Spiritū Sanctum huiusmodi violatores instinctu cuius e- Anchā.

 diti

diti sunt Sacri Canones ita 24.q.1.c.violatores, & hæc de tertio sufficiant.

PVNCTI QVARTI.
SVMMAE.

1 *Papa & Gratianus authores diuersimodè.*
2 *Author est scientiæ qui supponit materiam circa quam.*
3 *Christi solius est influere interiùs, Papę exteriùs dirigendo.*
4 *Papa authoritate sua condit leges.*

QVo ad quartum facilè est ex dictis satisfacere obiectionibus in contrarium. Ad primum dicitur, quòd diuersa ratione Papa dicitur author scientiæ Canonicæ, & Gratianus, vt patet ex concl. & de Gratiano dicetur ar. seq. Ad obiect. dicitur, quòd non minùs censendus est author scientiæ, qui supponit materiam circà quam quasi obiectum scientiæ, quàm qui tra-
2 dit ordinem scientificum, hac enim ratione diximus in secundo art. huius quæstio. quòd Deus est author scientiarum omnium, quia proponit omne scibile.

Ad secundum dicitur, quòd Papa in suo gene
3 re ordinat omnes ad salutem non quidem influẽdo interiùs, cum hoc sit proprium Christo, cuius solius est esse caput primum totius Ecclesiæ, & habere gratiam capitalem, ac influere in omnia membra. Papa tamen mouet exteriùs dirigendo, & ex occasione cogendo, & compellendo per cẽsuras, & ligamina Ecclesiastica, & hoc sufficit.

Ad tertium dicitur, quòd nomen Papa suppo nit indeterminatè pro persona, determinatè ta-
4 men pro authoritatis plenitudine cõdendi leges, quod satis est proposito nostro, & hæc de quarto puncto sufficiant.

PVNCTI QVINTI
SVMMAE.

1 *Christus minoratus ab Angelis, & quomodo.*
2 *Papa maior Angelo potestate, & authoritate.*
3 *Papa à nemine iudicatur, & ipse iudicat omnes.*
4 *Adoratio quomodo debeatur Papa.*
5 *Honor Dei non dandus est homini.*
6 *Adorationum triplex species.*
7 *Latria adoratio soli Deo competit.*
8 *Dulia adoratione quicumquè excellentes adorantur.*
9 *Hyperdulia adoratio est maior, quæ exhiberi possit pura creatura.*
10 *Beatissima Virgo, & Papa hyperdulia adorantur diuersa ratione.*
11 *Papa deosculationes diuersa fiunt ob diuersa mysteria.*
12 *Leoni Quarto, primo deosculati sunt pedes, & quomodo.*
13 *Deosculatio pedum Papa, an ex Christi imitatione.*
14 *Papa non imitatur omnia facta à Christo.*
15 *Papa causa vera cur deosculentur pedes.*
16 *Magdalena exemplum in deosculatione pedum quomodo.*
17 *Papa cur deosculentur pedes factum particulare narratur.*
18 *Perpedigna vxor Claudij Caio Papa deosculatur pedes.*
19 *Pedum deosculatio, & puris sacerdotibus facta est.*
20 *Papa cur portetur in humeris.*
21 *Imperatores electos portari, & in altum eleuari mos fuit.*
22 *Pontificis sedes cur gestatoria dicatur.*
23 *Portandi Papam mos approbatur ex multis.*
24 *Papa eleuatus commodiùs videtur à populo, quem benedicit.*
25 *Papa portatur in signum supremi imperij.*
26 *Creatura omnis Papa subijcitur, & quomodo.*
27 *Fideles, infidelesq́; Papa subijciuntur.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum pro Concionatoribus occurrit thema, quod assumit D. Antoninus sermonem habiturus de authoritate Papæ tertia parte titulo 22. capit. 1. ante §. nimirùm illud Psalmistæ. *Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Psal. 8.

Pro cuius declaratione haud dubium quod primò, 1
& principaliter hæc Dauidis verba verificantur de Christo, qui minoratus ab Angelis ratione mortalitatis naturæ, quam assumpsit, dicitur, at gloria resurrectionis factus immortalis ratione venerationis in Ascensione, quia *tremunt videntes Angeli*, & iudiciaria potestate in fine sublimatus constitutus est super omnes creaturas, quarè inquit: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in* Mat. vlt.
terra; & Apostolus, *vt in nomine Iesu omne genu* Filip. 2.
flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & quia recedens à nobis secundùm præsentiam corporalem Vicarium suum reliquit in terris, scilicet Summum Pontificem, qui Papa dicitur, non incongruè idem thema eidem Summo Pontifici adaptatur, nam & ipse paulominus minoratus ab Angelis dicitur, quia licèt Papa minor sit
Angelo quo ad naturam, est tamen maior auctoritate, & potestate; neque enim Angelus potest 2
consecrare corpus, & sanguinem Christi; neque soluere, vel ligare cuius tamen rei iurisdictio plenariè est in Papa, nec itèm potest ordinare, nèc Indulgentias dare, neque alia huiusmodi facere, quarè gloria, & honore coronatus est. *Gloria* (inquam) commendationis, quia non solùm dicitur beatus, sed beatissimus, de quo titulo dicemus quæstione sequenti, *& honore*. Quia intantum

tùm veneratur, vt ipse omnes iudicet; & à nemi-
8 ne iudicetur, nisi fortasiè depræhendatur à fide
deuius, dist. 4. cap. si Papa. *Honore coronatur*, quia
ab omnibus fidelibus recipit adorationes, pro-
Aug. de strationes, & oscula pedum. August. de Ancona,
Anc. quæst. 9. ar. 1. Roffen. ar. 25. D. Antoninus locis vt
supra, licèt enim adorationes soli Deo conueni-
4 ant, vt legitur in primo præcepto Decalogi,
Esther quòd ita Deus præcepit, & in Esther ca. 13. Mar
13. dochæus dixit. *Scis quia non pro superbia, aut ali-
qua gloria cupiditate fecerim hoc, vt non ad orem
Aman superbissimum libenter enim pro salute Is-
rael paratus essem deosculari vestigia pedum eius,
sed timui ne honorem Dei mei transferrem in ho-
minem, vt nè quemquam adorarem excepto Deo*
Apoc. *meo*, Et Apoc. 22. habetur, *Cecidi vt adorarem*
22. *ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendebat, & di-
xit mihi ne feceris*, & paulo post, *Deum adora*. Et
5 ideò multi mortem passi sunt, ne statuam Nabu-
chodonosor adorarent 23. quæst. 4. c. non inue-
nitur. tamen & in ministris suis Deus voluit ado-
rari, vt legitur de Abigail, & Dauid, & de Abdia
qui curuauit genu coram Helia, & precatus est
1. Reg. eum. Dauid adorauit Saulem. Iudith Holofer-
24. nem, tales siquidèm permittuntur adorationes
Iudith Regibus, iuxta Diui Petri præceptum. *Subditi e-
14. stote in omni timore Dominis*, De maior. & obed.
1. Pet. 2 cap. solite. Indè datur triplex adorationum spe-
6 cies. Latriæ, Duliæ, & Hyperduliæ. Latriæ
adoratio conuenit soli Deo, & est actus virtu-
tis religionis, quæ exhibetur illi, ceù creato-
Deu. 16 ri, & fini vltimo. Deuteronom. 16. Matth. 4.
Mat. 4. & Luc. 4. Alia quæ dicitur Dulia est illa reue-
Luc. 4. rentia, quæ exhibetur à seruo, domino suo; & se
7 extendit ad omnem reuerentiam, quæ exhibetur
alicui, vel ratione dominij, seù superioritatis; vel
8 ratione excellentiæ in ordine ad quam adoran-
tur Angeli, & Sancti: eaque adoratione venera-
1. Reg. mur Rectores, & Principes. Hac adoratione Na-
Gen. 19 than adorauit Dauid, & Abraam Angelos. Hy-
perdulia autèm adoratio est illa excellens reue-
9 rentia, & maior, quæ exhiberi potest puræ crea-
turæ propter eminentem excellentiam eiusdem
in sanctitate, & alijs prærogatiuis. Hoc modo a-
doramus Virginem Deiparam, quæ Regina est
Sanctorum omnium eleuataque est super choros
Angelorum, vel certè ratione supremæ auctori-
tatis, quo modo (vt multi volunt) in terris Papam
10 adoramus, veluti Ecclesiæ præcipuum pastorem,
licèt alij dicant ipsum adorandum adoratione
Duliæ tantùm Innocen. in tractat. de celebratio.
Missarum, lib. vltimo, cap. 6. & ex constitutione
Iulij Secundi, de Simoniaca Papę electione. Qua-
rè recipit adorationes, & prostrationes, & deo-
sculationes pedum: & non sine misterio aliquan-
do ad os, ad pectus, ad humeros, ad manus, ad bra
11 chia, ad genua, & ad pedes; ità Restaur. de Imper.
quæst. 64. in fine, tales adorationes denotant re-
uerentiam, & obedientiam, vt ex Ioseph Stepha-
no de adorat. pedum, cap. 5. Indè Leoni Quarto

de anno Domini 847. primo deosculati sunt pe- 12
des: hoc idem fuit seruatum Ioanni Papæ Deci-
mosexto, cuius pedes, etiam qui authores sedi-
tionis fuerunt, deosculati sunt. Gregor. VII. inter
priuilegia Pontificis hoc posuit, vt ex eodem Io-
seph Stephano cap. 8. taleque institutum ex Chri
sti imitatione venit cuius pedes deosculabantur,
vt ex eodem authore c. 3. qui plura ibidē refert.

Verùm quia exemplum Christi fortassis non 13
est sufficiens ratio apud omnes. Quarè Papæ de-
osculandi sint pedes; siquidèm non omnia quæ
fecit Christus ipse Papa potest, vel imitari de-
bet, non enim imitatur ea, quę spectant ad autho 14
ritatem excellentiæ ipsius Christi, nec in alijs,
quæ non sunt exhibita vt imitentur. Notandum;
quòd hæc, quæ dicuntur de pedum deosculatio-
ne facta prædicto Leoni Quarto non habent ve-
ritatem in hoc sensu, quòd (inquam) nulli suo
prædecessori facta sit pedum deosculatio, nam
vt videre est in Annalibus Baronij tom. 10. sub
anno Christi 847. pag. 33. hic mos fuit antiquus *Bar.*
in Ecclesia, quarè ait. *Cum Leo electus in Pontifi-
cem à Clero, & populo Romano vnanimi esset con-
sensu, tunc omnes pergentes cum gaudio multaq;
iucunditate, & lætitia ad Ecclesiam, in qua dege-
bat beatorum quatuor Coronatorum, inde eum co-
actum, & inuitum abstrahentes cum hymnis, lau-
dibusquè præcipuis ad Lateranense Patriarchium
perduxerunt, cuius morem antiquum seruantes* *Nota li*
omnes osculati sunt pedes. Hæc Baronius; ly, ergò *cet. anti*
primùm denotat quòd inter primas actiones Ro *quum.*
manorum post electionem Pontificis deosculati
sunt pedes, quomodo autem & qua ratione fue-
rit mos antiquus fidelium deosculari pedes; de-
clarat idem Baronius tomo 2. Annal. sub anno *Baron.*
Christi 216. pag. 236. litt. D. hisce verbis. *Sed
nec illud prætereundum, quod ait Tertullianus de
recipiendo pœnitentium antiquo ritu consueuisse* 15
*illos prostratos lambere omnium, qui adstarent ve
stigia certe, & sacerdotum certo certius, & ipsius
Pontificis ad cuius pedes quoque accedere instàr
pœnitentium fideles cæteri soliti semper fuerunt,
atque eos semper exosculari*, ex quo loco habes
& causam, quia (inquam) instar Magdalenæ pœ-
nitentis, quòd ipsa pœnitens fecit Christo, hoc 16
nos ceù pœnitentes, præstamus suo Vicario, qua-
rè idem Baronius eodem tomo 2. sub anno Chri
sti 299. pag. 496. B. post narrata gesta Claudij,
qui ex Diocletiani commissione conabatur tra-
here Sisinium ad nuptias cum Galerio maximo
illaque sagaci responsione recusante; tandèm
Claudius conuictus, omnia vxori suæ narrauit,
vndè inquit. *Rediens verò Claudius domum, cum
hac omnia perpedigna vxori nunciasset illa cum* 17
*diu ante de fide Christiana sectanda consilium in-
iisset. Sed viri impietate perterrita destitisset au-
dita viri tanta à Deo facta mutatione repente ad
Caium Papam se contulit, ad pedesque procidens
eosque ex more (vt acta habent) exosculata aeque se
ad fidem recipi postulauit. Aderat cum ea & Su-* 18

ſannaquè eum amanter ſuſcepit. Et infra eadem pagina de Claudio loquens dicit. *Surgenteſquè de terra mutuo ſe complectuntur, & oſculantur, Claudius verò cum gaudio deoſculabatur pedes Gabinij ſacerdotis, nimirùm qui eum baptizauerat:* ergò non mirum, quod Summo Pontifici
19 præſtetur quod ſimplici præſtatur ſacerdoti in humiliationis,& pœnitentiæ ſignum.

Portatur etiam humeris populi Papa, quòd
20 inſtitutum inter Imperatores electos olim fuiſſe ſeruatum legimus ex Claudiano,cum dixit. *Sed mox cum ſolita miles te voce leuaſſet*. Fuit enim mos Romanorum, vt quem feciſſent Imperatorem in altum eleuarent Amian.Marcellin. de Fa
21 biano. Cornelius Tacitus lib.2. Caſſiodorus lib. 10.variarum form.in Eccleſia Romana hoc idem ſeruatum fuiſſe habetur. primo Enodius Diaconus in 5. Sinodo appellat Sedem Pontificis ſel
22 lam geſtatoriam. Stephanus Papa Secundus fuit humeris delatus in Baſilicam Sancti Saluatoris,
23 Platina in vita Stephani. Leo Papa poſtquam fuit aſſumptus ad Summum Sacerdotium in Eccleſia ſancti Petri facta conſecratione attollitur. Gregorius Nonus tectus gemmis ducitur ad Lateranenſem Eccleſiam. In electione Sancti Damaſi Papæ dicitur, quòd Pontifices Romani dignitatis cauſa cum deferuntur per vrbem hoc factum eſſe,ſicut teſtatur Stephanus,vt poſſent po
24 pulo commodiùs benedicere, & oues ſibi concreditas proſpicere;& vt commodiùs poſſint ab omnibus circumſtantibus videri,& venerari. Vlteriùs vt illius ſupremum Imperium denotetur, & quòd omnes illius poteſtati ſubiacent cap.ſolitæ de maiorit.& obedient. & cap. per venerabilem extra qui filij ſint legitimi, nec non tanquam Eccleſiæ paranymphus, & miniſter Chriſti, ita ab omnibus veneratur ex Diuo Bernardo ad Eugenium, & honoratur tamquam Eccleſiæ caput.
25 Quòd ſuperior pars eſt corporis. Chryſoſtomus in Ioannem, cap.fin. dicit his verbis, *vt loco mei eſto præpoſitus, & caput fratrum tuorum, & ipſi loco mei te aſſument vbique terrarum,teq; in throno ſedentem prædicabunt,& confirmabunt.* Hæc ille,nec non ſicut in Sede inthronizatur, ità & in ſede defertur,vt eò magis honoretur,cap.in nomine, diſtinctio.23. atque ad denotandum quòd omnis creatura Papæ ſuppoſita eſt. Innocent. in cap.primo de conſtitutionibus,de qua re vide etiam Rodulphum ad caput oportebat, ar.2.pag. 28.& D.Antoninum loco citato, ea enim ratione in themate aſſumpto ex Pſalmo dicitur, *&*
26 *conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum*, ad diſponendum(inquam)de omnibus inferioribus; ipſe enim aperit cœlum,mittit reos ad infernum confirmat Imperium,& ordinat totum Clerum: Quapropter non ſolùm omnis fidelis populus, verum etiam infidelis, ac omnis rationalis creatura Papæ Imperio ſubiacet. & nemini eum im-
27 pugnare permittitur, imò ab omnibus venerandus eſt,& ſinguli eidem obedientiam præſtare tenentur. Felin.in cap.ſi quando,num.18.de reſcriptis DD.in capite nouit,de iudic. Auguſtinus de Ancona,quæſt.22.artic.1.& 2.& quæſt.23.artic. 1.& 2.D.Antoninus loco citato;& hæc ſatis ſint pro ſtudioſo concionatore ſi ipſi contingat de huiuſcemodi re ſermonem habere, ſufficiantque pro toto quæſito.

Claudian. Bern. Chryſo. Rodulp. D. Anton. Felin.

ARTICVLVS V.

Vtrùm Gratianus debeat dici author ſcientiæ Canonicæ, itèm Bonifacius Octauus regularum iuris.

ET videtur, quòd non primo quia vt inquit D.Auguſt. in lib.de magiſtro *ſolus Chriſtus eſt Doctor,& author doctrinæ*,ergò. D.Aug.

Prætereà in ſpeciali de Gratiano non apparet,quarè debeat dici author,cum forè nihil ſub miniſtrauerit de ſuo niſi ad laborem,nimirũ colligendo Canones,qui erant quaſi vagi,& diſperſi ad modum bullarum,ergò

Præterea in ſpeciali de Bonifacio, minus videtur, quòd fuerit author regularum iuris cum ſint ex iure decerptæ,quòd fortaſſis vnuſquiſque facilè præſtare potuiſſet,ergò

Sed cont.eſt communis opinio Doctor.vt patet de Grat.in præfat.ſuper librum Decret.& de Bonif.de regu.iur.in 6.qui ambo ideò commendantur,& extolluntur(& meritò quidèm) vſque ad ſydera.

Reſpondeo ſeruato ordine prout in ſup.

PVNCTI PRIMI. SVMMAR.

QVo ad primum nihil occurrit dicendum circa titulum, cum omnes termini ſint clari, & quæ ad laudem Grat. vel etiam Bonif. ſpectant aliqua dicentur à nobis poſt deductas concluſiones.

PVNCTI SECVNDI SVMMAR.

1 *Author operis eſt, qui quouis modo aliquã principalitatem habet.*
2 *Recentiores plurimùm commendantur in modo docendi.*
3 *Argumentum efficax in fauorem eorum,qui faciles ſunt in docendo.*
4 *Sacra Theologia certiùs, & citiùs docet nos de omnibus.*
5 *Doctori Catholico duo ſunt neceſſaria.*
6 *Facilitas in modo docendi maximè in ſcientijs moralibus neceſſaria.*

QVo ad ſecundum, quia circa hoc quæſitum non eſt cur diutius immoremur, ſed ſufficit

cit recolere ea, quæ dicta sunt à nobis in superiori art. maximè verò quæ communia, & scitu necessaria præsupposuimus in quolibet docente alios, & insuper quòd discrimen est inter simplicē scriptorem, compilatorem, & authorem in præsenti tantùm addimus hæc pauca.

Primò quòd author censetur alicuius operis vnusquisque quando concurrit tamquàm principalis, vel ex toto, vel ex parte in opere, quod in
1 lucem editur, imò vt tangebamus sufficit principalitas in modo aliquo singulari faciente ad facilitatem doctrinæ, vt (inquam) faciliùs, breuiùs, & certiùs percipiatur veritas, qua ratione in D. Th. laudem dicitur cuius *stylus breuis grata est facundia, clara, & firma sententia.* Et in hac parte plurimùm commendantur scriptores neoterici eisque applaudimus quasi gratias agendo de suis laboribus, siquidèm plures modos tractandi laude
2 dignos in medium protulerunt, vt videre est in Biblioth. Senensis lib. 3. per totum, hac ratione
D. Th. D. Thom. p. 1. quæstio. 1. ar. 1. statuit, quòd Sacra Theologia fuerit necessaria non solùm per ordinem ad reuelabilia, quæ aliter haberi non potuerunt, quàm per Theologiam; verùmetiam per or
3 dinem ad ea omnia, quæ sciri, & haberi possunt per lumen naturale in scientijs humanitùs acquisitis hac deductione, quia per sacram Theologiā citiùs, certiùs, & clariùs habemus omnia illa,
4 quod benè notandum est.

Fortiùs insuper hoc manifestat idem D. Tho. in suo procemiolo, quod ad eandem primam partem præmittit; in eo enim declarat, quod *ad Ca-*
D. Th. *tholicæ veritatis Doctorem perfectum, duo sunt*
5 *necessaria nimirum prouectos instruere, & incipientes erudire;* vtrumque probat ex illo Roman. 1
Rom. 1. *Græcis, ac barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum;* deinde seorsum primum ex illo 1.
1. Cor. 2 Corinth. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos.*
1. Cor. 3 Secundum autem ex illo 1. Corinth. 3. *tamquàm paruulis in Christo lac potum vobis dedi, non escā,* quod certè proportionaliter dicendum est per ordinem ad omnem scientiam, cuius finis est docere veritatem, & adhuc magis in scientijs quorum finis est operatio moralis bona, & virtuosa, his igitur paucis præmissis duas deducimus conclusiones respōsiuas per ordinem ad duos dictos Authores.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Gratianus propriè author scientiæ Canonicæ.*
2 *Bonifacius Octauus propriè author regularum iuris.*
3 *Religio Sancti Benedicti pluribus encomijs commendatur.*
4 *Gratiani laudes eximiæ.*
5 *Gratiani stylus, & modus docendi ab omnibus approbatus.*
6 *Bonifacij Octaui vita à Giaconio describitur.*
7 *Bonifacius à Dyno maximis effertur laudibus.*
8 *Gratiano, & Bonifacio credendum cum simul essent probatæ vitæ.*

QVo ad tertium, conclusio prima. Gratianus fuit propriè author scientiæ canonicæ.

Probatur, quia non solùm collegit Sacros Canones secundùm ordinem scientificum, 1 cæterùm proprias adhibuit expositiones multa particularia, & scitu digna, admonuit quæsita, & resoluit enodando difficilia, & multa alia deseruientia communi vtilitati, quarè non est dubitandum, quin illius meritò author dici debeat.

Conclusio secunda. Bonifacius Octauus congruè author regularum iuris canonici censetur, 2 & teneri debet.

Probatur tùm ratione vt suprà, tùm quia præstat semper forma materiæ, quarè cum industrio sè maximè excerpserit à Sacris Canonibus, imò ex toto corpore iuris regulas omnes, non est ambigendum, quin fuerit illarum author; his additur, quòd cum pergrandi facilitate conseruit in qualibet regula tantùm verba, quæ propria sunt & necessaria pro intentione regulæ, ità vt non sit opus aliundè diuagari; eximia etiam dexteritate ad suos titulos reduxit: in tantùm quod allegare regulam sit adducere ius irrefragabile omni ex parte solidum, vt nos abundè etiam conamur monstrare in declaratione cuiuscumque regulæ in speciali, quæ fiet à nobis, est ergò author ex quo omnibus prodest.

Breuis Annotatio in fauorem Gratiani.

Appositè Gratiani merita declarantur, & habentur in præfat. ad lib. Decret., & licèt nos etiam aliqua de eodem dicturi simus in art. sequē. vbi sermo erit de qualitatibus eorum, qui scribunt, & docent alios, non prætereundum tamen, nec differendum, quòd Grat. fuit ex præclarissima, & Illustrissima familia Monachorum Sancti 3 Benedicti, quæ adeo viguit in omni sanctitatis, ac doctrinæ præstantia, vt visa semper sit super Religiones omnes extulisse caput, nam Sanctorum Cathalogus, & virorum eminentium semper in illa sine numero floruit, vnde sola hæc Religio potuit, & ideò dogmata, & iura (vt ita dicam) omnium iurium tueri; inter istos ceù lucifer oriens mundo extitit Gratianus Theologus eximius, & iuris vtriusque peritus, vt suis temporibus non 4 habuerit parem, & vix vmquam habiturus existimetur, cum enim multum antea plurimi fuissent collectores Sacrorum Canonum sibi tamen reseruata est palma triumphi, vtpotè qui solus inter priuatos homines scientiæ Canonicæ prædicetur author; ipse namque solus reduxit omnes, & singulos Decretorum Canones ad ordinem scientificum eos perlustrando, & singulas difficultates apponendo, & quòd valdè & omninò 5 admi-

admirandum est; eius stylus, modus, & forma in docendo, nullo particulari approbante ab omnibus simul fuit approbatus quasi interiori quodam instinctu. Cætera illius encomia relinquuntur, cum non sit opus lucem vmbris manifestare.

Breuis enarratio in laudem Bonifacij Octaui.

Non est opus, vt in speciali declaremus insignia, quæ longum esset enarrare circa vitam Bonifacij Octaui; abundè enim eam collegit vltimus compilator Gestorum, & vitæ Romanorum Pon
6 tificum Giaconius qui vt videre est in eius vita cum maximè, & quasi super omnes commendat de ingenij perspicacitate, solertia in arduis, abstinentia, ac prudentia in aduersis; ita vt nulli cedere videretur, omnibus tamen pro iusto cedens & cum alijs plurimis intentus esset, studia tamen legum non prætermisit, imò ita complexus est, vt
Dynus Dynus excellentissimus Doctor inter exponendam primam regulam iuris in eius encomium hæc profert verba: *Ideò Dominus noster Summus*
7 *Pontifex*, videlicet D. Bonif. Papa Oct. *lux mundi, regula morum, Ecclesiæ Doctor, & Patriæ honor iurisquè illuminator post precedentes tractatus posuit titulum de Regul. iur. in quo sub breuitate verborum colligit ea, quæ in alijs partibus iuris per verba plura, & varia disseruntur*. Hæc Dynus.

Cum igitur ambo dicti authores censeantur probatæ vitæ eorumquè dicta indistinctè acceptentur; iustum est, vt eosdem veneremur, & sequa-
8
Arist. mur; vt enim ait philosophus R. thor. 1. cap. 2. *probis viris, & magis, & faciliùs de omnibus simpliciter credimus, nam probitas dicentis, vt breui absoluam præcipuam fidem facit, & eò magis, quando eorum dicta simul probata relinquuntur*. Hæc Arist. ibidem. Et hæc de tertio puncto.

PVNCTI QVARTI SVMMAE.

1 *CHristus Doctor, & Author tamquàm dans lumen.*

2 *Gratianus, & Bonifacius authores dicuntur proponendo obiectum pro vtilitate addiscentium.*

QVo ad quartum, ad argumenta breuitèr dicitur.

Ad primum quòd Christus est Doctor, & Author tamquàm dans lumen, quo intelligimus iuxta illud Ioan. 1. *Illuminans omnem ho-* Io. 1.
1 *minem venientem in hunc mundum*. Insuper docendo omnes quo ad omnia spectantia ad salutem; at Grat. & Bonifac. dicuntur authores tamquàm proponentes obiectum secundùm debitum ordinem, & modum scientificum, vt facilè sit omnibus intueri, quod pro occasione exop-
2 tant: quarè sunt authores subordinati modo, quò Apostol. de seipso loquens ad Titum 2. ait. Ad Tit. 2.
In quo positus sum ego prædicator, & Apost. (veritatem duco non mentiar) & Doctor gentium in fide, & veritate, sufficit enim vt dictum est ad hoc, vt aliquis censeatur author, quòd per aliquid sui proprij concurrat ad opus, & per ista patet ad alia argumenta. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *COncionator sit primò eruditus ipse, quàm alios ipse erudiat.*

2 *In triplici silentio anima fit capax doctrinæ.*

3 *Gratia coràm Deo, & hominibus est, qui in silentio discunt.*

4 *Ratio regulanda, quia fons omnium actionum hominis.*

5 *Rationis quinque sunt actus.*

6 *Voluntas in omni cogitatione princeps est.*

7 *Cogitationem tria complent.*

8 *Abstinendum ab his quæ suprà vires sunt.*

9 *Ordo studium & finis qualitèr in cognitionibus obseruanda.*

10 *Scire diuerso fine, diuersi curant.*

11 *Cauendum à librorum multitudine.*

12 *Memoria quomodo adiuuanda.*

13 *Interpretationis duo sunt actus.*

14 *Proferendum nihil, quòd in corde non sit diligenter examinatum.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum occasione præstantissimorum DD. de quibus diximus, documenta quinque dare intendimus concionatori pio, & studioso, quæ paritèr erunt communia cuilibet docenti alios, eaquè spectare possunt ad salutem.

Primum documentum attēditur per ordinem ad mores componendos, tùm internos, tùm externos, vt (inquam) procuret Concionator imò omne adhibeat studium, vt ipse in se sit primò eruditus in omnibus, in quibus alios erudire inten dit, ità vt prima consideratio sit sui ipsius, indè transeat ad alios, & hoc est quod D. Bernardus 1
docet lib. 2. de consider. dicens. *A te tua conside-* D. Bern.
ratio inchoet, ne frustrà extendaris ad alia te neglecto. Et infrà. *Non est sapiens, qui sibi non est sapiens; A te tua incipiat consideratio: non solùm autèm, sed & in te finiatur, tu primus tibi, tu tibi vltimus*. Quarè in lib. de vita solit. de oculo corporali sermonem habens ait, *egregium instrumentum corporis est oculus, si sicut cætera seipsum videre posset*. Hoc tamen conceditur oculo interiori, *tibi ergò vaca multum, tu ipse tibi materia sollicitudinis sis*, vt ibidem dicitur, hoc autem optimè præstatur per silentem meditationem, vndè Eccl. 32. ait Sapiens. *Audi tacens, & pro reueren-* Eccl. 32
tia accedet tibi bona gratia. Vbi Hugo in Gloss.

in

2 *in triplici silentio percipiatur doctrina veritatis,*
in silentio a murmure cordis, a strepitu vocis, & a
concupiscentia mundi. Hinc 2.Reg.27. legitur,
2. Reg. 27. quòd Chusi dissipauit consilium Achitofelis,
Chusi interpretatur silentium, Achitofel frater
meus viuens; viuens ergò mundo per affectum;
dissipatur per silentium, & tunc pro reuerentia;
quam exhibet Deo docenti interiùs, vel etiam
Doctori per aurem corporis, accedit conciona-
tori gratia coràm Deo, & auditoribus. Si enim
præmisso opportuno silentio concionator doce-
3 at, fructuosa erit semper illius prædicatio; expe-
rire, & ità comperies.

Secundum documentum est circà rationem,
quæ primùm tenet locum in homine, & à qua,
4 cèu à fonte deriuantur omnia tàm bona, quàm
mala; quarè regulanda est ipsa ratio, vt sit sana,
& integra, alitèr frustra exsiccantur riui, si fons
non obstruatur: Sciendum ergò, quòd ratio quin
que actus habet, videlicet actum cogitandi in-
quirendi, iudicandi, memorandi, & eloquendi,
benè enim cogitando inquirimus, benè inquiren
do iudicamus; ad bonum autèm iudicium memo
5 ria necessaria est, & ex his omnibus benè præsti-
tis sequitur bona, prudens, & fructuosa eloqu-
tio: & quoniam voluntas in omni cogitatione
6 princeps est, vt dicitur in libro de vita solitaria,
nam voluntas cogit memoriam, vt materiam
proferat, cogit intellectum, ad formādum. quod
profertur, (siquidèm tria hęc sunt, quę complent
cogitationem, voluntas, memoria, & intellectus)
ideò super omnia regulanda est voluntas; quo-
7 modo autèm idem D.Bernar. in eodem libro de
vita solitaria docet, vbi ait. *Quòd voluntas in spi*
ritualibus, & in his, quæ ad Deum sunt, cum vult
quod potest, laudanda est, cum vult, quod non po-
test, & plus quàm potest regenda est, cum demùm
non vult, quod potest, excitanda est, & prouocan-
da. Est igitur documentum concionatori, vt ca-
ueat ab his, quæ sunt suprà vires suas, nec illa cu-
rare velit, dicitur enim Prouerb.23. *Non erigas*
Prou. 23. *oculos tuos ad opes, quas habere non potes; sed pru-*
Eccl. 3. *dentiæ tuæ pone modum*. Et Ecclesiast.3. *Altiora*
8 *te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris*.
Roman. 12. Item Roman.12. *Non plus sapere, quam oporteat*
sapere. Et Seneca. *Id quære, quod potes inuenire,*
Seneca. *id disce, quod potes scire*. Hæc intantùm dicuntur
à nobis, vt cautos reddamus concionatores; sunt
enim aliqui ex eis, qui quantò ignorantiores sūt
tantò difficiliora prædicare contendunt, certè
quia non charitas, sed ambitio, & ipsorummet
ostentatio in illis dominatur; ea igitur conciona
ri debent, quæ sibi cognita sunt, & alijs persua-
dere, quæ sibi primùm persuasa sunt, seipsum
metiendo.

9 Tertium documentum ex eodem Bernar. su-
D. Bernar. per Cantic. *Scias, inquit, quo ordine, quo studio, &*
quo fine nosce quæque oporteat, quo ordine vt illud
prius, quod maturiùs ad salutem, quo studio, vt id
ardentiùs, quod vehementiùs ad amorem exci-
tat; nimirùm Dei. *Quo fine vt ad sui, & proximi*
ædificationem. Subdit idem Sanctus. *Sunt enim,*
qui scire tantùm volunt, vt sciant, & turpis cu-
riositas est, & sunt qui scire volunt, vt sciantur; 10
& turpis vanitas est, & sunt, qui scire volunt, vt
scientiam vendant, & turpis quæstus est, & sunt
qui scire volunt, vt ædificent, & charitas est, &
sunt qui scire volunt, vt ædificentur, & prudentia
est. Tu ergo concionator duos tibi elige modos
vltimos sintque cordi tuo infixi, vt semper ædifi
ces, necnon ædificeris.

Quartum documentum est pro rectè memorā
do, vt (inquam) caueas à multitudine eorum, quæ
leguntur, vel audiuntur: sic enim contingit, vt me-
moria confundatur ex multitudine eorum, quæ
quis legerit, vel audiuerit, quarè Seneca epist.2. Seneca.
Cum multa percurreris, vnum excipe, quod illa
die decoquas. Idem. *Distrahit animum multitudo* 11
librorum, itaq; cum legere non possis, quantum ha
bueris, sat est habere, quantum legas. Rumina-
tione ergò longa infige memoriæ, quod non vis
obliuisci, & si labilem habeas memoriam, Scri-
ptura huius defectum suppleat. *Sapientiam scri-* 13
be tempore vacuitatis, dicitur Eccl.38. idest visu, Eccles.
& experientia disce, & firmitèr retine, & hoc in 38.
tempore vacuitatis, idest in ocio sancto, Bis enim
scripsit Dominus Decalogum populo Iudæorum
in tabulis lapideis, vndè etiam habenti tenacem
memoriam necessaria est scriptura.

Quintum documentum est pro rectè interpre
tando. Cum enim ad interpretationem necessa-
rij sint duo actus, nimirùm excogitatio, & signifi-
catio, sic ordinare debet concionator ea, quæ 12
verbis exteriùs significat, vt primùm sint diligen
ter excogitata, vt (inquam) ea tantùm proferat.
quæ solida, indubia, & omninò vera sunt; patet
enim, quòd inter disputantes in scholis hic mos
inualuit, vt nullum dictum admittant, quòd non
sit apertè clarum, & manifestum, ac vt dicam con
uincens intellectum, quarè Psalmo. *Os iusti me-* Ps.36.
ditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iu-
dicium: priùs meditandum in ore cordis, quàm 14
proferat ore corporis, Ecclesiast.21. *Labia impru* Eccles.
dentium, stulta narrabunt, verba autem pruden- 21.
tium statera ponderabuntur; super omnia autem
oratio sit concionatori familiaris. Hæc pro quæ-
sito sufficiant.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm Appetitus sciendi sit nobis à natura.

ET videtur, quòd non primo, quia omne scire, siuè omnis scientia habetur ab homine, ergò non desiderat scire (siquidem desiderium est rei non habitæ, ob hoc enim datur motus progressiuus in animalibus 3.de anim. 3. de an. tex.44. probatur antecedens quia scire est accidens, omne autem accidens habetur à suo subiecto.

Secundo

Secundo, Desiderium hominis est per voluntatem, quæ libera est, ergò non naturaliter appetit scire.

Tertio, Desiderium naturale non frustratur, vt dicit commen. 2.phys.co.1.& experimur multos nescire, ergò. *Comm.*

Quarto, quilibet appetitus est per aliquam similitudinem, & conuenientiam præexistentem, ergò ante scire in homine præcedit aliud scire; & sic intellectus non est tanquàm tabula rasa, in qua nihil est pictum, hoc verò est contra Philos. 3.de anim.tex.14.ergò *De ani. t.14.*

Quinto quod appetitur ab homine est sibi prę cognitum, namq; vis appetitiua sequitur cognoscitiuam, sed hoc est falsum, tùm quia scire non est per cognitionem sensus, cuius non est scire; nec per intellectum, vt dictum est, ergò

Sexto, appetitus naturæ est determinatus ad vnum; at scire est multiplex, ergò

Septimo, secundum August. sunt quędam, quę meliùs est nescire, quàm scire, vt habetur distinc. 38.cap.Quamuis, ergò aliqua scientia est mala de se, sed appetitus naturalis non fertur in malum, ergò.

Arist.t. metaph. tex.1. Sed contrà est author. Philosophi in proœm. metaph. inquientis, quòd omnes homines natura scire desiderant.

Respondeo seruato ordine prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI.
SVMMA.

1 *Appetitus quandoquè pro actu elicito, aliquando pro inclinatione ipsa rei cuiuscumq; accipitur.*

2 *Appetitus in homine triplex est.*

3 *Appetitus naturalis ratione tantùm distinguitur à re ipsa.*

4 *Scire pro omni actu perfectiuo intellectus, quandoq; sumitur.*

QVo ad primum, *Vtrùm appetitus sciendi, &c.* Sciendum, quòd appetitus hoc in loco non sumitur pro aliquo actu elicito cuiusuis virtutis appetitiuæ eo modo, quo volitionem dicimus actum esse elicitum ipsius voluntatis, quæ in natura tantùm intellectuali reperitur, sed sermo est de ipsa inclinatione consequente vnamquamque rem ex eo quòd res quædam est, siuè natura aliqua. vnde D.Th.p.1.q.80. ar.1.dicit quod in homine triplex est appetitus, nimirū naturalis, animalis & rationalis, Appetitus naturalis nihil aliud est, nisi inclinatio sequēs formā, vel rē merè naturalem; appetitus verò animalis sequitur formam secundum esse apprehensum à virtutibus sensitiuis, quæ potentiæ cognoscitiuæ dicuntur, quemadmodum rationalis dicitur, qui sequitur formam secundùm esse apprehensum per intellectum, quarè tantùm in natura intellectuali reperiri potest; vndè sequitur, quòd appetitus naturalis ratione tantùm distinguitur à reipsa, siuè à natura rei; quæ omnia magis clara erunt in puncto sequenti. 3 *D.Tho. par.1 q. 80.art. 1.* 1 2

Sciendi sit nobis à natura, Scire hoc in loco nō sumitur strictè modo quo in primo Poste. definitur, *quòd est habitus per demonstrationem acquisitus,* sed largè, & generalitèr pro omni actu perfectiuo intellectus, siuè sit habitus, qui dicitur intellectus, siuè sapientia, siuè scientia, &c. ità tamē quòd persistatur in cognitione, quæ non descendit ad opus; namque Aristot. assumit sententiam, quam adduximus in argumento, sed cont. ad probandum quòd scientia secundùm se est appetibilis etiam quòd nihil indè pro suis assequatur; sed scire tantùm potest habere rationem finis. *Arist.1 Post.* 4

Sensus ergò planus, & apertus tituli quæsiti est *Vtrùm appetitus sciendi*, idest eius actus, qui sua natura perfectiuus est virtutis, siuè potentiæ intellectiuæ in homine *sit nobis à natura*, idest. Vtrùm intellectus quatenùs res quædam est in suo tamen genere habeat propensionem ad eum actum, quem nos scire appellamus, largè tamen vt dictum est, sicut perfectibile naturalitèr fertur in suam perfectionem, vtpotè sibi coaptatam, & proportionatam. Et hæc quo ad primum.

PVNCTI SECVNDI
SVMMA.

1 *Appetitus naturalis diffinitio, cum applicatione ad hominem.*

2 *Radix appetitus naturalis in qualibet re; quanàm sit.*

3 *Deus naturaliter quiescit in semetipso.*

4 *Appetitus naturalis in Angelis, quomodo.*

5 *Appetitus naturalis rem omnem sequitur, siuè completa sit siuè non.*

6 *Appetitus naturalis in omni natura, gradu, & in omni modo reperitur.*

7 *Primùm in posteriori semper reperitur.*

8 *Appetitus plures in omni natura eminentiori, secundùm conditionem eminentiæ saluatur.*

9 *Opinio diuersa philosophorum circa formas rerum.*

10 *Opinio ponentium plures formas in eodem composito reprobatur.*

11 *Forma quæ primò recipitur in materia, constituit in esse substantiali.*

12 *In homine, & quacumq; re, vna est tantùm forma substantialis.*

13 *Appetitus naturales diuersimodè inclinant pro qualitate rerum, quarum sunt appetitus.*

14 *Appetitus hominis naturalis dicitur quantùm ad modum, non quantùm ad obiectum.*

15 *Appetitus naturalis semper est ad bonum proportionatum.*

16 *Voluntas naturalitèr fertur in vltimum finē, salua libertate in exercitio actus.*

17 *Appetitus animalis, & rationalis constituunt potentiā*

potentias realitèr distinctas à potentijs cognoscitiuis.

18 *Appetitus animalis, & rationalis quibus distinguantur.*

19 *Ad animam vegetatiuam nullus sequitur appetitus proprius.*

20 *Appetitus plures in homine quomodo idem; & quomodo diuersi.*

QVo ad secundum not. primò, quòd appetitus naturalis, ità potest diffiniri, videlicèt, *quod nihil aliud sit nisi inclinatio rei, sequens formam, vel rem merè naturalem, vel etiam gradum animæ in eo, in quo communicat cum formis merè naturalibus, quæ inclinatio est ad conueniens consequendum, vel in consequuto ad quiescendum*, in qua diffinitione omnia, & singula animaduertenda sunt; sic, vt nec minimum verbum
1 prætereat implicat enim omnia necessaria, quæ opportuna sunt ad nostram intentionem; quapropter ea declarare conabimur.

Dicitur ergò primò, quòd *est inclinatio rei*, id est propensio sibi indita à natura, vel ab authore naturæ eo modo quo grauia inclinatione naturali tendunt deorsum, & leuia sursum; quam inclinationem certè non dederunt sibijpsis, sed ipsis data est à generante; quarè non distinguitur realiter à reipsa, vt dictum est, sed tantùm ratione, si quidem iste appetitus, seù inclinatio ponitur inter relatiua secundùm dici, quæ primò significant ipsam rem, secundò habitudinem: vndè licèt ipsa res sit completa in suo esse essentiali, nihilominùs, adhuc remanet cum propensione ad vlteriorem perfectionem; nec est inconueniēs cum huiusmodi relatio sit trascendentalis & non de prædicamento ad aliquid.

Quòd si quæras quæ nam sit radix huius appetitus, dicendum quòd in materialibus nullum est inconueniens dicere, (vt aliqui dicunt) quòd illius radix sit potentialitas, vel priuatio. cum e-
2 nim materia sit indifferens ad omnes formas naturales habita vna forma adhuc remanet in potentia ad alias, vt potè quæ illis est priuata: Verùm hæc radix non est vniuersalis, nec vniuersalitèr verificatur de omni habente naturam, nàm Angeli, seù intelligentiæ, imò & Deus ipse, sunt naturæ quædam, & tamen in eis nulla est potentia, seù priuatio maximè in Deo, qui omninò est perfectus.

Vndè absolutè loquendo, & vniuersalitèr dicēdum, quòd radix huius naturalis appetitus est ipsamet natura rei; nam illicò ac ponitur in rerū natura estquè res aliqua, ad illam sequitur talis inclinatio.

Et si obijcias hoc non posse subsistere stante, quòd inclinatio sit appetitus rei consequendæ, quarè saltèm Deus non habebit talem inclinationem, ex quo non potest ferri in rem aliam à se; cæterùm hæc instantia nulla est. Dicimus enim,
3 quòd ipsemet Deus habet quietem in semetipso complacetq; sibi de sua bonitate, quam naturaliter communicat ad intra, vt alibi dicetur à nobis data occasione, & hoc idem proportionaliter dicimus de intelligentijs, siuè Angelis, quòd naturali hoc appetitu, appetunt ipsorum etiam conseruationem, & vlteriùs aliquas perfectiones ac- 4
cidentales, quæ ipsis adueniunt, per consequutionem naturalem, siuè naturalem resultantiam.

Dicitùr secundo: *Sequens formam rei, vel rem merè naturalem:* ad insinuandum quòd iste appetitus naturalis reperitur non solum in naturis cōpletis, vt sunt essentiæ rerum, sed etiam in ipsa materia. Etenim materia ipsa nudè considerata, 5
hoc naturali appetitu appetit perfici per ipsam formam: qua habita, eodem appetitu quiescit in illa. Et licèt materia prima sit pura potentia, nihilominùs habet talem inclinationem, quæ realiter est ipsamet materia, cum tali ordine ad formam. quidquid minus benè intelligentes dicant.

Dicitur tertio, *vel etiam gradum animæ in eo, cum quò communicat cum formis merè naturalibus.* Ratio huius est, quia iste appetitus naturalis 6
sequitur omnem naturam, & omnem modum naturæ, & etiam omnem gradum naturæ; quarè licèt diuersæ sint naturæ, v.g. vna infinitæ perfectionis, quæ est Deus, alia merè naturalis, alia sensitiua, alia intellectualis, non tamen tollitur quin sint aliqua natura. Et quia primum reperitur in quolibet posteriori, licèt non è contra non obstante quocumquè gradu perfectiori, qui reperitur in diuersis naturis non excludunt gradum inferiorem, quinimò necessariò illum includunt vt patet in animalibus, quæ vltra hoc, quòd habent esse cum corporalibus, & viuere cū vegetabilibus addunt vlteriùs gradum sensus, qui constituit in esse animalis; & sic ascendendo ad hominem, qui vltra prædicta est etiam intellectualis. Et quia hoc, quod dicimus natura, omninò identificatur cum re, cuius dicitur natura, siquidèm animal inquantùm animal & homo inquantùm homo sunt naturæ quædam, & hoc idem de intelligentijs dicimus, & de Deo. hinc sequitur, quòd talis inclinatio merè naturalis reperitur in omni & quacumquè re quomodolibet existente; vndè In talibus naturis eminētioribus vltrà appetitum 8
naturalem, & alij reperiuntur appetitus perfectiores secundùm gradum eminentiæ, quam habent, & etiam in Deo, si tamen in sui ratione nullam dicant imperfectionem.

Quod vt clariùs percipiatur recolendum est, quòd inter philosophos duplex est opinio circà formas rerum; Aliqui tenent, quòd in composito 9
puta homine sint plures formæ substantiales, vna v.g. secundùm quam habet esse corporeum, alia secundùm quam habet esse vegetatiuum, tertia secundùm quam habet esse sensitiuum, vltima secundùm quam habet esse intellectiuum, qua constituitur in esse hominis vt sic; vndè secūdum istos plures erunt appetitus naturales realiter distincti secundùm diuersitatem realem ipsarum forma-

formarum. Verùm quia ista opinio est impossibi-
10 lis,& repugnat veræ philosophiæ,quod hac sola
ratione conuinci potest,nam ex hac opinione se-
quitur, quòd homo (vt stemus in exemplo dato)
non esset compositum substantiale,nam sola for-
ma,quæ immediatè recipitur in materia est,quæ
dat esse simplicitèr, & substantiale omnis au-
tèm alia superueniens non facit esse simplicitèr,
sed secundùm quid, idest dat aliquod esse parti-
11 culare, & determinatum; vt videre est in albedi-
ne, quæ quia aduenit subiecto iam præexistenti,
dat esse album, & non esse simpliciter; quapro-
pièr necessariò dicendum est,quòd in homine,&
in quocumque alio compositovna tantùm sit for
ma substantialis,quæ in homine est anima intel-
lectiua, in cuius aduentu corrumpuntur omnes
præcedentes,quæ ceù dispositiones per ordinem
ad illam præfuerunt: quarè ipsa immediatè reci-
12 pitur in materia vnicaq; existens gerit vices om
nium inferiorum formarum,& sic non solùm dat
esse,sed esse corporeum,esse animatum, esse sen-
sitiuum,& vlteriùs esse intellectiuum,quod com-
plet & perficit naturam humanam, & hæc ratio,
quia sola conuincit intellectum benè dispositum
sola adducitur pro veritate circà hanc difficultà-
tem quantum sufficit ad propositum nostrum.

Ex his igitur planè constat id,quod à nobis di
ctum est nimirùm, quòd *appetitus naturalis se-
quitur formam merè naturalem,vel animam in eo
in quo communicat cum formis merè naturalibus.*
Enimuerò eadémet anima intellectiua in homi-
ne causat in eodē,& appetitum naturalē,ac si es-
set forma merè naturalis, & animalem, ac si es-
set forma merè animalis,& intellectiuum,ac si es
set forma merè intellectiua,& vlteriùs,quia vt di
ctum est licèt diuersæ sint naturæ quarum vna al-
tera perfectior est vnaquæq; etiam secundùm il-
lum gradum perfectiorem habet appetitum na-
turalem conuenientem illi gradui, & ampliùs a-
lium superiorem appetitum.Constat enim quòd
naturalis appetitus materiæ est ad formam sub-
stantialem, vt existat ipsum autèm compositum
non potest habere appetitum ad formam substā-
13 tialem, cum iam illam habeat, sed habet alium
appetitum, vt v.g.lapis in ordine ad locum deor
sum,ignis ad locum sursum,itèm planta vt plan-
ta, idest vt animata anima vegetatiua habet suā
naturalem inclinationem: hoc idem dicimus de
animali inquantùm animal & de homine inquan
tùm homo; imò iste naturalis appetitus sequitur
omnem etiam virtutem, & potentiam animæ,
nam oculus naturali inclinatione fertur in visibi-
le, auditus in audibile, & intellectus in ipsum in-
telligibile. Vndè appetitus hominis inquantùm
14 homo erit naturalis quo ad modum non autem
quo ad obiectum. Hoc idem dicimus de appeti-
tu animalis inquantùm animal. Animaduerten-
dum tamen,quòd,ly,inquantùm in consimilibus
locutionibus refert rem, quæ est natura, quæ-
cumq; illa sit, non modum, seu rationem forma-
lem secundùm quam supereminet,vel distingui-
tur ab inferioribus naturis, & hoc benè, & cautè
notandum est.

Dicitur quarto, *quæ inclinatio est ad bonum*,
nimirùm conformæ,& proportionatum cuilibet 15
naturæ, siuè consequendum, siuè vt in illo quie-
scat,quia non est necesse, quòd obiectum talis ap
petitus naturalis in omni natura sit separatum se
cundùm rem,& debeat acquiri,licèt in aliquibus
naturis reperiatur separatum,& acquisibile.Qua
ratione in animalibus perfectis datur virtus pro-
gressiua,qua possunt acquirere sibi cibum conue-
nientem. At Deus naturalitèr appetit suam bo-
nitatem non vt illam assequatur, sed vt semper
illa fruatur; sic de Angelis dicendum est per ordi
nem ad perfectiones naturales ipsorum.

Not. secundo, vt iam pateat aditus ad quæsi-
tum, quòd appetitus animalis, vt in præcedenti
puncto dictum est, est qui sequitur formam ap-
prehensam per sensum, & intellectiuus, qui se-
quitur formam apprehensam per intellectum,&
dicitur voluntas, quæ vt distinguitur ab appeti-
tu naturali non fertur in bonum, nisi præcogni-
tum;at ipsa voluntas vt natura quædam est, natu
raliter,& non liberè fertur in vltimum finem sub
ratione communi; imò & sub ratione speciali (si 16
tamen illa sit clarè cognita;) voluntas enim non
potest non velle vltimum finem si spectemus spe
cificationem actus,licèt sit libera etiam respectu
vltimi finis quo ad exercitium;quia(inquam)po-
test non exire in actum volendi, licèt nunquam
in actum nolendi.

Et isti duo appetitus animalis, & intellectiuus
ex vna parte, & naturalis ex altera parte, discri-
minantur etiam in hoc, quia constituunt poten-
tias realiter distinctas a virtutibus cognoscitiuis, 17
vt patet in appetitu sensitiuo, qui diuiditur in
irascibilem,& concupiscibilem:siquidem est po-
tentia diuersa à cognitione sensitiua, item volun
tas realiter differt ab intellectu, & in solo Deo
sunt idem realitèr propter omnimodam illius
simplicitatem. Quomodo autem differant appe-
titus rationalis & animalis formalitèr loquendo
patet,quia rationalis est formalitèr liber,cuius li 18
bertatis radix est intellectus;non sic animalis ap-
petitus;& insuper ille fertur, & ferri potest in bo
num vniuersale, & spirituale, non sic appetitus
sensitiuus.

Quòd si quæras, quarè in hactenus dictis non
fiat aliqua mentio specialis de appetitu conse-
quente animam vegetatiuam, quemadmodum
fit de anima sensitiua,quæ specialem habet appe
titum contradistinctum appetitui naturali;facilè 19
& breuitèr dicendum est, quòd non est par ratio
vtriusque partis; appetitus enim animæ vegeta-
tiuæ ex quo nullam sequitur cognitionem, non
distinguitur ab appetitu naturali, habetque eun-
dem modum quò natura ipsa,quare nec de eo di
cendum est in speciali.

Not.tertio,& vltimò pro confutatione sophis
ma-

matum, quæ in cōsimili materia contingere pos-
10 sunt, quòd si v.g. in homine spectemus radicem diuersorum appetituum, qui in illo sunt, omnes erunt dicendi rationales, quia certè sunt ab vna, & eadem anima rationali, quemadmodum in animali sunt ab eademmet anima sensitiua; verùm non sic facienda est consideratio, sed formaliter secundùm quòd induunt gradum superiorem, & quo ad modum, & quo ad obiectum, & sic appetitus rationalis, vt sic, est alius ab animali, vt sic, & à naturali, vt sic, formalitèr considerando omnia: quicquid sit subiectiuè accipiendo vnumquemque eorum, quatenus (inquam) radicantur in vna, & eadem re. Et hæc de secundo dicta sint.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Homo secundùm appetitum rationalē non fertur vniuersaliter in scire.*
2 *Intellectus qualitèr dicatur naturaliter appetere ipsum scire.*
3 *Intellectus pura potentia, in genere intelligibilium est.*
4 *Intelligere propria hominis operatio est.*
5 *Appetitus naturalis est ad suum primum principium.*
6 *Rationes D. Th. sibi inuicèm subordinātur quatenùs probant hominem naturaliter ferri in ipsum scire.*

QVo ad tertium. Conclusio prima est. Dictum Philosophi, quòd omnis homo natura scire desiderat non potest verificari de appetitu intellectiuo, siuè rationali formaliter, idest, quatenus distinguitur à naturali.

1 Probatur, quia talis appetitus est formaliter liber, ac eò non necessarius, & dicitur voluntas, quæ realiter distinguitur ab intellectu. Constat autem quòd Arist. intendit monstrare quòd homo necessariò desiderat scire, & per appetitum, qui sit ipsemet intellectus.

Secunda conclusio, Non potest verificari dicta propositio de appetitu sensitiuo.

Probatur, tùm quia sensus est singularium, scientia verò vniuersalium, tùm quia sensu sensibilia tantùm cognoscimus, nos verò appetimus scire non solum sensibilia, verùm & alia ergò

Tertia conclusio. Propriè dicta propositio ve-
2 rificatur de appetitu naturali quatenus identificatur intellectui; sic enim naturaliter omnes homines scire desiderant, idest intellectus vt natura quædam est, sua inclinatione fertur ad ipsum scire modo declarato in titulo quæsiti.

Probatur primo, quia sicut se habet materia ad formam in genere entium, sic intellectus ad scientiam; nam ex 3. de anima, sicut materia ex se est pura potentia ad formam, sic intellectus in genere intelligibilium est in pura potentia ad sciē-
tiam, & non perficitur nisi per eā; sed ex eo quòd 3
materia est in pura potentia ad formam appetit illam: ergò & intellectus scientiam.

Probatur secundo, quia quęlibet res habet naturalem inclinationem ad propriam operationem; at calidum ad calefactionem, lucidum ad illuminationem, &c. sed propria hominis operatio est intelligere, ergò

Probatur tertio eadem conclusio; ex hoc quia 4
vnicuique rei inest inclinatio, vt vniatur suo primo principio, quod est vltima illius perfectio, sed homo non potest vniri Deo, nisi per intelle- 5
ctualem cognitionem, ergò

Pro declaratione propositionis huius vltimi syllogismi animaduertendum, quòd inclinatio ad suum primum principium in vnaquaq; re debet intelligi modo conuenienti, & possibili suæ naturæ; cum ergò homo sit naturæ intellectualis relinquitur, quòd naturaliter appetat vniri suo primo principio per cognitionem.

Aduertendum secundo, quòd rationes, quę adducuntur à D. Thom. pro declaranda sententia Philosophi, sibi inuicem subordinantur: nam appetens primam perfectionem, idest scientiam appetit propter secundam, scilicet scire, & scire appetit propter vnionem ad suum primum principium, & finem, quod est principale obiectum ipsius intellectus in ratione perfectionis; verùm D. 6
Thom. distinguit eas in tres rationes quasi disparatas, tùm quia vnumquodq; istorum habet specialem rationem appetibilitatis; tùm quia si tres rationes essent collectæ in vnam propositionem hypoteticam; tandem resolutio fienda esset in tres cathegoricas; siquidem veritas propositionis hypoteticæ apparet per resolutionem ad cathegoricas, quarè hinc clarè cognoscere possumus, quā vanè Antonius Andreas impugnet D. Thom. & ex his omnibus liquidò apparet quàm rectè Aristot. dixerit quòd omnis homo natura scire desiderat, & quòd sciendi desiderium inest nobis à natura, vt natura dicit ipsūmmet intellectum cū tali habitudine ad ipsum scire, in sensu prædeclarato. Et hæc de tertio dicta sufficiant.

PVNCTI QVARTI. SVMMAE.

1 *Intellectus non nisi informatus specie, exit in actum sciendi.*
2 *Scire duplex in homine reperitur, naturale, & liberum.*
3 *Sciendi desiderium non nisi per accidens frustratur.*
4 *Aptitudo intellectus ad scire, quasi ipsius scire similitudo dicitur.*
5 *Scire primum non est cognitum à nobis.*
6 *Scire primum est determinatum & vnum.*
7 *Scientia nulla mala est secundum se,*

QVo ad quartum ad argumenta facilè dicimus. Ad primum quòd eodem appetitu appetitur perfectio propria, in ea què consecuta delectatur, & quiescit appetens. Et si quæras cum accidens educatur de potentia sui
1 subiecti, à quo, & quomodo educitur ipsum scire? Dicendum quod scire educitur de potentia intellectus informati specie intelligibili, inquantùm mediāte lumine intellectus agentis mouetur ab ipso, vel à propositione per se nota, & sic non incōuenit quòd intellectus vt motus ab alio producat aliquid in se ipso.

2 Ad secundum dicitur quòd duplex est scire; quoddam, quod præcedit iudicium deliberatum rationis, & hoc appetitur non per voluntatem, sed per intellectum tanquàm illius perfectio, & bonum, vt dictum est; aliud scire est, quod sequitur tale iudicium, & hoc acquiritur liberè eo modo, quo liberè magis vnam scientiam, quàm aliā appetimus, secùs verò est, loquendo de cognitione, ad quam terminatur intellectus secundùm naturalem suum appetitum.

3 Ad tertium dicitur, ꝙ frustratur per accidens iste appetitus naturalis, nimirùm per impedimentum conditionum, & principiorum indiuidualiū non tamen ex toto vt dictum est.

Ad quartum dicitur, quòd scire primum est in nobis per aliquam similitudinem virtualem,
4 licet non actualem; & hæc similitudo, est ipsius intellectus aptitudo ad scire, qua aptitudine mediante etiam lumine intellectus agentis, causatur scire primum, quod est cognitio primorum principiorum; & eis mediantibus cognoscimus alia.

Ad quintum dicitur, quòd primū scire est præcognitum non à nobis, sed ab authore naturæ; quarè non voluntate libera, sed naturali inclina-
5 tione, ferimur ad primum scire.

Ad sextum dicitur, quòd primum scire, est determinatum, & vnum: siquidem omnes (median-
6 te lumine intellectus agentis) præsentatis terminis assentimur primis principijs secus de alijs.

D. Aug. Ad septimum, ex D. August. dicitur quòd nulla scientia est mala de se, sed tantum, vel quia at-
7 tendendo vilibus retardamur à cognitione meliorum, vel quia eis malè vtimur, putà ad curiositatem, seù ostentationem; quare Apost. 1. Cor.
1. Cor. 8 8. *Scientia inflat.* & Sap. 13. *vani sunt sensus ho-*
Sap. 13 *minis, in quibus non subest scientia Dei*, de qua Dei scientia ibidem cap. 10. dicitur, *& dedit illis scientiam Sanctorum, & honestauit illum in laboribus suis.* Et hæc de quarto dicta sufficiant.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *HOminum nullus nascitur magister.*
2 *Sapientiam sibi quærat, qui sapiens esse vult.*
3 *Deus secundùm cursum ordinarium docet hominem, medio labore proprio.*
4 *Humilitas necessaria volenti sapientiam.*
5 *Veritas tacendo discitur.*
6 *Christus in medio Doctorum audiens, & interrogans.*
7 *Pythagoricorum doctrina silentium fuit.*
8 *Augustinus viguit maximo ingenio.*
9 *Addiscens proficit magis audiendo, quàm legendo.*
10 *Ethnici multùm laborauere pro acquirenda scientia.*
11 *Philosophus, & qui verè sapiens est, non captiuatur.*
12 *Scientia opibus præstat.*
13 *Multi pro philosophia consequenda opibus cesserunt.*
14 *Desiderium sciendi valdè ardens in homine est.*
15 *Scire recusans Deum habet inimicum.*
16 *Magister, & veritas contra ignarum.*
17 *Oratio necessaria vt sciamus à Deo.*
18 *Oratio qualis facienda pro consequenda scientia à Deo.*
19 *Auditus necessarius pro acquirenda scientia ab homine.*
20 *Meditatio necessaria in omni studio nostro.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum, Animaduertat studiosus concionator, quòd anima nostra nascitur tamquàm rabula rasa, in qua nihil est pictum apta tamen pingi, vt philosophus ait 3. 3. de Anima. 14.
de Anima; quapropter nullus homo nascitur magister, sed scientia vacuus, cum propensione tamen, & inclinatione ad illam habendam; hac de 1
causa Prouerb. 27. adhortamur ad studia, vnde Prou.
Sapiens ibidem ait, *Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possis exprobranti respondere* 27.
sermone. Sicut enim Deus secundùm communem legem corpora sanat mediantibus medicinis, & consilijs medicorum, itèm animas peccati languidas, curat mediantibus medicinis spiritualibus Sacramentorum, & ministerio Sacerdotum ea conferentibus; ita sapientiam debet procurare sibi qui vult sapiens, & doctus haberi: Quamuis 2
enim aliquando præter communem legem sanet Deus aliquos in corpore sine medicinis miraculosè, & in anima sine Sacramentis; tamen secundùm cursum solitùm docet hominem scientiam mediantibus magistris, & laboribus, & exercitijs 3
discipulorum his vacantium. Apostolos enim docuit omnem veritatem, seù omnem scientiam ipse Deus benedictus, sine humana industria; non tamen hoc communiter alijs quibuscumq; præstatur: vndè Hieron. *Quod Apostolis suggerebat* D. Hieron.
Spiritus Sanctus, hoc alijs confert quotidiana in lege Domini meditatio: Laborando igitur in studio acquiritur scientia.

Et hinc colligere debemus, quòd omninò nobis necessaria est humilitas; *vbi enim humilitas* 4
ibi, & sapientia: dicitur Prouerb. 11. & è contra. Prou.
vndè 11.

Greg. vndè D.Gregorius: *maximum veritatis obstaculum est superbia.* Ad hanc verò humilitatem per-
tinet,vt ne quis se ipsũ doceat, nec ab alio quod
Aug. nescit discere erubescat: quare August.de se ip-
so inquit. *Paratus sum ego senex, & Episcopus ab*
omnibus edoceri, vt habetur 24.quæst.3.cap.si ha-
D.Hier. bens, & D.Hieronym.scribens ad Rusticum ait,
discas,quod possis docere, & rationabilem hostiam
offeras Deo, ne sis miles priùs quàm tyro, nec prius
sis magister, quàm discipulus. ità 16.quæst.1.cap.
5 si Clericatus, & cap.præcedenti, *multo tempore*
disce, quæ post modum doceas, & inter bonos sem-
per sectare meliores; tempus tacendi, & tempus lo-
quendi, dicit Sapiens,quia priùs veritas tacendo
Eccl.3. discitur postea docetur: nam Christus qui est sa-
pientia Patris duodenis in templo repertus est
in medio Doctorum non quidèm docens,sed au-
diens, & interrogans illos: vndè idem Hierony.
6 *Pythagoricorum doctrina est per quinquennium*
tacere,postea eruditè loqui. Et si quispiam acutis-
simũ ingenium haberet Augustini,qui omnes do
7 ctrinas liberales, & aliquas etiam mathematicas
per se ipsum legendo nullo tradente homine di-
dicit,meliùs tamen, & certiùs à voce viua, quàm
8 mortua librorum scientiam hausit. nam vt idem
Hieronym.inquit, *habet nescio quid latentis ener*
giæ viuæ vocis actus, & de ore magistri in aurem
9 *discipuli transfusa, fortiùs sonat.* Pertinet ad
hanc humilitatem, quòd discipulus credat regu-
1.Post. lis,& doctrinis magistri, quarè Philosophus *opor*
cap.2. *tet addiscentem credere.* Et Isaias licèt alio sensu,
Isa.7. *si non credideritis non intelligetis.* Idem Hiero-
D.Hier. nym. in prologo Bibliorum ostendit Ethnicos
multùm laborasse pro acquirenda scientia. *Legi*
10 *mus,*inquit,*in veteribus historijs quosdam lustras*
se prouincias,nouos adijsse populos,maria transijs
se, vt eos, quos ex libris nouerant, coram quoque
viderent,sic Pythagoras Menphiticos vates,sic Pla
to Aegyptum, & Architam Tarentinum eam,quæ
nunc Italiæ, quæ quondam magna Græcia diceba-
tur laboriosissimè peragrarunt, & qui *Athenis*
magister erat,& potens,cuiusque doctrinas Acade
miæ gymnasia personabant, & fieret peregrinus,
atque discipulus, mallens aliena verecundè disce-
re, quàm sua impudenter ingerere. Denique cum
litteras, quasi toto orbe fugientes persequitur ca-
ptus à pyratis, & venundatus etiam tyranno cru-
delissimo paruit ductus captiuus vinctus, & ser-
uus,tamen quia philosophus maior emente se fuit.
Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manan
11 *tem de vltimis Hispaniarum Galliarumq́ finibus*
quosdam nobiles venisse legimus. Hæc D.Hieron.
cum multis alijs exemplis,quæ ibidem affert. La-
borandum ergò pro scientiarum acquisitione.
Lactantius. Lactantius in principio de falsa Religione. *Ma-*
*gno,*inquit,*& excellenti ingenio viri,cum se doctri*
næ penitùs dedissent,quicquid laboris poterant im
pendere contemptis omnibus priuatis, & publicis
actionibus ad inquirendæ veritatis studium, se
contulerunt æstimantes multò esse præclariùs di-
uinarum humanarumq́ rerum inuestigare,ac sci-
re rationes, quàm struendis oppidis accumulandis
honoribus inhærere, quibus rebus quoniam terre-
næ,& fragiles sunt,& ad solius corporis pertinent
cultum nemo melior,nemo iustior effici potest. erãt 12
quidem illi veritatis cognitione dignissimi, quàm
scire tantoperè cupiuerunt,atquè ità vt rebus om-
nibus eam anteponerent, nam & abiecisse quos-
dam res familiares,& renunciasse vniuersis volu-
ptatibus constat vt solam nudamquè virtutem,
nudiquè & expediti sequerentur. Hęc Lactantius. 13
Nulli ergò alteri rei concionator magis vacare
debet,quàm studio veritatis consequendæ labo-
re,& vigilijs.

Et ex his omnibus patet, quàm ardens sit sci-
endi desiderium in homine, licèt namquè multi 14
recusantes laborem ab hoc fine deficiant forsan
ob varias corporum dispositiones obsistentiam-
què conditionum indiuidualium, nihilominùs
frustrari non potest speciei & naturæ desiderium
quin in multis vigeat opereq́; compleatur imò
& in cæteris, in quibus tale desiderium quasi so-
pitum cernimus sui semper relinquit vestigia,vt
omninò verum sit quòd homo omnis gaudeat in
percipiendo veritatem,quòd si quis ità inimicus
sit scientiæ,& veritatis,quòd nullo modo edoce-
ri curet,sciat qui huiusmodi est,quòd si magistro
principali Deo (inquam) benedicto, & ab ipsa- 15
met veritate in die iudicij accusabitur,hac siqui-
dèm ratione verbum, Doceo, cum duplici con-
struitur accusatiuo,habet namq; duplex obiectũ, 16
& personam,quam quis docet & scientiam;si igi
tur non concordes cum scientia, & veritate ipse
Doctor,& Magister cum veritate se concordabit
contra tuam personam ex quo contemptui ha-
bes,& veritatem, & magistrum. Pertingit ergò
homo ad cognitionem veritatis generaliter lo-
quendo dupliciter vno modo per ea,quæ ab alio
accipit, & sic quantùm ad ea, quæ homo à Deo
accipit necessaria est oratio secundùm illud Sap. 17
7. *Inuocaui,& venit in me spiritus sapientiæ:* vn- Sap.7.
dè August. sæpissimè orare solebat hac breuissi- August.
ma oratione. *Deus semper idem nouerim te,noue-* Solliloq.
rim me; nos ante nostra studia dicamus Deo, *bo-* 2.
nitatem,disciplinam,& scientiam doce me; in hac Ps.118.
enim oratione necessaria omnia simul petimus à
Deo, bonitatem in affectu, disciplinam in mori- 18
bus scientiam per ordinem ad Deum, & hoc ex
præsupposita fide in nobis,quia (inquam) *manda*
tis tuis credidi. Quantùm verò ad ea, quæ acci- 19
pit homo ab homine, necessarius est auditus se-
cundùm quòd accipit ex voce loquentis, necessã
ria est etiam lectio inquantùm accipit ꝙ per scri
pturã est traditum, & humilitas prout iam dictũ
est comitari debet & auditum.& lectionẽ;vbi ve
rò adhibet propriũ studiũ inueniendo sibi neces-
saria est meditatio,& sic patet quomodo semper 20
laborandũ sit,nec vnquã quiescendum,donec ad
veram claritatem,quam in Deo habebimus,per-
ueniamus. Hæc de toto quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm diuersi appetitus per ordinem ad diuersas scientias, vel artes, aut etiam mores sint nobis à natura.

ET videtur, quòd vtraque pars veritati consona sit.

Pars affirmatiua probatur primo, quia secundum Damasc. *naturales sunt virtutes, & æqualiter insunt omnibus*: ergò & illarum appetitus erit naturalis, & æqualis.

Dam. li. 3. ort. fi. c. 4.

Præterea ratio est communis omnibus hominibus, æqualisque omnibus, quia si aliquid dematur à ratione iam non erit homo, similiter si addatur, cum *species rerum sint sicut numeri*, at bonum virtutis est esse secundùm rationem vt patet, ergo.

8. meta. t. 4.

Præterea vbi eadem sunt principia virtutum, & easdem oportet esse virtutes, sed intellectus, nimirùm cognitio primorum principiorum in speculatiuis, & synderesis, quæ est iudicatiua primorum principiorum in moralibus, ista (inquam) sunt æqualia, & communia omnibus ergò & appetitus scientiarum & virtutum.

Præterea hoc idem patet ex experientia, inclinamur enim naturaliter ad diuersas scientias, artes, actiones, & negotia diuersi diuersimodè.

Pars negatiua probatur, quia si diuersitas inclinationum ad diuersas virtutes, mores, &c. est à natura, ergò inclinatio ad diuersa vitia pariter erit à natura, ergò ab authore naturæ erunt vitia, hoc falsum igitur.

Respondeo seruato ordine prout in super.

PVNCTI PRIMI, SVMMAE.

1 *Virtutum quædam supernaturales, quædã acquisitæ.*

2 *Virtutes supernaturales qua radice dicantur infundi in nobis.*

3 *Virtutes Theologicæ non infunduntur secundùm capacitatem naturalem, nec ex sola vi arbitrij.*

4 *Virtutes Theologicæ infunduntur in nobis ex diuino auxilio, & libera Dei voluntate.*

5 *Natura hominum est habere fidem, & cætera, & quomodo.*

QVò ad primum, *Vtrũ diuersi appetitus, &c.* Pro huius tituli declaratione animaduertendum, quòd virtutes quædam sunt infusæ, seu supernaturales, vt fides, spes, & charitas; quædam morales, & acquisibiles naturaliter: 1
de primis clarum est, quòd ad illas non possumus habere inclinationem naturalem, siquidèm constat, quòd natura non potest ex se eleuari, vt appetat, quod est supra virtutem, & id quòd est superioris ordinis; quarè Iaco. 1. dicitur, *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est*; relinquitur ergò, quòd sensus quæsiti sit non per ordinem ad has virtutes supernaturales; cæterùm per ordinem ad naturales, vel naturaliter acquisibiles à nobis: verùm quia etiam ipsæmet supernaturales virtutes infunduntur in nobis supposita capacitate naturæ humanæ ad illas quà ratione aliquo modo videntur dici posse naturales: pro huius declaratione breuiter sciendũ est, quòd quattuor sunt rationes quibus imaginari possumus virtutes Theologicas, & quaslibet supernaturales, in nobis infundi; prima radix imaginari potest, quòd sit essentia animę cum suis potentijs; secunda actus liberi arbitrij ex facultate naturæ proueniens; tertia actus eiusdem liberi arbitrij ex Dei adiutorio productus; quarta diuina voluntas diuidens singulis prout vult: Virtutes autèm Theologicæ, vt facilè patere potest, non infunduntur in nobis secundùm capacitatem naturalem modo, quo in Angelis, vt nos alio loco (Deo dante) declarabimus; insuper nec secũdùm actum liberi arbitrij ex facultate naturæ acquisitum, (hoc enim sentire esset Pelagianum) Dicendum igitur, quòd virtutes Theologicæ cæteræq; supernaturales infunduntur secundùm actum liberi arbitrij ex Dei adiutorio productum, ita tamen quòd non propter hoc deducatur quod nõ veniant de foris, imò contrarium omninò asserendum est: etenim hoc diuinum adiutorium diuidit Deus singulis prout vult; & sic tandem in solam diuinam voluntatem istæ diuinæ virtutes reducendæ sunt.

Iac. 1.

2 3 4 (margin)

Quod si contra instetur, tùm ex D. August. de prædest. Sanctorum, cap. 5. *Proinde posse habere fidem, sicut posse habere charitatem natura est hominum*, tum ex D. Thom. expresè dicente, *quod rationalis anima est naturaliter capax gratiæ, & charitatis*, ergò, ità 1. 2. quæst. 113. ar. 10. Ad has obiectiones dicendum, quòd huiusmodi authoritates nihil aliud ostendunt nisi subiectum, videlicet quod natura humana ex quo est intellectualis, habet ex sua conditione quòd sit capax gratiæ, idest non repugnantiam ad illas; in quo supereminet ipse homo alijs brutis animantibus, non tamen sequitur, quòd ad illas homo naturaliter inclinetur ad eas capessendas, quia sic fieret transitus à re, ad modum.

D. August. D. Th.

Redeundo igitur ad quæsitum nostrum, quicquid sit de huiusmodi habitibus, & virtutibus supernaturalibus, an saltem remotè possint dici naturales in sensu declarato: intentio nostra est tantùm inuestigare de inclinatione, seu propensione, quàm positiuè, & naturalitèr habet homo, vel habere potest ad diuersas scientias, vel artes, aut etiam mores, videmus enim, & experimur, vt inter arguendum tangebamus, quòd diuersi diuersimodè se habent ad illas, qua de causa præsens admouimus quæsitum, vt aperiamus nodũ, vndè aliqui magis ad speculatiuas, quàm ad morales, magis ad canonicas & legales, inclinentur, & pro-

& propendantur, & ſic patet ſenſus planus quæſiti;hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 Philoſophi paritèr loquuti ſunt de virtutibus ac de formis naturalibus.
2 Platonis opinio circa praexiſtentiam virtutum in nobis.
3 Auicenna opinio, quòd virtutes in nobis ſunt ex influentia intelligentia.
4 Ariſt. opinio de virtutum naturalitate in nobis
5 Aptitudo ad virtutes eſt nobis naturalis ſecundum ſpeciei, ac indiuidui inclinationem.
6 Intellectus an perfectior in vno, quam in alio.
7 Magis, & meliùs poſſunt diuerſimodè intelligi.
8 Obiectum idem perfectiùs cognoſcitur ab vno, quàm ab alio, & ab eodem ſucceſſiuè.
9 Res non poteſt magis cognoſci, quàm ſua natura cognoſcibilis ſit.
10 Rem aliquam perfectiùs cognoſci ex duplici radice prouenit.
11 Corpus meliùs diſpoſitum coaptat ſibi meliorem animam.
12 Anima intellectiua diuerſos habet gradus indiuiduales.
13 Anima intellectiua non qualecumq; corpus ſibi determinat.
14 Forma diuerſa ſpecifica corpora diuerſimodè diſpoſita exigunt.
15 Corpora humana diuerſimodè diſpoſita diuerſum gradum perfectionis in anima exigunt.
16 Corporum humanorum quacumquè diuerſitate data, numquam fit gradus perfectior in anima vltra ſuam ſpeciem.
17 Anima naturale eſt recipi in corpore, ac eò terminari ab illo.
18 Anima humana an tantùm à corpore ſortiatur gradum perfectionis indiuidualis.
19 Anima humana quælibet à Deo creatur ſecundùm coaptationem ad corpus.
20 Anima, ſi per diuinam potentiam ſubſiſteret ante infuſionem in corpus eundem perfectionis gradum haberet.
21 Anima Adæ perfectior anima Euæ.
22 Anima Chriſti perfectior quacumquè alia anima.
23 Comparatiuè quandoq; D.Tho. loquitur de perfectione animæ humanæ.
24 Anima vna altera perfectior intrinſecè eſt.
25 Ignorantia duplex negationis, & diſpoſitionis.
26 Ignorantia praua diſpoſitionis duplex ſimplex, & ſyllogiſtica.
27 Ignorantia ſyllogiſtica diffinitio.
28 Praua diſpoſitio in principijs omninò damnoſa, & in ſpeculatiuis, & in moralibus.
29 Auerroiſta negant animam intellectiuam multiplicari per ordinem ad corpora.
30 Auicenniſtæ ponunt animal perfectum poſſe ex putri generari.
31 Conſuetudo mala valdè cauenda.
32 Pueri quomodo inſtruendi, & in ſpeculatiuis, & in moralibus.
33 Scientiam, & modum ſciendi ſimul quærere abſurdum eſt.
34 Certitudo nō æqualitèr in omni re quærēda eſt.
35 Metaphyſicalia valdè abſtracta, ac eò improportionata nobis.
36 Differentias ſpecificas, & proprias ignoramus.
37 Cautio adhibenda, ne decipiamur cum addiſcimus.
38 Inclinatio omnis naturalis bona eſt.
39 Fidei quare non poſsit ſubeſſe falſum.

QVo ad ſecundum, quoniam quæſitum iſtud valdè curioſum valdèq; vtile, nobiſq; opportunum eſt abundè, & doctè ni fallimur à nobis declarandum eſt; quarè pro fundamentis.

Notandum primo, ex doctrina D.Thom.p 2. D.Tho.
queſtio.63.ar.1. quòd philoſophi antiqui eo modo loquuti ſunt de virtutibus, quo modo loquuti
ſunt de formis rerum naturalium, ſiuè illarum pe 1
nè ratione, quidam namque philoſophi dixerunt
omnes formas naturales ab intrinſeco prouenire, ità vt formæ naturales verè non producantur
de nouo, ſed incipiant in materia apparere. Alij
è contra dixerunt omnes formas naturales deforis aduenire, ſcilicet à ſubſtantia ſeparata. Alij
demum aſſeruerunt, formas partim eſſe ab intrinſeco quatenùs videlicèt præexiſtunt in potentia
materiæ, & partim ab extrinſeco, quatenùs reducuntur ad actum virtute agentis. eodem pacto de
virtutibus & ſcientijs philoſophati ſunt, nam Pla
tonici dixerunt, omnes virtutes præexiſtere in a- 2
nima, ſeas tamen grauitate corporis impediri, ne
exirent in actum, hocq; præſtari exercitio noſtrūquè ſcire nihil aliud eſſe, quàm quoddam reminiſci. Auicenna autem dixit omnes virtutes ex in-
fluentia intelligentiæ agentis, in nobis produci. 3
Ariſtot. verò multò veriùs docuit, quòd formæ
naturales efficiuntur ab agente naturali ex poten 4
tia, & aptitudine materiæ, ac eò virtutes eſſe in
nobis à natura ſecundùm inchoationem, & aptitudinem, non autèm ſecundùm perfectionem, ità
2.Ethic. in principio. hæc autem aptitudo ad virtutes eſt nobis naturalis, & ex natura ſpeciei humanæ, & ex natura indiuidui; ex natura quidem
ſpeciei, quoniam ineſt nobis naturalitèr habitualis quædam cognitio principiorum, tàm in ſpeculabilibus, quàm in agibilibus; rurſus ineſt no-
bis naturalis inclinatio voluntatis ad bonum: ex 5
natura verò indiuidui, quoniam ex complexione
corporis quidam ſunt magis apti, vel minus diſpoſiti ad virtutem.

Notandum ſecundo, ex eodem D.Thom.p.p. D.Th.
quæſtio.85.articu.7.vbi quærit. *Vtrùm vnam, & eandemmet rem vnus alio melius intelligere poſ-
ſit*; & dicit quattuor valdè adnotanda. Primum, 6

quòd

quòd si dictio magis, vel meliùs determinet actũ
ex parte obiecti non potest vnus eandem rẽ me-
liùs quàm alter intelligere ratio est quia licèt co
7 gnitio ex parte etiam obiecti possit augeri exten
siuè quatenus vnus potest plures conclusiones co
gnoscere de eodem obiecto, quàm alter imò suc-
cessu temporis vnus & idem potest de eodem o-
biecto plura cognoscere prædicata, quàm priùs
8 agnouerit, vt idemmet Doctor Sanctus docet 2.
D.Th. 2.quæst.25.art.5. tamen neque vnus, & idem in-
tellectus, neque plures possunt meliùs, vel magis
cognoscere eandem rem, quam ipsamet res sit
sua natura cognoscibilis, aliàs intellectus esset fal
sus vt patet. Secundum quod dicit D.Thom. est
9 quòd si, ly, magis, vel meliùs determinent actum
ex parte potentiæ intelligentis potest vnus me-
lius eandem rem intelligere, quàm alius. Ter-
tium, quòd dicit est ex duplici capite prouenit,
quod vnus intelligat rem meliùs quàm alter, pri-
mò quia habet perfectiorem intellectum, secun-
10 do quoniam habet perfectiores vires sensitiuas.
Quartum quod dicit est, quantò corpus fuerit
meliùs dispositum, tantò sortitur meliorem ani-
11 mam. Ex his ergò habemus, quòd licet omnes a-
nimæ humanæ secundùm rationem speciei sint
æqualis perfectionis, videlicet substantialis, spe-
cificè loquendo tamen de perfectione etiam sub
12 stantiali; indiuiduali tamen, vna anima est perfe-
ctior, altera substantialitèr secundùm gradum in-
diuidualem. Ratio huius est, quia quemadmo-
dum anima humana non determinat sibi quale-
cumquè corpus, sed corpus ità dispositum, quod
13 sit coaptatum animæ intellectiuæ nam constat,
quòd bruta animantia non solùm secundũ quod
sensitiua tantùm sunt differunt, sed etiam secun-
dùm corpus: siquidèm alia dispositio requiritur,
absolutè loquendo in corpore equino, & alia in
14 corpore asinino; imò vlteriùs dicimus, quòd secũ
dùm diuersitatem complexionis corporum in di
uersis indiuiduis sub eadem specie sortiuntur per
fectiores, vel minùs perfectas animas intellecti-
uas; cum enim anima humana sit substantia spi-
ritualis vnibilis corpori organico per hoc quòd
vnitur corpori accipit esse perfectiùs intra gra-
15 dum naturæ suæ quantùm ad vires suas, idest in-
tellectum voluntatem virtutes motiuas, sensiti-
uas, & vniuersas alias; nec hoc est inconueniens,
quia semper manet esse indiuisibile secundũ spe
ciem ex eo, quia anima humana numquàm ascen
dit ad gradum alicuius formæ superioris, neque
16 descendit ad gradum inferiorem alicuius infe-
rioris speciei, cæterum talium graduum indiui-
dualium diuersitas est intra latitudinem eiusdem
speciei humanæ; licèt namque anima humana sit
determinata secũdùm quidditatem, & rationem
speciei non tamen secundùm perfectionem indi
uidualem, quare cum ista essentia formæ sit inde-
terminata secundùm se quo ad perfectionem in-
diuidualem necesse est, vt terminetur termino na
turæ suæ, quia quælibet res hoc modo termina-
tur, sed sic est, quòd animæ est naturale recipi in 17
corpore, & vniri ei; ideò est ei naturale terminari
termino corporis, sensus est quòd tanta erit per-
fectio animæ in essendo secundum omnès vires
suas, quanta est capacitas corporis, & ideò quan-
tò natura est magis disposita ad recipiendum a-
nimam tantò animam ibi creandam necesse est
perfectiorem esse.

Nec putandum nos velle per hoc dicere, &
docere animam humanam tantùm per ordinem
ad corpus sortiri maiorem, vel minorem perfe-
ctionem, de hoc enim nullus ferè ambigit, sed in- 18
tendimus dicere, & affirmare, quòd anima secun
dùm se, & in se ipsa vna perfectior est altera;
quod vt clariùs pateat imaginare, quòd quando
Deus creando infundit animam, & infundendo
creat in illo priori signo naturæ, quo primò in-
telligimus (secundùm nostrum modum intelli-
gendi) illam quasi subsistere in se ante vnionem
ad corpus, quòd vna sit perfectior altera, sensus
est, quòd Deus creat vnamquamquè animam 19
coaptatam ad tale corpus in indiuiduo, & adeò
ei proportionatam, vt nil sibi prorsus desit: qua-
rè vt exit à Deo iam habet vna anima maiorem,
vel minorem perfectionem, quàm altera, & quòd
nos mouet ad hunc sensum, est, quia D.Th. duas
assignat rationes, quarè vnus perfectiori modo
intelligit eandẽ rem, quàm alter, & quia (inquit)
habet perfectiorẽ intellectum & quia habet per-
fectiores vires sensitiuas.

Licèt autem hoc, quod hactenus dictum est à
nobis æquè benè possit intelligi sumendo totum
per ordinẽ ad corpus, vt multi intelligunt quin-
imò aliqui ità delirant, quòd existiment senten-
tiam aliter intellectam sapere errorem, valdèq;
periculosum esse alitèr sentire, nihilominus ve-
rior, & dignior est sententia quam dicimus, &
docemus nimirùm quòd licèt occasio maioris,
vel minoris perfectionis sit à varia corporum di-
spositione quasi à causa materiali, attamen ani-
ma habet in se talem perfectionem maiorem, 20
vel minorem, ità vt si per diuinam potentiam il-
licò vt creantur in corporibus per se subsisterẽt;
iam haberent in se talem inæqualitatem perfe-
ctionum indiuidualium, & dignificatur hæc opi-
nio, tùm quia tenendum est, quòd anima Adę fue
rit perfectior, quàm anima Euæ, vt habet D.Th. 21
2.Sentent.distin.21.quæst.2.ar.1. ad secundum, D.Th.
& quòd magis vrget anima Christi indubiè fuit
perfectior, quàm anima Iudæ, & cuiuscumquè al-
terius non solùm loquendo de perfectionibus su 22
peradditis, cæterùm de perfectione intrinseca
naturali indiuiduali tamen.

Nec mouere debet D.Thom. dictum 3.p.quę-
stio.69.art.8.ad tertium, vbi dicit quòd diuersa
capacitas naturalis in hominibus non est ex di-
uersitate mentis, cum omnes homines eiusdem
speciei existentes conueniant in forma; sed est
ex diuersa dispositione corporum ex hoc ergò
D.Thom. sentire videtur quòd vna anima non
sit

sit in se altera perfectior, nec intellectus, &c.

Certè hoc nihil est, quia D. Thom. ibidèm loquitur de diuersitate specifica, & per comparationem ad Angelorum naturam: vndè subdit, *secùs verò est de Angelis*; quibus verbis insinuare videtur, quòd diuersa capacitas in Angelis est ex diuersitate specifica inter illos, at in hominibus ex diuersitate numerica per ordinem ad diuersa corpora.

Et quàmuis adhuc possit sustineri, quòd talis diuersitas in animabus sit solùm per ordinem ad corpus, & quòd ideò anima Adæ fuit melior, quia eius corpus magis dispositum, & quod anima Christi ideò melior omnibus, quia habuit ordinem ad corpus, quo non potuit, nec potest dari meliùs intra totam latitudinem corporum humanorum, nihilominùs si fateamur verum, hoc magis est subterfugere, quam soluere. Quomodo enim Deus producit animas in ipsis corporibus posset producere separatas ab illis, & eo prorsus modo, quo anima vna in corpore habet maiorem perfectionem altera, qua è (quæso)
24 hoc idem non habebit in se ipsa separata? & sicut duo homines signati in indiuiduo vnus est perfectior altero secundùm substantiam in indiuiduo: vt patet, siquidem ambo reponuntur in prædicamento substantiæ cur hoc non dicemus de animabus? est ergò ista sententia verior tutior, & quam sequuntur insignes Doctores, vt facilè videre est, & sine dubio secundùm mentem D. Th. Intrinsecè ergò vna anima est altera perfectior perfectione substantiali, indiuiduali tamē, quam perfectionem licèt habeat in se habet nihilominus suam radicem ex diuersitate, & inæqualitate corporum vt dictum est.

Notandum tertio, quòd diuersitas inclinationum ad diuersas scientias quandoquè prouenit ex impedimento superaddito naturæ, videlicèt ex praua consuetudine, quia (inquam) quis non est benè imbutus in principijs, & à principio. Duplicem enim ignorantiam asserit Aristot. 1. Post. cap. 15. reperiri, aliam, quæ dicitur negationis, aliam dispositionis; prima est negatio scientiæ, & quo ad actum, & quo ad habitum, secunda est iudicium falsum de re aliqua, quādo, inquam, quis credit id, quod est contrarium veritati. Prima non dicitur deceptio, secunda vtique. Hæc secunda duplex est simplex & syllogistica, quæ dicitur plures. Prima harum est cum quis habet falsam opinionem de aliqua propositione etiam quòd non sit conuictus aliqua ratione ad sic credendū, sed simplici experientia, vel alicuius dicentis authoritate, vel quouis alio simili modo, vt v. g. si quis credat Solem esse tantum magnitudinis ad modum molæ, quia sic sibi apparet, vel aliquis, qui sit authoritatis apud ipsum sic sibi dixerit. Secunda, quæ dicitur plures, vel syllogistica, est quando quis conuincitur aliqua ratione falsa ad oppositum veritatis. Prima dicitur simplex quia est vnius propositionis, & absque deductione. Secunda dicitur plures, quia est circa propositiones & circa præmissas, & breuiter circa plura, & definitur ab Aristot. ibidèm, *quòd est deceptio circa syllogismum facta*, hæc igitur consuetudo fundata in ignorantia prauę dispositionis adeò potens est, quòd multoties præualet, vt patet in ijs, qui sunt assueti alicui sectæ. hinc enim tanta diuersitas opinionum, sunt namquè qui magis iurant in verbum magistri, quàm in verbo veritatis, & illis sufficit, quòd illorum magister sic dixerit, nec vlteriùs curant de veritate. Dicamus Auerroistis, 28 quòd anima intellectiua multiplicatur secūdùm corpora, & quòd est forma incorruptibilis, licet dans esse corpori credent nos blasphemare. Dicamus Auicennistis, quòd animal perfectum non 29 potest generari ex putri materia ægrè ferent hoc; quia nimirùm nutriti sunt in principijs falsis, ex quibus deducunt has falsas conclusiones, 30 & sicut in moralibus experimur semèl acquisita vitia vix, aut nunquàm dimittuntur secundùm illud: *Semel imbuta recens seruabit odorem testa diu*, & illud Prouerb. *Adolescens iuxta viam suā etiam cum senuerit non recedet ab ea*, sic contingit in speculatiuis, & circa intelligibilia, quia *paruus error in principio magnus fit in fine*. Cauendum ergò quomodo maximè pueri sint à princi- 31 pio benè instructi, & quia logica est scientia directiua veri à falso, ipsaq; sola docet modum acquirendi omnem, & quamcumq; scientiam discooperitq; ænigmata, & versutias fallaciarum ipsa in primis post Grammaticam addiscēda est, nec expectandum quòd simul discant scientias, & ip- 32 sam logicam. *Absurdum enim*, inquit Aristot. *est simul quærere scientiam, & modum sciendi*. Hi similes sunt ei, qui simul docet viam, & discit illā, 33 & medico, qui dat medicinam postea inspicit librum; erudiantur ergò primùm pueri in omni argumentationum genere transeant indè ad scientias, discant primum non eandem certitudinem in omni re quærere, sed secundùm quòd exigit natura rei, non certe certitudo mathematica in omni re est expetenda, *indecens namq; est*, inquit Philosophus, *Mathematicum persuadentem acceptare, & Rhetoricum demonstrationes expetere*. 34 Metaphysicalia enim quoniam abstrahunt à materia secundùm esse, & secundùm rationem in se certissima sunt, sed quoniam improportionata sunt intellectui nostro pro hoc statu, cuius pro- 35 prium est intelligere materialia cum sit materiæ vnitus, ideò de eis non possumus habere demonstrationes certissimas vt in physicis, sed vniuersaliores, quoniam proprias differentias specificas, & proprios effectus specificos in substantijs separatis ignoramus; non ergò eadē certitudine 36 vtendum in omni scientia, nec eodem syllogizādi genere siuè argumentandi, ꝗ si ista animaduertantur, nec facilè decipientur, nec alios decipiēt imò euincent omnem malam consuetudinem in 37 contrarium, poteruntq; per viam rectam ad veritatem inquirendam peruenire.

Notan-

1. Post. c. 15.

Horatius.

Prou. 21.

2. Metaphys.

1. Ethi.

Notandum quartò, & vltimò adhuc pro ampliori declaratione omnium difficultatum circa hanc materiam, de hominum varijs inclinationibus, quòd omnis inclinatio naturalis cuiuscumquè naturæ & rei in quantùm huiusmodi est bona, neque inclinat ad mala, neque rationi aduer-
38 satur, hoc intantùm verum est, quia vt sic huiusmodi inclinationes sunt à Deo authore naturæ; ideò enim dicimus grauia, & leuia moueri à generante, siue illorum authore, quia ipsorum inclinatio est naturalis, ac eadem ratione dicimus primum actum Angeli, qui est amor sui ipsius nō potuisse esse peccatum, quia ex inclinatione naturæ progreditur ita D. Thom. 1. p. quæst. 63. art. 5. *D. Th.* siquidem Deus non potest producere in anima habitum inclinantem ad peccatum, cum hoc suę repugnet bonitati, quemadmodum nec potest in intellectu causare habitum inclinantem ad fal-
39 sum, hac de causa Theologi asserunt fidei nō posse subesse falsum, quia est habitus immediatè infusus à Deo, alitèr Deus diceretur non solùm author peccati, cæterùm etiam peccare, quia tunc se solo nos induceret ad peccatum, cum ipse solus nullo alio concurrente det inclinationes naturales, quarè ex his optimè sequitur, quòd talis inclinatio vt sic, consentanea est rationi & diuinæ sapientiæ, & dispositioni, ac ordini ipsius Dei: vnde Ecclesiast. 7. *Fecit Deus hominem rectum*, & Genes. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona*. Hæc de fundamentis in genere dicta sufficiant, siquidem in sequentibus alia plura scitu digna adducentur a nobis. Hæc de secundo.

Eccl. 7.
Gen. 1.

PVNCTI TERTII SVMMAE.

1 *INclinatio ad diuersas scientias est propter varias affectiones naturales, vel quasi naturales.*
2 *Inclinatio ad virtutes intensior in vno est, quā in alio.*
3 *Inclinatio ad scientias speculatiuas, maximè prouenit ex vigorositate intellectus.*
4 *Inclinatio ad moralia maximè pendet ex prædominio sensus, siuè cogitatiuæ.*
5 *Imaginatione fortes non capiunt, nisi singularia.*
6 *Discrimen inter vigentes ingenio, & illud depressum habentes.*
7 *Philosophi veri natura, & conditio.*
8 *Ingenio vigentes vigēt etiam optima sensuum dispositione.*
9 *Ingenio vigentes apti sunt ad omnem sciētiam.*
10 *Vigentes ingenio, & dociles maximè ad legum studia inclinantur.*
11 *Propensi ad vitæ rectitudinem, maximè inclinantur ad studia legum canonicarum.*
12 *Iudæi iactabant se, quod haberent legem scriptam, quam gentes non habebant.*
13 *Obseruatores legis, non auditores tantùm iustificantur.*
14 *Lex vetus non iustificabat, nisi secundùm reputationem.*
15 *Iustificatio pro opere iusto quandoq; accipitur.*
16 *Obseruare legem absquè hoc, quòd habeatur lex scripta meliùs est quàm eam tantùm habere*
17 *Synderesim, qui sequitur, bonum agit.*
18 *Synderesim, qui sequitur Deus auxiliatur.*
19 *Iob præclarum bonitatis exemplum.*
20 *Virtutum seminaria nobis cōnata sunt vestigia Dei.*
21 *Gentiles sequendo synderesim quasi seipsos excitabant ad bonum.*
22 *Inducere seipso ad bonum supremus dignitatis gradus in hominibus est.*
23 *Inducuntur ad bonum aliqui diuersimodè.*
24 *Pelagianorum error circa opera bona.*
25 *Meritorium opus non potest persona, per vires naturales præstare.*
26 *Ad bonum propensi, & alios bonos pro posse facere conantur.*
27 *Auxilia præstitis Deus gentilibus, maiora regeneratis præstabit.*
28 *Deus cooperatur in coitu damnato, inquantum opus naturæ est.*

QVo ad tertium sit Prima conclusio. Quòd diuersi diuersimodè inclinentur ad diuersas scientias, hoc prouenit ex varia hominum affectione, & inclinatione naturali, vel quasi naturali videlicet consuetudine.

Probatur ex dictis supra quia seminaria virtutum, inchoationesq; illarum sunt nobis à natura, vel à quasi natura, idest consuetudine. 1

Secunda conclusio. Hæc eadem seminaria virtutum, & inclinationes etiam ad easdemmet virtutes, siuè scientias in vno perfectiori modo inueniuntur, quàm in alio.

Probatur, quia intensiùs aliqui inclinantur, quàm alij, qui remissiùs se habent ad illas, & hoc ex varia complexione, & diuersa sensuum, ac intellectus dispositione secundùm diuersitatem in diuiduorum, vt patet ex fundamentis, &c. 2

Tertia conclusio. Inclinatio ad scientias speculatiuas in particulari prouenit ex vigorositate intellectus illiusq; acumine.

Probatur, tùm quia radix cognitionis omniū scientiarum procedit ex tali acumine, & intellectus perspicacitate, tùm quia scientia est vniuersalium, solus autem intellectus in homine fertur in vniuersale. 3

Quarta conclusio. Quòd aliqui inclinentur ad scientias morales, & ad illa quæ maximè versantur circa singularia, prouenit ex prædominio sensus, & maximè cogitatiuæ.

Probatur, quia sensus maximè est singularium nec sine illorum adminiculo intellectus se applicat ad illa. 4

Hinc videmus aliquos esse ità fortis imaginationis,

tionis, quòd non capiunt nisi singularia, nec ali-
5 quid credunt nisi quòd eis demonstratur ad sen-
Metaph. sum, & vlteriùs alij sunt, qui habent intellectum
2.t.15. valdè (vt ita dicam) depressum ad sensum, quòd
nihil prorsus credunt nisi quod testimonio alicu-
ius poetæ comprobatur, vel adducto authore; si-
uè exemplo, vel similitudine alicuius rei corpo-
reæ, & hoc prouenit ex defectu iudicij, non enim
possunt iudicare, verùm ratio eis adducta conclu
6 dat, & è contra, qui hábẽt intellectum vigorosũ,
& rationem benè inquisitiuam, nihil recipiunt,
nisi certitudine, & demonstratione firmatum in
ijs, quæ demonstrari, & cum certitudine haberi
2 Met. possunt? quarè Comment. ait. *Hæc est natura ve-*
t.5. *ri philosophi, nihil recipere, nisi certa ratione fir-*
matum. Debiles verò in ratiocinationibus tristan
tur, si quid (inquam) diligenti, & certo discursu
7 inquiritur, & sunt contenti superficialibus, &
hoc ideò quia non sunt instructi in logicalibus.

Quinta conclusio. Qui præditi sunt vigorosi-
tate intellectus, & ex consequẽti optima sensum
dispositione, & vlteriùs naturaliter sunt benè
8 affecti ad rectè viuendum prout dictamen ratio-
nis fert, hi vt plurimùm sunt apti ad omnem sci-
entiam, & speculatiuam, & moralem, & maximè
ad leges canonicas.

Probatur primo, quod tales sint apti ad omnẽ
scientiam, quia in istis est promptitudo intelle-
ctus, vt patet, sensusq; sunt valdè dispositi ad ob-
9 sequendum ex qua facilitate prouenit, quòd in
illis intellectus sit docilis non solùm in speculati-
uis, verùm & in moralibus. Quòd verò maximè
inclinentur ad leges, & præcipuè canonicas, pa-
tet ex illorum propensione, & affectione ad re-
10 ctam vitam, qualis autem vnusquisque est, tales
& alios facere conatur vt dicitur primo ethic.

Confirmatur conclusio quo ad omnes sui par
Rom. 2. tes authoritate Aposto. Roman. 2. *Gentes quæ le-*
gem non habent naturaliter, ea quæ sunt legis fa-
ciunt eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt
11 *lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus*
suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorũ.

Pro cuius sententiæ declaratione, vt illius vim
ad propositum nostrum habeamus Not. quòd
Apostol. ibidèm intendit reprehendere Iudæos
de illorum iactantia: siquidem se iactabant, quod
12 haberent legem scriptam, quam nullùs gentium
habebat, & hac de causa contemnebant gentiles;
quapropter Aposto. de duobus illos reprehendit
primo quòd cum haberent legem, non tamen il-
lam obseruabant, & tamen hoc erat præcipuum,
quod ab illis requirebat Deus, quarè ante verba
prædicta dicit, *non enim auditores legis iusti sunt*
apud Deum; sed factores legis iustificabuntur, iu-
13 stificabuntur (inquam) tantùm factores, ceu ob-
seruatores legis, non quia per obseruantiam le-
gis condignè possent acquirere iustitiam, qua iu
sti fierent, hoc enim non præstabat illa lex infir-
ma, de qua Aposto. ibidem cap. 3. *Ex operibus le-*
Rom. 3. *gis non iustificatur omnis caro coram Deo*, idest

lex vetus non potuit esse causa, quòd, quis iustus
esset, sed dicebantur iustificari, vel secundùm re-
putationem, quia nimirùm ex tali obseruantia iu 14
sti reputabantur, vel ideò quia exequebantur o-
pus iustitiæ modo, quo de publicano dicitur. *De-* Luc. 18
scendit hic iustificatus in domum suam, quia sci-
licèt publicanus opus iustitiæ fecerat confitendo
peccatum, hoc enim exigit iustitia. Secundùm, in 15
quo reprehendit, est, quòd adeò obseruantia le-
gis est necessaria, quòd si illa ponatur non posita
conditione legis, vel illius in scriptis acceptione,
sufficit, & hoc ostendit Apostol. per comparatio-
nem ad aliquos gentiles, qui licèt non haberent
legem scriptam, quam habebant Hebræi nihilo-
minùs sequebantur dictamen rationis eis inditũ,
ac eò viuebant præstando opera legis non qui-
dem cæremonialia, aut iudicialia ad quæ tantum 16
populus Hebræus obligabatur, sed moralia, &
adeò illa præstabant, quòd nulla lege cogente ip
sos ducti tãtũ dictamine rationis, & habitu syn-
deresis agebant opera de genere bonorũ, licèt e-
nim homo post naturam corruptam per pecca- 17
tum non possit solo lumine naturali omnia, &
singula opera de genere bonorum solis viribus D.Th.p.
naturæ præstare, vt alibi dicemus, potest tamen 2.q.109
aliqua præstare de genere bonorum, & tunc, vt
inquit Soto in expositione huius sententiæ Deus Soto.
succurrebat illis per auxilium speciale illustran-
do eorum mentes altiori lumine, quo possent in 18
Dei amicitiam recipi. Exemplum huius habe-
mus in Iob, qui de seipso loquens dicit hæc ex- Iob 23.
pressissima verba. *Vestigia eius sequutus est pes*
meus, vias eius custodiui. Audiat, quæso, & perci-
piat pius lector, quàm Deus sit bonus, & quomo-
do non sit acceptor personarum, quæ sunt ista ve
stigia Dei, quę Iob sequutus est? certè dicta semi- 19
na rationis ad bonum; *Signatum est super nos lu-*
men vultus tui Domine inquiebat Dauid; quo lu- Psal. 4.
mine ostenduntur nobis bona, & virtute cuius
mandatur nobis, vt sacrificemus sacrificium iu-
stitiæ benè operando, vt ibidem declaratur, & 20
qui præstant tale sacrificium, quasi faciẽtes, quod
in ipsis est, Deus præstò illis adest auxilia maiora
præbendo, & sic succidit Christus Iudæis se ia-
ctantibus de lege accepta sine operum exhibitio
ne; vndè Gentiles quasi mouebant seipsos, sequè
excitabant ad bona opera moti tali lumine natu
rali suggerente eis bonum, & ideò in hoc emine-
bant præstantes talia opera, quia reddebantur 21
magis idonei ad gratiam, quàm Iudæi: vt enim
benè notat D. Thom. in expositione eiusdem sen D.Th.
tentiæ supremus gradus dignitatis in hominibus
est, non ab alijs, sed à seipso induci ad bonum.
Secundus gradus est eorum, qui inducuntur ab
alio, sed sine coactione. Tertius eorum, qui coa- 22
ctione indigent ad hoc, vt fiant boni. Quartus
eorum, qui nec coactione ad bonum dirigi pos-
sunt, de quibus Hierem. 2. *Frustrà percussi filios ve-* 23
stros disciplinam non receperunt. non tamen pro- Hiere. 2.
pter hoc deducamus cum Pelagianis, quòd possi-
mus

mus bona operari viribus naturæ, ac eò non sit
necessarium Dei auxilium: Si enim benè aduer-
24 tantur, quæ diximus minimè hoc deduci potest
ex nostro discursu, tantùm enim asseruimus de a-
liquibus operibus bonis, non ex intentione Dei
præcipientis siquidem opus quomodolibet meri
torium non potest per solas vires naturales præ-
stari, sed ex solo Dei speciali auxilio, quòd vti-
25 què Deus non dedignatur cõferre facienti quod
in se est.

Ex his ergò habes, quantum valeat in aliqui-
bus bona naturæ inclinatio, & propensio eorum,
qui dicere possunt, *& sortitus sum animam bo-
nam*, idest cum indole ad bonum. Et quia bonum
suaptè natura sui ipsius diffusiuum est, hinc opti-
mè deduximus, quòd qui sunt huiusmodi propẽ-
26 sionis maximè etiam laborant, vt & alij boni fiãt
obseruando leges, quas Deus nobis dat ad profe
ctum, & salutem, necnon alios inducendo ad con
similem obseruantiam. quod si tãtùm fauit Deus
gentilibus in puro lumine naturali positis, cur
27 non maiora præstabit regeneratis per baptismũ,
& participibus factis donorum gratiæ? hinc iudi-
care potes pie Lector, quæ, & qualia dona sint
Gratiano collata, tùm naturalia, tùm supernatu-
ralia, nèc obstat, quòd natus sit ex damnato coi-
28 tu, vt tradunt historiæ: siquidèm Dèus coopera-
tur generationi filiorum etiam ex prohibito, siuè
ex damnato coitu procreatorum inquantum sci-
licet est opus naturæ, non inquantùm deflectit ab
ordine diuinæ voluntatis, vel vt est inordinatæ
voluptatis, ita D. Thom. p. p. quæst. 113. art. 2. ad
D.Th. quintum, non ergò fuit contentus Gratianus se
conferre ad religionem valdè rigorosam, & in
omni mortificationum genere fundatam, sed om
nia pro posse complectens sibi, & alijs in perpe-
tuum suis laboribus prodesse studuit. Ampliora
habes in appendice, quam omninò videre debes.
Hæc de tertio.

PVNCTI QVARTI SVMMAE.

1 *PRimorum principiorum vsus, tàm in specu-
latiuis, quàm in practicis variatur secun-
dùm diuersam complexionem.*

2 *Virtutes dicuntur æquales in omnibus secun-
dùm proportionem.*

QVo ad quartum, ex iam dictis patet ad ar-
gumenta. Ad ea enim, quæ adducuntur
pro parte affirmatiua dicẽdum, quòd
tantùm concludunt, quòd seminaria virtutum in
choationesque illarum sint nobis à natura modis
declaratis, & quòd ad veritatem, nec non ad bo-
num omnes inclinamur, ac diuersi, diuersimodè
D. Damascen. vt dictum est, vndè D. Damasc. cum ait. *Virtutes
nobis esse naturales, æqualesq; inesse oĩb.* hoc dicit
per ordinem ad prima principia, tàm in specula-
tiuis, quàm in moralibus vt sic non descenden-
do ad modum, quo talia principia, diuersimodè 1
reperiuntur in diuersis: siquidem vsus primorum
principiorum consistit in applicatione, quæ di-
uersimodè fit secundùm diuersitatem materia-
rum, & apprehensionum.

Dicitur secundo, quòd loquitur de æqualitate 2
proportionali, idem enim principium limpidiùs
& clariùs possidetur ab vno magis, quàm ab alio;
& hinc experimur, quòd qui perspicacioris sunt
ingenij, ex vno principio plurimas quasi nullo la-
bore deducunt conclusiones, qui verò hebetio-
res sunt ingenij nonnisi cum labore, & dearticu-
lata deductione.

Ad id verò, quod additur pro parte negatiua;
quòd (inquam) eadem ratione Deus censendus
esset inclinare ad vitia dicitur; quòd non est par
ratio de inclinatione ad bonum, & ad malum
propensione; cum enim ratio prædominari de-
beat in homine, per illam possumus euincere om
nem sensuum peruersitatem, de qua re vide a-
bundantes declarationes in Appendice. Hæc de
quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *INclinatio naturalis in homine dupliciter con
sideratur, purè specificè, & vt permiscet con-
ditiones indiuiduales.*

2 *Iustitia originalis donum in remediũ repugnan
tis sensus ad rationem.*

3 *In statu naturę integrę facilè ex imperio ratio-
nis vincere sensus fuisset.*

4 *Culpa nobis est, quòd perdiderimus donum iu-
stitiæ originalis.*

5 *Sensuum inclinatio nulla secundùm se mala est.*

6 *Bonum in homine est secundùm rationem vi-
uere.*

7 *Passiones, & affectiones secundùm sensum, &
secundùm se, & vt subsunt rationis imperio
considerantur.*

8 *Sensus ad malum ducunt ex malo nostro vsu il-
lorum.*

9 *Inclinatio ad congressum cum muliere, quan-
doq; mala ex vitio nostro.*

10 *Sensuum inclinatio in homine semper ad ali-
quod bonum conseruandum, vel malum refu
giendum est.*

11 *Motus subiti quomodo naturales dicantur.*

12 *Appetitus sensitiuus in homine natus est obe-
dire rationi.*

13 *Appetitus sensitiui motus præuenientes ratio-
nem, sine culpa sunt si non adhæreamus.*

14 *Deliberatio perfecta liberat à mala sensus in-
clinatione.*

15 *Consensus noster omne peccatum perficit.*

16 *Appetitus sensitiuus quomodo rationi aduersa
ri dicatur.*

17 *Appetitus deprauatus, est ceu lex ad malum.*

18 *Concupiscentia mala dicitur, & quomodo.*

Inclina-

19 *Inclinationes naturales principia omnium superuenientium.*
20 *Consensus si desit nulla læsio in homine sequitur.*
21 *Cogitationum malarum non extirpatores sumus, sed luctatores contra illas.*
22 *Inclinationes bonæ fouendæ exercitio, & studio sunt.*
23 *Virtutum seminaria nobis à natura sunt.*
24 *Stoicorum decretum quale fuit.*
25 *Inclinationum bonarum, & malarum non idem iudicium.*
26 *Inclinationes bonæ à Deo sunt ex quo nascuntur cum nobis.*
27 *Virtuti propriè nihil tribuendum.*
28 *Inclinationibus bonis cooperari signum prædestinationis est.*
29 *Inclinatio ad virtutes tùm speculatiuas, tùm morales à natura est.*
30 *Timor Dei insitus est in nobis.*
31 *Appetitus sensitiuus vehemens ad sua obiecta.*
32 *Cananei qualiter mali naturaliter dicantur.*

QVo ad quintum. In prædictorũ gratiam occasione huius quæsiti plurimę authoritates sacræ Scripturæ à nobis aperiẽdæ sũt, quòd vt meliùs percipiantur, quæ docere intendimus quasi per modum dubitationis, quasi contra verit. t m iam determinatã easdem proponimus authoritates, & quidẽ primo se se offert illa Apost. vox quasi ad cœlum proclamantis. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis* Rom. 7. *huius?* ita Rom. 7. & rursus ibidem, *video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati; & iterum. Non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum* Gen. 8. *hoc concupisco*, item Gen. 8. *Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia* Sap. 12 *sua*, & Sap. 12. *Naturalis erat malitia illorum*, & Christus quasi excusans discipulos suos ait. *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* alia ꝓpè infinita ad hoc propositum sunt, quasi attestãtia cõtrarium eius, quod in nostris assertionibus: 1. Ethic. imò ipsemet Arist. hoc idem persensisse videtur cum inquit. *Oportet hominem esse studiosum, & quòd se abducat à vitijs ad quæ natura ipsa maximè inclinamur.* His (inquam) rationibus, & authoritatibus quidam innixi in varia proruperunt inconuenientia, ita vt aliqui naturam humanam appellent nouercam, & inimicam, & scelerum effectricem, alij ꝙ omne hominis opus est peccatum mortale; Alij in peius lapsi, ausi sunt dicere Deũ ob hoc nos necessitare ad peccandum, & vndè hoc? quia nec distinguere, nec excogitare quod verum est, defixi in vitijs inuenire potuerunt, & D. Aug. hoc non mirum, quia vt inquit D Aug. *Palato nõ sano pœna est panis, qui sano est suauis, & oculis agris odiosa lux, quæ puris est amabilis.*

Vt igitur studiosus Concionator à prauo sensu dictarũ authoritatũ abstinere possit, & euincere falsitatẽ, vltra ea, quę hactenus dicta sunt à nobis alia vtiliora adnotamus; & quidem in primis aduertenda est distinctio Caiet. q̃ 2. 2. q. 141. ar. 1. Caiet. adhibet, vt se breuibus expediat ab omni difficultate occurrente circà materiam istam (inquit .n.) quòd eiusmodi inclinationes naturales possunt considerari dupliciter primo, vt sunt à natura speciei, vt sic, puta à natura humana specificè sumpta, & hoc modo ait, omnis inclinatio naturalis, 1 siuè sensus, siuè rationis necessariò est ad bonum; alio modo, vt emanant ex concursu naturæ indiuidualis, & quia sic permiscetur actio causæ secundæ, quæ est defectibilis, hinc est dicit, omne malum, & ad hoc alludere videntur argumenta supra adducta, & sensus, qui fiunt ab aduersarijs occasione earundem authoritatum. Hæc Caiet. Responsio grauis valdè est, & omninò admiranda, hinc enim videmus malas, & pessimas inclinationes, vt plurimùm in his, qui nascuntur ex non approbato, vel etiam ex damnato coitu; & quia modo creuit, & in dies magis crescit hominum malitia, experimur insuper pueros vix natos omni abundare nequitia valdèq; proteruos, & hoc certè ex malitia (vt ita dicam) transfusi seminis, nam vt inquit Arist. quandoq; virtus, seminis si Arist. 7. de Hist. ani. c. 6. de Gen. Ani. c. 3. sit potens assimilat genitum generãti non solùm in communibus, sed etiam in indiuidualibus conditionibus; malum ergò est radicaliter in appetitu sensus ex causa secunda defectibili concurrente cum prima de qua materia magis dicemus inter declarandum regulas in speciali.

Alij aliter dicunt, quod stante hac repugnantia sensus ad rationem, Deus in prima hominis conditione nimirùm quando creauit Adam, ideò contulit illi donum iustitiæ originalis, quatenus appetitus sensuum ratione regularentur, quòd si 2 sine tali dono iustitiæ originalis hominem Deus condidisset vtiquè inquiunt, & etiam ante peccatum persensisset homo hanc repugnantiam sensus ad rationem, ità tamen, vt facilè ex imperio rationis cùm adhuc natura fuisset pura, potuisset hanc exsuperare repugnantiam. Cum ergò ho- 3 mo sua voluntate non obstante tali dono iustitiæ originalis sibi collato adhæserit peccato non mirũ; quòd modo post lapsum sensus ipsi inclinẽt, nec non flectant ad malum; nostra quidèm culpa est, quòd perdiderimus donũ iustitiæ originalis, 4 & huic responsioni fauere videtur expositio D. Aug. super illud Gen. 2. *In quacunquè hora comederitis ex eo morte moriemini*, facit enim sensum hoc modo. i. *in quacunquè hora me deserueritis per peccatum, ego deseram vos per iustitiam*, videlicèt auferendo donum iustitiæ originalis quo rectificabatur homo intus, & extra de qua materia inferiùs magis dicetur.

Verùm enimuerò si altiùs liceat figere pedem negotiumquè profundiùs rimari omninò recurrendum, & standum est cum D. Th. doctrina p. 2. D. Th. q. 24. quo in loco docet clarè, & apertè, quòd inclinationes sensuum, siuè appetitus sensitiui sua natura,

natura, siuè ex genere rei, nec dicendæ sunt, nec
etiam sunt bonæ, vel malæ moralitèr, imò vt sic
5 magis bonæ sunt, quis (quæso) ignorat, quòd vt
sic, sunt veluti appetitus irrationales ad sua secũ-
dùm propriam illorum naturam trahentes obie-
cta. in vno quidèm vehementiùs, quàm in altero
secundum variam dispositionem complexionũ,
vndè qua ratione in brutis ista non damnamus,
cur in homine eas damnabimus? bonum enim in
6 homine est secundùm rationem esse malum verò
D.Dionys. præter rationem, vt probè declarat D.Diony.4.
de diuin.nomin. Constat autem, quòd passiones,
siuè sensuum inclinationes in ratione, non sunt,
nec appetitus sensitiuus vt sic, est liber neque ca-
pax boni vel mali moralis, quod idem Aristo.lo
co citato, clarè affirmat dicens, quòd in naturali-
bus, neque laudamur, neque vituperamur: vndè
ergò hoc malum? alio modo (inquit idem Diu.
Thom.) considerantur huiusmodi passiones, & af
fectiones, vt participant aliquid de voluntario,
& iudicio rationis, vt (inquam) sunt regulabiles à
7 voluntate, & ratione. En vndè habeant quòd sint
bonæ, vel malæ moraliter. imaginandum namq;
est, quòd omnes sensus, siuè interiores, siuè exte-
riores intellectui deseruiunt, accidit tamen non-
nunquàm, vt sint occasio errandi, vt patet in col-
lo columbæ, & in baculo immerso in aqua, iudi-
camus enim per sensum alitèr, quàm sunt, & si-
cut naturæ corporales sunt à Deo institutæ pro-
pter hominis bonum, quæ tamen sunt in illius tẽ
Sap.14 tationem, & laqueum, vt dicitur Sap.14. & hoc
propter insipientiam ipsius hominis, non alitèr
8 appetitus sensitiuus natura sua est institutus ad
officia sensibilia, & corporalia, in quibus omni-
bus paratus est rationi obedire, cæterùm per ac-
cidens sæpenumero in malum inducit, & pro-
pter nimiam adhæsionem nostram ad bona sen-
sibilia, cum quibus nascimur, alimur, & cresci-
mus, atq; etiam propter imperfectionem nostræ
conditionis.

Itaquè secundùm Theologiam veram, & in-
dubitatam diffiniendum est omnem inclinationẽ
appetitus sensitiui naturalem esse in hominis bo
9 num. hoc appetitu inclinamur ad congressum cũ
muliere, & hoc pro conseruanda specie, quòd
vero inclinet ad alienam mulierem, proculdu-
biò ex nostro est defectu, quòd in hoc appetitu
sit impetus naturalis ad resistendum contrarijs re
pugnantibus conseruationi eius hoc bonum est,
10 at quòd inclinet ad vindicandam iniuriam pro-
pria authoritate, hoc nobis imputandum est.
Quòd si dicas motus subitos in malum naturales
esse & non liberos, certè falleris, sunt quidèm na
turales, vt naturale opponitur libero, non vt di-
cit inclinationem naturalem, neque enim eis vt
11 sic, imputamur vndè prouerbio fertur, *quòd in re
pentinis cognoscitur*, habitus nimiùm ex actibus
virtuosis acquisitus, cùm in resistendo tùm in ad-
Cicero. hærendo; vndè optimè in hac re Cicero in ora-
Salust. tione pro Murena, & Sallustius tractat. de cogn.
affect. & curat. loquuntur & Plato 1.de leg. ait, Plato
huiusmodi affectiones humanas esse veluti ner-
uos, & musculos ad contrarias actiones trahẽtes,
vel retrahentes, quemadmodum enim sunt ner-
ui quidam in brachio ad eius dilatationem, sunt
& alij ad eius contractionem, non alitèr in ani-
ma nostra sunt affectiones aliç ad istas operatio-
nes, aliæ ad alias institutæ omnes tamen si mo-
dum seruent pro tempore, & loco vtiles sunt,
hinc Horatius. *Sperat infestis metuit secundis al-* Horat.
teram sortem benè præparatum pectus.

Dicendum igitur, quòd cum homo composi-
tus sit ex parte rationali, & sensitiua quasi ex dua
bus contrarijs partibus tendit vnaquæq; pars, ad
obiecta sibi propria, & quia, vt docet Doctor Sã D.Th.
ctus p.2. quæst.17. art.7. appetitus sensitiuus est
virtus particularis, ratio verò virtus vniuersalis,
quæ in homine dominatur, ideò subiacet impe-
rio rationis; verùm quia virtus organica, quç de- 12
pendet etiã ex corporis dispositione ex hac par
te impeditur, quin motus appetitus sensitiui to-
talitèr subdantur imperio rationis. Potest etiam
subitò concitare motus appetitus sensitiui ad ap
præhensionem imaginationis, vel sensus, & tùnc
ille motus est præter imperium rationis quàm-
uis à ratione potuerit impediri, si præuidisset. Ra 13
tio enim præest appetitui sensitiuo principatu po
litico, & non dispotico secundum Aristot. 1.Po- Arist.
litic. si tamen homo velit perfectè, & animo de-
liberato, non perplexo præcipere sensui, eiquè
repugnare proculdubio sequetur effectus ad il-
lius imperium, & voluntatem Deo tibi auxilian- 14
te, quarè patet, quòd licèt per accidens repugnẽt
huiusmodi appetitus rationi; si tamen ipsis non
consentiamus, neque est cur damnemur. 15

Et per hæc patere potest, quid dicendum ad
argumenta adducta, tùm ex Sacra scriptura, tùm
ex Aristot. siquidem possunt interpretari de ap-
petitu sensitiuo, qui vt plurimùm aduersatur ra-
tioni, non simplicitèr, sed modo dicto, vel etiam 16
de appetitu rationali deprauato mala consuetu-
dine, quæ est veluti altera lex, vndè concupiscen
tia dicitur mala, non formaliter sed vel quia est 17
effectus mali, idest originalis peccati, vel quia est
fomentum, & occasio ad malum, & quia natura-
les inclinationes, vt iam ad nos redeamus princi- 18
pia sunt omnium superuenientium, vt docet D.
Thom. 2.2. quæst.155. art.2. in corp. & passiones D.Th.
tanto vehementiùs impellunt ad aliquid prose-
quendum, quantò magis sequuntur inclinationẽ
naturæ, vel quasi naturæ, idest consuetudinis: Ca- 19
uendum, quòd si malas habemus inclinationes,
vt contingit ex prædominio sensus, vel comple-
xionis, cauendum (inquam) est, vt omni studio, ac
diligentia eradicentur pro posse. Moueat enim
sensus excitetq; ad sensibilia, & vana si tuus desit
consensus, qui in tua est potestate, nullum tibi im 20
putatur peccatum. hac ergò ratione inquiebat
Apostol. *Sentio aliam legem, &c.* & *non quod volo
bonum hoc ago, &c.* quia (inquam) non concupi-
scere

ſcere non eſt in noſtra poteſtate, ſed quod rectè concupiſcas, & non conſentias concupiſcentijs, vtiquè.

Io. Climacus. Hinc Climacus, *non ſumus extirpatores malarum cogitationum, ſunt enim effectus naturalis fomitis, ſed ſumus luctatores contra malas cogitationes*, & hoc cedit in bonum noſtrum, quia *virtus in infirmitate perficitur.*
21 Si verò inclinationes ſint tibi ad bonum illius exercitio, & ſtudio, vt in
22 dies creſcant conare, vnde Iob 31. dicitur, *ab in-*
Iob 31. *fantia creuit mecum miſeratio, & de vtero matris mea egreſſa eſt mecum.* Ex qua ſententia multa habes ſtudioſe concionator præclara ad propoſitum, & notatu digna. Primum, quòd ſeminaria virtutum naſcuntur nobiſcum, ideſt inchoationes illarum ſunt nobis à natura, vt dictum eſt, & ſecundùm varias diſpoſitiones naturarum, &
23 complexionum, diuerſimodè inclinamur, aliqui ad liberalitatem, aliqui ad iuſtitiam, aliqui ad miſericordiam, Stoicorum namquè decretum fuit
24 Plutar. referẽte Plutarco, *dici poſſe virtutem principiũq; eius eſſe bonam indolem*, nec pari ratione inclinatio ad malum, ſi quæ eſt, debet referri ad animam in ſe, tanquàm in primaria radice, quemadmodũ omnem inclinationem ad bonum referimus; ſiquidèm malum omne à nobis eſt ex noſtroq; de-
25 fectu bonum autem à Deo primò, & principalitèr, & breuitèr, vt dictum eſt inclinationes ſenſuum, vt ſic, non ſunt ad malum, ſi à malo abſtineas vſu.

Secundum, quod deducitur ex præmiſſa authoritate Iob, eſt, quòd ideo omnia in Deum referre debemus tanquàm in primum authorem omnium bonorum, hoc inſinuat dicens; *Et de vtero*
Iob. *matris mea egreſſa eſt mecum.* nam qui egreditur
26 cum aliquo illum vt ducem ſequitur, quaſi diceret quocumque pergerem illam mecum ducebam itineris, & mearum omnium actionum co-
D. Greg. mitem: vndè Gregor. ibidem, *Conſtat quia ſua virtuti nihil tribuit, qui profectò teſtatur. Quia hoc ex conditoris munere accepit, quia ſicut ſuo opere in vtero conditus non fuit, ità nec ſua virtute*
27 *ab vtero pius fuit.*

Tertium quod ex hoc loco aduertendum eſt cum eodem Diuo Gregorio. *Signum diuinæ prædeſtinationis accipimus, ſi cum primæ ætatis ſtudia virtutum tempore, & ætate non langueſcunt, ſed creſcunt in dies electis inquit cum foris ætas*
28 *corporis intus ſi dici liceat creſcit ætas virtutis: quarè optimè ait ab infantia creuit mecum miſeratio, quaſi diceret ipſos pupillos tanquam pater ab infantia nutriebam domi mea vna cum meis familiaribus, & liberis, & hoc non ſolùm ex virtute, & ſtudio, ſed ex quadam natura propenſione innata mihi eſt, atque ſemper in dies adoleſcente natura ſua cœpit incrementa, mea bonitas, & beneficentia.* hæc ibi.

29 Patet ergò ex omnibus ſupradictis, quòd inchoationes virtutum, ſiuè in ſpeculatiuis, ſiuè in moralibus ſunt à natura; patet inſuper, quòd vel nullæ ſunt inclinationes ad malum, abſolutè loquendo, vel ſi ſunt nimirùm ex repugnantia, ſiuè impetu ſenſuum, ſi nos illis non conſentiamus, (quod certè in noſtra eſt libertate) Dei ſuffragante auxilio facilè victores euadimus, & vt magis talem repugnantiam euincere valeamus Deus indidit timorem ſuum Sanctum, qui initium eſt omnis ſapientiæ in nobis, vt inquit Sapiens. *Timor Domini cum fidelibus in vulua concreatus eſt* Eccl. 1.
hunc ſequamur, huic innitamur, & omnem malam in nobis inclinationem, ſi quæ eſt deuincemus, timor enim Domini expellit peccatum, vt 30
ibidèm dicitur, cum igitur Apoſto. ait *quis me liberabit*, &c. declarat hanc ſenſus repugnantiam ad rationem, & hoc idem manifeſtat alia authoritas ex Geneſi, *Senſus, & cogitatio humani cordis, &c.* inſuper illa. *Spiritus quidem promptus:* omnes enim iſtæ authoritates manifeſtant vehementiam appetitus ſenſitiui per ordinem ad ſua obiecta, non aliquam coactionem, ſiuè neceſſitatem. authoritas verò ex libro Sapien. quòd *naturalis erat malitia illorum*, nihil aliud innuat, niſi radicatam illorum malam conſuetudinem, vel quòd præproperè nimis accelerata eſt malitia in illis, ita vt videatur, quaſi naturalis, quòd verò 32
demùm Ariſtot. ait eſt ad documentum pro manutenendo prædominio rationis in nobis. Ex dictis igitur ſtudioſus, & pius Concionator in prõptu habere poteſt, quomodo ſibi ipſi, & alijs vrgentibus circà hoc quæſitum, vt ſua excuſent peccata ſatisfaciat. Et hæc de toto quæſito dicta ſufficiant.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm docenti alios verbo, vel ſcripto propter Deum merces ſpecialis, ſiuè, vt alij dicunt, aureola debeatur.

ET videtur, quòd non primo, quia docere non eſt actus alicuius virtutis; ſoli autem virtuti debetur præmium ergò.

Præt. Prædicare, & docere fiunt virtute ſtudij acquiſiti, ſed in naturalibus acquiſitis non meremur, neque demeremur vt ſic, in ordine ad præmium cœleſte, ergò.

Præt. Si docenti debetur præmium, pari ratione, & obedientiæ, & paupertati, & alijs operibus ſupererogationis deberetur præmium; hoc tamẽ eſt falſum, ergò.

Præt. Solùm humilibus debetur exaltatio, iuxtà illud Luc. 4. *Qui ſe humiliauerit exaltabitur,* Luc. 4.
ſed magiſterium multis eſt occaſio ſuperbiæ, vnde Gloſſ. Matth. 4. *Diabolus multos decepit honore magiſterij inflatos*, ergò. Mat. 4.

Sed contrà eſt Gloſſa ſuper verb. Epheſ. primo, *quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos*, dicens, *quoddàm incrementum gloriæ habebunt Summi Doctores vltra illud, quod alij* Eph. 1.
commu-

communiter habebunt: ergò, &c.

Respondeo seruato ordine prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

1 *ADuocatis,& Medicis nō debetur aureola.*
2 *Docens philosophiam per ordinem ad Sacram Scripturam non priuatur aureola.*
3 *Docenti alios præmium duplex.*
4 *Romani triumphatores suos laureis coronis decorabant.*
5 *Corona multiplex apud Romanos.*
6 *Aureola,& non laureola legendum est.*
7 *Aurea corona essentiale præmium,aureola accidentale significat.*
8 *Christiani omnes futuri sunt Reges.*
9 *Regem duo faciunt vnctio,& diadema.*
10 *Vnctio pugnantibus debetur.*
11 *Diadema ethimologia.*
12 *Præmium essentiale per se sufficit.*
13 *Fælicitas qualibet etiam exterioribus decoratur.*
14 *Præmium accidentale maius omni gaudio mundi etiam simul collecto.*
15 *Aureolæ diffinitio.*

QVo ad primum. *Vtrùm docenti alios verbo, vel scripto propter Deum.* Sciendum,quòd licet laudabile, vitæq; hominum necessariū Aduocationis officium sit,maximeq; pręmijs principalibus oporteat munerari. C de Aduoc.l.Laudabile.non tamen habebunt aureolam
1 & hoc idem de medicis dicendum est, & de quibuscumque alijs docentibus quamcumq; artem, vel scientiam humanam, vt sic, per ordinem ad ornatum, & perfectionem ipsius hominis, vel etiam ad bonum salutis corporalis. quo fine huiusmodi artes adinuentæ sunt; imò nec Theologi dum physica docent acquirunt sibi debitum aureolæ, nisi fortassis philosophicas disciplinas doceant per ordinem ad declarandam Sacram Theologiam, quo casu dicuntur captiuare animi intellectum in obsequium fidei; tunc enim non apparet cur debeant priuari aureola; siquidèm D.Paulus quandoquè vtitur etiam dictis poeta-
2 rum prædicando: quarè quæsitum nostrum est de eo, qui docet verbo,vel scripto, non quomodocumquè, & qualitercumquè cæterùm per ordinem ad Sacram Theologiam, vel ipsámet Sacram Theologiam, ità D.Antoninus 3.par. titu. 30.cap.8.§.2.his enim tantùm fauent authoritates,nimirùm Dan.12.& Eph.1.quarè Glossa super illud Cantic.8.*Vinea mea coram me est*,dicit, *ostendit, quòd singularis præmij modum Doctoribus eius disponit, nam de essentiali præmio dicitur, qui elucidant me vitam æternam habebunt.* Quibus verbis insinuatur, quòd docenti alios du-
3 plex præmium debetur essentialę, & accidentale,de quo in quæsito inuestigamus.

D. Anton. Glossa. Cant.8.

Merces specialis, siuè vt alij dicunt aureola debeatur. Pro huius declaratione Notandum ex doctrina Soti, in 4.Sentent.distinct.59.quæst.5. per totam,&c. quòd aliqui existimant, cum sermo est de aureolis debere legi non aureola, sed laureola, ducti hac ratione, quia triumphatores suos Romani vt plurimùm consueuerunt coronare coronis ex lauro diuersi diuersimodè, secun 4
dum varias pugnantium victorias, nam quædam dicebatur corona naualis,quædam muralis,quædam castrensis, quædam ciuica, secundùm quòd diuersimodè aliqui victorias consequebantur, vel in mari,vel in aggressu murorū ciuitatis, vel castrorum, aut in consequutione ciuitatum, de quibus patet in historijs: siquidèm his omnibus corona dabatur in signum victoriæ,quarè & multiplex erat: verùm isti valdè decipiuntur,nam debet legi aureola,& non laureola,& est diminut- 5
iuum ab aurea corona, quæ absolutè dicitur aurea: sic enim de illa loquuntur Sancti Patres, & est nomen desumptum ex Sacra Scriptura Exo. enim 25. post præceptum de corona aurea legitur, *facies alteram coronam aureolam*,vbi Glossa. *Ad hanc coronam pertinet canticum nouum, quod virgines tantum coram agno concinnunt.* Quarè Ecclesia in laudem martirum, *corona aurea super* 6
caput eius. Et idcò Christus Apocal.9. refertur habere in capite suo coronam auream, & cap.4. de viginti illis senioribus dicitur, quòd erant insigniti coronis aureis,quas de capitibus suis adorantes Deum,demittebant.Dicēdum ergò,quòd per auream coronam significatur præmium essentiale, ad quod sequuntur dotes, ceù commu- 7
nes omnibus beatis, & per aureolam præmium accidentale, & hoc ratione similitudinis ad Reges mundi,qui solent coronari: siquidem Christiani omnes,qui saluantur futuri sunt Reges iuxtà illud Apocal.5.*Fecisti nos Deo nostro regnum,* 8
& sacerdotes. vndè & illis promittitur regnum! Duo verò sunt quæ faciunt Regem vnctio,& diadema;vnctio ad roborandum, & fortificandum, 9
qua ratione vngebantur pugiles,quatenus sic valeant seipsos & Regnum defensare,& hoc modo vnguntur Christiani vnctione gratiæ secundùm illud Psalmi.*Vnxit nos Deus Deus noster oleo lætitiæ*, namq; *militia est vita hominis super terrā*, 10
vt dicitur Iob 7. vt ergò possint fortitèr dimicare Christiani vngit eos Deus vnctione gratiæ suæ; diadema autem, quasi duo demens dicitur, quia(inquam) demit principium,pariter & finē, demitur principium à Christianis,qui verè Chri- 11
stiani sunt,qui carent seruitute,idest à nullo cogi possunt, *Seruire autem Deo regnare est*, demitur finis,quia in æternum regnaturi sunt;vel certè dicamus, quòd carent principio, & fine eò quia viuunt principium fini; sicut ergò Regi datūr corona sic hęredi Regni gloriæ,& sicùt pugili,idest legitimè certanti, *quia non coronabitur nisi qui legitimè certauerit*,aurea verò propter excellentiam

Sotus. Exo.25. Glossa. Apoc.9 Iob 7. 2.Tim. 2.

tiam ſignificandam illiuſq; fulgorem. Corona er-
12 gò aurea ſignificat præmium eſſentiale, quod li-
cèt per ſe ſufficiens ſit, nec vllo vlteriori gaudio
egeat, nihilominus ad regni decorem illiuſq; de-
centiam, & honorem; adhuc Deus vult electos
ſuos de bonis, quæ egerunt gaudere, ſicut fœlici-
Ethic.1 tas politica, vt docet philoſophus primo Ethic.
cap.8.& ſequentibus ornatur, & exteriori homi-
num nobilitate in corporum pulchritudine, &
æquorum apparatu decoratur, ſine quibus tamẽ
eſſe poſſet, ſic namq; complacet Deus ſuos hono
13 rare Sanctos, vt verè dicatur *nimis honorati ſunt
amici tui Deus*. Et hoc gaudium licèt ſit ſuperad-
ditum eſſentiali in eoq; non ſit fruitio, quæ in ſo-
lo Deo eſt præualet tamen omni gaudio munda-
14 no etiam ſimul collecto, & in ſpeciali vbi, & in
quibus habet rationem aureolæ, quarè aureola
ſic definiri poteſt, quòd ſit *accidentale quoddam
gaudium de aliquo inſigni facto, eſſentiali præ-
mio ſuperadditum; & corporali decore declara-
15 tum*, vt magis patebit in ſequentibus.

Eſt ergò ſenſus totius quæſiti. *Verùm docenti
alios verbo, vel ſcripto*, nimirùm Sacram Theolo
giam, vel quamcumq; aliam ſcientiam per ordi-
nem ad ipſam Sacram Theologiam eiuſq; verita
tes capeſſendas, & hoc *propter Deum*, nimirùm,
quòd totum hoc fiat in ordine ad illius gloriam.
Vtrùm ſic docentibus alios, *debeatur merces ſpe-
cialis*, ideſt vltra præmium eſſentiale aliquod a-
liud præmium accidentale ſuperadditum huic eſ
ſentiali; quod præmium ſecundùm morem Eccle
ſiæ appellatur non laureola, ſed aureola, & hoc
in ſignum arduitatis, & eminentię ipſius actus do
cendi, vt magìs clarè habebitur in inferiùs dicen
dis. hæc de primo ſufficiant.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *Præmium eſſentiale, & accidentale, quid v-
trumq; ſit.*
2 *Præmium accidentale dicitur, non quia accidit,
ſed quia accedit,*
3 *Opus bonum & ex radice charitatis, & ex gene-
re ſuo poteſt habere laudem.*
4 *Bona a nobis acta in præſenti vita erunt mate-
ria gaudij.*
5 *Opera bona, quadam habent ſpecialem rationem
arduitatis.*
6 *Meritum eſſentiale quandoquè ſine aliquo acci-
dentali.*
7 *Opera difficilia ad tria reducuntur genera.*
8 *Continentia viduali, & coniugali non aureola,
ſed fructus debetur.*
9 *Communia non habent ſpeciale nomen.*
10 *Præmium eſſentiale non diſtingui ab accidenta
li error.*
11 *Martirio, virginitati, & doctoratui duplex
præmium correſpondere poteſt.*
12 *Præmium eſſentiale aliquis poteſt habere ma-
ius ſine aureolis.*
13 *Aureola tantò fulgentiores quantò opus diligẽ-
tiùs, & ardentiùs præſtitum.*
14 *Aurea neceſſariò præſupponitur aureolæ.*
15 *Fructus per ordinem ad diſpoſitionem operan-
tis accipiuntur.*
16 *Verbum Dei diuerſimodè operatur ſecundùm
diuerſitatem cordium recipientium.*
17 *Continentia omninò neceſſaria ſibiq; fructus tri
geſimus debetur.*
18 *Continentia vidualis laborioſior, cui ſexageſi-
mus fructus debetur.*
19 *Virginitati, quia culmen eſt continentiæ cente
ſimus fructus debetur.*
20 *Vidua quandoq; difficiliùs continet, quàm vir-
go propter experimentum.*
21 *Virgo quandoquè intenſiùs ardet deſiderio ex-
periendi.*
22 *Victoria perfectiſſima numquàm ceſſiſſe ini-
mico.*
23 *Venerea maiori vehementia nos opprimunt.*
24 *Virginitati aureola, & fructus diuerſa ratione
debetur.*
25 *Fructus variæ ſignificationes.*
26 *Aureola per ordinem ad victoriam contra tres
inimicos.*
27 *Virginitas contra carnem vincit.*
28 *Martirium vincit mundum.*
29 *Doctrina vera dæmonem expellit vndiq;.*

QVo ad ſecundum Notandum primò, quòd
præmium eſſentiale, quod Deus ſuis ele-
ctis præparauit in futura vita eſt ipſa 1
eſſentialis beatitudo, quæ cõſiſtit in viſione Dei,
& gaudio, quod habetur de ipſomet Deo. Acci-
dentale eſt gaudium de bono creato, ſiuè de bo-
nis actibus, & eorum exequutione, quos rationa-
lis creatura fecit, & multò magis de his, quos ip-
ſe beatus perfecit in hac vita, & dicitur præmiũ
accidentale non quia ſit accidens, ſic enim etiam
beatitudo eſſentialis, eſt accidens, nec quia defe-
ctuum quandoq; ſit, nam perpetuò illud poſſide
bunt beati, de qua re videatur D.Tho.p.p.quæ- D.Th.
ſtio.95.art.4. & Roman.8. ſuper illud, & *nos ipſi
primitias ſpiritus habentes, &c.* dicitur ergo acci- 2
dentale, quia accedit, ſiuè ſuperadditur ad præ-
mium eſſentiale; ratio & fundamentum huius di-
ſtinctionis eſt, quia ex duplici capite virtus, &
quælibet actio bona poteſt habere laudem, nimi-
rùm, & ex radice charitatis, quia (inquam) chari-
tate imperante facta ſunt: & ſic ſecundùm maio-
rem, vel minorem charitatis gradum virtute cu-
ius fuerit vnuſquiſquè bona operatus in hac vi-
ta, conſequetur maius, vel minus præmium eſſen
tiale. Secundò habent laudem ex ipſo genere, ſi- 3
uè qualitate, vel ſtrenuitate operum, & ſic ſecun-
dùm quòd quis opera perfectiora, vel magis dif-
ficilia, & ardua præſtiterit, in illis maius, vel mi-
nus gaudium habebit; & ita ea, quæ fecerimus bo
na in hac vita, erunt nobis materia gaudij, iuxta

illud Psalm. 127. *Labores manuum tuarum, quia*
manducabis beatus es, & benè tibi erit. Hæc autē
4 opera bona considerata in suo genere, sunt in du
plici differentia, quia quædam sunt vtiq; bona,
sed non habent specialem rationem ardui, seù
difficilis, aut excellentis, vel singularis victoriæ;
& hinc sequitur, quòd præmium accidentale in
5 beatis est duplex, quoddam de bonis operibus
communiter factis, & hoc non habet speciale no
men, quia quod ferè communiter aduenit non
meretur speciale nomen: dico ferè, quia contin-
git, quòd aliquis nullum bonum opus præstiterit
speciale in hac vita, & nihilominus in morte con
6 tritus decedat; siquidem isti habent tantummo-
do præmium essentiale propter radicem gratiæ
iustificantis, hoc idem patet in pueris regenera-
tis, qui morte præuenti nullum opus bonum prę-
stare potuerunt. Alia verò sunt bona, quæ ex sua
ratione, & genere habent arduitatem quandam,
& qui præstant illa, victoriam specialem reporta
re censentur. & hæc adhuc sunt in duplici diffe-
rentia, quia quædam adeò sunt ardua, & strenua,
q; sunt vltima, & perfectissima, quæ præstari pos-
7 sunt in tali genere virtutis, & huiusmodi sunt vir
ginitas in genere continentię; martyrium vsq; ad
mortem inclusiuè, in genere passionum; & doce-
re alios, in genere pugnandi contra Dæmones;
istis in speciali debetur aureola modo, quo dice-
tur intra. Continentiæ verò viduali, & coniugali
non aureola, sed fructus debetur, quæ quomodo
8 distinguantur dicetur inferiùs. Alijs verò bonis
operibus communiter debetur absolutè aliquod
pręmium accidentale, verùm quia commune om
nibus ferè est beatis, non consueuit declarari per
nomen particulare, siquidem ea, quæ communia
9 sunt, non habent speciale nomen.

Et ex hoc fundamento multa deducimus ne-
cessariò animaduertenda primò, quòd grauis er-
ror est illorum, qui credunt præmium accidenta-
10 le non distingui ab essentiali, nisi ratione, siuè de-
nominatione vt dicunt, cum tamen, vt ex supra-
dictis patet, distinguantur specie, quoniam essen-
tiale est gaudium de Deo viso illiusq; fruitione,
vt dictum est, accidentale verò de bono aliquo
creato; quarè nullo modo admittẽdum est, quòd
idemmet præmium essentiale, dicatur aureola re
spectu Virginum, Martirum, ac Doctorum, pro-
ut præfati errantes imaginantur; si enim qui hæc
asserunt, iactantes se nomine Theologi viderent
loca superius citata D. Thom. equidèm non ad-
mouerent linguam, vt talia faterentur: de qua e-
tiam materia videatur idem D. Tho. 4. Sentent.
distinct. 49 quæst. 5. per totam, & ibidem D. Soto
vt dictum est, & Bannes 2. 2. quæst. 24. art. 6. in 2.
fundamento.

Sequitur secundo ex hoc eodem fundamento
quòd martirio, virginitati, & doctoratui potest
cumulari, & meritum essentiale, inquantùm ista
11 fiunt ex radice charitatis, sic enim vt dicebamus
debetur eis præmium essentiale, & vlteriùs au-
reola, quod est præmium accidentale, non com-
muniter, sed strictè ratione insignis victoriæ quā
implicant, vndè quantò ex maiori & intensiori
charitate ista proficiscentur, tantò maius illorum
sic operantium, vel patientium erit præmium es-
sentiale; & insuper poterit esse, quòd aliquis san-
ctus, siuè beatus maius possideat præmium essen-
tiale, quàm, qui gaudet aureolis, & hoc ratione 12
dicta, quia nimirùm cum maiori charitate alia o-
pera operatus erat, vt patet in Magdalena, quæ
ex ardentissima charitate operata est, vndè mul-
tos exsuperat Martires, Virgines, necnon Docto
res per ordinem ad præmium essentiale. inter au
reolas autèm fulgentiores, & cum maiori gaudiò 13
obtinebunt, qui idem opus diligentiùs, ac puriùs
præstiterint cæteris paribus.

Sequitur tertio ex eodem fundamento, quòd
vbi non est aurea corona, nec aureola esse potest; 14
siquidem diminutiuè aureola dicitur per compa
rationem ad auream, & vtraq; in cœlo est ratio-
ne beatitudinis non alitèr, & hoc benè nota.

Notandum secundo, quòd fructus debetur o-
peri arduo vtiquè, sed non ei, quod est vltimum,
& perfectissimũ in genere: siquidem in eo quòd 15
fructus, respicit dispositionem operantis, magis
quàm arduitatem operis; & est metaphora sum-
pta ex nascentibus à terra, vbi duo præcipuè in-
ueniuntur videlicet, virtus seminis, & qualitas
terræ, vbi enim virtus seminis fuerit vigorosior
plures ad se, & in sui naturam, ac speciem con-
uertet de vaporibus, siuè humoribus terræ: quarè
si iaciatur semen in terram opulentam, & pinguē
ex sui natura, ac conditione frugem, & fertilem,
optimos simul cum seminis vigorositate produ-
cet fructus; & quia, vt optimè declarat Christus
sua nobili metaphora Matt. 13. & Lucæ 9. *Se-* *Matth. 13. & Luc. 9.*
men est verbum Dei, quod nullo modo (quantum
in seipso fuerit) deficere potest; terrā autem, idest
cor hominis tantò magis trahet ad sui naturam,
& speciem, vt conformet nos Deo ducendo in 16
spiritualitatem, quantò minus repugnantes eri-
mus, & magis dociles: & quoniam sic aliqui su-
scipiunt semen, idest verbum Dei, quòd tantùm
contentantur continentia coniugali, & ex altera
parte non consentiunt, vt prolabantur in indi-
scretorum, ac insatiabilium illecebras. cæterùm
sua contenti sunt vxore; hicq; gradus continen-
tiæ, licèt infimus, tameņ necessarius est pro ex- 17
colenda qualibet in nobis virtute infusa, neque
sine labore est, ideò sibi assignatur fructus trige-
simus Huic gradui proximè accedit continentia
vidualis, quæ vt laboriosior est, maiori etiam do-
natur fructu vt duplo maius sit, nimirùm vsque
ad sexagesimum. At virginitas, quæ culmen attin 18
git continentiæ, omneq; tulit punctum, necnon
supremus est gradus, qui dari possit intra latitudi
nem continentiæ, meritò cẽtesimo decoratur fru
ctu, sic tamen, quòd qui magis vel minus purè (cę 19
teris paribus) se habuerint in eisdem continentiæ
gradibus, fulgentiori itidem illustrentur corona.

Nec

Nec obijciendum id, quod sæpè contingit, videlicet, viduam magis laborare in continendo, quàm virginem, experta namquè oblectamentis obsistit locaq; ipsa, in quibus sæpè iacuit sibi doloris causa sunt, & illorum rememoratio incentiua libidinis, ita vt sola obliuio vnicum eis pro euitando periculo remedium sit, iuxtà illud O-
Ouidius uidij,

Et loca sæpè nocent, fugito loca conscia, vestri
Concubitus causas mille doloris habent.

Nihilominus, & virgo desiderio experiendi ar-
21 det, & maioribus oblectamentis credula, millies agitatur, vltra illud, quod omnibus præponendũ est, quia perfectissimum victoriæ genus est num-
22 quàm inimico cessisse, quarè iactus seminis nimirùm verbi Dei in terram bonam, & optimam, ac eò vsque ad centesimum fertilem in virgine tantùm admiramur, & licèt in alijs virtutibus etiam, & id, quod minimum, & id, quod maximum, sèu heroicum reperiri possint, præstat tamen continentiæ virtus, cuius pugna est contra venerea, ad quæ maximè inclinamur, & quæ omni vehemen
23 tia nos opprimunt, ita vt de medio tollant in nobis omnem rationis vsum; tollitur enim omninò intelligere in actu venereo, vt docet Philosoph.
Arist. 7. Ethic. cap. 15. nec spiritus prophetandi locum
D. Hier. habet in tali actu, vt inquit D. Hieronym. Hæc sint dicta non alia intentione, nisi vt aperiamus discrimen inter auream, aureolam, & fructum, ex quo enim fructus non assignatur, nisi ratione alicuius singularis victoriæ, qualis potest reperiri in gradibus continentiæ: quia tamen coniugalis, & vidualis continentia non pertingunt ad vltimum gradum, nullam sibi comparant, vel comparare possunt aureolam, sed sola virginitas perfectissimus gradus continentiæ est; quapropter virginitati, & aureola, & fructus debetur, diuersa tamen
24 ratione; fructus, vt respicit dispositionem operantis, secundùm maiorem gradum spiritualitatis ex virtute seminis verbi Dei, aureola ratione victoriæ eminentis contra carnem; Animaduertendum tamen, quòd nomine fructus, quandoquè significamus dulcedinem, quàm in suo vsu habet fructus, quandoquè refectionem, quam ipsi fructus conferunt, quandoquè commodum, quod per eos acquirimus; verùm istis modis omnibus
25 nomen fructus importat præmium essentiale secundùm diuersas considerationes, vel etiam virtutes reficientes animam etiam quamdiù sumus in hac vita.

26 Notandum tertiò: quòd aureolæ sumũtur per ordinem ad victoriam contra tres inimicos nostros, videlicèt carnem, mundum, & dæmonem, caro in omnimodam transit spiritualitatem, modo possibili in via per virginitatem, si sit debitis
27 circumstantijs sociata. plena de mundo habetur victoria per mortem, siuè martirium ob fidem
28 Christi, vel quamcumque virtutem conseruandam ad gloriam Dei, & demùm per actum docẽdi vincitur dæmon expelliturq; non solùm à seipso, sed etiam ab alijs, qua ratione dicebamus in tituli declaratione, quòd sermo est, non de quacumque edoctione; sed de ea, quæ per se ordina- 29
tur ad salutem, quæ in Dei visione est consummatè, & perfectè. Et hæc pro secundo dicta sufficiant.

PVNCTI TERTII
SVMMA.

1 *Doctoratus aureola tantùm actualitèr docenti datur.*
2 *Docenti alios perseuerantia necessaria est.*
3 *Doctori datur aureola, si vtilia, & necessaria ad salutem doceat.*
4 *Aureola an apparebit per aliquod signum exterius.*
5 *Soti opinio circà signa aureolarum.*
6 *Aureolarum præstantia mutuò se excedentium.*
7 *Aureolæ per conformitatem ad Christum accipiuntur.*
8 *Christo homini non aureola, sed aliquid maius debetur.*
9 *Martirij aureola simpliciter præstat.*
10 *Docens potest plus mereri aliquibus virginibus & martiribus.*

QVo ad tertium sit conclusio responsiua. Doctoribus, idest verbo, vel scripto do- 1
centibus debetur aureola. Antequàm probetur aduertendum, quòd sermo est de Do- 2
ctoribus, siuè Prædicatoribus actualiter docentibus; quarè non sufficit propositum tantùm, nec quòd quis sit Prelatus, cui ex officio incumbit docere, si numquàm doceat. Secundo requiritur cõtinuatio pro posse, & data occasione maximè pugnandi contrà hæreticos cum animo perseuerandi. Tertio requiritur, quòd doceat spectantia ad
salutem, vt declaratur Dan. 12. vbi dicitur. *Qui erudiunt plurimos ad iustitiam, erunt sicut Stellæ in perpetuas æternitates*. Nota, ly, ad iustitiam, 3 Dan. 12
nam erudire ad iustitiã, est erudire hominem in illo, per quod iustus fiat, & sic est docere Sacram Scripturam; quarè Prædicatores maximè cauere debent, ne seipsos, & vana prædicent.

His stantibus probatur conclusio ex dictis nimirùm, quia docere alios, dicit arduitatẽ, & strenuitatem in summo per ordinem ad hoc quod est expellere dæmonem à cordibus hominum;

Quòd si curiosè quæratur vtrùm aureolæ sint in corpore, vel anima, quòd si in corpore, an per aliquod signũ exteriùs apparebunt in beatis? Respondemus, quòd principalitèr erunt in anima, & per redundantiam in corpore modo quo de gloria essentiali dicitur, quòd primò est in anima, & per communicationem in corpore, vt id, quod fuit instrumentum benè operandi in hac vita; & ideò diximus, quòd est gaudium de strenuo actu virtutis præstito: constat autem, quòd gaudium non nisi in anima principaliter est; quòd si 4

 vlte-

vlteriùs quæras an sciri possit quodnam tale signum futurum sit in corporibus beatorum. Respondemus primo, quòd hoc scire, Dei tantùm est,& quibus voluerit reuelare. Dicimus tamen
5 secundo, quòd aliqui piè credunt inter quos est Dominicus à Soto loco citato, quòd virgines habebunt coronas albi coloris, Martires subrubei, Doctores subuiridis,& lilia in manibus consimilium colorum,cum speciali fulgore corporum. *Domin. Soto.*

6 Et si adhuc instes, quænam istarum præstantior erit. Dicendum primò, quòd inuicem se excedunt, Virginitas ratione puritatis: Martirium ratione actus fortitudinis: actus docendi ratione obiecti, quod est veritas salutis; quarè aliqui dicunt,quòd Doctoratus perficit in ordine ad partem animæ rationalem; Martirium in ordine ad irascibilem; Virginitas per ordinem ad concupiscibilem; Alij sumunt comparationem per respe
7 ctum conformitatis ad Christum,qui fuit Virgo, Martir,& Doctor;hoc tamen non ità accipiendũ est,vt credamus in Christo ponendas esse aureolas,siquidem aureolæ sumuntur per conformitatem ad ipsum; nihil autem sibi ipsi conforme dicitur, sed habet aliquid maius in ordine ad plenitudinem illius gratiæ,quam ab instanti suę con ceptionis habuit. Si tamen absolutè loqui veli-
8 mus,dicendum erit,quòd Martirium simpliciter præstat ratione arduitatis,cum mors sit omnium
9 terribilissimum. Quarè (dixerim) quòd aureola Virginum est pulchrior,Martirum melior,& Doctorum fulgentior. nullum tamen inconueniens erit, quòd qui diutiùs legit, vel docuit plus pro-
10 mereatur quàm v. g. Virgo, quæ tantum per annum, & non per longum tempus perseuerauit sustinendo molestias carnis, & fortiùs etiam plus, quàm aliquis Martir,qui mitiorem sustinuit mortem,& viceuersa de illis proportionaliter discurrere possumus, est enim Deus mirabilis in Sanctis suis,&c. Et ista sufficiant pro tertio.

PVNCTI QVARTI SVMMAE.

1 *Docendi actus à pluribus virtutibus permanat.*
2 *Scientiarum acquisitarum vsus non vacat à merito.*
3 *Doctorem rectè vti doctrina sua decet, vt mereatur.*
4 *Pugna sola est, quæ coronatur non virtus quælibet,vt sic.*

QVo ad quartum breuitèr,& facilè dicimus ad argumenta. Ad primum, quòd actus docendi à pluribus virtutibus proma
1 nat à sapientia,videlicèt vt dirigente,à charitate vt imperante,& à misericordia vt respiciente defectum proximi,qui est ignorantia;ac eo illi compatitur, & hac ratione computatur inter opera spiritualia misericordiæ.

Ad secundum dicitur,quòd licet scientia prędicata acquiratur per studium, vsus tamen illius est à voluntate informata charitate: charitas autem per Dei infusionem, ipsa verò imperante redditur actus meritorius. 2

Ad tertium dicitur,quòd si magister superbiat docens,est ex illius defectu, cum possit vti honore sibi præstito ratione Doctoratus in bonum, 3
nimirùm ad Dei gloriam, proximiquè vtilitatẽ, ac sui stimulum ad se exhibendum,vt Doctorem decet.

Ad quartum dicitur, quòd non est par ratio de obedientia, alijsquè virtutibus, ex quo non claudunt in eorum rationibus modum, vel ordinem ad insignes victorias, sola autèm pugna coronatur,sed aureola est corona pugnæ specialis, 4
vt dictum est, hoc idem dicimus de paupertate, cui tamen dominus assignat pro præmio exaltationem, vt qui fuerunt depressi iudicent cum ipso Christo in die iudicij,sed de his satis pro nunc maiora enim alijs occasionibus seruantur. hęc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *CVr magis aliqui numeri,quàm alij adaptẽtur ad aperiendum diuersitatem fructuũ.*
2 *Christus in fructuum assignatione secutus est id,quod vt in pluribus euenire solet.*
3 *Numeri 30. 60. & 100. perfectionem aliquam diuersimodè important.*
4 *Numerus centesimus omni ex parte æqualis est.*
5 *Numeri 30.60.& 100. secundùm Bedam qualis comparatio.*
6 *Centesimus numerus per dexteram computatur.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum. Vnum superest, quod in gratiam concionatorum adhibere intendimus,vt omni ex parte exacta habeatur cognitio eorum, quæ hactenus dicta sunt à nobis pro præsenti quæsito; siquidem occasione eorum, quæ diximus de fructibus; curiosus aliquis perquirere potest cur magis his Numeris 30.60. & 100. Christus accommodauerit suum sermonem, quàm alijs, cui curiositati dicimus, 1
pro responsione quòd Christus exempla posuit, prout verificari solent, nam vt pluries granum, terræ mandatum reddit triginta, quòd si in gleba benigniori sexaginta, rarò & quasi per miraculum centum;vnde Genes.26.cum Isaac in terra Gerraris sementem fecisset inuenit in ipso anno centuplum,quasi beneficio diuino, & speciali; quarè ibidem subditur, *benedixitq; ei Dominus*, in signum &c. Continentiæ ergò minori, idest coniugali, quæ saluti necessaria est, triginta; Vi- 2 *Gen.26*
duali magis laboriosæ sexaginta per ordinem ad ea,

ea, quæ quasi communiter accidunt, rara autem virginitas quasi speciale quoddam donum, vindicat sibi id, quod speciale est nimirùm centum.

Dicimus secundo cum alijs, quòd trigesimus numerus ex denario per ternarium ducto consurgit, ternarius autem vt primo de cœlo dicitur integrum corpus significat, claudens longitudinē,
3 latitudinem, & profunditatem, & rursus principium, medium, & finem, & significat illum virtutis gradum qui omninò necessarius est ad salutē, vt dictum est. Sexaginta conflatur ex eodem denario per sex multiplicato, senarius autem (quippe qui ex partibus suis aliquoties, vno, duobus, & tribus constat,) duplo perfectior est; sed centesimus numerus ex eodem denario per seipsum ducto proueniēs perfectissimus est; nempè numerus cubus, hoc est quadratus, idest omni ex parte
4 æqualis, & talis in omni virtute est gradus illius heroicus, & in continentia virginitas.

Beda. Beda dicit, quòd more Romano fit hæc computatio: siquidem trigesimus numerus per pollicem, indicem moliter osculantem figuratur, & si-
5 gnificat castitatem coniugalem: sexagesimum numerum eodem pollice, indicem comprimente ad modum Crucis indicabant quarè indè pressuram viduitatis præferre videtur, hoc totum manu sinistra ad significandum verò numerum centesimum transibant ad dexteram, quod Iuuenalis (6. Iuuenalis.) de Nestore canens, qui vltra centesimum agebat annum Satyra 10. declarat dicens.

Atque suos iam dextera computabat annos.

Et significat, quòd virginitas ex humana ad angelicam transmittit naturam, & hæc pro toto quæsito sufficiant.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm, qui docet legendo, seu prædicando existens in peccato mortali peccet mortaliter.

ET videtur vtraque pars vera. primò pars negatiua, quia exercere opera charitatis etiam in mortali non est peccatum, imò aliquod meritum, iuxta illud Dan. 4. (Dan. 4.) *Peccata tua eleemosynis redime*, sed docere quouis modo est maximum charitatis opus, ergò.

Præterea. Quod parit necessitas, non est imputandum ad peccatum, sed Prælatis, & habētibus curam animarum ex necessitate incumbit prædicatio, in quorum persona Apostol. dicit. (1. Cor. 9) *Vah mihi si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit*, ergò.

Pars affirmatiua probatur primo, quia tota ratio, quarè per malos ministros Sacramenta conferri possunt est, quia illa habent virtutem ex opere operato, quæ non impeditur ex malitia conferentium, sed è contra docere habet efficaciam primùm ex opere operantis, ergò ad hoc præstat impedimentum malitia ipsius operantis.

Et confirmatur authoritate D. Thom. 2. 2. quæstio. 187. art. 1. in corp. (D. Th.) qui apertè dicit quòd peccatum reddit illicitum alicui actum prædicationis, quia fecit æstimare Deum sibi similem: vndè & reprehenditur prædicator, qui huiusmodi est, Psal. 49. *quarè assumis testamentum meum per os tuum? arguam te &c.*

Præterea prædicare est actus consecrationis, quia non potest exerceri nisi à consecrato, insuper docet philosophus, quòd aliquis in agendo peccat ex hoc, quòd operatur non secundū quod oportet; (2. Eth. c. 5. & 6.) ergò sancta administrans sanctè debet ministrare alitèr iniuriam facit ei, cuius est minister, ergò.

Vlteriùs Rom. 2. dicitur, (Rom. 2.) *in quo indicas alterū, te ipsum condemnas*, sed docere, est quoddam iudicium contrà vitia ergò.

Respondeo seruato ordine prout in præcedentibus.

PVNCTI PRIMI.
SVMMA.

1 *DOcentium per Scripturam, & per vocem an eadē sit ratio quo ad hoc, quod est peccare mortaliter in tali exercitio.*

QVo ad primum nihil occurrit not. circà titulum, sed verba illius notanda sunt, Quærimus enim in speciali de eo, qui docet in exercitio actus legendi, vel etiam concionandi; tunc enim huiusmodi videntur quandam exercere authoritatem per tales actiones, ac eo quærimus, qualitèr debeant esse dispositi in interiori homine, nè in aliquo offendant; quarè non debet extendi quæsitum ad eos, qui docent per Scripturam, nam de eis sermo erit in sequenti quæsito; si tamē extensio fiat ad ipsos Scriptores in hoc
eodem quæsito, patebit quid de illis dicēdum ex 2
his, quæ adducentur à nobis in ordine ad exercētes officium lectoris, vel prædicatoris viua voce, & hæc sint satis pro primo.

PVNCTI SECVNDI
SVMMA.

1 *DOcere contingit ex officio, & ex commissione.*
2 *Pastoris officium est prædicare.*
3 *Prædicationis officium non est annexum ordini vtiq; habenti curam animarum.*
4 *Declaratio D. Thom. qualiter accipienda, dum exponit illud Ephes. 4.* posuit Deus in Ecclesia, &c.
5 *Prædicare quomodo ex Ecclesia determinatione sacerdotibus conueniat.*
6 *Prædicādi onus necessariò exigit commissionem ei, qui non habet curam animarum.*
7 *Episcopi decentiùs Sacerdoti committunt onus prædicandi.*

8 *Sacerdotis operatio in triplici est differentia.*
9 *Minister quidam solemnitatis, quidam necessitatis.*
10 *Minister solemnitatis praexigit cōsecrationem in suo munere.*
11 *Prædicandi officium ex duplici capite pensandum est.*
12 *Docere vtilitèr includit bonitatem.*
13 *Bonitas perfecta non est sine charitate.*
14 *Meritum non est in scientia, sed in vsu illius.*
15 *Peccatum debilitat in nobis lumen naturale.*
16 *Proclivitas ad peccandum quantò maior, tantò debiliores nos reddit ad percipiendam veritatem.*
17 *Docens cum affectu ad aliquod mortale difficilè poterit alios excitare ad bonum.*
18 *Vox virtutis est in docente, & faciente, quod docet.*
19 *Docere cum imperio non nisi boni possunt.*
20 *Prædicatoribus valdè adnotanda.*
21 *Doctor Sacræ Scripturæ qualis.*
22 *Euangelium lecturo cur præcedat Crux.*
23 *Euangeliorum libro cur puluinar supponatur.*
24 *Euangelium legens cur muniat se crucis signo.*
25 *Euangelium legens cur manus coniunctas teneat.*
26 *Doctrina finem impediens semper peccat.*

D.Th. QVo ad secundum Not. cum D.Thom. 4. Senten. distinct. 19. quæst. 2. art. 2. quæst. 2. ad quartum, quòd docere Sacram Scripturam contingit dupliciter: vno modo ex officio prælationis; non enim licet alicui prædicare ex officio, nisi sit Prælatus, vel curam habeat ani-
1 marum, vel sint magistri in Theologia, quibus ex officio magisterij competit docere. Secundo ex commissione; hac enim ratione prohibetur Monacus exercere officium prædicationis, vt videre est ferè per totam cau. 16. quæstio. 1. per multos canones: si quidem prædicationis officium secundùm se & de iure diuino est annexum habenti curam animarum, quod colligitur ex D. Apost. Rom. 10. Roman. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* id est nisi habeant licentiam ab illo, qui curam habet animarum, & ratio est, quia pastoris est pasce
2 re gregem suum, quod potissimè fit per prædicatores, vndè D.Thom. 2.2. quæst. 187. art. 1. docet non licere Religiosis sine commissione prædicare, cum commissione autem sic, vt patet in eadē 16. q. 1. per plures canones.

3 Hinc sequitur, quòd officium prædicationis non est annexum ordini iure diuino; equidem in Concilio Constantiēnsi sessio. 8. damnatur Vuitcleff. & Ioan. Hus, qui asserebant, quemcumque Sacerdotem ratione ordinis posse prædicare, sed annexum habenti curam animarum quod Apo-
Eph. 4. stol. Ephes. 4. manifestat dicens. *Posuit Deus in Ecclesia, Pastores, & Doctores*, vbi immediatè post officium Prælationis subdit de officio Doctoratus, certè vt declaret non ordini, sed prælationi annexum officium prædicationis, vt optimè exponit D.Thom. ibi dèm; Quarè malè quidam scribentes super tertiam D. Thom. partem in q. 64. art. 6. ex hac authoritate Apostol. trahunt argumentum contra dictos hæreticos, quia (inquam) prædicatio non est annexa ordini Sacro, seù Sacerdotio ea ratione, quia Aposto. distinguit inter officium prædicationis, & prælationis, vt sic declaret illa esse officia distincta secundùm se. Rectiùs enim D. Tho. interpretatur connexitatem officiorum, ex quo sequitur, ergò non cuilibet Sacerdoti, &c. 4

Non igitur ex distinctione Doctoratus ab officio prælationis trahitur argumentum cōtra prænominatos hæreticos, cæterùm ex illorum connexione; & quia prælatio non conuenit cuilibet Sacerdoti, ergò nec munus prædicandi.

Hinc sequitur vlteriùs, quòd non ita congruè Caietan. alias tutissimus Doctor, & fidelissimus Diui Thom. expositor in duobus locis 3. p. nimirùm quæst. 64. art. 6. & 2.2. quæstio. 187. art. 1. affirmat officium prædicandi annexum esse ordini Sacro, non ex natura sua, ut supranominati hæretici asseuerabant, sed ex determinatione Ecclesiæ, quæ non nisi Sacerdoti committit munus prędicationis, & hinc deducit, quòd prædicare in mortali sit peccatum mortale, cum sit actus, & secundùm se Sanctus, & secundùm Sanctificationem ministri, cui incumbit exercere talem actū. Non certè est bona deductio, salua reuerentia tanti viri; verùm quidem est, quòd ex Ecclesiæ ordinatione solùm sacerdotibus incumbit cura prędicandi, vt habetur 27. quæst. 1. cap. Adijciens. & de Hæretic. cap. sicut præcipitur, his enim locis prohibetur laicis prædicare, & titu. eodem cap. excommunicamus, 2º. sub excommunicationis sententia prohibetur prædicare, nisi cui ex officio, vel commissione incumbit, quod etiam docet Doctor Sanctus 4. Sentent. distinct. 1. quæst. 5 art. 6. hac de causa lecturus Euangelium, benedictionem petit. At verò, vt optimè adnotauit vterque Soto, neque hinc sequitur omnibus Sacerdotibus ex officio id competere, neque ipsis solis, sed semper requiritur commissio Episcopi, vel habentis curam animarum, & potest Episcopus dare licentiam prædicandi etiam Diacono. nec est par ratio de extrahente hominem ab Ecclesia, quod principaliter sacrilegium est, quia ex loco Sacro ratione cuius violenta extractio sacrilega est, & de prædicatione annexa merè per accidens ex quadam decentia ordini sacerdotali; siquidem Episcopus non sacerdos posset prædicare; vndè & ipsemet Caietan. in melius retractauit sententiam; vt videre est in sua Summula ver. Prędicatoris peccata, vt magis dicemus in sequētibus; quarè adhuc pro maiori, & ampliori declaratione.

Caie. error. 5 6 7

Notandum secundo, quòd opera, quæ exercentur à sacerdote, siuè exerceri possunt in triplici sunt differentia, quædam quæ conficiuntur à potestate 8

Concil. Const.

testate ordinis, vt Sacramentum Eucharistiæ;
quædam à potestate iurisdictionis, vt absolutio
ab excommunicatione, quędam verò ab vtraque
potestate simùl vt à peccatis absolutio. Et vlte-
riùs minister quidam est necessitatis: quidam so-
9 lemnitatis: necessitatis est, qui cum non sit depu-
tatus ad tale munus subeundum, nihilominus da-
to casu necessitatis supplet vices ministri, vt lai-
cus, qui baptizat in casu necessitatis: solemnita-
tis minister est, qui ratione consecrationis confi-
cit Sacramenta, vndè & minister Religionis ap-
10 pellatur, quia ad opera, quæ maximè Religionis
sunt media cõsecratione deputatus est. Officium
ergò prædicandi, siuè docendi ex duplici capite
pensandum est, & ratione obiecti, nimirùm an sit
alicui ordini annexũ, & quidem iam dictum est,
quòd non nisi accessoriè, & ex Ecclesiæ statuto
connexum est ordini modo declarato, pensatur
etiam ex effectu, & fructu prædicationis, qui im-
11 peditur, vel impediri potest ab eo, qui est in
mortali.

Pro quo adhùc Notandum tertio, quòd solùm
tùnc scientia vtilitèr docetur, vel etiam discitur,
quando adest bonitas mentis, & affectus, iuxta il-
Eph. 5. lud Ephes. 5. *fructus lucis in omni bonitate*, idest,
effectus gratiæ est omnis bonitas, & magis se te-
12 net ex parte potestatis iurisdictionalis, quàm or-
dinis, vt patet ex hoc, quia requiritur prælatio,
vel saltèm commissio. & quia non est perfecta
bonitas, nisi omnis malitia vincatur: *virtusq; est
bona mentis qualitas, qua rectè viuitur*, secundũ
August. & secundùm philosophum: *virtus bonum
13 facit habentem, & opus eius reddit bonum:* hoc au
tem maximè fit per charitatem, vnde si desit cha
ritas, perit omne bonum; constat enim, quod me-
ritum non est in ipsa scientia, sed tantum in vsu
14 illius; ratio huius est, quia ad meritum requiritur
liberi arbitrij actus, cum autem intellectui aliqua
veritas clarè proponitur, non potest ei non assen
tiri; ergò totum meritum est in vsu illius, qui li-
ber est. Est enim liber vnusquisq; & in addiscen-
do, & in docendo. & licèt per peccatum non per-
damus lumen naturale, debilitatur tamen: si qui-
15 dem experimur in nobis, quòd ex vehementia
passionum valdè distrahimur, & sic quantò pro-
cliuiores erimus ad peccandum, magisq; pecca-
16 tis affecti, tantò debiliores erimus in percipienda
veritate. hoc verò tantò amplius euenit circà ve-
ritates supernaturales, & quæ sunt in ordine ad
salutem, quantò pro illis assequendis puriores es-
se debemus, nam scriptum est, *quia in maleuolam
animam non introibit sapientia, nec habitabit in
Sap. 1. corpore subdito peccatis*, ergò ex maleuola, idest
malum volente fiat beniuola, idest bonum volẽs,
& subdatur bonitati, vt sibi apta sit ad meritum,
& alijs ad profectum.

Hæc intantùm dicuntur, vt astruamus, difficile
esse prædicatori, vel lectori publico cum doceãt
spiritualia, quamdiù existũt in affectu ad aliquod
17 mortale posse cum eo animi feruore, & vehemen-
tia affectus, sicut decet loqui, ex consequenti, nec
poterunt tantùm animos excitare auditorum, ac
sic essent sine tali affectu, & passione: siquidem
ait Christus. *Verba mea spiritus & vita sunt*, & Io. 6.
quomodo alijs dabit vitam, qui sine vita est? &
cõferet spiritum qui est sine spiritu? Deus dices,
vtiq; assentior, sed audi D. Bernardum, *tunc dat* D. Ber-
Deus voci suæ vocem virtutis quando voci eius ad nar.
dis vocem operationis. Verbum Dei est in ore E-
uangelizantium virtute multa, idest si tu coope- 18
ratus fueris voci prædicationis, vberior sequetur
fructus; hinc Augustin. de Doctrina Christiana. D. Au-
Non obedientèr auditur, qui seipsum non audit, & gust.
Gregorius in moralibus: *Cum imperio docetur,* D. Gre-
quod priùs agitur, quàm dicitur, nã doctrinæ sub- gor.
trahit quis fiduciam quando conscientia præce-
dit linguam, vita enim debet firmare doctrinam, 19
non impedire, & primò debet, qui docet se infor
mare in doctrina, postea alios Prouerb. 5. *Bibe a-* Prou. 5
quam de cisterna tua, & fluenta putei tui. & sub- 20
ditur, *post deriuentur putei tui foras*, & Matt. 21. Matth.
de ficulnea, cui maledixit Dominus, Glossa. *Fi-* 21.
culnea habens sola folia sine fructu prædicator est, Glossa.
habens verba sine bonis operibus. item August. de D. Au-
disciplina Christ. docet, quòd Doctor Sacrę Scri gust.
pturæ non debet esse timidus, vel remissus, sed li-
berè, & sincerè prædicare Dei verbum, vndè in-
quit, *Qui timuerit, ne semen cadat in terram ma-
lam, non perueniet ad bonam, iactamus semina,* 21
*spargimus semina, sunt qui contemnunt, sunt qui
apprehendunt, sunt qui irrideãt, istos si nos timue-
rimus, nihil habemus seminare, & sic in messe ha-
bemus esurire*. Quare 2. Timot. 3. *Prædica verbum* 2. Tim.
insta opportunè, importunè argue, obsecra, increpa, 3.
in omni patientia, & doctrina; non ergò qui expe
ritur in corde suo duritiam, securè, & liberè alijs
euangelizare poterit, nec importunè arguere,
qui seipsum non arguit ad emendationem: *Tu
verò vigila, & ministerium tuum imple*, subdit
Apostol.

Cur (quæso) cum legi soleat Euãgelium in ali-
quibus Ecclesijs, Crux præcedit Euangeliũ? equi
dem ad demonstrandum, quòd prędicatio, & prę
dicator debent sequi, idest imitari crucifixum;
quarè Dominus Petro. *Sequere me*. 22

Et cur Subdiaconus librum, & puluinar portat
ante Diaconum lecturum Euangelium? certè ad
significandum, quòd prædicator debet vitam su- 23
am cum bono opere Deo offerre, vndè Apostol. Colos. 3
*omne quodcumq; facitis, aut verbo, aut opere in no
mine Domini nostri Iesu Christi facite*.

Et cur lecturus Euangelium munit se signo cru
cis in fronte, ore, & pectore, signando Euangeliũ
tribus digitis? certè vt quod ore profers, corde 24
teneas, nec erubescas confiteri, & hoc per inuoca
tionem Sanctissimæ Trinitatis, de qua Isa. 4. *Qui* Isa.
appendit tribus digitis molem terræ.

Et cur legendo Euãgelium manus coniunctas
tenemus ad pectus? vtiquè ad designãdum, quòd
operatio legentis debet respondere intentioni.

Hæc

25 Hæc omnia sint dicta, & adducta ad insinuādum, quòd citrà dubium existens in mortali, semper
D.Th. peccat saltèm venialitè, vt enim inquit D.Tho. loco citato ex 4.Senten. *Quicumq; impedit finem doctrinæ docendæ peccat*. impedit autem, qui Sa-
26 cram Scripturam in peccato docet, non solùm rationibus iam adductis, cęterùm quia ore se profitetur nosse Deum, factis autem negat, quomodo verò, & quando peccet mortaliter, dicemus puncto sequenti, quarè hæc de secundo sufficiant.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *DOcens in peccato mortali notorio peccat mortaliter.*
2 *Prædicatio contemnitur, cum vita despicitur.*
3 *Prædicans cum timore victus tamen affectu peccati, non peccat mortaliter.*
4 *Prædicans ex officio in mortali existens semper grauiùs peccat, quàm qui ex commissione cæteris paribus.*
5 *Doctor, qui potest se subtrahere sine scandalo ab actu docendi: peccat se non retrahendo etiam mortalitèr.*
6 *Prædicatoris onus grauissimum.*
7 *Contritio sufficere potest ei, qui docet.*
8 *Habens copiam confessoris, an teneatur priùs, quàm doceat confiteri.*
9 *Habens copiam confessoris non peccat mortalitèr, si conterat exercendo officium prædicandi.*
10 *Duo requiruntur ad hoc, vt minister aliquis peccet mortalitèr.*
11 *Regula infallibilis ad videndum, quando minister in suo officio peccat mortalitèr.*
12 *Opera exigentia bonitatem in ministro, quænam sint.*
13 *Malitia in ministro duplex esse potest moralis, & formalis.*

QVo ad tertium sit

Conclusio prima. Ille, qui prædicat, siuè legit publicè Sacram Scripturam in
1 peccato mortali notorio, & publico peccat mortalitèr.

Probatur, quia tunc ponit impedimentum effectui prædicationis, & doctrinæ, quantum fit ex
D.Th. parte sui. est D.Thom. doctrina super epist. 2. ad
Apost. Corinth. cap. 6. in exponendo illa verba Apostol. *Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum.*

D.Greg. Confirmatur ex D.Gregorio in Past. *cuius vita despicitur, necesse est, vt eius prædicatio contemnatur*; cauendum ergò maximè à peccatis
2 publicis.

Secunda conclusio. Existens in mortali occulto prædicans quasi sine animo prædicandi indignè: sed cum timore, & reuerentia mallens prædicare dignè, licèt ductus vehementia passionis ad peccatum non conterat, iste sic dispositus, nō peccat mortaliter exercendo officium prędicatoris. 3

Probatur, quia tunc nec contemnit officium prædicationis, & aliquo modo exhibet conatum fructuosè prædicandi; est Caietan. sententia in sua Summula, vbi (ni fallor) corripit suam opinionem, quam habuit 3. par. & 2.2. vt dictum est, Caie. in
quarè huiusmodi videtur peccare ex fragilitate. Erin. n. sum. ad not.

Tertia cōclusio. (Cæteris paribus) semper grauiùs peccat existens in mortali, siuè occulto, siuè publico prædicans, seù docens ex officio, quàm 4
ex sola commissione.

Probatur, quia habens officium est minister proprius, & deputatus ad hoc, ac eò grauiùs peccat. est D.Thom. in 4. Sentent. loc. cit.

Quarta conclusio. Docens ex commissione, & persentiens se valdè affectum alicui mortali peccato potensq; se eximere ab onere prædicandi, siuè docendi publicè sine scandalo etiam in occulto peccato existens peccat mortaliter, hoc 5
idem potest affirmari de habente prælationem, si sine scandalo potest committere alijs.

Probatur, quia, vt sic, contemnit prædicationem, nec vult animaduertere, quæ sint onera docentis, & conijcit se in pericula sine occasione; abutiturq; ministerio, & fortasis huic dicitur il- 6
lud Psalmi 49. *Existimasti iniquè, quòd ero tui similis arguam te, &c.* Certè prædicator sic malè Psal. 49
affectus, Deumquè quasi sibi similem in corde cō fingit, quòd complaceat doceri bona, & fieri mala, & (ni fallimur) hæc est intentio D.Thom. in loc. citat.

Quinta conclusio. Habens propositum pœnitendi, nec non adhibendi conatum, vt resurgat à peccato, siuè prædicet, vel doceat ex officio tamquàm minister vt Prælatus; siuè ex commissione 7
non peccat mortaliter exercendo officium docendi.

Probatur, quia tunc non agit quasi motu proprio, sed ductus, vel ratione officij, vel animo se magis prouocandi ad resipiscentiam à peccato, vt contingit in multis. Est D.Tho. ex parte super Io. in exponendo illa verba. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat*, & 3. p. q. 64. art. 6. in resp. ad 3.

Sed quid, si habeat copiam confessoris, teneatur ne confiteri? Respondeo vtiquè meliùs erit, 8
tùm quia ex attrito virtute clauium fit contritus tùm quia sentiens in semetipso speciales difficultates conterendi, nulli dubium est, quòd accedendo ad confessionem incrementum doloris, & detestationis accipit. at in rigore si sibi non immineat necessitas communicandi, vel administrandi aliquod Sacramentum ex officio omittens cō fessionem, non peccat, idest non incurrit propter 9
hanc omissionem nouum peccatum; siquidem, vt videre est in D.Thom. 3. par. quæst. 64. ar. 6. in D.Th.
corp. quod etiam optimè adnotauit Caiet. in ex- Caiet.
positione, & quolib. suo tomo 2. tracta. 10. quæst. vnica de vsu spiritualium, duo requiruntur ad hoc,

hoc, vt quis peccet mortaliter: primo deformitas
Leu. 19 in ministro: cum enim scriptum sit, *Sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum*, non conformando se
10 pro posse in bonitate cum eo, cuius est minister haud dubium, quòd peccat; cæterùm vt mortalitèr delinquat; vltrà hoc requiritur contaminatio Sacramenti, quod fit, quando adest irreuerentia, siuè indignitas peccati mortalis in ministro, cui incumbit ex officio ministrare; talis enim, quantum fit ex se contaminat Sacramenta, quę sui natura sunt incontaminabilia. siquidem actus Sacramentorum sui natura exigunt cōsecrationem in ministris, & in seipsis sunt consecrata. Quarè D. Tho. ibidem & apertiùs in respon. ad primum statuit pro regula infallibili, & posterioristica, si affirmatio est causa affirmationis, negatio negationis, idest quotiescumq; opera sunt sanctificata, vel sanctificantur per consecrationem ministri, necessariò exigitur sanctitas in ministro, vi-
11 delicet quòd sit sine mortali peccato: vndè ex hoc eximit tantùm Sacerdotem à nouo peccato mortali, quando non ex officio, & tamquàm minister deputatus, sed induens alterius personam
12 baptizat sine solemnitate in casu necessitatis; dico sine solemnitate, quia solemnitas est indicium quòd tunc agat tamquàm minister, ita D. Tho. in resp. ad 3. ibidem.

Et animaduertendum, quòd in omnibus loquimur de malitia mortalis peccati; siuè de malitia morali in ministro; namq; si esset malitia formalis, idest tamquàm minister principaliter, videlicet, quia non habet intentionem conficiendi, vel
13 faciendi, quod fecit Christus, & intendit Sancta mater Ecclesia, vel non substitueret debitam materiam; aut non exhiberet debitam formam, tūc liquidò & peccaret mortaliter, & esset præcisus ab Ecclesia, vndè si prædicator doceat animo nō docendi; sed peruertendi, tunc debet abscindi, quia nos, nostramq; salutem perturbat, & hæc de tertio dicta sufficiant.

PVNCTI QVARTI SVMMA.

1 *Operum charitatis, & prædicationis non est eadem ratio.*
2 *Ex necessitate prædicans saltē conterere debet.*
3 *Prædicatio non exigit consecrationem in ministro de sui natura.*
4 *Prędicatio Diacono, & quandoq; Eremitis commissa fuit.*
5 *Violētia omnis, quæ fit in Ecclesia, vel Ecclesiæ sacrilegium sapit.*
6 *Diaconi, & Subdiaconi, an peccent in mortali exercentes officium.*
7 *Prędicare magis ad potestatem iurisdictionis spectat, quàm ordinis.*
8 *Consecrare vasa, templa, Virgines, Abbatissas non exigunt necessariò ministrum sine mortali.*
9 *Reprehendens de aliquo peccato, in quo quis existit se condemnabilem ostendit.*
10 *Regula D. Bernardi pro prædicatoribus.*

QVo ad quartum. Ad argumenta ergò dicitur. Ad primum quòd non est par ratio cōmuniter de operibus charitatis, & de actu docendi; illa enim si præstentur in gratia ampliùs sanctificāt, & si extrà gratiam disponunt ad illam, prædicatio verò diminuit fructum, vel tollit, si quis illam habeat cum affectu ad mortale. 1
quarè semper aliqualitèr peccat, vt dictum est in conclusionibus, nisi saltèm conterat.

Ad secundum dicitur, quòd data necessitate 2
prędicationis, vel ex officio, vel ex commissione, cum non possit quis resistere, debet pœnitere de peccato, & sic licitè fungetur officio doctoris, vel prædicatoris.

Ad tertiū pro parte affirmatiua dicitur, quòd concludit, quamdiù quis existit in actuali affectu ad peccatum, sic enim semper aliqualitèr peccat vt dictum est; secùs si pœniteat.

Ad confirmationem dicitur, quòd D. Tho. loquitur, quando prædicator est in aliquo peccato publico, & notorio, tunc enim sequitur apertè scandalum, quòd si de occulto censeatur Diu. Thom. loqui, iam dictum est, quòd potest pœnitere.

Ad quartum negatur quòd prædicatio exigat 3
consecrationem in ministro de sui natura: non enim in Sacerdotū ordinatione fit mentio prædicandi, nequè illos deceret admittere absq; maiori examine, & patet, quòd potest Diacono com- 4
mitti, & in primitiua Ecclesia Eremitæ, & alij prædicabant, & D. Gregor. 1. Dialog. refert de D. Gregor.
quodam seculari nomine Equitius, qui populo prædicabat, & laudibus eum commendat. Quarè quòd Sacerdotibus incumbat ordinariè loquendo, est ex mera institutione Ecclesiæ, vt iàm dictum est; nec sequitur, vt dicit Caiet. quòd stan- Caiet.
te tali institutione trahatur officium prædicandi ad conditiones Sacramentorum, hoc enim est voluntariè dictum, & de extrahente violentèr ab 5
Ecclesia hominem iam diximus, quòd omnis violentia, quæ fit Ecclesiæ, vel in Ecclesia sapit naturam sacrilegij de sua ratione, quarè magis censenda est declaratio Ecclesiæ in tali casu, quàm mera institutio, vt in officio prædicationis.

Dicitur secundo dato, quòd præsupponat consecrationem in ministro, ergò peccat exercens prædicationem in mortali in quocumque casu mortalitèr, negatur consequentia: siquidèm & D. Thom. tantummodo hoc asserit de Sacramentis, quæ in seipsis habent sanctitatem, & Diaco- 6
ni, vel Subdiaconi in exercendo sua officia in mortali non semper peccant mortalitèr, quia nō consumatè attingunt perfectionem Sacramenti ordinis, vt est opinio ferè omnium.

Et vlteriùs (prout dictum est) prædicatio magis spectat ad potestatem iurisdictionis, quā ordinis;

7 dinis; quarè in ſignum non niſi habenti curam animarum, vel ex commiſſione licet alicui prædicare, & accepta benedictione. Conſtat autem, quòd non omnia huiuſmodi exigunt neceſſariò ſanctitatem in miniſtro, etiam quòd ſit conſecratus, quis enim dicet, quòd conſecrare vaſa, templa, ornamenta, Virgines, & Abbatiſſas, in peccato mortali ſit mortale? ſiquidem cum non ordinentur ad gratiam conferendam ſaltèm proxi-
8 mè; non eſt cur ità rigorosè iudicemus de huiuſmodi actibus; ſecundariò enim, & conſequentèr ad miniſtrum conſecratum, & non primò iſta ſpectant, quod etiam admittit Caietan. de prædica-
Caiet. tione 2.2.q.187. in expoſit. ar.1.

Ad confirmationem ex Ariſtot. patet, quòd nos non negamus, quin aliqualitèr peccet exercens prædicationem cum affectu ad mortale, quia non conformatur principali agenti pro poſſe: at controuerſia eſt de mortali, quarè dicẽdum, vt dictum eſt.

Ad vltimum dicitur, quòd iudicando alios de aliquo crimine, in quo ipſe prædicator ſit poſitus equidem & ſeipſum condemnabilem oſtendit, quod in ſe prædicator reflectere debet, vt vel
9 ſic doleat, & reſipiſcat, cæterùm quod negamus eſt, quòd ſemper incurrat nouum peccatum mortale exercendo in mortali munus prædicationis.

Et quia Doctoribus, & Prædicatoribus benè agentibus, ac benè patientibus maxima in cœlo
10 paratur corona: intraſcriptos verſus ex floreto
D. Bern. D. Bernardi pro regula, & honore ſubijcere voluimus quos ſi memoriæ commendent, & opere compleant benè illis erit in nouiſſimo.

Vt valeas eſſe Doctor bonus, iſta neceſſe
Sint tibi, præcipuè q́ debes corde tenere
Sit q́ decens vita bona, lingua, ſcientia, prudens
Conueniat q́ modus, intentio ſit tibi Chriſtus
Commoda dic, verba q́ ſcientia, lege probata
Sicut ab errore doctor caueas q́ pudore
Sancta fides, culpa virtus, & gloria, pœna
Hæc ſunt præcipuè per te ſermone docenda
Sermo tuus gratus ſit verax præmeditatus.
Clarè probatus bona cernens, & moderatus
Vtilis ornatus ſit congruus, at q́ probatus
Non tamen elatus ſit, nec nimiũ phaleratus
Semper ſermones fac iuxta conditiones
Illorum, qui ſunt præſentes nam magè proſunt
Verba Dei recita documentis facta marita
Prodeſt Doctor, ita ſi conſtet, & bona vita.

Hæc ex D. Bernardo, & pro quarto dicta ſufficiant.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *Doctorum, ſiuè docentium alios triplex genus, nec quartum dari poteſt.*
2 *Mandatum ſolui dicitur non in ſeipſo, ſed in tranſgreſſore.*
3 *Mandata tripliciter ſolui dicuntur.*
4 *Mandata quomodo minima dicantur.*
5 *Mandata Moyſi minima, & in obſeruatione, & in retributione, & grauia in tranſgreſſione.*
6 *Mandata Chriſti magna quia difficilia.*
7 *Mandatorum Chriſti tranſgreſſio ſemper grauis in Chriſtiano.*
8 *Minimum vocari in regno cælorum quid ſit.*
9 *Mandata ſoluere, & ſic docere eſt maximam ſibi comparare pœnam.*
10 *Doctori docenti, & facienti, quod docet, præmiũ in regno cælorum, ideſt præſenti Eccleſia, & cæleſti datur.*
11 *Phariſæorum iuſtitia qualis.*
12 *Iuſtitia duplex in verbo, & opere.*
13 *Rectitudo vitæ ſine doctrina ſufficere poteſt, non è contra.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum pro concionatoribus hoc vnum addendum eſt, quòd Doctores ſunt in triplici genere, quidam malè viuentes, & malè docentes, & hi peſſimi ſunt, quidam è 1
contra & benè viuentes, & benè docentes, & hi optimi ſunt. tertij ſunt, qui malè viuunt, & benè docent; conſtat autẽ, quòd non poteſt dari quartum genus eorum ſcilicet, qui malè docent, & benè viuant, ſiquidem eſſet implicatio ex quo vnuſquiſq́; qualis eſt, tales, & alios eſſe vellet imò & conatur ſic eſſe.

De his tribus Doctorum generibus Chriſtus ſecundum Abulenſis expoſitionem mentionem Abul.
facit Matth. cap. 5. de primis cum dixit. *Qui ergò* Mat. 5.
ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum, id eſt qui violauerit vnum de mandatis tranſgrediendo, & in excuſationem ſuæ peruerſæ vitæ ſic ſoluere eo modo, quo ipſe ſoluit docuerit alios conando ſimiles eos efficere. vbi nota ſecundum Rabbanum, quòd mandata quis ſoluit Rabbanus.
in ſeipſo non in ſeipſis, quia veritas mandatorum manet licèt non in iſto tranſgreſſore; mandatum enim habet in ſe vim obligandi, cum ergò quis non obſeruat illud, deſtruit totum vigo- 2
rem eius. & hoc modo dicitur ſoluere illud. ſoluuntur autem mandata triplicitèr, non agendo, 3
non credendo, & alios in errorem trahendo: dicuntur verò mandata minima, vt moralia, vel etiam legalia aliqua veteris legis per comparationem ad mandata nouæ legis ſecundùm diui Au- 4
guſt. expoſitionem, vel & meliùs mandata Chriſti non abſolutè, ſed per comparationem inter ſe, nam vnum maius eſt altero dignitate, vel etiã omnia quo ad rationem peccati, & culpæ; præcepta enim Moyſi erant minima in actu, quia minimus labor erat in obſeruando illa, ac eò erant etiam minima in retributione, eò quia parua in 5
labore;

labore; magna tamen erant in peccato, quia qui peccasset in eis, cum posset faciliter cauere; eò quòd non esset difficilè obseruare talia mădata, peccabat grauiùs, quia (cæteris paribus) tătò pec catum est maius, quantò occasio peccandi est mi nor, tunc enim tota causa peccati ab intrinseco est, videlicet ab iniquitate hominis. Mandata au
6 tem Christi sunt magna in actu, quia laboriosum est cauere concupiscentiam, & cauere iram, & vniuersalitèr cauere, ne offendatur in actibus internis magis quàm cauere homicidium reale, & adulterium, & generalitèr consumationem peccati per actum exteriorem, ac etiam in retributione magna sunt, ex quo magna difficultas est in obseruando illa; minima autem dicuntur in peccato, quia faciens contra illam minus peccatum est, quàm contra mandata legis Moysi; minus est enim irasci, quàm occidere, & minus est concupiscere, quàm fornicari, vt dicit Chrysost. D.Chrysost.
Dicendum tamen, quòd quælibet transgressio mandatorum Christi semper magna est cuilibet Christiano, & hoc ratione maiorum beneficiorum, quæ recepit Christianus, quarè magis ingra
7 tus est peccando. iste ergò soluens mandatum, & docens alios sic, idest soluere eo modo, quo ipse soluit minimus &c; non dicit erit, sed *vocabitur in regno cælorum*, idest pro nihilo æstimabitur; vndè Chrysostom. in quadam homilia: *cum audieris minimum in regno cælorum nihil aliud suspicare, quàm supplicium, & gehennam, si quidem reputabitur hæreticus, & præcisus ab Ecclesia, &* D.Chrysost.
8 *sic minimus gradus boni dabitur illi, qui soluerit, & docuerit sic*; & quis est minimus gradus boni, nisi maximus gradus pęnę? pœna enim inter minima bona computatur, & erit semper minus bo
9 num, quantò maior erit pœna. Nec mireris in audiendo ista: namquè pœna est volita à Deo, non tantū permissa, vt culpa, ac eo bona, & quia erunt in pœna sic peccantes, & in maxima pœna, ideò minimi vocabuntur.

De secundo genere Doctorum mentionem facit Christus cum subdit, *qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur*, imò erit *in regno*
10 *cælorum*, idest in præsenti Ecclesia, in qua duplici honore erit dignus 1. Corinth. 5. & in cœlo quia & præmium essentiale consequetur, & accidentale videlicèt aureolam, de qua supradictum est in præcedenti articulo.

De tertio Doctorum genere fit mentio, cum
11 sequitur Christus. *Amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum*. Et quarè? quia dicunt & non faciunt imò plus dicebant, quàm dicere oportebat imponendo onera grauia, & addendo vltra necessaria; hac intentione vt apparerent strictioris vitæ, & maioris sanctitatis. iustitia namquè duplex est, scilicet re-
12 cta facere, & recta docere, iustitia enim dicit quandam rectitudinem, & vtrobiquè est rectitudo, ita tamen comparantur istæ duæ rectitudines, quòd si quis rectè viuat, etiam si nihil doceat 13
sufficit, rectè tamen docere, si non rectè viuamus non sufficit, & hanc quia solam habebant Pharisæi, ideò non intrabant in regnum cœlorum. hoc totum dicitur propter Doctores Ecclesiæ noui Testamenti, & sumitur hoc in loco regnum cœlorum pro futura beatitudine, cōstat enim quòd in Ecclesia militante intrant, & boni, & mali licèt tantum boni meritò spectent ad illam. Hæc de toto quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS X.

Vtrùm qui per totum tempus vitæ suæ docuit propter vanam gloriam pœnitendo in fine recuperet aureolam.

Videtur quòd sic: primo quia aureola debetur fructui conuersionis, qui sequitur ex prædicatione, & doctrina, iuxta illud *gaudium meum, & corona mea*, sed potuit Phil. 3
contingere, quod ex prædicatione eius, qui propter vanam gloriam principalitèr prædicauit, multi sint conuersi ad fidem, vel ad bonos mores ergò.

Secundo, virgo quæ mente corrupta est, licèt non carne pœnitendo in fine recuperat aureolam, ergò à simili Doctor, quem pœnitet in fine de suo peccato.

Tertio, Non est illicitum prædicatori habere oculum ad temporalia secundùm illud 1. Cor. 9. *debet qui arat, in spe arare*. Glossa, *stipendium temporalium*, ergò non erit illicitum, habere oculum ad honorem mundi.

Sed contra est, quia opera mortua per pœnitentiam non reuiuiscunt, sed opera istius Doctoris censentur facta in peccato, vt præsupponitur ergò.

Respondeo seruato ordine prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI. SVMMAR.

Qvo ad primum non est opus declarare titulum, sumendus enim est secundum verba prout sonant, implicat enim continuationem intentionis in ordine ad vanam gloriam, quicquid sit; si quandoq; contingat talem malam intentionem interrūpi, de quo dicetur suo loco. hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMAR.

1 *Inanis gloria vitium occupat etiam seruos Christi.*

2 *Inanis gloria ex duplici capite mortale esse potest.*

I Inanis

3 *Inanis gloria modi octo, quibus est peccatum mortale.*
4 *Inanis gloria potest haberi antecedentèr, concomitantèr, & consequentèr.*
5 *Inanis gloria potest habere rationem finis vltimi diuersimodè.*
6 *Inanis gloria, quando est finis operantis semper mortale est.*
7 *Inanis gloriæ concomitantis exemplum ex D. Bernardo.*
8 *Inanis gloria consequens qualis, et quomodo difficilis ad euitandum.*
9 *Inanis gloria cur computetur inter mortalia.*
10 *Error existimantium omne vitium capitale esse mortale.*
11 *Capitale vitium tria potest claudere in sua ratione.*
12 *Inanis gloria non est radix omnium vitiorum.*
13 *Inanis gloria finis valdè appetibilis, videlicèt laus, & gloria.*
14 *Inanis gloriæ species quæ sint.*
15 *Inanis gloriæ specierum sufficientia.*
16 *Iactantia quid.*
17 *Præsumptio quid.*
18 *Hypocrisis quid.*
19 *Pertinacia quid.*
20 *Discordia quid.*
21 *Contentio quid.*
22 *Inobedientia quid.*
23 *Inanis gloria primò respicit excellentiam, secundò non depressionem.*
24 *Ex inani gloria facilè mortalia oriuntur.*

D. Chrysost. QVo ad secundum, Notandum primò cum D. Chrysostom. super Matth. quòd cætera vitia in seruis diaboli locũ habent; inanis autem gloria etiam Christi seruos occupat, & hoc ideò quia quandoquè est mortale peccatum, quandoque veniale; quarè cautè discernendum est, ne contingat errare, cum hoc sit vitium latens, quandoquè transfigurans se in angelum lucis, & sub boni specie decipiens. Sciendum ergò quòd generalitèr loquendo inanis gloria peccatum mortale est altero duorum modorum, vel quando quis talem gloriam quærit in his, quæ Deo displicent, vt quando quis gloriatur in peccatis, vel quando quis est adeò affectus huic inani gloriæ, quòd pro ea consequenda non curat transgredi Dei mandata: vndè Abulen. quæstio. 8. super cap. 6. Matth. reducit in specie ad octo capita. Primo quando quis cupit gloriam de malis, quæ fecit, vel de rebus turpibus, quod est grauissimum peccatum secundùm illud Psalmi. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Secundo quando gloriari cupit de eo, quod pertinet ad Deum, & vult talis credi, vt patet Ezech. cap. 18. de rege Tyri cuius cor est eleuatum dicens. *Deus ego sum.* hoc idem de Pharaone Exod. 29. Tertio quando quis gloriatur de eo, quod verè habet, sed quasi habeat à semetipso

(margin: 1, 2 Abul., 3)

contra quos Apost. *Quid habes, quod non accepisti, & si accepisti, quid gloriaris?* quarto si quis vti què recognoscat quod a Deo acceperit cæterùm proprijs meritis. Quinto quando quis præfert bona, quæ habet in hac vita bonis futuræ vitæ: quasi ista sint maiora, & sic magis gloriatur in illis. Sexto quando quis præfert laudes hominum illorumq; approbationem laudi, & testimonio ipsius Dei per eius Scripturam, boni enim à Deo laudantur, iuxta illud Roman. 2. *cuius laus ex Deo est non ex hominibus.* Septimo, quando quis gloriatur de eo, quod non habet, siuè vsurpando, quod est Dei, vt dictum est de Rege Tyri & Pharaone, siuè quodcumq; aliud, vt quando quis gloriatur se philosophum esse, cum non sit. Octauo quando quis pro laude hominum non curat, quæ sunt Dei, in omnibus istis modis gloriantes peccant mortalitèr salua imperfectione actus, & carent omni merito, & sunt digni omni poena, vt patet. 1. Cor. 4.

Notandum secundò cum D. Chrysosto. quòd inanis gloria potest haberi antecedentèr, concomitantèr, & consequentèr; antecedentèr tunc est, quando ipsa est radix operationis, ita vt operans intentione consequendi gloriam apud homines operatur sic, quòd si nullatenus speraret talem gloriam non operaretur; vndè est sibi finis vltimus operationis illius, & de ista est specialiter sermo in nostro quæsito. Nec mireris, quòd inter venialia hanc inanem gloriam statuamus etiam quòd quis illam eligat pro fine vltimo: dummodò enim non repugnet charitati, nec fiat cum Dei contemptu, nec cum omissione præceptorum illius non peccatur mortalitèr. Et vt sis cautus distingue aliud esse, quòd quis sibi statuat pro fine vltimo inanem gloriam aliud, quòd quis statuat pro fine vltimo eandem inanem gloriam non sui ipsius, sed alicuius suæ operationis. Primo modo citra dubium esset mortalissimum, quia faceret sensum, quod huiusmodi sic operans omnia sua, & seipsum ordinat ad talem finem; at secũdo modo tantùm vnam, vel aliquas operationes ordinat ad gloriam humanam, & hoc benè animaduertendum est. Secundò concomitantèr, & quando alicui inchoata bona operatione insurgit gloriatio in semetipso, vt legitur de D. Bernardo, qui inter concionandum cum videret se valdè gratum, & populum maxima cum attentione audientem insilijt, in eo suggerente Dæmone spiritus inanis gloriæ, verùm Sanctus parumpèr subsistens in semetipso dixit, *nec per te incepi, nec per te finiã.* Consequentèr quando perfecta opera & viso, quòd sit grata, & accepta insurgit in eo talis motus cum aliqua complacentia, & huiusmodi gloriationes vix euitantur etiam à bonis, qua ratione Diuus Gregorius vltimo moral. inquit, *non est possibile ipsum euitare*, nimirùm hunc spiritum inanis gloriæ, *nisi cum diligentissima cautela.*

(margin: 4, 5, 6, 7, 8 D. Greg.)

9 Notandum tertio, quòd inanis gloria computatur

tatur inter septem vitia capitalia, ac eo vide-
tur,quod ex suo genere debeat esse mortale pec-
catum, & hic error est multorum qui existimant
omne vitium capitale esse mortale ex sua ratio-
10 ne,quod tamen est falsum.nam tria sunt de ratio
ne vitij capitalis;primò quòd ipsum nõ sit radix,
& origo omnium peccatorum eo modo, quo cu-
piditas, siuè sui ipsius amor, vel etiam superbia
dicuntur capitalia vitia, quia omne vitium radi-
11 catur aliqualitèr in inordinato sui ipsius amore,
nec non superbia vt patet, & alibi dicetur à no-
bis;non sic est inanis gloria,nec hac ratione dici-
tur vitium capitale, constat enim,quòd auaritia,
ira,& luxuria non habent, vt sic ordinem ad ina-
12 nem gloriam ; neque vt causa efficiens, neque vt
finis.Secundo requiritur, quòd habeat finem ap-
petibilem,quo plurimi moueantur,& hoc modo
constat,quòd inanis gloria habet finem valdè ap-
petibilem,nam illius finis est laus, & gloria apud
homines:omnes enim homines naturaliter appe-
13 tunt excellentiam, quam tunc existimant habe-
re quando laudantur, & approbantur ab homi-
nibus. Tertium, quod est de ratione vitij capita-
lis,est quòd ab ipso oriantur aliqua peccata,tan-
quam species, seù filiæ, constat autem quòd ab
inani gloria oriuntur inobedientia,iactantia,hy-
pocrisis,contentio,pertinacia,discordia, nouita-
tum præsumptio,cuius diuisionis sufficientia est,
14 quia cum finis inanis gloriæ sit manifestatio pro-
priæ excellentiæ,quam quis habet, vel se habere
ostendit.potest aliquis ad hoc tendere duplicitèr
15 directè, & indirectè; directè aut per verba, & sic
est Iactantia qua quis dicit multa ad sui gloriam,
siuè vera,siuè falsa; si per facta aut vera,aut falsa,
16 si vera, sic est Nouitatum præsumptio quãdo (in-
quam) quis conatur aliqua noua inuenire, vt in
17 eis quis specialitèr glorietur,si verò per facta fal-
sa,sic est hypocrisis;hypocrita enim conatur ali-
18 qua bona simulatè facta præstare,vt bonus habea
tur, & hinc approbetur, & laudetur: Quòd si or-
dinet ista ad lucrum(vt multi faciunt)pertinet ad
auaritiam; indirectè autem,& hoc vel quoad in-
19 tellectum. & sic est pertinacia, qua quis non vult
credere, nec cedere alterius opinioni, ne videa-
20 tur minor, vel quò ad voluntatem, & sic est di-
scordia, qua quis non vult à propria volunta-
te discedere, nè pariter videatur minor, vel
21 quò ad locutionem, & sic est contentio, qua
quis non vult credere, nec cedere alteri, nec e-
22 tiam in verbis eadem ratione, ne videatur mi-
nor; vel demùm quantùm ad factum, & sic est in-
obedientia quando quis non vult obedire supe-
riori, vt non appareat inferior, & minor. dicun-
tur ista indirectè spectare ad inanem gloriã;quia
inanis gloria primò quærit excellentiã, & maio-
ritatem;secundariò quòd non videatur minor.ca
23 uendũ tamen,quòd aliquæ ex istis conditionibus
spectãt ad alia vitia capitalia diuersa tamẽ ratio-
ne,de qua re videatur D.Th.2.2.q.132.ar.4.& 5.
24 Patet ergò quòd licet, inanis gloria absolutè

non sit peccatum mortale, tamen quia ex ipsa fa
cilè oriri possunt mortalia, & habet conditiones
vitij capitalis, ideò inter septem vitia computa-
tur;nec secundùm D.Greg. ipsa superbia compu Lib. 31. Moral.
tari debet inter capitalia,cum sit radix omnium,
& non aliquorum,vt dictum est. radix (inquam)
vel in genere causæ efficientis, vel finalis; & hæc
de secundo dicta sufficiant.

PVNCTI TERTII
SVMMAR.

1 *Opera in mortali facta numquam reuiuiscunt.*

2 *Aureola dabitur pro rata operum,quæ quis fecerit post pœnitentiam.*

3 *Docens per inanem gloriam, pro eo actu, vt sic, nec auream,nec aureolam habet.*

4 *Aureola, auream semper præsupponit pro eodem actu.*

5 *Inanis gloria concomitanter,vel consequenter, per pœnitentiam diluitur Aureolaquè recuperatur.*

QVo ad tertium sit prima conclusio.Qui per totum tempus vitæ suæ docuit,ob vanam gloriam,tanquam finem; etiam quòd pœniteat in vltimo,non recuperat aureolam.

Probatur primò à simili. Quia opera facta in mortali,quacumque pœnitentia subsecuta numquam reuiuiscunt, cum non possit reuiuiscere, quod numquam fuit viuum, sed opera istius nũquam fuerunt meritoria, vt patet ergò per pœnitentiam non possunt recuperari. 1

At cunctaris? quid si pœniteat ante opus consummatum, & perfectum, sic, quòd multi actus docendi adhuc sibi supersint,quando pœnitet?

Respondeo in tali casu habebit aureolam pro rata,& portione operis, quod sibi superfuit perficiendum. 2

Probatur secundo, quia aureola præsupponit auream,sed iste non habet auream, ergò nec aureolam.

Sed contrà. Iste præsupponitur in gratia,cum veniale non repugnet charitati, ergo iam habet auream,& sic etiam aureolam habere poterit.

Respondeo negatur, quòd habeat auream de actu, siuè pro actu docendi, de quo loquimur, cum enim iste actus non fuerit meritorius pro eo non habet auream, quare nec habiturus est aureolam.Quidquid ergò sit de alijs actibus,qui ex charitate fuerunt eliciti, vel imperati nihil ad nos; Necesse est enim quòd pro eodem actu habeatur primò aurea, & consequenter aureola, sicut præmium accidentale præsupponit semper præmium essentiale. 3 4

Secunda conclusio. Inanis gloria consequens actum, & quodcumque opus bonum, iam consummatũ, & perfectum in gratia,& ex gratia,nõ tollit aureolam,nec quoduis præmiũ accidẽtale.

Probatur eadem ratione, quia iam iste actus fuit meritorius, licèt subsequatur inanis gloria, quę si sit peccatum veniale tantùm purgatur per pœnitentiam hic, vel in purgatorio. quòd si sit peccatum mortale adhibita pœnitentia reuiuiscunt merita pręcedentia modo, quo opera facta in gratia, & ex gratia posito mortali peccato mortificantur, & ad pœnitentiam, quæ subsequitur reuiuiscunt. vt est communis Theologorum sententia Et per hæc patet etiam quid dicendum de inani gloria, quæ comitatur opus. quarè iam constat veritas quæsiti. Hæc de tertio dicta sufficiant.

PVNCTI QVARTI. SVMMAE.

1 *Prædicator primò, vel ex æquo intẽdens temporalia in docendo, grauiùs peccat quam si per inanem gloriam.*

2 *Temporalia possunt à docente, & quæri, & exigi pro sustentatione, non pro mercede.*

QVo ad quartum breuitèr ad argumenta dicitur, ad primum quòd conuersioni fidelium debetur aureola præsupposito merito essentialis præmij in eo, qui prædicauit, siuè docuit. hoc autem non reperitur in docente per inanem gloriam, prout diximus.

Ad secundum dicitur, quòd non est par ratio de virgine corrupta animo tantùm non carne, quia enim manet integritas carnis, quæ est virginitas materialis, posita pœnitentia de animi corruptione, recuperatur aureola. In actu autem docendi qui iam transiuit, sic quòd nihil eius remanet, etiam adhibita pœnitentia, non potest recuperari; quia quod nullo modo est, non potest recuperari.

1 Ad tertium dicitur, quòd si prædicator, vel docens habeat animum ad temporalia tanquàm ad premium, & mercedem est par ratio. sicut de eo, qui docet propter inanem gloriam. Imò grauiùs peccat, quia sic facit Euangelium venale, secùs verò de eo, qui habet oculum ad temporalia, sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis vitæ Hoc enim modò licèt prædicatori habere oculum ad terrena, iuxta illud 1. ad Timoth. 1. *qui benè præsunt præsbyteri duplici honore digni sunt.* Vbi Augustinus. *Necessitatis est accipere vndè viuitur charitatis est præbere, non tamen est venale* (1. ad Timot. 5. Aug.)

2 *Euangelium pro his, si enim sic vendunt magnam rem, vili vendunt. Accipiant ergò sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis, à Domino.* Videatur de hac re Diu. Thom. quodlib. 2. articu. 12. quæstio. 6. Et de eo, qui docet propter inanem gloriam quodlibet. quinto, articu. 24. quæst. duodecima. Et hæc de quarto puncto satis sint.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *CAntos nos reddit Christus ne perdamus fructum boni operis, & quomodo.*
2 *Inanis gloria sub specie honestatis occupat.*
3 *Iustitiam nemo operatur, sed opus iustum.*
4 *Legem non quicunq; facere potest.*
5 *Opus bonum fieri in secreto, est ad cautelam intentionis operantis.*
6 *Opus bonum, & honestum sua natura, amat manifestari, secùs turpe, & inhonestum.*
7 *Bonum omne à Deo est.*
8 *Prælati aliquando publicè debent bona operari.*
9 *Opus propter inanem gloriam caret mercede æterna.*
10 *Inanis gloria quando est veniale peccatum.*
11 *Merces quid sit.*
12 *Operans non pro Deo, nihil mercedis ab eo accipiet.*
13 *Operanti benè semper aliqua merces.*
14 *Charitas solùm Deum habet pro obiecto.*
15 *Virtutes morales, vt sic per ordinem ad sua obiecta carent merito.*
16 *Intentio finis confert bonitatem, vel malitiam in opere, quod fit.*
17 *Obiectum dat speciem virtutibus.*
18 *Opus ex charitate imperante factum, semper meretur apud Deum.*
19 *Anima nostra, ceù speculum.*
20 *Inanis gloria tineæ comparatur.*
21 *Præceptum non est de venialibus vitandis.*
22 *Peccat semper omittens circumstantias debitas.*
23 *Documentum Christi præ oculis habendum.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum pro concionatoribus facit illud, quod Christus Saluator noster Doctor, & Magister non solùm docuit nos bona facere, sed insuper animaduertit, quomodo, & qualitèr cauti esse debeamus in benè operando, ne fructum boni operis perdamus; vndè Matth. 6 primò in genere, deindè in specie, secundùm tria genera operum, quæ communitèr præstari possunt ab hominibus instruit nos; in genere quidem dicens, de omni opere quodcumque illud sit, *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est*; in specie de eleemosyna. *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere*, 2. de oratione contra Pharisæos, *qui amabant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare*. 3. de ieiunio contra eosdem, *exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* (Mat. 6. 2)

Et quia documentum generale adductum à Christo est, omninò vtile, & valdè prægnans, claudens

dens in se multa notatu digna; illud à nobis per omnes sui partes declarandum est; omnia namquè vt videbitur sunt ad propositum nostrum.

Dicit ergò Christus, *Attendite*, idest diligenter cauete, quia vitium inanis gloriæ, quod hic fugiendum propono latentèr, & sub specie hone-
9 statis subintrat cor: nec putabit aliquis se inani gloria teneri, nisi diligētèr aspexerit, vt ait Chrysostom. *nè iustitiam vestram faciatis*, idest opera vestra, nam iustitia propriè habitus animi est, quo iusti sumus, & iusta operamur, & ipsam iustitiam nemo operatur, sed opus iustum, Accipi-
3 tur tamen iustitia pro iusto opere, quia per illam
Io.7. iustè operamur, modo quo Ioan.7. dicitur, *nemo ex vobis facit legem*, idest opera legis, nam legem nemo facit nisi princeps, aut populus, & semèl
4 tantùm fit, idest conditur, vel instituitur, vt innuit Aug. de vera Relig. & habetur dist.4. cap. in istis,
D.Aug. & tunc dicitur institui quando promulgatur ead. dist.5. Leges.

Coram hominibus vt videamini ab eis, connectit ambas conditiones, videlicet opus, & intentionem ad gloriam apud homines. siquidē quòd opus bonum fiat in secreto, non est secundùm se bonum, quòd autem fiat in publico est magis bonum secundùm se; ideò enim fieri debet in secreto, vt vitetur inanis gloria: & ista necessitas non
5 est absoluta, sed per ordinem ad hunc finem. quarè sicut potio amara non est appetibilis secundū se, sed tantùm per ordinem ad ægritudinem tollendam, sic opus bonum fieri in secreto pro tollenda inani gloria; si verò non timeatur inanis gloria, nec est vtile opus bonum fieri in secreto;
6 opus enim bonum, quia bonum; secundùm se fieri desiderat in publico: solùm namquè turpe occultat se, ne videatur, quia turpe est: *omnis enim qui malè agit, odit lucem, vt nō arguantur opera eius*,
Io.3. Ioan.3. Honestum autem non habet, vndè erubescat, sed locum publicum quærit, palamq; videri, quia proficit ad diuinam laudem, ac proximi profectum, ad malorum emendationem, & breuiter ad omne bonum, quod idemmet Christus
Mat.5. declarauit Matth.5. cum dixit. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est:* quia enim certi sumus, quòd omne bonum à Deo
7 est, ideò in videndo bona, glorificatur Deus à bonis: sic Christus miracula publicè faciebat, vndè dicitur, quòd *omnis plebs, vt vidit dedit gloriam*
D.Greg. *Deo*, vndè D.Gregor.5. Moral. *Perfectorum est ostenso opere authoris gloriam quærere; vt de illata laude priuata nesciat exultatione gaudere.* Nō dedecet ergò viros perfectos agere, & bona operari palàm, nec Christus dicit, quòd caueamus, *ne iustitiam nostram coram hominibus faciamus*; sed addit, *vt videamini ab eis*; imò Prælati in
8 multis tenentur benè operari publicè pro suorum subditorum ædificatione; expedit tamen priuatas orationes, & à viris perfectis in secreto fieri ꝓ maiori quiete, & animi illorū eleuatione.

Sequitur in textu, *alioquin mercedem non habebitis apud Patrem*; hic duo declarantur, primò quòd inanis gloria, de qua loquitur Christus hoc loco, non est peccatum mortale, licet habeatur pro fine vltimo alicuius operationis. peccatum enim mortale si esset non suffecisset dicere, quòd non habebit mercedem, imò quòd sic delinquentes digni sunt morte, vt inquit Apostol. vel quòd erunt rei gehennæ, vt docet Christus, at dicit tantùm, *& mercedem non habebitis*, quod etiam apponit, quando in specie loquitur de eleemosy- 9
na, oratione, & ieiunio, subdens. *Amen dico vobis receperunt mercedem suam*, Intendit ergò de inani gloria: vt est peccatum veniale; quod tantùm punitur pœna temporali in purgatorio, si aliàs quis sit in gratia, attamen priuatur mercede æterna in ordine ad tale opus: isti enim sic operan-
tes propter inanem gloriam, receperunt eā mer- 10
cedem, pro qua laborauerunt; est enim merces id, pro quo opus fit; & quia iste sic operans non
prætendit consequi ex opere suo, nisi honorem, 11
vel laudem à circūstantibus, vel ab alijs, ad quos fama operis peruenerit, si istud consequatur, iàm plenè consecutus est mercedem, pro qua laborauit; & quia propter Deum nihil egit, nec ei ali-
quid dedit, benè dicitur, quòd à Deo nihil acci- 12
piet, hoc autem exprimit Christus in dictione, *Vt*, quæ apponitur in singulis locutionibus, quas Christus ad hoc propositum facit, *vt videamini ab eis, vt honorificemini*, quarè, ly, *vt*, denotat causam finalem.

Secundum, quod declaratur in verbis Christi, est, quia non loquitur de mercede quomodolibet, sed apud Patrem, Deum (inquam) qui in cœlis est; nam cuilibet benè operanti moraliter datur aliqua merces saltem in temporalibus, secun-
dùm illud; *Nullum malum impunitum, & nullum 13
bonum irremuneratum*, at si opus non sit meritorium, nullum sibi præmium debetur apud Deū; sit autem opus meritorium ex charitate, quæ sola habet Deum pro obiecto, & fine; quarè sola charitas meretur in omni actu suo, cum non pos-
sit terminari, nisi in Deum, virtutes aliæ morales, 14
constat, quòd habeant pro obiecto, vel passiones,
vel operationes humanas, vndè ratione obiecti, 15
vt sic, carent merito; finis etiam illarum potest esse bonum rationis tantùm, vel bonum honestum nulla directione facta in ordine ad Deum, vt patet in merè moralitèr operantibus; quarè necesse est ad hoc, vt actus illarum sint meritorij, quòd informentur charitate, virtute cuius referantur in Deum tamquàm finem: cum igitur constet, quòd sic operans propter inanem gloriam non habet Deum pro fine, relinquitur etiam quòd nec mercedem ab illo, ex consequenti nec aliquod præmium, quod sit verè præmium correspondens merito habeat. & hinc sequitur, quòd licèt Christus apponat conditionalem in opere dicendo, *coràm hominibus*, nihilominus etiam, quòd nullus hominum adesset, & intentio ope-

rantis ordinetur ad gloriam apud homines, iàm
16 priuatur mercede, namquè intentio finis est, quæ
confert bonitatem, seù malitiam in opere bono,
quemadmodum obiectum sibi confert speciem,
D.Th. vt præclarè docet D.Thom.p.2.quæst.18. art.6.
& è contra siuè opus fiat secretò, siuè publicè dū-
17 modo sit opus bonum, & propter Deum, charita
te imperante, iam habet mercedem apud Deum.
& hæc regula est omninò infallibilis, vndè Gre-
D.Gregor. gor.8.moral. *Si dantes gloriam quærimus, etiam
publicata nostra opera in conspectu illius occulta
seruamus, si verò per hoc nostram laudem conspi-*
18 *cimus foras ab eius conspectu iam fusa sunt etiam
si à multis ignorentur*. & D. Chrysostom. super
D.Chrysost. Matth. *Qui non ideò facit, vt ab hominibus videa
tur, etiam si coram hominibus fecerit, non tamen
coram hominibus fecisse videtur, qui enim aliquid
facit propter Deum, neminem videt in corde suo,
nisi Deum, propter quem fecit, sicut artifex illum
semper præ oculis habet, qui sibi opus faciendum
commisit*.

Cauendum ergò valdè, quomodo nostra se
habeat intentio, etiam dum benè operamur, nāq;
19 *intentio omnes iudicat homines*; est enim anima
nostra, ceù speculum, quòd si objiciatur terræ,
non nisi terram, si cœlo non nisi cœlestia repræ-
sentat, & sicut oues Iacob secundum diuersita-
tem virgarum, quas in canalibus intuebantur, di
Gen.23 uersimodè concipiebant, ac pariebant suos fœ-
tus, ita &c. quarè inanis gloria cōparatur à Chri
20 sto tineæ, quæ ex eodem nascitur vestimento,
quia inanis gloria innascitur maximè ex bono o-
pere, *Superbia enim*, vt inquit August. in regula,
etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant, & li-
cèt hoc Christi documentum sit consilium, &
non præceptum, enimuerò prçcepta non dantur,
de euitandis venialibus aliter omnia venialia es-
21 sent mortalia ratione transgressionis præcepti;
attamen hoc veniale, de quo loquimur, proxi-
mius accedit ad mortale. quàm multa alia, nequè
etiam est par ratio de operibus supererogatorijs
adimplendis, & malis circumstantijs euitandis,
dum benè operamur, consilia enim affirmatiua
circa opera supererogationis possunt omitti abs
què vllo peccato, non enim peccat, qui non ven-
dit omnia sua, nequè qui nubit, non seruando vir
ginitatem; semper tamen peccat (saltem veniali-
tèr) non operans modo quo debet, & omittens
22 circumstantias, quæ requiruntur ad bonam ope-
rationem, & multò magis errans circa intentio-
nem finis. semper igitur præ oculis habeat Do-
ctor, & studiosus concionator hoc præclarum
23 Christi documentum. hanc regulam semper, &
frequentèr declarent omnibus, qui amāt mereri
in quocumque suo opere. *Attendite*, inquit
Christus, *ne opera vestra faciatis coram homi-
nibus, vt videamini ab eis*; si enim hanc mini-
mè obseruent regulam, vanè, & frustrà vnus-
quisque laborat; nec vmquàm mercedem apud
Deum habere poterit; & hæc de toto quæsito,
& quæstione secunda dicta sufficiant.
Laus Deo, & Beatæ Virgini.

QVAESTIO III.

De Varia titulorum acceptione, & accommodatione, necnon scientiæ Canonicæ huiusquè libri titulo.

Auctoris intentio.



POst declaratam qualitatem scientiæ Canonicæ, cuius regulas magnificare intendimus iustum est, vt titulum eiusdem scientiæ Canonicæ aperiamus, quatenus vel sic ad nodum intentionis perueniamus. Maximè enim confert libri cuiuscumque titulum habere, cum ipse titulus præseferat totam, (vt ita dicamus) molē eorum, quæ tractātur. Est namquè ceu mater continens in ventre filiorum multitudinem, nimirùm conceptuū, qui successiuè declarantur, & manifestantur. Et quoniam materia de titulis quasi derelicta remanet, nec facilè qui legit plenam illius notitiam ex vnico libro habere potest. diuersimodè enim vsurpatur hic terminus, à Iuristis, Canonistis, necnon à Sacris Theologis, licèt fortaßis benè animaduertentibus radix sit vna omnium significationum, cum diuersa tamē accommodatione pro occasione, & opportunitate rerum, de quibus est sermo. Ideò pro legentium satisfactione, & communi vtilitate. Eandem titulorum materiam abundè (pro posse) pertractare intendimus. Et eo magis quia & iura omnia hanc supponunt declarationem, & tractatus de regulis in genere, & in specie quasi iure quodam speciali eam sibi vindicat, ita vt vnaquaque regula suo gaudeat titulo. Numquā certe superfluūt quæ proficua, & vtilia existimantur. ad Decem autem Art. reducimus omnia, & singula quæ docere curauimus.

1 *VTrùm titulus vniuocè dicatur, idest sit nomen vniuocum.*
2 *Vtrùm nomen titulus semper significat aliquid in bonum, vel etiam in malum.*
3 *Vtrùm congruè aßignetur titulus ad scientiam Sacro-*

Sacrorum Canonum.
4 *Vtrùm Deo conueniat aliquis titulus proprius.*
5 *Vtrùm Christo pariter debeatur aliquis titulus specialis.*
6 *Vtrùm B. Virgini.*
7 *Vtrùm Summo Pontifici.*
8 *Vtrùm Cardinalibus.*
9 *Vtrùm alijs quomodolibet in aliqua dignitate constitutis.*
10 *Vtrùm nos conuenienter assignemus titulum huic libro.*

ARTICVLVS I.

Vtrum titulus vniuocè dicatur, idest sit nomen vniuocum.

ET videtur quod sic, primò, quia vniuoca sunt quarum ratio est eadem, sed omnes tituli sunt ad declarandum quid sit vnaquæque res, ergò. Hac enim de causa dicimus talem esse Episcopum talem Canonicum, vt ex qualitatibus persona innotescat.

Secundò omne manifestatiuum habet rationem luminis secundùm illud Apostoli, *omne quod manifestatur lumen est.* In qua sententia sumitur actiuum pro passiuo, sed ratio luminis est vna, & eadem in omnibus luminosis, ergò. Eph. 5.

Tertio, titulus nihil aliud esse videtur, quàm ipsum Rei nomen. Vndè quærentibus de Ecclesijs, quis earum titulus. Respondetur, v.g. Sanctæ Mariæ, S. Petri, & iuxta illud dist. 80. c. Episcopi singuli Clerici per singulos tantùm titulos sunt promouendi, idest Ecclesias. At eadem est ratio nominis in omnibus, nimirùm significare, ergò.

Sed contra est, quia diuersimodè vsurpatur hoc nomen à Iuristis, Canonistis, & in inscriptionibus librorum, vt patebit ergò.

Respondeo seruato ordine prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

QVo ad primum, Vtrùm titulus vniuocè dicatur &c. *Circa titulum nihil occurrit speciale declarandum, nam quæ sint vniuoca, æquiuoca, & analoga quantum opus est breuiter declaratur puncto tertio in fine. Ea verò, quæ aperiũt rationem, ac distinctionem titulorum habentur pũcto secundo, quarè verba accipienda sunt prout sonant, videlicet an eadem sit ratio omnium titulorum, & quomodo & in quantum, nimirùm tituli sunt. hæc de primo.*

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *POssessio rei cuiuscumq; causam praexigit, quæ titulus dicitur.*
2 *Titulorum varia acceptio in vtroq; iure.*
3 *Titulus quandoquè pro signo possessa rei accipitur.*
4 *Titulus pro ordine, dignitate, & prælatione.*
5 *Titulus, nomen, cognomen, vel denominationem quandoq; importat.*
6 *Titulus triplex, exequialis, præconialis, & triumphalis.*
7 *Titulus exequialis quid sit.*
8 *Titulus præconialis quid sit.*
9 *Titulus triumphalis quid sit.*
10 *Fornix vndè dicta, & quarè meretrices fornicaria dicantur.*
11 *Nomen sibi facere, & nomen sibi acquirere differunt.*
12 *An peccatum sit, sibi erigere arcus triũphales.*
13 *Dauid quoties mortaliter peccauerit.*
14 *Saul an peccauerit, erigendo sibi fornicem.*
15 *Arcuum erectio potest ordinari ad bonum.*
16 *Romani vt excitarent ad virtutem erigebant arcus.*
17 *Signum triplex, commemoratiuum, demonstratiuum, & pronosticum.*
18 *Lapides torrentis cur tolli debuerunt, ante conspectum arca.*
19 *Lapides torrentis fuerunt in titulos memoriales.*
20 *Tituli sepulchrorum sunt memoriales.*
21 *Signum demonstratiuum quid.*
22 *Signum pronosticum quomodo.*
23 *Tituli omnes sunt, vel signum, vel causa.*
24 *Tituli librorum demonstratiui sunt.*
25 *Hostia Sacra, signum pronosticum, imò simul commemoratiuum, & demonstratiuum.*
26 *Crux titulus nostra salutis.*

QVo ad secundum. Quia materia de titulis valde ampla est, & vtilis, à nomine ipsius inchoandum est, quarè dicimus quòd hoc nomen titulus quandoquè importat iustam causam possidendi id, quod nostrum est.

Siquidem in omni iusta possessione cuiuscumque rei requiritur causa, quarè possideamus, vndè varia sortiuntur tituli vocabula, scilicet pro emptore, pro donato, pro dote, pro legato, pro derelicto, pro hærede, pro suo, vt C. de vsucap. pro empt. l. vlt. & 16. q. 3. cap. quod autem, vndè dicitur, quòd in præscriptionibus Ecclesiasticis requiritur bona fides, & iustus titulus, ita de præscript. cap. si diligenti. qui enim aliquem ex supradictis habet titulum, habet etiam iustam possidendi causam. 1 2

Quandoquè titulus dicitur, non ipsa causa possidendi, sed signum possessionis, vt 16. q. 6. cap. cõsuetudo. ibi enim reprehenduntur Clerici, qui more fisci ex hoc, quòd aliquam prætensionem habent super aliqua proprietate, nullo expectato iudicio, vel sententia; figunt vexilla, & signa possessionis; quarè anathemati subijciuntur, qui sic temerè adeunt possessiones rerum, & constitutioni- 3

tutionibus principum cauetur, ne quiuis priuatus propria authoritate audeat titulos prædijs alienis imponere, vt habetur C. nemo priuatus l. 1. & 2. nomine autem tituli in dictis locis intelliguntur pali, siuè hastæ, vel vexilla, vel quoduis aliud signum pro declarãda possessione, siuè dominio cuiusuis rei; ex quibus patet quomodo titulus quandoq; imò multoties accipitur pro signo.

Et insuper dicitur titulus quilibet ordo, quælibet dignitas, siuè prælatio. Vndè intitulari in
4 aliqua Ecclesia est ordinari, vel præfici in illa, distinct. 70. cap. Sanctorum. & sic dicitur regulariter quòd nulli Clerico de iure communi, licet habere duas Ecclesias, vel quo ad titulum Clericatus, vel quo ad titulum Canonicatus, vel ordinationis, vel prælationis, aut dignitatis, vt in eadem distinct. 70. cap. Sanctorum. & Gloss. cap. dudum 2. de electionibus, verbo intitulatam, addit quòd sicut titulus dicit nomen libri, sic beneficium in-
5 titulatum nomen, vel cognomen, vel denominationem clerici Io. Andreas ibidem.

D. Hieron. Diuus Hieronymus super Psalm. 58. *Conserua me Domine*, dicit quòd triplex est titulus, exequialis, siuè memorialis; præconialis, & triumphalis. Exequialis, siuè memorialis est, qui inscribitur su-
6 per tumulos in memoriam defuncti; illiusquè præ-
Gen. 35 claram recordationem, de quo Gen. 35. *Hic est titulus monumenti Rachel*, eo namquè titulo declarabatur ibi sepultum cadauer Rachelis, memora-
7 baturq; eius vita.

Præconialis, qui & laudis dicitur est, qui inscri-
8 bitur in clypeis victorum ad laudem ipsorum, vel in portis ciuitatum ad laudem eorum, qui illas ædificauerunt. Triumphalis est, qui continet
9 causam, & ordinem triumphi. Et quidem de huiusmodi arcubus triumphalibus habemus 1. Re-
1. Reg. 15. gum 15. ibi enim de Saul dicitur, quod *erexit sibi fornicem triumphalem*, idest fecit quendam arcum in signum triumphi, fornix enim testudinẽ, vel arcum significat, scilicet parietem eleuatum in modum arcus, qua ratione (vt aliqui volunt)
10 mulieres fornicariæ ita nuncupãtur, vel q̃a olim habitabant sub fornicibus, idest arcubus, vel quia triumphabant de amatoribus, vel certè quia ad modum arcus se ad laxiuiam curuabant, verùm quicquid sit de huiuscemodi re, fornix triumphalis erat, in qua triumphus sculpebatur, in eoquè arcu apponebantur imagines in testimonium rerum gestarum, & triumphi habiti: quemadmodum in fornice erecto pro Saul repræsentabatur illius victoria contra Amalechitas, vt patet ibi-
2. Reg. 8. dem; hoc idem habemus de Dauid, de quo 2. Regum 8. dicitur, quòd *fecit sibi Dauid nomen cum reuerteretur capta Syria in valle Salinarum cæsis*
D. Hieron. *decem & octo millibus*, sic enim exponit D. Hieronymus, & hoc idem tenet Historia Ecclesiastica,
Lyran. licet Nicolaus exponat quod fecerit sibi nomen, quia ex tali victoria celebre factum est nomen eius. Verùm prior expositio magis congruit. Diffe-
11 runt namq; facere sibi nomen, & nomen sibi acquirere; acquirere enim est quandocunq; per aliqua opera fama nobis prouenit, siuè illa opera bona sint, siuè mala. at facere nomen, est ædificare aliquid, quod proficiat ad nominis dilatationem, & sit ad hoc institutum, vt per illud nomen dilatetur. fecit ergò Dauid aliquod ædificium, sicut facere consueuerunt victores bellorum, cum reuerteretur capta Syria Damasci, quam cœperat subijciendo eam tributis. & 1. Machab. 13. di- Machab.
citur, quòd *ædificauit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro, & ante & statuit septem pyramides, vnam contra vnam patri, & matri, & quatuor fratribus, & his circumposuit columnas magnas, & super columnas, Arma ad memoriam æternam, & iuxtà arma, naues sculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.* 13

Ex quibus patere potest (vt incidenter dicamus pro occasione) quòd non est peccatum eri- 12
gere sibi arcus, & fornices triumphales ex quo viri Machabæi, qui erant Sancti hoc fecerunt, & rursus Dauid, de quo non habetur, quòd peccaue- 13
rit mortaliter in tota vita sua, nisi cum iussit occidi Vriam Ethæum, & accepit vxorem illius, item cum iussit numerari populum, vt videre est 3. Reg. 15. De Saul enim potest dubitari, quia, vt inquit Lyranus, erexit sibi fornicem ad sui iactãtiam. at quicquid sit de intentione Saulis, absolu- 14
tè loquendo, licitum est erigere arcus, vel ad laudem Dei modo, quo dicitur de Machabæis, & Dauid, qui intentione vt memoratis victorijs, quas à Deo consecuti fuerant, prouocarent ad illius laudem, erexerunt arcus. Potest etiam fieri iu-
stè ad intentionem posterorum, nimirùm vt Re- 15
ges sequentes, in recolendo magnifica gesta maiorũ, & ipsimet magnã gloriam propagare curẽt, quod certè cedit ad vtilitatem publicam, quam licitè quis appetere potest. vndè & Romani hac intentione ducti, familiariter huiusmodi arcubus triumphalibus, siuè titulis, suos honorabant victo-
res. Quarè quandoq; etiam meritoriè hoc fieri po- 16
test referendo (inquam) ad Dei gloriam, vel saltẽ non illicitè, vt patet.

Redeuntes ergò, dicimus quòd nomine tituli vtimur his tribus modis: & si rectè animaduertamus, hi tres modi non exeunt rationem signi; tri-
plex namquè est signũ, aliud commemoratiuum, 17
vt illud Iacob quando erexit titulum in memoriam, & gratificationem apparitionis Domini, cum dormiret super lapidem, vt patet Genes. 8. Gen. 8.
& Iosue 4. præcepit Deus Iosue dicens. *Elige* Iosu. 4.
duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis, ut tollant de medio Iordanis alueo vbi steterunt pedes Sacerdotum duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria. Et infra, *positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel, vsquè in æternũ.* Vbi nota, quòd duodecim lapides debebant tolli de conspectu arcæ, & ante pedes Sacerdotũ non solùm quia fortassis non erant lapides aptiores

in

in alio loco, sed magis quia debebant erigi in memoriam huius præclari facinoris,nimirũ tran situs filiorum Israel per arentem alueum Iorda-
18 nis. Et quia ista sunt facta virtute Dei, cuius gloria apparebat in arca,conueniens fuit poni lapides tales in memoriam; qui fuissent ante arcam, & erant valdè magni, ita vt deberent portari in
19 humeris, & à fortissimis viris electis ad onera maiora. Et hoc modo titulus est signum de præterito, siuè de aliquo præsenti, vt habet relationem ad præteritum,quod dicimus propter titulos,qui
20 superponuntur sepulchris, indicant enim & declarant ibi sepultum cadauer,vt per ordinem ad vitam præteritam.
21 Secundum signum dicitur demonstratiuum,& est rei præsentis, vt circulus indicans tabernam, est enim signum,quòd ibi venditur vinum.
22 Tertium signum dicitur pronosticum,& respicit futurum quale signum fuit illud,de quo Isaię
Isa.6. sexto,prædictum Regi Achaz. *Ecce Virgo concipiet,&c.*

Ex hac deductione clarè habemus, quòd omnis titulus, vel est causa modo quo dictum est in principio articuli,vel est signum, & hoc vel com
23 memoratiuum, quemadmodum sunt tituli, qui superponuntur sepulchris, & breuiter omnes tituli exequiales; vel demonstratiuum, vt patet in nominibus dignitatum, ordinum, officiorum, & prælationũ,omnes enim tales tituli demonstrant auctoritatem,vel officium eorum,qui sic nominãtur,vt cum dicimus aliquem Episcopum, indicamus illius prælationem,& potestatem,necnon officium,sic de nominibus alijs. hoc idem dicẽdum de titulis librorum,qui demonstrant contenta in libris,de quibus magis inferiùs dicitur,vel demũ
24 titulus est signum pronosticum modo,quo hostia Sacra, siuè altaris sacrificium dicitur signũ pronosticum nostrę futuræ gloriæ,quarè in Antiphona,*O Sacrum conuiuium*,&c.dicitur,*& futura glo*
25 *ria nobis pignus datur*. Est tamen simul signum commemoratiuum passionis,quarè ibidẽ, *& recolitur memoria passionis eius*, imò & demonstratiuum realis existentiæ Christi sub speciebus, quarè subditur,*in quo Christus sumitur*. Vndè & ipsa crux nostræ salutis titulus nuncupatur,vtpotè quæ commemorat nobis nostram redemptio-
26 nem per Christi passionem. Et hæc de secundo puncto dicta sufficiant.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Titulus non vniuocè,sed analogicè dicitur.*
2 *Lapides diuisorij cur tituli dicantur.*
3 *Tituli inscripti in anulis,quid significent.*
4 *Tituli vocibus expressi sunt in signum honoris exhibiti.*
5 *Tituli in Religionibus diuersi.*
6 *Tituli diuersorum contractuum quomodo accipiuntur.*
7 *Vniuoca quid.*
8 *Aequiuoca quid.*
9 *Analoga quid.*

QVo ad tertium facilè ex dictis deducimus conclusionem responsiuam ad quæsitum. Sit ergò conclusio. Nomen tituli non vniuocè, sed analogicè, idest secundum quãdam analogiam proportionis dicitur.

Probatur prima pars, quia nulla est ratio vniuoca causæ,& signi vt sic.

Probatur secunda pars,quia proportione qua 1
dam ratio tituli se habet ad id,quod est causa dominij, vel signi eiusdem, aut quomodolibet aliter significando salua identitate termini, nimirùm ad declarandum:siquidem tituli omnes sunt ad aliquid declarandum, vt lapides diuisorij di- 2
cuntur tituli declaratiui confinium,& dignitates declarant dignitatem, vel eminentiam, aut officium personæ super alios, & tituli qui inscribun- 3
tur in anulis, siuè sigillis declarant extensionem, vel qualitatem dominij, vt magis dicemus in sequentibus;& tituli qui exhibentur,vel proferuntur voce à nobis in honorando aliquos, declarãt 4
in quo honore, & reuerentia eosdem habeamus, vel qualitèr digni sint vt habeantur, & tituli librorum declarant implicitè contenta in libris,& in Religionibus aliqui sunt tituli honoris, vt nomina Prioris, Magistri, & aliorum huiusmodi, & 5
alij oneris,siuè officij, vt nomina Lectoris,Prædicatoris,Syndici,& aliorum huiusmodi. Et vt patet vnus est finis diuersitatis horum titulorum,nimirùm ad distinguendum,& declarandum rem, vel personam; hoc idem apparet in diuersis contractibus,quorum diuersi sunt tituli ad declaran- 6
dum diuersas causas acquisitionis. Et quia *vni-* 7
uoca dicuntur quorum nomen est commune; & ratio secundùm illud nomen omninò eadem; vt patet Arist. in antep. de homine, capra,boue,& leone inquantùm ani- dic.c.1
malia. *Aequiuoca verò pura sunt, quorum ratio* 8
omninò est diuersa, vt patet in cane terrestri, & sidere,quod canis nominatur. *Aequiuoca autem à* 9
consilio, siuè analoga sunt, quorum nomen est idem & ratio secundùm illud nomen aliqualitèr eadem, & aliqualiter diuersa,vt patet per Philosophum in anteprædicamentis; constat autèm quòd compræhensa sub nomine tituli sunt diuersa, quo ad modum declarandi rem aliquam,siuè personam; attamen finis est vnus,nimirùm declarare, & manifestare, vt iam dictum est, vndè rectè dicimus, quòd non vniuocè,sed analogicè dicitur.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *Lumen in spiritualibus non vniuocè dicitur.*
2 *Nomen, vt rationem manifestatiui habet, sapit analogiam.*

Quo

QVo ad quartum breuiter ad argumenta dicitur ad primum, quòd concludit identitatem proportionis, siuè analogiæ, non vniuocationis.

Ad secundum dicitur, quòd licèt ratio luminis corporalis sit vna vnitate vniuoca, non tamen sic est, vt dicitur de eo, quòd est manifestatiuum, &
1 metaphoricè habet rationem luminis, nam vt dictum est, esse manifestatiuum, non vniformiter dicitur, sed secundùm accommodationem, vt videre est in diuersis scientijs, quarum est manifestare sua obiecta, cæterùm vnaquæq; lumine sibi proportionato.

Ad tertium dicitur, quòd etiam ipsum nomē, vt idem est quòd manifestare, & declarare, æqui-
3 uocè, siuè analogicè dicitur de contentis sub illo, vt patet in exemplo allato de nominibus Ecclesiarum, aliter enim declaratur sub nomine Archipræsbyteratus, aliter sub nomine Præpositurræ, & aliter sub nomine simplicis curæ, & nomina propria Ecclesiarum pariter declarant diuersam dedicationem, siuè consecrationem, vt patet, quòd, vniuocationi nullo modo conuenire potest, nam vt sic nullam prorsus in sui significatione includit diuersitatem. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Signa plura beneficiorum suorum voluit Deus nos habere ad sui memoriam.*
2 *Agni Paschalis immolatio quotannis cur fiebat.*
3 *Azymos panes cur Iudæi comedant per septem dies.*
4 *Pentecostes festum qua de causa apud Iudæos fiebat.*
5 *Isaac liberato omnes Israelitæ liberati sunt.*
6 *Clangoris festum cur fiat.*
7 *Altare lapideum cum duodecim titulis, quarè.*
8 *Manna in vrna reseruata & quarè.*
9 *Festum Scenophegia, siuè vmbraculorū quarè.*
10 *Orbitarum vestigia cursum Pharaonis manent in Mari Rubro, vsquè ad præsentem diem.*
11 *Testimonia multa contra Iudæos apud nos sūt.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum, pro studiosis concionatoribus, vltra ea, quæ iàm dicta sunt à nobis
1 libenter recolimus, & ad memoriàm reuocamus plures, & diuersos titulos, quos Deus nos habere voluit ad rememorandum sua beneficia nobis collata, quatenùs vel sic iugis in nobis illius sit recordatio, necnon gratiarum actio, hac enim ratione diuersa posuit signa, quæ habentur in veteri testamento: primò quidem quando in Aegypto liberauit primogenitos Israelitarum ab Angelo percutiente, quia ea nocte, qua Israelitæ erant, Egressuri intrabat Angelus in singulas domos percutiens omnia primogenita Aegyptiorum ab homine, vsquè ad pecus, ità vt non esset in tota Aegypto aliqua domus, in qua non esset aliquis mortuus, vt patet Exodi 12. Et quia Exo. 12
istud fuit magnum beneficium illis collatum existente sanguine Agni paschalis in postibus domus cuiuslibet Hebræi, iussit Deus vt quolibet anno die illo, quo facta fuerat hæc liberatio fieret immolatio Agni paschalis in huius rei memo 2
riam, & non solum hoc positum fuit signum, sed etiam mansit redemptio primogenitorum hominum, & immolatio primogenitorum pecorum, vt Exo. 13. & Num. 3. patet. Exo. 13 Num. 3

Fuit quoque aliud beneficium in exitu de Aegypto collatum, nam Israelitæ fuerunt in dura seruitute Pharaonis, quæ ideò vocabatur *fornax ferrea Aegypti*, vt videre est Deuteronom. quarto, imo dicebantur habere cathenas in ceruici- Deut. 4
bus, quia nimis præmebantur, vt patet Leuit. 26. Leu. 26
& esse in Ergastulo, vt Exodi 6. & quia hoc fuit Exo. 6.
magnum beneficium iussit Dominus, vt quolibet anno tempore exitus comederent Iudæi azymos 3
panes per septem dies, nam in exitu de Aegypto præmente Pharaone, & seruis eius non potuit massa fermentari, sed sic cōspersa portata est, vt patet Exo. 12. quarè in memoriam huius dicitur Exo. 12
Deuteronom. 16. *Septem diebus comedes absq; fermento panem afflictionis, quia in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ.* Deuter. 16.

Aliud beneficium fuit in datione legis, quæ vt quidam computant data est, quinquagesimo die post exitum de Aegypto, & in huius memoriam 4
fiebat festum Pentecostes, quod apud Iudæos vocatur festum Hebdomadarum, vt patet Leuitici 23. Leu. 23

Aliud beneficium fuit patribus Israelitarum collatum, nempè quādo liberauit à morte Isaac, cum eum vellet immolare Abrahā iubente Deo & datus est pro eo aries, vt patet Genesis 22. in Gen. 22
hoc autē liberato omnes Israelitæ liberati sunt, 5
nam si ille mortuus fuisset sine liberis nemo de Israelitis natus fuisset, cum omnes ab illo descendant, vndè pro hac liberatione faciunt festū clangoris, vt patet Leuit. 23. Leu. 23

Alterum fuit beneficium Israelitis collatum 6
quando fuit confirmatum pactum Dei cum illis in Monte Synai, & ipsi promiserunt seruare legem à Deo datam; & in memoriam confirmationis pacti, mansit erectum altare lapideum, & duodecim tituli in memoriam duodecim tribuum, vt patet Exo. 24. Exo. 24

Aliud fuit beneficium collatum eisdemmet Israelitis in hoc, quòd annis quadraginta comederunt manna in deserto non habentes aliū cibum, & in signum huius fuit reseruatum manna in vna vrna aurea capiente Gomor, idest mensuram quinque sextariorum, siuè trium modiorū, vt patet Exo. 16. & fuit posita ista vrna in arca fœderis, vt patet ad Hebr. c 9. & declaratur Exo. 25. Exo. 16 Heb. 9. Exo. 25

Alterum

Alterum beneficium fuit eductionis per desertum quadraginta annis, manentibus Israelitis sub vmbraculis de ramis arborum, & in huius rei memoriam quolibet anno mense septimo ma-
9 nent in vmbraculis factis de frondibus arborum,
Leu.23 vt patet Leuit.23.

Aliud beneficium fuit in transitu Iordanis modo, quo dictum est in corpore articuli, & positi sunt lapides duodecim in titulum, idest in memoriam modo declarato.

Aliud demum fuit in transitu Maris Rubri, in quo submersus fuit Pharao cũ suis Aegyptijs, & vsquè hodiè manent vestigia orbitarum curruũ,
10 sic quòd nullo accidente cooperiri possunt, sic disponente Deo; Hoc tamen non habetur in Sacra
Paulus Orosius Scriptura, sed illa refert Paulus Orosius lib.1.de Ormesta mundi cap.10.circa fin.

Alia adhuc sunt, quæ manent vsquè in hodiernum diem in testimonium contra Iudæos, videlicet, tabula recõdita in arca, sic quòd Iudæi non possunt negare non accepisse legem; manet quo-
11 què virga Aaron in testimonium, quòd Deus iudicauit inter eos de quæstione assumendi sacer-
Num. 17. dotij, vt patet Numeri 17. manet quoquè Deuteronomium, & carmen in latere arcæ in testimonium contra Israelitas, quòd in nouissimis temporibus peccarent, imò & non longè post mor-
Deuter. 31. tem Moysi, de quo Deuteronomij 31. Cæterùm quicquid sit de huiusmodi signis quæ in gratiam concionatorum adducta sunt, patet quòd nomine tituli ipsa signa quælibet comprehendimus; patet insuper quomodo variè vsurpatur à diuersis, licèt omnes significationes possint reduci ad hoc, quòd semper titulus, vel est causa possessiæ rei, vel est signum aliquo trium modorum: quarè hæc de toto quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS II.

Vtrùm nomen titulus semper significet aliquid in bonum, vel etiam in malum.

ET videtur quòd non, primo ideò enim aliqui honoratiores sunt apud nos, quia maioribus dignitatibus, & titulis gaudent. Vndè dicere solemus, quòd iste sit titulatus, alius non ad exprimendam dignificationem honoris aliquorum in aliorum discrimen. Sed honor est quoddam bonum, ergò

Præterea Tituli aliqui exhibentur Deo, & voce, cum dicimus, *Tu solus Altissimus.* Et signo cũ eidem imagines paramus in illius honorem, vt patet ergò, & Creaturis non erit malum hoc idẽ exhibere, salua cultus disparitate, sed hoc totum sonat aliquid in bonum, ergò

Prou. 26. Præterea Prouerb.26.dicitur. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij sic qui dat insipienti honorem.* Sed titulus est nomen honoris, siuè res ad honorem, ergò nullo modo debet attribui, vel dari alicui rei malæ, quarè tunc titulus semper accipietur in bonum, & nullo modo in malum, ergò

Sed contra est id, quod habetur Num.33. vbi Dominus Israelitis præcipit; vt confringant titulos, tollantquè de medio, quod nullo modo fieret, si aliquid in malum non significaret, ergò. *Num. 33.*

Respondeo seruato ordine vt in superioribus.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

1 *Titulorum erectio prohibetur.*
2 *Imagines quouis modo facta prohibentur adorari.*
3 *Error in primis principijs incorrigibilis est.*
4 *Adoratio latria tantùm Deo debetur.*
5 *Imaginum adoratio omninò prohibita Iudæis propter periculum eorum.*
6 *David, Elias, & Samuel, vsi sunt imaginibus, sine peccato, & quarè.*
7 *Titulus pro altari quandoq; accipitur.*
8 *Tituli nomine quodcumq; repræsentatiuum ad adorandum.*
9 *Titulus pro parte formata, & effigiata.*
10 *Absalon ambitiosè erexit sibi titulum.*
11 *Absalonis pulchritudo sibi causa inordinati affectus fuit.*
12 *Ioseph dictum de Absalonis titulo sibi erecto.*
13 *Titulus Absalonis quarè manus dicatur.*
14 *Imago Absalonis, quomodo Absalon dicta.*
15 *Figura omnes memoriales, manus appellari possunt.*
16 *Absalon an peccauerit peccato Idolatriæ erigendo titulum.*
17 *Absalon peccauit inani gloria erigendo sibi titulum.*
18 *Titulorum varia nomina secundùm varios illorum fines.*
19 *Titulus adulationis quis.*
20 *Titulus idolatriæ quinam fuerit.*
21 *Titulus superbiæ quis.*
22 *Tituli ad finem bonum erigi possunt.*
23 *Iniuriarum actione agitur contra offendentes imagines.*
24 *Mulieres statuas sibi erexerunt.*
25 *Inuentores statuarum, & imaginum qui.*
26 *Sepulchra eleuata loco imaginum.*
27 *Sepulchra non erigenda in choro à quolibet.*
28 *Regibus Franciæ eriguntur statuæ, vsq; ad hanc diem.*
29 *Manus altas versus cœlum habere est iustitiam coluisse.*
30 *Manus depressas habere, est iustitiam deseruisse.*
31 *Titulorum varietas, pro diuersitate temporũ.*

QVo ad primum, quoniam in superiori articulo docuimus nomen Tituli se extendere ad omne, & quodcumquè signum.

Signum

Signum verò relatiuum quoddam est ad signatum, seù significatum. quod certè contingit esse non solum aliquod bonum, verùm & malum: Nã & mala suis signis declarantur, & manifestantur. Ideò quasi ex necessitate cogimur ad hunc articulum, vt plenam de titulis cognitionem habeamus, prout spopondimus præstare. Pro declaratione ergò maiori vltra dicta hactenus notanda
Leu.26 est sententia, quæ habetur Leui. 26. vbi Dominus dicit. *Ego Dominus Deus vester, non facietis vo-*
1 *bis Idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec in signem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum.* In quo præcepto mandat non adorari titulos quouis modo fabricatos, & quidem primo vt non adorent titulos in Idolis metallicis, quæ fiunt opere fusili: & hoc exprimitur cum dicitur *Non facietis vobis Idolum.* Secundo nec aliquid, quod fiat per Artem dolandi, quarè prohibet Idolatriam in statuis ligneis. Vndè subditur. *Et sculptile.* Tertio Altaria ad sacrificandum, vel immolandum, quarè ait. *Nec titulos erigetis*, idest
2 Altaria pro Idolatrando. Et demum omnes, & quascumquè cuiusuis generis imagines ex lapidibus, ac eo addit. *Nec insignem lapidem erigetis in terra vestra.* Et horum omnium redditur causa. *Vt adoretis eum.* idest intentione adorandi, & colendi illa, quasi sint Deus.

Circà quod præceptum duo sunt notanda. primum quòd huius strictę prohibitionis ratio est, quoniam vltimus finis est primum principium in operabilibus, sicut primæ propositiones sunt prima principia in speculatiuis. Si quis ergò erret in alijs principijs, quæ non sint prima poterit corrigi per prima, non sic qui erraret in primo princi-
3 pio. nulla enim tali casu superest regula, per quã fiat correctio, vt ad semitam reducatur, quapropter optimè inquit Deus. *Ego Dominus Deus vester.* quòd si sic, nihil aliud licitum est vobis adorare adoratione latriæ, quia tunc error esset in
4 primo principio, ex consequenti insanabilis non admittens regulam, per quam corrigatur. Vndè nec facilè poteritis liberari, & licèt cessante fine, cesset ratio ordinatorum ad finem: quarè cessante intentione huiusmodi adorationis nullum videtur peccatum erigere titulos. Nihilominùs ad euitandum pericula nulli Hebræorum licuit,
5 post hoc Domini præceptum erigere titulos, aut statuas, vel imagines.

Videtur tamen, quòd dempto tali fine Adorationis, viri, qui fuissent magnæ auctoritatis, & perfectionis, & in quibus nulla poterat esse dubitatio, nec scandalum, apud videntes. quòd huic præcepto minimè obligarentur. Nam de Dauid legimus, quòd fecit holocaustũ in area Areuna
2.Reg. vlt. Iebusæi, vt patet 2. Reg. vlt. & 1. Paralip. cap. 24.
1 Paralip. 24. Helias etiam fecit sacrificium in Monte Carmeli coram prophetis Baal. 3. Reg. 28. & Samuel v-
6 bicumquè voluisset sacrificabat. Aliquando in
3. Reg. 28. Ramatha, 1. Reg. 7. aliquando in Masphat, vt ibidem, aliquando alibi, vt 1. Reg. 15.

Notandum secundo, quòd licèt in hoc loco titulus distinguatur à sculptura, & alijs imaginibus 7 1. Reg 7.
fusilibus, vel ex lapidibus, & significat Altare. Nihilominùs eodem nomine significantur etiam statuæ, seù imagines quouis modo erectæ ad adorandum, vt patet Num. 33. vbi Dominus populo transituro per Iordanem pro ingressu in terram Chanaam præcipit, dicens. *Disperdite cunctos habitatores terræ, confringite titulos, & statuas comminuite, atquè omnia excelsa vastate.* Vbi nomi- 1. Reg. 15. Num. 33.
ne tituli intelligitur quoduis repræsentatiuum ad adorandum, & sic quælibet Imago posita in reuerentiam, siuè veri, siuè falsi Dei. Nam Iacob erexit titulum in venerationem veri Dei, vt patet Genes. 28. & videtur significare quoddam impolitum, statua verò quoddam effigiatum, & formatum. Nihilominus 2. Reg. 18. sumitur etiam pro statua effigiata, & formata, & breuitèr pro Imagine perfectè repræsentante. Nam ibidem di- 8 Gen. 28 2. Reg. 18.
citur. *Porrò Absalon erexerat sibi, cum adhuc viueret titulum, qui est in Valle Regis, dixerat enim, non habeo filium, & hoc erit in monumentum nominis mei, vocauitquè titulum nomine suo, & appellatur manus Absalon, vsquè ad hanc diem.* patet autem quòd Absalon, qui tunc non habebat filios, vel non erant apti ad generãdum, vt dicit 9
Gloss. vel certè ipsũ non perfectè repræsentabãt. 10
Ideò intentionem habens, vt suæ eximiæ pulchritudinis extaret memoria in æternum. quarè (vt præstantior Senten. est) iste titulus fuit perfecta quędam Imago facta de Marmore pulcherrimo, quæ omninò erat ad similitudinem Absalonis. Volens enim relinquere memoriam eius, quod in ipso excellens erat cum nihil in eo esset excellentius, quàm corporis pulchritudo per imaginem eiusdem memoriam relinquere intendebat.
In hoc enim solo videbatur distingui à cæteris. 11
Vndè Ioseph lib. 7. Antiquit. cap. nono, inquit. Ioseph.
Porrò Absalon erexerat sibi in Valle Regis colum- 12
nam marmoream duobus stadijs ab Hierusalem distitam, quam voluit vocari manum Absalonis, dicens, quòd etiam si liberos eius perire contingeret, in hac tamen nomen ipsius esset Mansurum.
Vbi rectè Abulen. per columnam ponit statuam, Abulē.
vel quia nomine columnæ statua ipsa significatur, vel quia statua erat formata supra columnã, vt moris est. Et quia manus est organum organorum, ideò per eam significantur opera maximè solemnia, & memoria digna, vt notat Lyranus, & Lyran.
facit sensum, quòd ita erat Absalon effigiatus, &
expressus in marmore illo, tamquàm si natura 13
parens illum manu sua figurasset. *Vocauitq; titulum nomine suo.* Non quod vocaretur ille titulus, Absalon, quia immediatè dicitur, quòd appellatur manus Abſalon. Sed ideò quia in nomine
tituli, includitur nomen Absalonis. Erat quippè 14
facta illa imago, & supra erat inscriptio, in qua erat rescriptum. *Manus Absalonis.* Sic ait Hist. Scholastica, & appellatur manus Absalon, idest, figura Absalon: ita vt omnes videntes contemplarentur

plarentur talem effigiem fuisse Absalonis. Vel di
15 citur Manus Absalon, idest, Memoria, vel titulus
Absalon, quia omnes figuræ relictæ ad memoriā
alicuius vocantur manus eius. Sic patet de Saul,
2. Reg. de quo dicitur 2. Reg. 15. quod *Saul fecit sibi for*
15. *nicem triumphalem*. Et in Hebr. dicitur. *Parauit*
sibi manum. Vndè fornix, quę erat ad memoriam
Saulis, vocabatur manus Saulis. Et vt breuiter cō
cludamus conformiter ad dicta in præcedenti ar
ticulo omne, quod fit ad memorandum vocatur
titulus, quia est signum memoratiuum, & hæc
fuit posita in via Regia, sic dicta quia ibidem con
sueuerat spaciari Rex, distans ab Hierusalem ad
duo milliaria.

An autem Absalon peccauerit erigendo sibi
16 statuam, & quo peccato dicendum. quòd si sermo
sit de peccato Idolatriæ minimè peccauit Absa-
lon in tali statuæ erectione. Hoc enim non permi
sissent Iudæi, nec pater eius, Dauid qui adhuc vi-
uebat, cum eoq; pacificè morabatur Absalon, tūc
in Hierusalē, peccauit tamen peccato inanis glo
17 riæ, quarè & hæc imago inanis gloriæ appella-
tur. Vt enim laudaretur illius pulchritudo, in qua
multum gloriabatur illam erexit, quarè secundū
18 fines intentos varia sortiti sunt nomina huiusmo
di tituli. Est enim titulus Adulationis, de quo E
Ezech. zech. 39. *Cum viderint os hominis statuent iuxta*
39. *illud titulum*, idest notabile signum, vt de facili
possit inueniri. & vbi multa essent ossa, per signa
facilè colligabantur, & sepeliebantur. Ita Lyran-
19 nus, & secundùm Gloss. interlin. significat doctri-
Lyran. nam hæreticæ prauitatis, quæ vbi inuenitur de-
bet emundari, aut sepeliri cum Gog. Est autem
titulus Idolatriæ, de quo supra Leuit. 26. *Nec titu*
Leu. 26 *los erigetis*, & insuper titulus superbię, de quo Nu
20 me. 33. *Confringite titulos*.
Num. Ex his omnibus patet, quòd absolutè loquen-
33. 21 do deducto (inquam) malo fine, & peruersa inten
22 tione non est peccatum erigere titulos, aut sta-
tuas, & in memoriam alicuius magni viri, vel ali-
cuius rei magnæ. At si sequeretur scandalum pro
culdubio destruendæ essent. Est enim honor prę-
mium virtutis; tales autem erectiones in publicū
cedunt in maximum honorem his, pro quibus
fiunt qua de causa Textor in sua officina enume-
Textor. rat quadraginta nouem qui fuerunt digni, vt ho-
norarentur in statuarum erectione. Et in tantum
consistit honor in erectione statuæ alicuius, quòd
23 si ipsa statua rumpatur datur actio iniuriarum. l.
si statua, & ibi DD. ff. de iniur. Mulieres etiam o-
lim habuere statuas, cuiusmodi videntur fuisse
Amazzones, quæ mortalium primæ equum ascē-
24 dere ausę sunt, vt refert Lysias orator. qui autem
fuerint qui primo statuas inuenerunt, ponit Po
25 lid. de inuentoribus rerum, lib. 2. cap. 23. & ibi-
Polid. dem ponit quomodo aliàs fuerunt prohibitæ, &
de vsu imaginum quomodo, & in quibus olim
vtebantur imaginibus, & qui poterant. Scribit
Budæus in suis annotatio. in l. fin. ff. de origin. iur.
ibi, *dicam statim*, ex quo dicit quòd loco imagi-

num posteriora tempora vtuntur armis, siuè insi-
gnibus pro diuersitate familiarum. Consueuit vs
que in hodiernū diem apud nos, loco statuarū ab
his qui inferiores sunt principibus fieri monumē 26
ta, seù sepulcra eleuata. Alij faciunt ea extra, &
super terram eleuari altitudine trium, vel pluriū
pedum, & supra lapidem magnum cum diuersis
inscriptionibus, vt patet. Sic tamen vt in choris
Ecclesiarum, nisi sint Duces, vel Patroni Eccle- 27
siarum, aut Fundatores, nullo modo fiant. Reges
autem Franciæ, vsquè in diem præsentem faciūt
sibi erigere statuas in Palatio Parisiensi. Et fiunt
in modum, quòd optimè cognosci potest quale 28
fuerit Regimen illorum an bonum, vel malum.
Nam si benè, & prudenter Rex se gesserit in suo
Regimine administrando iustitiam, statua habet
manus altas, & eleuatas versus cœlum; si malè 29
vnicam, vel ambas manus depressas, tendentes
versus terram; & per hoc declaratur, quòd fuerit 30
malus administrator iustitiæ. Quod timens Lu-
douicus Vndecimus fecit sibi fieri statuam cùm
adhuc viueret, & vnaquæque suam habet inscri-
ptionem declarantem annos, quos vixit cum ali-
qua laude, &c.

Ita Cassaneus in Cathalogo glorię mundi, par Bartho.
te prima, consideratio. 35. ex quibus clarè vide- Cassan.
re possumus varietatem titulorum pro diuersita- 31
te temporum.

Hæc verò in tantum sunt dicta, & adducta à
nobis non solùm pro curiositate legentium, cæte
rùm vt pateat quàm extensum sit tituli nomen,
& quomodo illius an est, ex pluribus potest noti-
ficari. Vndè stante tali, ac tanta latitudine eius-
dem. non incongruè post declaratam illius æqui
uocationem, siuè analogiam. quærimus, & inue-
stigamus de suo significato ex parte rerum, an bo
num semper vel malum quandoq; importet. Et
hæc de primo puncto dicta sint satis.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 Honorem varijs modis alicui præstamus.
2 Iudices aduocatos honorare debent.
3 Caius Flauius contemptus, facto notabili curat non contemni.
4 Assurgere honorandi est modus.
5 Comitari incedentem honorare est.
6 Honoramus, nos inclinando, & prostrando.
7 Honoramus obsequia præstando.
8 Honoramus munera prabendo.
9 Honoramus discooperiendo caput.
10 Orare nudo capite reuerentia est.
11 Honoramus præponendo.
12 Signa plura adhibita sunt ad honorandum.
13 Honorandi modi ad decem capita reducuntur.
14 Honoramus per titulorum exhibitionem.
15 Tituli duo quibus conamur Deum prouocare ad misericordiam.
16 Sanctitas prouocatiua est ad compatiendum.

K *Altitudo*

17 Altitudo & eminentia personæ prouocat ad misericordiam.
18 Honor maximum bonum, & diuitijs præstans.
19 Ambitiosi Honoribus abutuntur.
20 Amor inordinatus Idolatriæ origo.
21 Ceu Deum colit, quem summè diligit.
22 Syrophanes Aegyptius ex primis qui Idola coluerunt.
23 Seruorum est adulari dominis suis.
24 Timor adorationis Idolorum causa.
25 Idolum, idest species doloris.
26 Ninus Rex Assyriorum ex primis Idolatris.
27 Logostyleos ethimologia, seù significatio.
28 Aegyptus olim imago cæli, & mundi templum dicebatur, & quare.
29 Trimegist. dictum præclarum cōtra Aegyptios.
30 Adorationis Hominum varia causa assignantur.
31 Isis docuit Aegyptios litteras, & culturam.
32 Iupiter multa bona Cretensibus consulit.
33 Deceptio Hominum propter inordinatum affectum.
34 Imaginum vsus quomodo apud tirannos.
35 Nabuchodonosoris superbia.
36 Caius Caligula imaginem suam per mundum transmisit.
37 Plurimis Hominum Diuos honores sibi vsurparunt.
38 Iudæi recusant constanter Cæsaris adorare statuam.
39 Herodes Agrippa in sua ambitione à Deo percussus moritur.
40 Superbia, & ambitio Idolatriæ causa.
41 Imaginum Adoratio loco eius, qui repræsentabatur.
42 Idolatriæ causa ex parte hominum triplex, dispositiua. &c.
43 Idolatriæ causa consumata ex Dæmone est.
44 Idolatria initium, causa & finis omnium malorum, & quomodo.
45 Omnes Dij gentium Dæmonia, quomodo verum sit.

QVo ad secundum sciendum primò, quòd varijs, & diuersis modis solemus aliquos
1 honorare, primò diligentèr præstando auditum loquenti. Vndè Sap. 8. *Loquentem me re-*
Sap. 8. *spicient.* Secundo reuerentèr loquendo. Eccles. 5.
Eccl. 5. *Honor est in sermone sensati.* Tertio assurgendo
2 venienti. Leuitic. 19. *Coram cano capite consurge.*
Leu. 19 Vndè Iudices debent Aduocatos in Concistorio & Auditorio recipere, & reuerentiam cum salutatione deferre, & sedendi locum tribuere. l. fin. C. de offic. diuer. iudic. Et obsequium est in assurgendo, vt notatur in l. *Si non fortem.* §. liberos. in glo. magna. ff. de condict. indeb. & in l. etiam 2. C.
3 de obsequ. patro. præst. Vndè refert Aulius Gellius Noct. Attic. lib. 6. ca. 9. quòd Cn. Flauius Annij filius dicitur ad collegium venisse visere ęgrotum, & in conclaue postquam introiuit, adolescētes ibi complures nobiles sedebant, isti contemnentes eum (fortè quia patre libertino natus, aut quia Scriba fuisset) assurgere ei nemo voluit. Cn. Flauius id arrisit, sellam curulem iussit ibi afferri, eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset, vtq; ij omnes inuiti viderent sese in sella curuli sedentem. Et Imperator Antoninus Augustus cognomento Pius à Præfectis Prætorijs salutatus paululum eis assurgit. vt in l. 1. C. de sēt. pass. & Reges Episcopis assurgere debent. c. solitę. de maior. & obed.

Quarto honoramus decentèr assurgendo se- 4
denti. Isa. 6. *Vidi Dominum sedentem*, & postea, Isa. 6.
Seraphim stabant. Quinto comitando inceden- 5
tê. 2. Reg. 15. *Vniuersi serui eius ambulabant iux-* 2. Reg.
ta eum, scilicet Dauid, comitātes eum cum fuge- 15.
ret de Hierusalem à facie Absalon. Et Virgilius. Virg.
Ipse vnus graditur comitatus Achate, & ibi, *Magna comitante caterua.* Idem est de quibus Cice- Cicero.
ro in Catil. ait. *Hæc enim ipsa honorabilia, quæ videntur leuia, atq; communia salutaria appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli.* Item in lib. de Orator. *Cumq; maior natu, & consularis Sergium Galbam affectaretur.* Et Gell. lib. 2 cap. 14. *Scri-* Aulus Gellius.
ptum est in antiquitatibus, vt à conuiuio seniores à minoribus domum reducerentur, cumq; morem Romanos accepisse à Lacedæmonijs traditum est,
qui Licurgi legibus vterentur. Sexto honoramus 6
per insignes humiliationes, vt inclinando, nosq; prostrando ad terram. Eccles. 3. *Ab hominibus ho-* Eccl. 1.
noratur Deus, nimirùm hoc modo. Septimo ex- 7
hibendo obsequia, & seruitia, vt lotionem manuum, vel pedum, modo, quo fit Papæ, & Principibus, & ex causa humilitatis viceuersa ipsi suis
inferioribus, vel etiam pauperibus. Octauo in ex- 8
hibitione munerum. Vndè Num. 24. dicit Balac Num.
Balaam: *Decreueram te honorare*, scilicet mune- 24.
ribus, *sed & Deus priuauit te honore.* Nono honoramus in propriæ magnificentiæ depositione, vt 9
depositio Caputij, & huiusmodi. Apoca. quarto. Apoc. 4
Cum darent illa quattuor animalia sedenti super thronum honorem, & vigintiquatuor seniores deponebant coronas. Magistratibus verò, & alijs potentioribus caput operimus, quasi omnia nostra illis patere debeant, ait Plutarchus. Plutarchus.

Hinc haud dubiè nobis mos est, & orare nudo 10
capite, & superiores reuereri, quod de oratione 1. Cor.
dicitur, habetur 1. Corinth. 11. *Omnis vir orans* 11.
velato capite deturpat caput suum, licèt secùs de muliere, vt ibidem dicitur. Decimo honoramus 11
in alterius præpositione, idest præponendo eum, & in descendendo, & in ascendendo, & in loquen-
do, & sic de alijs, quos specificat Cassaneus in suo Cassan.
Catalog. Glor. mund. par. 1. considerat. 11. vsquè ad 38. inclusiuè, & sunt modi honorandi per diuersa signa à prædictis, nimirùm, vt exemplo dicatur, vt quòd quis sedeat alijs stantibus, vt not.
Felin. in rubr. de maior. & obedien. Vel quando 12
à dextris, vel in principio, siuè in capite mensæ, vel in anteponendo imagines, siuè insignia ipsorum,

rum,vel etiam in erigendo statuas, & alia huiusmodi,de quibus aliquid dicemus infrà.Decem enim modi superiùs enumerati tanquàm principales habentur ex Vmberto in Regula, & D.Antonino 4.tit.5.c.10.in fi. 13

Vmbertus. *D. Antonin.*

Verùm pace tantorum virorum subticeant modum digniorem,& magis ab hominibus exoptatum,videlicet per exhibitionem titulorum,& voce,& scripto.Videmus enim,quòd quanto maioribus,& dignioribus titulis aliquem declaramus, maiori etiam eundem honore dignum demonstramus. 14 Vndè temporibus nostris vix inuenimus verba sufficientèr declarantia celsitudinem Principum, & qui inferiores sunt Principibus ferè omnes volunt vocitari clarissimi,ac Illustrissimi: & adeò præualet hic mos honorandi, quòd eisdem prouocamus,vel ad vindictam, vel ad misericordiam, & ex industria appropriatos titulos inuenire conamur, verbi gratia cum aliquem iudicem,vel Principem ad rigorem intendimus ducere, dicimus eum esse inflexibilem, & omninò constantem,ac irrefragabilem;cum ad misericordiam,quòd pius,&c. 15 Vndè Ecclesia duos speciales profert titulos ad Dei laudem in angelico cãtico. Gloria in excelsis,&c. vt eundem flectat ad misericordiam dicendo. *Quoniam tu solus Sanctus,tu solus Dominus, tu solus Altissimus.* Quid (quæso)per hoc intẽdit Ecclesia? Certè nil aliud 16 nisi flectere ad misericordiam. Sanctitas enim, quæ dicit perfectionem charitatis valdè facit cõpati, quasi applicando sibi ipsi omnia peccata alterius. Altitudo verò,& eminentia personæ, nec 17 non potestas valdè prouocat ad misericordiam. Et his duobus titulis Deũ pro posse honoramus. Et quia honoris bonum, & gloriæ multùm appetitur, vt optimè declarat Augustinus de Ciuitate Dei, allegans Ciceronem; *Honor alit artes*, quippè gloria ad studia accenduntur. Vndè propter honorem consequendum antiqui Romani 18 ad innumera, & immensa pericula, & labores se exposuerunt Et hoc esse maius bonum,quàm diuitias habere ostendit Salomom Prouerb. 23. *Melius est nomen bonum,quàm diuitiæ multæ.* Verùm quod Sancti viri ad gloriam Dei faciunt, & ad proximorum ædificationem;propter quod dicebat Apostolus. *Expedit mihi magis mori,quàm vt gloriam meam quis euacuet*,hoc peruersi ex inordinato ipsorummet, vel filiorum, aut amicorum amore, nec non ambitiosa dominatione ducti in 19 malum vtuntur, ita vt *incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerint*, vt dicitur Sap.14.

D. August. *Prou. 23.* *1. Cor. 9.* *Sap. 14*

20 Sciendum secundo, quòd origo Idolatriæ, & Idolorum fuit, vt dictum est, inordinatus amor patris carnalis ad filium suum, qui filio iam defuncto, dolens vltra rationis mensuram modum iam excogitauit, quomodo tantum dolorem delinire valeret; & accersito sculptore effigiari fecit filium, vt quem realitèr habere non posset, saltèm apparentèr haberet. Sicut enim dicit A- 21 ristoteles in sua poetica, *homo naturalitèr delectatur in repræsentatione sui.* Et quia vnusquisq; pro Deo colit,quod summè diligit,ideò ex deordinata dilectione ad filium cœpit talis pater fatuus imaginem filij colere tamquàm Deum, & inter seruos suos, qui contradicere non audebant, legem statuit de solemnitatibus,& sacrificijs faciendis eidem.Istam historiam de ortu Idolorum narrat Magister in speciali, Fulgentius Mythologiorum lib.1. & Alexander Nechuam in Scintillario Poetarum,cap.1. *Fuit* (inquit)*in Aegypto vir ditissimus nomine Syrophanes hic habuit filium vnigenitum,quem ineffabili,vltra quàm paternitas exigebat, affectu prosequebatur, quem mors præueniens è viuis abstulit, vndè ad sedandam tristitiam,imaginem filij sibi fingi curauit, vt saltèm filij similitudo tristitiam leniret. Cui vniuersa familia in adulationem domini, aut coronas plectere, aut flores inferre, imò thura incendere consueuit simulacro, & tandem ad illum tamquam ad asylum sontes confugere quasi veniam petentes merebantur. Et hos honores simulacro potius timore, quàm amore offerre cœperunt, de quibus Petronius: Primus in orbe Deos fecit inesse timor.* Hæc Fulgentius vbi supra.Et illud simulacrum idolum dictum est, quod nos Latini speciem doloris dicimus.

Fulgentius. *Alexã. Nechã.* 22 23 *Petronius.* 24 25

Magister in Historia Scholastica super secundum caput Genes. aliam narrat historiam de ortu idolorum. Dicit enim quòd Ninus Rex Assyriorum, mortuo Belo patre suo in solatium doloris,imaginem patris fecit,cui tantum exhibuit reuerentiam,vt quibuslibet reis,qui ad eam confugerent,parceret, propter quòd cœperunt homines illi simulacro diuinos honores impendere, & huius exemplo plurimi charis suis mortuis imaginem dedicauerunt. Quam historiam refert etiam D.Greg.in exponendo verba Luc.11. *In Beelzebub Principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* 26

D. Gregor. Luc. 11

Nec inter istas historias est repugnantia, quia origo Idolatriæ in diuersis Regionibus diuersos habet inuentores. Vndè Ninus Rex Niniuæ, siuè Assyriorum primus fuit apud Assyrios. Syrophanes autem primus apud Aegyptios. Et quia apud Aegyptios maxime idola colebantur, placuit Salomoni in suo Sapientiæ libro idolatriæ Aegyptiacæ tangere inuentorem, vndè ait: *Acerbo enim luctu dolens pater rapti cito sibi filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquàm Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos Sacra, & sacrificia.* Et sequitur Salomon. *Deinde interueniente tempore conualescente antiqua consuetudine hic error tamquàm lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.* Sicut enim docet Hermes Tri- 27 megistus libro suo Logostileos, quod est verbum perfectum. In Aegypto potissimè,& religiosissimè fiebant idola,& colebantur. Vndè dicit, quòd 28 Aegyptus est imago cœli, & mundi totius Templum; prophetabat tamen mirabilitèr de Aegyptiacæ Religionis destructione,& dicit sic: *Tunc*

terra ista Sanctissima, sedes delubrorum, atque templorum,
29 *plorum, sepulchrum erit, atque mortuorum plenissima. ò Aegypte Religionum tuarum solæ supererũt fabulæ, & aquè incredibiles posteris tuis, solaque supererũt verba lapidibus incisa tua picta facta narrantibus.* Hæc ille.

Quia igitur in Aegypto idola maximè colebantur placuit Salomoni in hoc libro per ordinem enarrare, quæ apud Aegyptios facta fuerũt.
Cithon. De multitudine verò idolorum dicit Cithon, & ponitur in Glossa Lactantij, quòd optimi quiquè virorum Deorum honore consecrabantur, Hinc
30 Romani Cæsares suos consecrauerunt, & Mauri Reges suos, & sic paulatim inceperunt Religiones in varijs Prouincijs celebrari, consequenter in Ciuitatibus, & vrbibus, tàm viri, quàm fœminæ propter virtutis aliquod priuilegium insigne, putà fortitudinem, castitatem, vel scientiam deificari cœperunt. Vndè Isidor. ethimolog. cap. 11.
Isidor. Quos Pagan. Deos asserunt homines olim fuisse produntur, & pro vniuscuiusque vita, vel merito coli apud suos post mortem cœperunt, vt Aegy-
31 ptios Isis Pythij Regis filia, quæ de Græcia veniens in Aegyptum docuit Aegyptios literas, & culturam terræ, & ideò eam post mortem Deam habuerunt. Apud Cretam Iuppiter à iuuando dictus, quasi iuuans pater, qui fuit filius Saturni,
32 & Rex Cretæ expulso patre, iuxta illud. *Primus Cretais Saturni venit ab oris;* & hic deificatus est propter multa mirabilia, quæ fecit maximè apud Cretenses. Similiter Iuba fuit Rex Maurorum, Faunus Latinorum, Quirinus, qui & Romu-
33 lus Romanorum. Quarè benè dicit Salomon. *Et hæc fuit vita humana deceptio.* Quoniam, aut affectui, aut legibus deseruientes homines, *incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerũt.*

Principes verò, & tyranni volentes honorari non solùm à præsentibus, sed etiam ab absentibus dedicauerunt, & ordinauerunt sibi ipsis imagines, quas multiplicari fecerunt, & apud remo-
34 tas nationes statui, & veneratione seruari, vt vbiquè timerentur, vndè sibi ipsis honores diuinos fecerunt attribui, infirmitatis humanæ obliti. Sic
35 Nabuchodonosor præcepit Holoferni omnes Deos terræ exterminare, vt ipse solus Deus diceretur ab alijs nationibus, quæ possent Holofernis
36 potentia subiugari. Sic Caius Caligula Imperator per vniuersum mundum imaginem suam misit, vt ab omnibus tamquàm Deus coleretur, dicebat enim se fratrem Iouis esse. Vndè, & vnicam filiam, quam habebat posuit inter genua Iouis vt postquam egressa esset de genibus Iouis communis vtriusque filia videretur. Iste Caius mandauit Petronio, qui Iudææ præfuerat pro Prætore, quòd statuam suam erigeret in Hierusalem, eò quòd intellexerat istos Iudæos cultum statuæ suæ recusare.

Quo audito Iudæi ad Petronium accesserunt supplicantes, vt nullo modo ad cultum statuæ Cæ-
37 saris eos hortaretur, quia citiùs vellent occidi, & iugulari se obtulerunt, & iurabant, quòd numquam ampliùs terram colerent, & sic inedia afflicti, morerentur. Sic Herodes Agrippa diuinos 38
honores ab adulatoribus recepit, sicut dicitur Act. 12. qui inter honores sibi factos bubonem Act. 12.
vidit insistentem, & imminentem capiti suo nuntium mortis suæ, & inclinatus ad eos, qui sibi applaudebant, dixit. *En ego Deus vester morior,* statimque percussus ab Angelo, & consumptus, à corrodentibus vermibus viscera eius expirauit. Hæc 39
ergò vana superbia, & ambitiosa elatio; secunda causa fuit Idola faciendi, & hoc est, quod dicitur à Salomone. *Hos, quos palàm,* idest, principaliter, 40
homines honorare non poterant, scilicet colendo, *propter hoc,* idest, quia longè essent ipsi à regionibus suis, *à longinquo figura eorum allata, excellentem imaginem Regis, quem honorare volebant fecerunt, vt illum, qui aberat tamquàm præsentem colerent sua sollicitudine.* 41

D. Thom. 2. 2. quæstio. 95. artic. 4. breuibus se expedit circa hanc materiam de causis Idolatriæ & dicit primò, quòd si consideremus causam dispositiuam. illa ex parte hominis triplex est. prima inordinatio affectus ipsius, ex nimio namquè amore, quem quandoquè habemus ad aliquem, mouemur vt eidem exhibeamus diuos ho- 42
nores. Secundum illud iam adductum ex Sapiẽt. Sap. 14
14. *Acerbo luctu dolens pater cito rapti filij.* Secundo quia homo naturaliter delectatur in repræsentationibus, vt pariter diximus. Tertio ex ignorantia veri Dei, secundum illud Sapient. 13. *Neque operibus attendentes agnouerunt quis artifex esset*, quarè in responsione ad secundum inducit. Sap. 13
quòd in prima ætate non fuit Idolatria propter recentem memoriam creationis mundi, ex qua adhuc vigebat cognitio vnius Dei in mente hominum. Hoc idem in sexta ætate quãdo per Christi virtutem, & doctrinam triumphando de Diabolo, illum eiecit, quod intelligendum est vt ibidem notat Caietan. non pro omni parte sextæ Caiet.
ætatis; sed quia in recenti Christi aduentu, vt plurimùm fuit expulsa, & non finiet hæc eadem ætas quin perfectè, & plenè expellatur. Causa verò consumata, & completiua Idolatriæ est ex parte Dæmonum. Vindicantes sibi ac vsurpantes ho- 43
nores diuinos, hac enim de causa dabant hominibus responsa, & aliqua faciebant, quæ videbantur hominibus mirabilia, vt vel sic crederentur esse Dij, pro talibusquè adorarentur. Ex quibus duo inferuntur. primo quòd Idolatria initium causa, & finis omnium malorum est, secundum illud Sapientiæ 14. *Nefandorum idolorum cultura omnis mali est, & initium, & finis.* Neque enim est ali- Sap. 14
quod genus peccati, quod interdum Idolatriam non producat, inquit ibidem D. S. vel expressè in- 44
ducendo per modum causæ, & tunc est, quando inordinatus adeo affectus est. quod pro Deo colit quem summè diligit, vt in superioribus dicebamus, vel occasionem præbendo, & hoc vel per modum initij in quantùm paulatim debilitata ra

tione

tione per consuetudinem peccãdi magis crescit Amor terrenorum, secundo per modum finis, cęca enim mens ad hoc tandem deuenit vt quandoq; ipsamet peccata assumantur in cultum Idolorum, sicut occisiones hominum, & mutilationes membrorum, Vgo in expositione præfatæ sententiæ habet hæc verba. *Cum mens à suo Creatore per infidelitatem auertitur, prope est vt omnibus sceleribus implicetur.* patet enim quod de superbia dicitur, quod est *Radix omnium malorum.* hoc idem dicitur de cupiditate. Vnde glo. quædam super Ecclesiast. 10. *Caueamus,* inquit, *cupiditatem, & superbiam, non duo mala, sed vnum à quo omnia trahunt originem.* ratio est, quia superbia facit auertere à Deo. cupiditas conuertere ad creaturas. Ex his vero causatur Idolatria, quæ identificat sibi vtrumq; dictorum odiorum. Secundum quod infertur est, quod *omnes Dij gentium dæmonia esse necesse est.* prout dicit Psalm. 95. quod dictum non sic accipiendum venit quasi Idolatria habeat pro obiecto id quod tantum verè Dæmon est. nam legimus Gentiles quandoque adorasse intelligentias orbium, orbes ipsos, Lunam, Stellas, Solem, imò & hæc inferiora, quę secundum rei veritatem considerata illorum natura, erant creaturæ Dei, & bonæ; Cæterùm causalitèr omnia erãt Dæmonia, quia virtute, & Dæmonum fraude homines colebant ista pro Dijs, vel certè participatiuè, quia vt sic, id est, in quantum colebantur pro eo quod non erant, indebito cultu dici debebant Dæmonia. Vndè Cassiodor. *Dæmonia enim sunt, quæ in se credentes, semper decipiunt, semper illudunt. Nam quamuis Dæmones Latinæ scientes vocentur, quasi Dei mones, in eis tamẽ vera scientia non est qui creatoris sui non obsecundabant obsequio.* Hæc pro fundamentis dicta supersint.

Vgo Car din.

Psa. 95 45

Cassiod.

PVNCTI TERTII SVMMAE.

Conclusio responsiua. Ex his facilè est dicere ad quæsitum, quòd, inquam, nomine tituli vtimur, tam in bonum, quàm in malum.

Probatur primo, Auctoritatibus vt supra. nec non ratione, quia certè Deus numquam iuberet confringi titulos. Hæc de tertio.

PVNCTI QVARTI. SVMMAE.

1 *Titulus sua natura importat bonum, & ex abusu malum.*

2 *Tituli ad Dei, & Sanctorum honorem semper boni.*

3 *Auctoritas Prou. 26. pulchrè declaratur.*

4 *Honor non nisi violentèr insipienti tribuitur.*

5 *Honor sapientibus exhibitus, nil boni ipsis confert.*

QVo ad quartum, ad argumenta breuitèr dicendum. Ad primum quòd aliud est loqui de nominis impositione, aliud de abusu nominis impositi, siquidem quò ad nominis impositionem titulus significat tantum in bonum, At ex abusu significat etiam in malum, modis dictis nulla enim res adeò bona est, qua peruersa voluntas non possit vti in malum. 1

Ad secundum dicitur, quòd non est par ratio de titulis, qui Deo, Sanctis, aut quibuslibet bonis attribuuntur, equidem in bonum semper sumendi sunt, & ad honorem. Secus de his qui exhibentur, siuè malis, siuè Dæmonibus, siuè peccatis. Hi enim solum per insipientium abusum tituli vocantur. 2

Ad tertium dicitur, quòd auctoritas ex Prouerb. 26. fauet proposito nostro, sicut enim qui adfert lapidem pro ædificanda statua Mercurij, siuè cuiuscumq; idoli, iactat honorem, & sine causa confert. sic qui honorat insipientem. 3

Vel vt alia translatio habet, qui stultum honore afficit, perindè facit, ac qui lapidem in funda ligat Nam talis violenter mittit lapidem sursum qui sua natura tendit deorsum, non ergò nisi violenter, ac insanè tribuitur honor malis, & idolis. 4

Vel vt Gloss. dicit, nomine Mercurij qui Deus dicebatur ratiociniorum; intelligitur omnis computatio quæ antiquitus fiebat lapillis, vel nummis plumbeis, qui quandoq; ponebantur pro valore, verbi gratia, triginta solidorum. At reuera in seipsis, nec obolum valebant. Insinuatur ergo, quod licet tituli qui sunt honoris malis, vel idolis attribuuntur, non tamen eis accrescit valor, quare & remanent in sua validitate, vel potius nullitate, & frustra laborat talem conferens honorem, imò sibi acquirit damnum mortis æternæ. non tamen sequitur, quod ex vsus accommodatione non possint sumi tituli in malum. modo quò diximus in corpore articuli. hæc de quarto dicta sufficiant. 5

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *IN honorum appetitu tripliciter nos errare contingit.*

2 *Virtus sola, honore digna est.*

3 *Virtutem, & honorem, vt Deos subordinatos sibi coluerunt Romani.*

4 *Triumphatoribus; Romani, honorem triplicem, totidemq́; iniurias inferre consueuerunt.*

5 *Iniuriæ factæ triumphatoribus quænam essent.*

6 *Honores non appetendi plus nimio.*

7 *Status honoris cauendus.*

8 *Honorandi sunt omnes, diuersimodè tamen.*

9 *Aelij Adriani dictum valdè notandum, pro puerorum instructione.*

10 *An imagines colendæ.*

11 *Imagines fieri fuit ex Dei iussione.*

12 *Imagines qua intentione adorandæ.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVoniam concionatoribus maximè incumbit honores fugere, illorumq; fugam omnibus adhortari, quatenus vel sic solam Dei gloriam ante oculos habeant, alios quæ habere studeant. non ab re erit, vt aliqua adhuc pro moderatione appetitus honoris addamus. Contingit enim circa honoris amorem, inueniri superabundantiam, & defectum, quarè secũdum medium erit opportunum, & licitum omnibus.

Ethic. 4 Animaduertendum ergò ex Aristot. 4. Ethicor. 1 quòd circa illius appetitum possumus nos habere tripliciter. Debemus enim nos honoribus dignificare, honores nõ nimis desiderare, honorem inuicèm communicare.

Primò debemus nos honoribus dignificare, id est nos reddere dignos honore, & quia sola virtus honore digna est. Iustè possumus imò & debemus solas virtutes, maximè quæ bonum faciunt 2 habentem, in nobis procurare. nullus enim prauus existens, honore dignus est. estquè virtutis præmium, vt ibidem docet philosophus. Hinc Augustinus de Ciuitate Dei, cap. 13. inquit, quòd D. Augu. Romani antiquitùs virtutem, & honorem, sicut gust. duos Deos coluerunt, vndè & duas ædes, siuè duo templa constituerunt sic ad se inuicem ordinata, & continuata, quòd nullus posset intrare templũ honoris, nisi prius templum virtutis pertransisset 3 significantes per hoc; id, quod paulo ante dicebamus, quòd soli virtuti honor debetur. quarè Aristot. *Secundùm veritatem soli boni sunt honorandi.* Rom. 2. Et Roman. 2. *Honor & pax omni operanti bonum.* Verùm quia honor quandoq; mentem honorati in superbiam eleuat, nisi sit valdè cautus. Idèo Romani suis triumphatoribus ea die, qua triumphabant; triplicem honorem faciebant, & triplicem iniuriam, vt meminerint propriç fra-4 gilitatis. Primus honor erat, quòd populus obuiabat cum iubilo, & lætitia, secundus omnes captiui ligatis manibus post illius currum incedebant. Tertius induebantur tunica Iouis sedẽtes in curru, quem trahebant quatuor equi albi, & ducebantur, vsquè ad Capitoliũ iuxta illud. *quattnor in niueis aureus ibis equis.*

5 Tres iniuriæ, quæ eidem sic triumphãti fiebãt; erant; primò super eundem currum apud ipsum sedebat vilis persona, & secundum Isidor. 8. Ethi Isidor. molog. cap. 2. erat carnifex. secundo dum veheretur colaphyzabatur ab hac vili persona, quæ sibi dicebat. *Nosce teipsum*. Tertio omnibus im-6 punè pro libito talem iniuriare licebat. quapropter non debemus honores nimiùm appetere. Ecclef. 10. Ecclesiast. 10. *In mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum.* Qui enim vult vltra meritum honorari alios ad falsum testimonium inuitat: quarè status honoris magis est cauendus, quàm appetendus. Vndè Se-7 neca epistol. 82. *Abstrahunt à recto, diuitiæ, po-* Seneca. *tentia, honores.* & Metricè dicitur.

Plurima cum soleant, hominum corrũmpere mores,
Altiùs euertunt tria, fœmina, census, honores.

Tertio debemus honorem alteri communicare, superioribus per obedientiam, & subiectionem: parentibus per beneficentiam, & supportationem; omnibus per beneuolentiam, & supportationem. 2. Pet. 2. *oẽs honorate, fraternitatem diligite.* Vide de istis diffusè in Roberto Holchot. super Sap. cap. 14. lect. 163. 8 2. Pet. 2.

Hinc Aelius Adrianus ex Senatore factus Imperator roganti populo quòd filium suum Augustum appellaret, respondit. *Alendi sunt prius pueri, & virtutibus exercendi, vt probentur virtutibus antecedere, quos debent honoribus anteire*, quare Metricè. Adlius Adrianus. 9

Vt verdat florem, flos fructum fructus odorem.
Sic studium, morem, mos sensum, sensus Honorem.

Animaduertendum pro complemento eius, quod diximus de titulis, siuè imaginibus (nam de honore alibi redibit sermo) quòd hæretici ex auctoritate superiùs allata. Leuit. 26. & alia quæ habetur Exod. 20. vbi dicitur. *Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinẽ, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum non adorabis ea, nec coles.* Quç loca nimis ignorãter, ne dicã impudẽter deprauant, colligentes omnem prorsus imaginum, erectionem, & earũdem culturam condemnari. quæ deductio quàm sit vana, & periculosa facilè est videre, nam idem Deus post hoc præceptum iussit varias imagines erigi, puta Cherubim. Serpentis &c. dicendũ ergò quòd dominus idola, & cultum eorum, nõ venerationem iustam prohibet, & moderatam Sanctorum. Vt præscribit Ecclesia. Nam idem est motus in imaginem, & id cuius est imago. Et sic aliud est adorare idola adoratione latriæ, & tamquam finis, quasi ipsa sint Dij, aliud vti imaginibus per ordinem ad Deum, vel Sanctos adorando secundùm conditionem cuiusq;. Vnde Damascen. lib. 4. orthod. fid. cap. 17. *Quia nonnulli nobis exprobrant quod adoramus, & veneramur Saluatoris nostri, & Reginæ nostræ Deiparæ, Imaginem. Insuper & reliquorum Sanctorum, & famulorum Christi audiant, quòd à principio Deus hominem ad suam imaginem fecerit. Cuius igitur gratia inuicem adoramus, nisi quatenus ad imaginẽ Dei facti sumus: Nã vt inquit Christifer, & magnus in diuinis Basilius imaginis honor, ad exemplaris transfertur honorem, exemplar autem est, quod imaginem affirmat, & ex quo quod deducitur fit.* vnde Metricæ. Leu. 26 Exo. 20 10 11 12 D. Damasc. 13 D. Basilius.

Nam Deus est, quod imago docet, sed non ipsa Deus.
Hanc videas sed pura mente colas, quod cernis in ipsa.

Et hæc de quinto pũcto, & toto quæsito dicta sufficiant.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Vtrùm congruè aßignetur titulus ad scientiam Sacrorum Canonum.

ET videtur quòd non, primo titulus est. *Cõcordia discordantium Canonum*, tunc sic, omnes tituli omniaq; nomina imponuntur ad manifestandum, & distinguendum, sed per hunc titulum nihil certi nobis manifestatur. ergô.

Prætereà vnius operis, seù libri vnus debet esse titulus (est enim titulus libri quasi idem, quòd nomen libri.) At sic est quòd hic liber scientię Canonicæ vocatur etiàm liber Decretorũ. ergò saltèm alter illorum erit superfluus.

Præterea Sacri Canones editi sunt instinctu Spiritusancti, vt patet cap. violatores. 25. q. 1. sed nullo modo discordia à Spiritusancto emanare potest, cùm sit vnitatis, & concordiæ auctor, ergò.

Sed contra est communis Doctorum sententia super librum Decretorum, qui vno consensu talem admittunt, & approbant titulum. Ergò dicendum quòd sit conuenienter assignatus.

Respondeo seruato ordine, prout in superioribus articulis.

PVNCTI PRIMI SVMMAR.

QVo ad primũ non est cur immoremur circa tituli declarationem cum ex dictis facilè patere poßit, quæ autem specialia sunt, non poßunt ordinatè manifestari, nisi commiscendo multa, quæ inter fundamenta commodiùs haberi poterunt; & diligentiori ordine. quarè hæc sint de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMAR.

1 *NOmina sunt signa rerum medijs conceptibus animæ.*
2 *Rerum cognitio necessaria pro nominibus rectè imponendis.*
3 *Animalia cur adducta ad Adam.*
4 *Adam notitiam habuit proprietatum omnium rerum.*
5 *Nomen librorum, per ordinem ad contenta in ipsis.*
6 *Tituli ethimologia.*
7 *Tituli diffinitio amplißima.*
8 *Necessaria quæ sint pro cognitione tituli librorum.*
9 *Prologus, proœmium, præfatio. & argumentum, quomodo differant.*
10 *Prologus duplex ad librum, & in libro.*
11 *Prologus vndè dictus.*
12 *Proœmium vndè dictum.*
13 *Proœmiorum causa.*
14 *Præfatio vndè dicta.*
15 *Argumenti vox, diuersa ratione vsurpatur.*
16 *Christi resurrectio signis demonstrata.*
17 *Argumentum pro inditio, & coniectura.*
18 *Argumentum pro indicio quod fit de re.*
19 *Argumentum pro ingenioso artificio.*
20 *Argumentum pro materia operis.*
21 *Tituli per translationem quinam sint.*
22 *Inter prologum proœmium, & præfationem nulla est differentia, sicut nec inter titulum, & argumentum.*
23 *Peryocha, idest summa operis, siuè tractatus.*
24 *Nominum quæ libris præponuntur distinctio.*
25 *Biblia nomen est libri, non titulus.*
26 *Penthathaucus, vndè dictus.*
27 *Penthathaucus à Biblia, quomodo differat.*
28 *Quinque verba Apostoli, relata ad quinque libros legis, vel ad quinque, quæ docere debet quilibet Doctor: Vel, etiam ex intentione ad quinq; fines.*
29 *Materia triplex, ex qua, in qua, & circa quàm.*
30 *Tituli librorum materiam circà quam declarare debent.*
31 *Argumentum, prologus, & titulus vario modo exprimunt eandem materiam circà quam librorum.*
32 *Librorum nomina vario modo materiam, circà quam exprimunt.*
33 *Declaratio accommoda circà titulos librorum.*
34 *Genesis liber quarè sic dictus.*
35 *Exodus liber quarè sic dictus.*
36 *Leuiticus liber quarè sic dictus.*
37 *Numeri liber quarè sic dictus.*
38 *Deuteronomium liber quarè sic dictus.*
39 *Leges non duæ datæ Hebræis, sed eadem expreßiùs repetita.*
40 *In Deuteronomio iterantur beneficia, præcepta & flagella, & quarè.*
41 *Tituli librorum apud Hebræos sumuntur à primis verbis cuiuscumq; libri.*
42 *Titulus libri quid exigat, vt sit perfectus, & distinguatur ab argumento.*
43 *Titulus libri debet distingui ab argumento.*
44 *Titulus librorũ, ceù mater prægnans continens non exprimens apertè singula.*
45 *Titulus librorum breuis, & clarus esse debet.*
46 *Titulus libri de Iustitia, & Iure commendatur.*
47 *Argumentum fusiùs declarat materiam circa quam.*
48 *Proœmium & Auctoris animum declarat, & auditorum excitat desiderium.*
49 *Proœmiorum quatuor sunt genera.*
50 *Titulus, & argumentum, sicut includens à non includente distinguuntur.*
51 *Titulus librorum ad genus signi reducitur.*

Quo

QVoad secundum dicendum, quòd nomina
1 sunt signa rerum medijs conceptibus animæ, vt dicitur 1. Perhierm. & impo- *1. Perhierm.*
nuntur, vt dictum est ad declarandum, siuè mani-
festandum, necnon distinguẽdum, ipsas res, quas
nominamus, & ex hoc deducitur, quòd necessa-
ria est rerum cognitio ad hoc, vt nomina propria
& accommodata imponamus; non enim quodli-
2 bet nomen cuiuscumq; rei rectè assignari potest,
& ineptè hominem appellaremus lapidem, vel
leporem.

Gen. 2. Hoc clarè habemus in Sacra Genesi, vbi Deus
creatis cunctis animantibus, & volucribus addu-
xit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea, &
subditur, *Omne quod vocauit Adam anima viuen*
3 *tis, ipsum est nomen eius.* Cur (quæso) huiùsmodi
adductio ad Adam? nisi, vt videret, ideſt diligen-
ter consideraret ipsa animalia, & volatilia, & sic
secundùm illarum proprietates singula appella-
Lyran. ret? Vndè Lyranus ibidem ait. *Ex quo patet, quòd*
4 *habuit Adam notitiam de proprietatibus natura-*
libus viuentium, quia nomina benè imposita à pro-
5 *prietatibus rerum imponuntur.* Quarè, vt cõgrua
sit librorum tituli impositio semper attendẽdum
est, & omni cum diligentia, ad contenta in libris:
Sicut namq; per nomen innotescit nobis perso-
na illiusque dignitas, Sic per titulos innotescunt
6 nobis libri. Nam *titulus à tenendo*, vel *tuendo di-*
citur, eò quòd teneat, siuè tueatur factum aucto-
ris, vt si quis veri Auctoris neget opus, illum indi
cet, ac tueatur.

Est autem titulus inscriptio cuiuscumque ope
ris, quæ libro, operi, Statuæ supernotatur, vt sta-
7 tim primo aspectu argumentum noscamus, vel
Sueton. artificem. Vndè Suetonius in Domitianum, cap.
5. *Plurima, & amplissima opera incendio consum-*
pta restituit, sed omnia sub titulo tantùm suo, ac
sine vlla pristini auctoris memoria.

Duo necessaria, pro cognitione titulorum, qui apponuntur libris.

8 Vt ergò scias exactè, & hanc particularem ma-
teriam de librorum titulis, quę vix habetur à scri-
ptoribus, notare debes duo omninò necessaria ad
huiusmodi cognitionem.

Primò nota quòd Prologus, procemium, præ-
fatio, & argumentum ferè ab omnibus sumuntur
9 pro vno, & eodem, vt scilicet importent præloc-
Quæsitum. tionem in sequens opus introductorium; Est ta-
men prologus in librum, & prologus in libro.
Prologus in librum est, qui præmittitur tamquã
10 introductorius ad librum, nec est aliqua pars li-
Apoc. bri, vt ille, qui præmittitur libro Apocalypsis, vi-
delicèt, *Omnes, qui piè volunt viuere*, &c. Prolo-
gus in libro ille est, qui aliqua pars est libri, nimi-
rùm illius inchoatio ab eodem libri Auctore, &
Exempla in sacra Scriptura. huiusmodi in Sacra Scriptura noua sunt. primo
in Euangelio Lucæ. *Quoniam quidem multi.* Et
est prologus, vsquè ad illa verba, *fuit in diebus*
Herodis. Secundo in Apocalypsi ibi; *Apocalypsis* *Luc.*
Iesu Christi, vsquè ad verba, *Ioannes septem Ec-* *in c. leg.*
clesijs, &c. In cæteris autem libris Scripturæ ferè *Apoc.*
omnes prologi sunt distincti à libro, & non sunt
eiusdem Auctoris. Verùm quidquid sit de hoc
parum refert ad nostram intentionem. Videmus
enim, quòd ipsimet Auctores librorum citrà li-
bros Sacræ Scripturæ, de quibus dictum est, so-
lent præmittere prologos ad suos libros, qui non
sunt aliqua pars libri; & sic superest vt tantùm de
claremus identitatem, vel diuersitatem supradi-
ctorum, si quæ est inter illa maximè enim refert
hoc scire, vt videbitur.

Redeundo ergò ad id, quod iam cœpimus de-
clarare, dicimus inchoãdo ab ethimologia, quòd
prologus dicitur à prothos, quod est primum, & 11
logos, quod est sermo, quasi primus sermo, ideſt
sermo præcedens. Procemium verò dicitur simi- 12
liter à prothos, & emon, vel emium, quod est ser-
mo, vel modulatio, & reddit in eamdem significa
tionem primus sermo, vel prima modulatio; vel
vt alij dicunt, Procemium, quasi pro emulis fa-
ctum; Siquidem multoties solemus, in procemijs 13
referre iniurias illatas, ex inuidia ad opera no-
stra, vt videre est in prologo ad Sacram Scriptu-
ram Diui Hieronymi ad Paulinam; & Terentij *D. Hieron.*
in Andria, &c. vel procemium, quasi proiuium,
quia est prima via ad librum. at ista spectant ad *Terent.*
ethimologiam. Præfatio autem dicitur à præfor, 14
pręfaris, & sic reddit in idem importat enim prę
locutionem. Argumentum autem licèt possit su-
mi multis modis. nimirùm, & pro ratione rei du-
biæ faciente fidem, & pro sensibili signo ducente
ad veritatis manifestationem, modo quo Act. 1. *Act. 1.*
dicitur quòd *Christus apparuit discipulis per dies* 15
quadraginta in multis argumentis loquens de Re-
gno Dei. Constat enim, quòd Christi resurrectio,
tamquàm supernaturalis non potuit probari, si-
uè demonstrari ratione humana. vndè diuersis si- 16
gnis illam ostendit, videlicèt comedendo, biben-
do, loquendo, ratiocinando cum discipulis, &c.
vt optimè declarat D. Thomas. Vsurpatur etiam *D. Th. 3 p. q. 55. a. 5 cor.*
pro indicio, vel coniectura, iuxtà illud Sapien. 5.
Sicut auis transuolans in aere, cuius nullum argu-
mentum inuenitur itineris illius. Et illud Cicero- 17 *Sap. 5.*
nis in Cat. *Certissima argumenta sunt, atq; indi-* *Cicer. in Catil.*
cia sceleris. Amplius, & pro iudicio; quod fit de
re. iuxtà illud eiusdem Cicer. de offic. lib. secũdo. 18
Tabulæ nouæ, quid habent argumenti, nisi vt emas *Cicer. de off. lib. 2.*
mea pecunia fundum? Quandoque pro ingenioſo
artificio vndè argumentum, quasi argutè, & calli
dè inuentum, modo quo de Diuo Augustino dici 19
tur, quasi apis argumentosa, ideſt callida tibi de- *D. Aug.*
seruit. Versus.

Est breuis, argutus, est callidus, atque sonorus.

Et fortassis aliæ sunt eiusdem verbi significatio-
nes, verùm communissimè, & passim sumitur pro
materia operis, siuè tractatus, iuxtà illud Cicero- 20
nis, *nullum scribendi argumentum mihi relictũ est* *Cic.*

Et

Et hoc modo non videtur differre, nec à prologo; imò, nec à titulo in sensu declarato. vt (inquam) sumitur pro libri inscriptione declarante argumentum operis, siuè illius materiam.

Relinquimus pro nunc alias tituli significationes per translationem, vt quando sumitur pro
21 laude, vel dignitate, vel causa, aut signo dominij rei, de quibus dictum est supra, & opportunè dicetur adhuc in sequentibus,

Deductio ex dictis

Patet igitur ex dictis hactenus, quòd nulla vera, & realis est differentia inter prologum, siuè procemium, aut præfationem ex vna parte, nec inter argumentum, & titulum. Quarè venirent reprehendendi omnes auctores, qui hucusq; scripserunt, quia videntur multiplicasse ista sine ne-
22 cessitate. Ex quo sunt idem constat enim, quòd omnes, vltra titulos librorum, addunt præfationem, & vlteriùs argumentum, quod Græci perio-
23 cham vocant, idest summam totius, vel operis, vel tractatus, quod tamen non admittendum est contra tales, & tantos Doctores.

Intimiùs ergò considerando, quæ dicta sunt, & secundùm intentionem loquentium duas adhuc distinctiones notare debemus pro habenda notitia veritatis.

Prima distinctio est, quòd nomina, quæ præponuntur libris, quædam sunt pura nomina, id est
24 nullam prorsus exprimētia materiam librorum, sed tantùm manifestantia numerum librorum, vt verbi gratia, nomen Bibliæ nihil aliud dicit, nisi
25 multitudinem quandam librorum, & per vsum, & accommodationem supponit pro multitudine librorum Sacrorum simul collectorum, nullam prorsus exprimens, vel quantitatem, vel qualita-
26 tem librorum. Itèm hoc nomen Penthatheucus à penta, quod est quinq;, & teuchus, quod est volumen; idest volumen quinque librorum, & discriminatur à nomine Bibliæ in hoc quia iam exprimit numerum librorum, sed non qualitatem
27 (quantum sit ex vi significationis nominis) quod dico, quia ponitur pro significanda tota lege veteri, & in signum Hebræi hos quinque libros vo-
1. Cor. cant Thorath, idest legem. Et D. Paulus 1. Corin.
14 14. alludens ad hos quinque libros, sub nomine
28 quinque verborum dicit. Sed in Ecclesia, *volo quinque verba in sensu meo loqui, vt & alios instruam.* Intendens se velle declarare ea, quæ sunt legis nouæ fuisse adumbrata per ea, quæ sunt legis veteris.

Hier. Expositio præfata habetur ex D. Hieronymo in Epistol. ad Paulinum, quæ præmittitur ad Penthatheucum, cap. 7. secundum partitionem, quæ communiter fit, & verba D. Hieronymi sunt. *Hucusq; Moyses, hucusq; Penthatheucus, quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia glo-*
Abul. *riatur.* vbi Abulensis. *idest valdè gaudet Apostolus, vel in magna auctoritate habet in Ecclesia loqui per istos quinq; libros, ratio autem; quia in toto Canone veteris Testamenti, nihil tam authenticum est, sicut isti quinq; libri, quia de eis specialiter dicitur, Deuteronom 4. quod nihil adderent ad hoc, nec minuerent, nec declinarent ad dexteram, nec ad sinistram, & ista verba sumuntur de 1. Corinth. 14. cap. vbi dicitur. Sed in Ecclesia volo magis quinq; verba sensu meo loqui, quam decem millia verborum in lingua:* eundem D. Hieronymum citat Vgo in expositione præfatæ sententiæ. hæc in tantum adducuntur à nobis, vt appareat nostram probationem ex præmissa auctoritate habere vim. Cæterùm quod attinet ad communem expositionem Doctorum, ly, quinque æquipollet ei, quod est dictu, idest *pauca verba*, vel secūdùm expositionem D. Thomæ, Apostolus in ea auctoritate instruit docentes alios ea docere debere, quæ sunt ducentia ad salutem, vtiliaq; fidelibus, quorum reductio est ad quinque capita, nimirùm ad credenda, scilicet articulos fidei, secundùm il-
lud Tit. 3. *Hac loquere, & exhortare.* Secundo, A- Tit. 3.
genda, idest decem præcepta Decalogi. Matth. Matth.
vltimo. *Euntes in mundum*, &c. Tertio vitanda, vlt.
scilicet peccata. Isa. 58. *Annuntia populo meo sce-* Isa. 58.
lera eorum. Quarto appetenda, idest gaudia Para-
disi, 1. Pet. 1. *De qua salute exquisierunt.* Demùm 1. Pet. 1
quinto timenda nempè inferni supplicia Matth. Mat. 25
25. *Ite maledicti in ignem æternum*, pro quibus versus formari potest.

Quid credam, faciam, fugiam, sperabo, timebo.

Vel secundum Vgonem per quinque verba, Vgo.
quinque fines, propter quos debet fieri omnis doctrina spiritualis, & prædicatio debet intelligi; & hi sunt, vt habeant (inquam) docentes alios. Verba instructionis, quo ad inscios, excitationis, quo ad pigros, consolationis, quo ad desolatos, comminationis, quo ad duros, & exhortationis, quo ad bonos. Vndè versus

Excito, consolor, comminor, exhortor, doceoq;.

Alia sunt nomina vtiq; declarantia materiam libri, sed non materiam circà quam, sed tantùm ex qua. Scimus enim ex paruis logicalibus triplicem esse materiam, in qua, vt paries est mate-
ria in qua albedinis, vel figuræ. materia ex qua, 29
vt ferrum est materia ex qua fit gladius, & materia circa quam, nimirùm versatur artifex tamquàm circà proprium obiectum, vt ligna sunt materia circà quam Carpentarij, quia nimirùm tota eius intentio est varias, ac diuersas figuras efformare in lignis; & hanc eamdem distinctionem solent admittere philosophi, cum sermonem habent de scientijs; Materia enim in qua scientiarum est anima, quæ sola capax, & subiectum est scientiarum omnium; materia ex qua, verbi gratia, in logicalibus est propositio, præmissa, &c. circa quàm verò ipsa demōstratio in posterioribus, vel ens rationis, in tota logica, quia videlicèt per tractata Ibidèm quouis modo habent aliquem ordinem

ordinem ad ipſum ens rationis, vt alibi clariùs
diximus. Ex hac diſtinctione materiæ triplicis,
quid deducimus? certè hoc vnum, quod præ ocu-
lis ſemper eſt habendum, videlicet, quòd tituli li
brorum, necnon argumenta, vel etiam procœmia
referunt non quamcumq; materiam, ſed materiā
30 circà quam principalitèr, & eſſentialitèr ordina-
tur intentio auctoris, & ad quam declarandam
ſtruitur totum opus libri, qui componitur, quarè
ſecundùm varium, & diuerſum modum, pronun-
ciandi (vt ità loquar) hanc eamdem materiam cir
ca quam cuiuſuis ſcientiæ diuerſificantur Prolo-
gus, Titulus, & Argumentum. Vndè prò maiori
31 adhuc claritate nota aliam diſtinctionem, vide-
licet.

Secunda diſtinctio eſt. Nomina impoſita libris
aliqua important materiam circà quam genera-
liſſimè. ideſt ſecundùm conceptum communiſſi-
32 mum illius ſcientię, & valdè implicitè, aliqua ma
gis dearticulatè, ſed tamen partem materiæ non
totam materiam circa quam eſt intentio, licet ſit
pars principalis, quædam exactè, & complетè to-
tam materiam, tamen tamquàm in ſumma, & pe-
riocha. Et vt docendo doceamur magis exemplo
dicamus manifeſtando ſingula, quæ dicimus, ver
33 bi gratia hoc, quod diximus pentatheucus, vt
ſupponit pro tota lege veteri declarat valdè ge-
neraliter materiam ipſorum quinque librorum.
Item hoc nomen Decretum, licèt magis videa-
tur declarare materiam ex qua ſcientię Canoni-
cæ. Exemplum ſecundorum nominum ſunt nomi
na omnia ipſorum quinque librorum Moyſis, vi-
delicèt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, &
Deuteronomius. Geneſis enim liber, qui ab He-
34 bræis *Bereſcit*, dicitur, & à Latinis *generatio*, nun-
cupatur. Sic dicitur eò quòd exordium mundi,
& generatio ſeculi in eo contineatur ſecundùm
Iſidor. 6. ethimol. *Iſido. 6. ethimo.*

Similitèr Exodus; quod eſt nomen Græcum
ab ex & odo, quod eſt laus, vel cantus, vel odus,
quod eſt via. Hebręi *Elleſemod*, ideſt, *Hæc ſunt no*
35 *mina* Latinè *exitus*, vocatur, quia in eò libro diſ-
ſeritur de Egreſſu populi ab Aegypto.

Item Leuiticus Græcè. Hæbraicè *Vaykra*, id-
eſt vocauit Latinè *offertorius*, vel *ſacrificatorius*
36 dicitur, quia in eo agitur, de electione, & mini-
ſterio Leuitarum, & de Sacrificijs, & ijs, quæ offe-
rebantur.

Similitèr Numeri hoc eſt totius Arithmeticę,
ab Ares, quod eſt virtus, & rithmos, quod eſt nu-
merus, quia tractat de virtute numeri. Hebraicè,
Vaidaber, hoc eſt locutus eſt. Nomen Græcum
37 non habet, ſed diceretur *Arithmos*, quia in hoc li
bro principaliter numerantur quattuor. primò
de omni populo omnes viri apti ad arma feren-
da. Secundo Primogeniti; tertio Leuitæ, qui bis
numerantur. quarto manſiones per quas profe-
cti ſunt.

Sic dicimus de *Deuteronomio*, quod eſt nomen
Gręcum, à *deuteros*, ideſt ſecundùm, & *nomos*, vel
noma, quod eſt lex, quaſi ſecunda lex. Hebraicè
Helledauarim, ideſt. hæc ſunt verba, Latinè, ſecun 38
da Legiſlatio, non quod fuerint duæ leges olim
datæ patribus, vt aliqui falsò ex huiuſmodi titu-
lo arbitrati ſunt: ſed quia primę legis facta eſt re- 39
petitio cum maiori expreſſione, & multorum ad-
ditione, necnon diſtinctione. Vndè & dicitur ite-
rata lex, quia tria ibidem iterantur, & propter
tres cauſas, præcepta, & cæremoniæ ad commen
dationem memoriæ, & ipſorum confirmationē.
Beneficia Dei ad roborādum in illis Dei dilectio 40
nem. flagella, quę murmurantes ſuſtinuerunt, ad
incutiendum timorem.

Titulos horum quinque librorum libenter at-
tulimus in exemplum, tùm ad doctrinam pro il-
lorum notitia, tùm vt abundè ſciamus vim titu-
lorum. Siquidem tituli huiuſmodi omnes ſi ſpe-
ctentur in idiomate Hebręo, vel parùm, vel nihil
referunt de materia circà quam dictorum libro-
rum. nam Hebræi, vt illorum mos eſt, omnes li- 41
bros ſuos intitulant per verba, quæ ſunt princi-
pia libri, vt videre eſt in omnibus, ſiuè illa expri-
mant materiam in toto, vel in parte, ſiuè non. Se
cundùm autem tranſlationem Græcam, vel Lati-
nam, non niſi implicitè, valdè, & non totam, ſed
partem materiæ, quæ in libris pertractatur inſi-
nuant. nam, vt videre eſt in ſingulis dictorum li-
brorum, alia multa, & principaliſſima ibidem per
tractantur. Et in hoc apparet vera differentia, in-
ter huiuſmodi titulos, & argumenta eorundem li
brorum. vt optimè declarat D. Hieronymus in *D. Hier. in prol. Bibl.*
prologo vniuerſali ad totam Bibliam, & in ſingu
lis libris dictis: quæ præclarè habes in Stromatib.
Bibliæ Benedicti Renati lib. 2. quę argumenta o- *Benedictus Renatus.*
mittimus ad euitandam prolixitatem. ſunt ergò
huiuſmodi tituli diminuti.

Auctoris ſententia circa titulos librorum *Quæſitum.*

Et ſi quæras quis ergò titulus erit præfectus in
quolibet opere? Nùm argumentum pro titulo ac 42
cipiendum erit?

Reſpondeo ſale omnia condienda ſunt. Dici-
mus quod titulus cum ſit inſcriptio operis, qua
declaratur argumentum, ità declarare debet ar-
gumentum, ideſt materiam operis, quòd non ſit
argumentum. Verum adhuc non percipis magi- 43
ſterium. Volo dicere, quòd inſinuabam in ipſa
huius quæſtionis introductione, quòd titulus ſit,
ceù mater prægnans, ac continens in vtero mul-
titudinem filiorum, ideſt conceptuum, vel rerum
ità tamen, quòd talis multitudo ſit inſinuata non 44
expreſſa, ne ante partum videamur peperiſſe. Et
quantò magis titulus erit prægnans, & indicans,
non exprimens (vt inquam) medio modo ſe ha-
beat inter notum, & ignotum in referendo mate
riam libri, tantò erit elegantior, & ſi verba ſint
accommodata, & omni ex parte proportionata,
nec diffuſa, nec breuia, titulus erit perfectus. Et ſi
aliquando vidiſti eum librum numquàm plenè
commen-

commendatum (qui vulgari sermone inscribitur l'Imprese Illustri Hieronymi Ruscelli) habebis quod dico scilicèt, quòd titulus cuiuscumq; libri debet esse breuis, & clarus, & adeò vult iste excellens vir, quòd inscriptio, quæ fit in insignibus (seù vt vulgò dicitur il moto nell'Impresa)
45 quòd non excedat numerum verborum ad plus vnius versus: quòd nos dicimus, non vt eandem
Simile. statuamus regulam, sed vt exemplum vulgatum, & acceptum referamus. Et hinc habebis apertè differentiam inter titulum, argumentum, & proœmium. Nam titulus præloquitur contenta in libro breuissimo, & quasi prægnanti sermone, vt
46 opus Dominici à Soto inscriptum de Iustitia, & Iure. patet enim, quòd prægnantibus verbis totam declarat materiam suam, quæ aperit intentionem. Argumentum fusiùs declarat implicando ordinem, & formam dicendorum verbis per-
47 lucidis. Procemium autem, quasi, vt dicam auctoris animum effundit; dùm non solùm materiam
48 proponit, verùm conatur animos legentium captiuare, referendo aliquorum calumnias; operis vtilitatem, vel necessitatem pro posse declarat: Sicquè fit, vt qui præfationes legimus inardescimus, nosquè attentos, ac intentos reddimus ad onus legendi librum. Vndè & aliqui distinguunt dicendo, quòd quattuor sunt genera proœmiorum. Commendatiuum, idest quo commendatur
49 opus, & auctor. Secundum est Argumentatiuum, quo declaratur materia operis. Tertium dicitur Relatiuum, quo referuntur iniuriæ Aduersariorũ, vel quia refert gratias, vt illud Terentij in Andria. Quartũ dici potest complectiuum, quia complectitur omnia ista.

Auctoris excusatio.

Nec opponas, quòd audeam Ego imperitus, & viribus impar condemnare quotquot asseuerauerunt identitatem omnium supradictorum, siquidem nec hoc somniamus: nam si benè aduertamus, & sunt idem, & non omninò idem, quia comparantur, sicut includens ad non includens, & ignorantia horum multis causa erroris est.
50 Nec iterum obijcias, quòd in primo articulo huius quæstionis diximus quòd omnis titulus ra-
51 dicaliter & reductiuè, est causa, vel signum; vt enim videre est ex iam dictis Titulus libri semper signat contenta in libro, quapropter reducitur ad signum demonstratiuum, estquè causa distinctionis libri à quocumq; alio. manifestans etiam illius auctorem. hæc omnia si diligenter perspiciantur. erunt clara, & euidentia propè infinita circa huiusmodi materiam non satis pertractatam à communiter docentibus. hæc de secundo puncto dicta sufficiant.

PVNCTI TERTII
SVMMA.

1 *Gratiani intentio circa librum Decretorum quænam fuerit.*
2 *Papa auctor est Sacrorum Canonum.*
3 *Gratianus auctor ordinis scientifici.*
4 *Sacri Canones qualiter induant rationem obiecti vnius.*
5 *Sacri Canones obiectum materiale, & formale diuersa ratione.*

QVo ad tertiũ. Conclusio responsiua ad quæsitum est. Rectè, & congruè est assignatus titulus scientiæ Canonicæ, dicendo: ***Concordia discordantium Canonum.***

Probatur quia implicitè declarat totam materiam circa quam intentionis Gratiani. Namquè 1
intentio eius, non alia fuit, quàm declarare non ipsos Canones tantùm, Cæterùm commonstrare quòd qui discordare videbantur minimè pro rei veritate discordant si vnusquisq; Canon accipiatur in eo sensu in quo, & pro quo conditus fuit; quarè intentio principalis ipsius Gratiani fuit hæc, nimirùm aperire ordinem, & attributionem quàm habent omnes Sacri Canones ad hominis salutem, pro diuersitate statuum, conditionum, ac dispositionum eiusdemmet hominis ad hunc finem, qui est salus, vt magis patebit in appendice.

Vbi pro maiori declaratione recolere debes,
quæ diximus in præcedenti quæstione, videlicet 2
quòd Papa est Auctor Sacrorum Canonum, ipse
verò Gratianus reductionis eorundem ad ordi- 3
nem scientificum. Et quia ordo scientialis præcipuè exigit, quòd ordinatè omnia, & singula ad declarationem subiecti principalis ipsius scientiæ referantur. subiectum autem scientiæ Canonicæ non sunt Canones absolutè, sed ipsimet vt coeunt in vnam perfectã regulã vitæ Christianæ,
secũdũ quã intendunt dirigere. hoc potissimùm 4
debuit declarare Gratianus, quod poterat de medio tollere vim, & rationem Regulæ, & vt dicam, proprium illius constitutiuum. Nequè enim imaginabile est, quòd regula quæuis salua illius natura, discors in seipsa sit. Vndè indubiè tenendum, quòd Sacri Canones induunt rationem ob-
iecti, & materialis, quatenus ex his conficitur re- 5
gula salutis: & formalis, vt in vnum collecti perfectam ferant cuicumq; studioso Sacrorum Canonum ordinandi se ad salutem, & conuersationem non qualitercumquè, sed prout decet Christianum. prout in superioribus abundè docuimus & quia omnia ista patet benè disposito, ideò hæc sufficiant pro tertio puncto.

PVN-

PVNCTI QVARTI.
SVMMAE.

1 *Scientia Canonica duo auctores Papa, & Gratianus.*
2 *Deus est auctor scientia Canonica, non ponens in numerum cum Papa & Gratiano.*
3 *Decreti nomen potest dici titulus specialis.*
4 *Concordia discordantium Canonum titulus generalis totius scientia Canonica.*
5 *Decreti nomen tantùm distinguit à Decretalibus.*
6 *Discordia in Sacris Canonibus tantùm apparens est.*

QVo ad quartum, Ad argumenta ex dictis facilè respondetur. ad primum negamus, quòd hic titulus nō significet aliquid certum, & determinatum. nam exprimit obiectū sub ratione, secundùm quam comprehenditur per ordinem ad intentionem ipsius scientifici, siuè auctoris scientiæ Canonicæ ad nullā illius partem se specialiter coarctando.

Ad secundum dicitur, quòd huius scientiæ sūt
1 quasi duo Auctores, videlicèt Papa, & Gratianus. ac eo non incongruit, quòd pariter sint quasi duo tituli per ordinem ad vnumquemquè auctorem sigillatim, ita vt nomen Decreti, siuè Decretalium suscipiatur per ordinem ad Papam illorū auctorem. Hoc verò quod dicitur Concordia discordantium Canonum, per ordinem ad Gratiani intentionem, vt dictum est.

Et si opponatur, quòd pari ratione dandus erit tertius titulus per ordinem ad Deum, quem pariter diximus auctorem huius scientiæ, &c.

Respondeo, quòd non est par ratio; quia Deus
2 cum duobus auctoribus prædictis nullo modo ponit in numerum cum sit Doctor intrinsecus in vnoquoq; illorum, ipsi autem qui actione diuersa, ac distincta in exteriori comparantur, vtiquè multiplicant nomen, & rationem auctoris, quod benè animaduertendum est.

Dicitur secundo, quòd nomen Decreti, est titulus specialis, siuè partialis exprimens magis rationem quæ, quam rationem sub qua. At hoc,
3 quod dico, *Concordia discordantium Canonum* vtranq; implicitè complectitur. quod requiritur ad perfectam tituli rationem, maximè si sit gene
4 ralis se extēdens ad totam scientiam, quarè vnus subordinatur alteri.

Dicitur tertio, quòd nomen Decreti, ostendit tantùm distinctionem voluminis Decretorum, à volumine Decretalium, non tamen est titulus li-
5 bri, nisi modo dicto in prima responsione.

Ad tertium dicitur, quòd discordia in Sacris Canonibus est in apparentia non in re. Hoc au-
6 tem non repugnat Spirituisancto cum sit imperfectio ex parte nostra. Quarè hæc sint satis de quarto.

PVNCTI QVINTI
SVMMAE.

1 *Regula intelligendi Sacram Scripturā, Claues Scriptura dicuntur.*
2 *Regula pro concilianda discordia Canonum qua apparet.*
3 *Personalia distinguuntur à generalibus, nec trahuntur in consequentiam.*
4 *Canones quidam pro vno loco tantū sunt quandoq; & non pro omni.*
5 *Canones quidam, tempus determinant pro quo obligare dicuntur.*
6 *Canones aliqui habent vim ad eam causam tantùm pro quà fiunt.*
7 *Canones quidam ex rigore, quidam ex clemētia interpretandi sunt.*
8 *Canones quidam pracipiunt, quidam consulunt, &c.*
9 *Canones quidam secundum latam, quidam secundum inferendam sententiam sunt.*
10 *Infames ipso iure aliqui sunt per sententiam.*
11 *Errant qui non aduertunt, vel non curant scire regulas iuris Canonici.*

Appendix pro Concionatoribus.

NE intactum aliquid relinquamus, quod possit iuuare studiosos concionatores. (Nam perfectus concionator numquam erit, qui non fuerit versatus in omni scientiarū genere.) Considerandum quod quemadmodum Sacræ Scripturæ tractatores assignauerunt septem regulas exponendi Sacram Scripturam per quas tolleretur omnis dissonantia in dictis eiusdemmet Sacræ Scripturæ, quas tangit Isidorus de summo bono, *Isidor.*
cap. 2. & nos suo loco referemus. Et hæ vocantur 1
ab aliquibus claues Scripturæ, quia per eas intellectus, siuè sensus Sacræ Scripturæ aperitur in multis, ita ad tollendam omnem dissonantiam, quæ inter Canones esse videbatur. Septem sunt adinuentæ regulæ, siuè claues. pro concordia illorum manifestanda, colliguntur que ex antiquis Doctoribus, quas in speciali habes in Speculo in 2
titulo de disputationibus, & allegationib. §. post *Specul.*
hæc. versic. & generaliter omne contrarium, &c. *Archidiac.*
Item Archidiaconus super Decretum, quæ regulæ, seù considerationes sunt, seù septem claues vt dictum est.

Regula septem, seù claues aperientes verum sensum Sacrorum Canonum.

Prima Regula dicitur de persona, quæ docet, *Regula prima.*
quòd quidam Canones, siuè Patrum Decreta accipienda sunt ex persona, siuè tamquàm personalia, & quædam tamquàm generalia: personalia dicuntur, quæ personas non transgrediuntur, 3
nec ad exemplum trahuntur, siuè consequentiam

1. quæ-

1.quæst.1.§.ficut ergò,& 26.q.2.cap.non exemplo.Generalia verò sunt,quæ vniuersitatem complectuntur,quæ omnes adstringunt.

Regula secũda. Regula secunda vocari potest de loco, quæ docet, quòd quidam Canones intelligendi sunt
4 ex loco, vt in orientalibus *31*.dist. c. aliter. & c. quoniam. & cap. Nicænus, & extrà de Cler.coniug.c.cum olim.

Regula tertia. Tertia Regula est de tẽpore, quæ docet quòd quidam Canones intelligendi sunt,& exponendi
5 ex tempore, sicut de matrimonio in tertio, & quarto gradibus contrahendo,quod ex causa ad tempus concessum fuit Anglicis *33*.quæst.*3*.cap. quod scripsi.

Regula quarta. Quarta Regula est de causa, quæ docet, quòd quidam Canones ex causa accipiendi sunt.Sicut
6 patet in promotione Monachorum ad Sacerdotium, siuè ad curam animarum, quòd ex causa, scilicet penuria Clericorum tempore Gregorij factum esse legitur distin.55. cap.priscis. de istis dicitur in cap.Regulæ, distinctio.29. ex sententia Beati Gregorij, *Regulæ Sanctorum Patrum pro tempore, loco persona, negotio instante necessitate tradita sunt*.

Regula quinta. Quinta Regula, siuè consideratio dicitur à rigore, & misericordia, quæ docet, quòd quidam Canones æditi sunt secundùm rigorem
7 iustitiæ.Sicut de criminoso post baptismum etiã peracta pœnitentia non ordinando. 15.dist. cap. primum.& 48.distin.cap.quoniam.& 1.quæst.1. cap.si quis omnem. & de simoniacis in suis ordinibus non tollerandis secundùm verò misericordiæ moderationem,editi sunt Canones,vt de criminosis post pœnitentiam tollerandis, & promouendis 50.dist.c.põderet,cap.Domino sancto,& *34*.dist.c.fraternitatis, & de simoniacis tollerandis.1.q.5.c.1.& vlt.

Regula sexta. Sexta Regula est de præcepto, & consilio docens,quòd quidam Canones accipiendi sunt per
8 modum præcepti,siuè affirmatiui imperando, siuè negatiui prohibendo;quidam de consilio,quidam per modum indulgentiæ, siuè permissionis per modum præcepti,vt de debito coniugali reddendo *33*.quæst.5. cap.si dicat. Sic de vxore non dimittenda excepta fornicationis causa *32*.quæstio.5. cap.præceptum. & de non accedendo ad aliam,vt causa eadem cap.non mœchaberis. Per modum autem consilij *33*.quæst.1.cap.sic enim, & cap.iam nunc, & de virginitate seruanda, *32*. q.1.c.integritas.de permissione coitus coniugalis causa incontinentiæ,qui permittitur,vt grauiora vitentur *33*.dist.c.Nerui.

Exempla habes.

Regula septima Septima Regula dicitur de lata,aũt inferenda sententia, quæ docet quædam capitula Canonis
9 datæ sententiæ,quædam dandæ.Datæ sententiæ dicuntur,quę insinuant transgressorem suum iam excommunicatum, 17.quęst.4.cap.si quis suadente.Dandæ,quæ insinuant excommunicandum ad
10 similitudinem infamium, quorum quidam sunt infames ipso iure, quidam per sententiam. De necessitate autem harum Regularum pro parte scribitur.29.distinct.cap.primo,vbi ex sententia Beati Isidori dicitur. *Sciendum est,quod pleraquè capitula ex causa,ex loco, ex tempore, quorum* *Isidor.* 11
modi, quia medullitùs non indagantur in errorem latentium, nonnulli intricando impingunt, cum ante iudicent, quàm intelligant, antè inculpant,quàm iterando lecta perquirant. Hæc de toto quæsito.

ARTICVLVS IV.

Vtrùm Deo conueniat aliquis titulus proprius.

AD Quartum sic proceditur, videtur quòd non conueniat Deo aliquis titulus proprius. Primò, quia titulus importare videtur aliquam specialem virtutem, in qua quis supereminet cęteris,vel à qua per talem titulum denominatur.sed in Deo omnes virtutes sunt æquales ergò.

Præterea si aliqua esset virtus talis,esset misericordia, de qua dicitur, quòd *parcendo, & miserando omnipotentiam suam Deus manifestat:*sed hæc habet pro obiecto miserias, quæ sunt, quid infimum ergò.

Præterea Misericordia vincitur,tùm à charitate, cuius obiectum cum sit Deus ipse præstat obiecto misericordiæ,tùm à Clementia, iuxtà illud Prouer.20. *Misericordia,& veritas custodiunt Regem,& roboratur clementia thronus eius*. Constat autèm, quòd maius est roborare, quàm custodire, ergò. *Prouer. 20.*

Vlteriùs, *qui reputant se fœlices, & in tantùm potentes, quòd nihil mali putant se posse pati, hi non multum miserentur*, vt dicit Arist.2.Rhet.c. 8.ergò multo minus Deus,qui est infinitè fœlix, nec sibi malum accidere potest. *Arist. 2 Reth. c. 8.*

Sed contra est quod dicit Ecclesia de Deo. *Deus cui proprium est misereri semper,& parcere*. Et Augustinus in quodam sermone, ait. *Sicut proprium est Solis lucere, & ignis calefacere. Sic proprium Dei est misereri*; ergò per ordinem ad misericordiam sumenda est ratio tituli de Deo dicti. *Aug.*

Arduitas quæsiti proponitur.

Respondeo dicendum, quòd locuturi de titulo proprio ipsius Dei,est aggredi materiam grandem, difficilem,& excedentem omni ex parte vires humanas; quarè ad excelsum eiusdem diuinæ misericordiæ recurrere debemus; ipsa enim sola est,quæ auxiliari potest in arduis, & maximis, ac vrgentibus necessitatibus.Et fortassis ipsa se ostẽdet. ità vt ex ea possimus,quærendo inuenire titulum proprium ipsius Dei. Et quia nobis expedit magnificare hanc diuinam misericordiam,

firmemus nostram intentionem circà illam; neq; enim Deus, qui maximus est in omnibus dedignabitur, vt illam præ cæteris extollamus; imò, & quasi Reginam omnium virtutum, quæ in illo sunt per ordinem, ad captum nostrum constituamus.

Quarè & ex illa titulum omninò proprium Dei demonstrare non erit incongruum. Et omninò ordinem, prout in superioribus seruabimus, ita tamen vt in appendice extendamus sermonem ad aliqualem applicationem, quæ fiet ad B. Virginem.

PVNCTI PRIMI. SVMMAE.

1 *Titulus proprius debet significare aliquid proprium, & speciale.*

2 *Distinctio nulla est rerum, quæ sunt in Deo secundum quod in se est.*

3 *Essentia diuina eadem in se, correspondet diuersis nostris conceptibus qui de illa formantur.*

4 *Virtus illa, quæ intrinsecè perfectior est secundum sui rationem, illa dare potest titulum specialem Deo.*

QVo ad primum dicendum, quòd indubiè titulus de Deo dictus debet significare aliquid sibi proprium non solùm in eo,
1 quo supereminet cuicumq; creaturæ. (Sic enim sufficeret dicere, quòd est verus Deus) sed etiam comparando virtutes, quæ in Deo sunt inter se. Licèt enim omnia, quæ sunt in Deo sint ipsemet Deus, nec aliqua distinctio reperiatur in illis, si
2 spectemus merita rei secundùm quod in se est, ac eo, vt sic nimirùm ex parte rei sunt æqualis perfectionis. nihilominùs, quia nostra cognitio finita est, nec ferre possumus intuitum in Deum secundùm quod existit in seipso, sed tantùm secundùm modum nostræ capacitatis distinguendo, & dearticulando, quod est vnum in se. relinquitur,
3 quòd ea, quę sunt vnum pluribus conceptibus intelligamus. Et quia ità nominamus quemadmodum cognoscimus, distinguimus ex parte nostri modi intelligendi vnam virtutem ab alia. cui distinctioni correspondet non aliqua distinctio in re; sed ipsa rei eminentia, quę potens est fundare omnem conceptum importantem perfectionem.

Ad videndum ergò quonam titulo speciali possit à nobis declarari Deus; videndum est quę-
4 nam virtutum superemineat secundùm suam perfectionem intrinsecam, sic enim continget nos posse aperire nodum difficultatis. Et hoc nos pręstare intendimus breuius, prout possibile erit. Et ex his patet sensus tituli, hęc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMAE.

1 *Misericordia dupliciter consideratur.*

2 *Propositiones duæ Diui Thomæ valdè admirabiles de Dei misericordia.*

3 *Deus maximus est super omnes, & omnia.*

4 *Misericordia est qua egemus, ac eò abunde declaranda a nobis.*

5 *Misericordiæ ethimologia, & eius qui dicitur misericors.*

6 *Misericordia sub nomine miserationis diffinitur ab Aristotile.*

7 *Misericordiæ diffinitio secundùm Augustinum.*

8 *Misericordia de malo inuoluntario est.*

9 *Misericordiæ completa diffinitio.*

10 *Tristitia, & misericordia, quomodo ad malum comparentur.*

11 *Mali nomine omnem defectum intelligimus.*

12 *Misericordia propriè non est de culpa, sed de pœna.*

13 *Malum naturæ humanæ multiplex.*

14 *Malum alienum, ceù proprium æstimatur.*

15 *Dolor propriè est ad se ipsum non ad alterum.*

16 *Malum alterius fieri proprium contingit multipliciter.*

17 *Miseremur etiam his, qui iustè patiuntur.*

18 *Miserans non est, qui non vult subleuare si potest.*

19 *Misericordia aliter comparatur ad Deum; aliter ad homines.*

20 *Communicatio bonorum diuersimodè comparatur ad charitatem, iustitiam, liberalitatem, & misericordiam.*

21 *Misericordia virtus est specialis.*

22 *Condolere de malo alterius contingit ex charitate, & misericordia.*

23 *Misericordia Dei habet pro obiecto omnem defectum vt subleuabilem.*

24 *Solius Dei creare est, & subleuare ab annichilatione morali.*

25 *Misericordia vt respicit omnem miseriam maxima virtus necessariò est.*

26 *Miserans paupertatem, et potens subleuare supponitur non esse pauper.*

27 *Misericordia vt sic dicit actum purum.*

28 *Misericordia, an virtus moralis, vel quid transcendens.*

29 *Ordo ad obiectum non excludit ordinem ad habentem virtutem.*

30 *Misericordiæ diffinitio altissima.*

31 *Virtus qualibet potest considerari sub ratione sui actus, vt sic præcisè.*

32 *Actus intelligendi perfectior intrinsecè actu sentiendi, vt sic.*

33 *Actus misericordiæ vt sic, intimè perfectior est actu charitatis.*

34 *Locutiones accipiendæ sunt in ea formalitate, in qua fiunt.*

Actus

35 *Actus miſericordiæ intrinſecè eſt actus puriſſimus, & ipſemet Deus.*
36 *Actus charitatis intrinſecè non vindicat quod ſit actus purus.*
37 *Actus miſericordiæ includit actum charitatis.*
38 *Miſericordia maxima virtutum etiam per ordinem ad noſtram vtilitatem.*
39 *Miſericordia non eſt maxima niſi is, in quo eſt ſit maximus.*
40 *Miſericordia in Deo duplici iure maxima eſt.*
41 *Miſericordia in nobis an præſtet religioni alijsq; virtutibus.*
42 *Religio in nobis melior eſt ſimpliciter ipſa miſericordia.*
43 *Charitas in nobis melior eſt miſericordia.*
44 *Actus contemplatiua meliores ſimpliciter actibus actiua.*
45 *Religionis actus, vt laudare manet in Patria.*
46 *Opera miſericordiæ magis placent Deo.*
47 *Opera miſericordiæ ſunt frequenter in præcepto non ſic opera religionis.*
48 *Opera religionis prætermittuntur propter opera miſericordiæ.*
49 *Opera religionis præualent operibus miſericordiæ quando imminet fidei periculum.*
50 *Opera religionis præualere operibus pietatis in caſu, oſtendit Chriſtus ſuo facto.*
51 *Opera religionis ſecundùm actum interiorem, numquàm prætermittenda.*
52 *Charitas in nobis præeminet miſericordiæ, ſecùs in Deo.*

QVo ad ſecundum, animaduertenda eſt doctrina D.Thom.2.2.q.30.art.4. vbi poſt declaratam veritatem obiecti virtutis miſericordiæ, & quòd verè ſit virtus, quęrit vtrũ ſit maxima virtutum, & pręmiſſa diſtinctione, duas aſſumit propoſitiones valdè admirabiles. Diſtinctio eſt Miſericordia poteſt dupliciter con- D.Tho. 2.2. q. 30.a.4
1 ſiderari, vno modo ſecundùm ſui intimam, ac propriam, ſiuè pręciſam perfectionem, quã claudit in ſe ſecluſo quocumq; ordine ad habentem. Secundo vt eſt perfectiua habentis more virtutum moralium. hac ſtante diſtinctione, duas aſſu-
2 mit propoſitiones, quarum prima eſt quòd *miſericordia ſecundùm ſe eſt perfectiſſima virtutum, cum ſit communicatiua boni, & ſubleuatiua defectus alieni; quòd perfectius quidem eſt, quàm amare*. Secunda propoſitio eſt, quòd *ſi habens illam ſit maximus, qui nullum ſupra ſe habeat, ſed omnes ſub ſe, tunc erit maxima virtutum etiam in ordine ad habentem illam*.

Ex his optimè ſequitur cum ſolus Deus ſit ma-
3 ximus, ſic, quòd nullum habet ſupra ſe, & omnes imò omnia ſub ſe, quòd miſericordia in illo ſit maxima omnibus modis, nimirùm, & ſecundùm ſe, & ratione eius in quo eſt.
4 Et quia hęc doctrina valdè pręclara, & vtilis eſt, magnificanſq; Dei miſericordiam, qua egemus maximè quamdiù, in hac miſeriarum valle reperimur. manifeſtanda, & aperienda eſt omni meliori, ac poſſibili modo pro communi vtilitate legentium, & maximè Prædicatorum, qui vt plurimum ſermones habent de Dei infinita miſericordia, nec tamen declarant nodum etiam eorum, quæ ipſimet dicunt.

Inchoando igitur à quid nominis, & ethimologi illius, dicimus, quòd miſericordia dicitur quaſi miſerorum corda, qua de lacu fœcis, & mi- 5
ſeriæ extrahimur, & ſic miſericors, quaſi miſerũ habens cor interpretatur, Ex miſeria enim, quam in aliquo quouis modo nobis coniũcto videmus, concitamur ad triſtitiam, & dolorem cum voluntate pro poſſe, & vt expedit ſubleuandi ab illa. quarè diuerſimodè à diuerſis diffinitur. Ab Ariſtotel. ſub nomine commiſerationis hoc modo. 2.Rh. c.8.
Commiſeratio eſt dolor quidam ex apparente malo corruptiuo, ac dolorem inferente in indignum pa- 6
ti, quod ipſe putabit ſe pati, vel ſuorum aliquem; 7
idq; fit, vt propinquum videatur. Diu. autem Auguſtinus de Ciuitate Dei diffinit hoc modo. *Miſericordia eſt alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſio, qua vtiquè ſi poſſumus ſubuenire compellimur*. Lib. 14 c.5. 8

Diuus Thomas in articulo primo quæſtionis citatæ addit, quòd miſericordia ſit de malo inuoluntario. Vndè colligendo ſimul pro quanto opus eſt, vt completam de miſericordia diffinitionem habeamus. dicamus hoc modo. *Miſericordia eſt dolor, ſiuè triſtitia de malo alieno inuoluntario, æſtimato, vt proprio, & aliquo modo contra perſonæ miſerabilis dignitatem; cui ſubuenire velit miſerans, quantum in ipſo ſit, & commodè poſſit*. 2.2. q. 30.ar.1 9

Dicitur quòd ſit *dolor*, quia eſt quaſi ſpecies triſtitiæ, vt patet per Damaſcenum lib.2. ortho- 10
dox.fid. dicitur quaſi, quia triſtitia propriè eſt dolor de malo proprio, miſericordia de alieno. *de malo*, quia eius obiectum, eſt malum, & vniuerſaliter omnis defectus. Siquidem motiuum ad miſerendum eſt defectus, vt Diuus Thomas docet ar. 11
2. eiuſdem quæſtionis. dicitur *de malo inuoluntario*, & ſic directè non eſt culpa, niſi vt habet ordinem ad pœnam; dolemus enim de peccato alterius in quantum eſt, vel quædam pœna peccati præcedentis, vel obligatio ad pœnã, qua ratione 12
Diuus Gregorius homil.34. in Euangelia dicit, quòd *vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa dedignationem*. Ad quæ verò ſe extendat huiuſmodi malum inuoluntarium diffusè habes per Ariſtot.2.Rethor.cap.8. & reducit illa ad mala, quæ 13
ſunt naturæ corruptiua, vt mortes, verbera, corporis afflictiones, ſenectus, morbi, cibi inopia &c. Inſuper mala fortunæ, dicitur quòd eſt *de malo* 14
alieno æſtimato vt proprio; nam triſtitia, & dolor propriè non eſt ad alterum, ſed ad ſeipſum; 15
quarè malum alterius in quantum aliquo modo

Damaſ. lib.2.c. 14. — Ar.2. — Greg. — Ariſt.

ſit proprium, obiectum miſericordiæ dicitur. Hoc autem contingit dupliciter, vel per ſolam
16 vnionem effectus: amici enim officium inter cætera eſt condolere de malo amici, ſicut de proprio. Vndè Roman. 12. *Flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus.* &c. Vel per communicatio-
Rom. 12. nem realem actu, vel potentia, actu, vt cum quis repetit ſe in eadem miſeria. potentia quia ſibi poteſt contingere tale malum. Dicitur, *quòd ſit ali-*
17 *quo modo contra perſonæ miſerabilis dignitatem.* Vndè miſeremur eorum, etiam, qui iuſtè patiuntur, quia ſaltem talis miſeria eſt contra dignitatem hominis, vt ſic. dicitur poſtremò, quòd *miſerans velit quantum in ipſo ſit, & commodè*
18 *poſſit ſubleuare*, quia certè non verè quis miſeretur, niſi pro poſſe ſubleuet, aut ſaltem vellet poſſe ſubleuare.

Notatio prima. Circà quam diffinitionem ſic declaratam debes animaduertere, primò, quòd hæc diffinitio eſt communis hominibus, & Deo, ſed non vniuer-
19 ſaliter, nam de Deo tantùm dicitur, vel ratione effectus, vt declarat D. Thom. p. p. q. 21. vel tantùm, vt dicit affectum cum voluntate ſubleuandi. Verùm homo vlteriùs afficitur ſecũdùm partem ſenſitiuam in qua eſt paſſio, & motus. Et vlteriùs homo miſeretur magis pœnas, quàm culpas, è contra Deus magis culpas.

Secundò nota, quòd communicatio bonorum ſiuè perfectionum poteſt conſiderari abſolutè, & ſic pertinet ad bonitatem, ſiuè charitatem, vel a-
20 micitiam; qua ratione D. Thom. 2. 2. q. 31. ar. 1. in
D. Th. corp. & ad 3. ponit beneficientiam actum charitatis, ſecundò vt debitum ſecundùm proportionem cuiuſque, & ſic ſpectat ad iuſtitiam, tertiò vt talis communicatio fit abſque intentione, vel ſpe retributionis. & ſic pertinet ad liberalitatem, vel denũm, vt expellit defectum, & hoc modo ſpectat ad miſericordiam.

Et ex hoc habes, quomodo miſericordia ſit
21 virtus ſpecialis, cum habeat materiam, ſiuè obiectum motiuum ſub ſpeciali ratione, nimirùm miſeriam, ſub ratione ſubleuabilis. Quarè condole-
22 re de malo proximi abſolutè, vt quoddam malum præciſe oppoſitum bono, vt ſic actus eſt charitatis, at ſub ratione cuiuſdam miſeriæ ſubleuabilis eſt obiectum miſericordiæ. Hinc attende,
Bannes. quàm vanè excruciatur Dominicus Bannes in hoc loco.

Tertio adhuc nota, quòd loquendo, de miſe-
23 ricordia vt in Deo, habet pro obiecto omnem miſeriam ſimpliciter, & abſolutè. quarè comprçhendit culpas, (vti dictum eſt,) quæ verè, & propriè faciunt hominem miſerum, & inſuper omnem potentialitatem. Quòd enim entia creata poſſint eſſe, & actu non ſint, quidam eſt defectus. Et quia poſitio creaturarum in eſſe per creationem ſo-
24 lius Dei eſt. Inſuper annichilatio moralis, quæ fit per peccatum, iuxtà illud Pſalm. *Ad nihilum re-*
Pſ. 71. *dactus ſum, & neſcini à ſolo Deo ſubleuabilis eſt.*

Relinquitur, quòd ſumendo miſeriam in tali, ac tanta latitudine, miſericordia, quæ dicit poten- 25
tiam, & voluntatem ſubleuandi à qualibet miſeria modo declarato, erit neceſſariò maxima virtutum. Quarè? Quia ſicut miſerans paupertatem alicuius ſecundùm completam rationem miſe-
randi, ideſt vt dicit virtutem ſubleuatiuam, effi- 26
caciter à miſeria ſupponit miſerantem immunẽ à tali miſeria, videlicèt paupertate. Sic miſerans abſolutè omnem miſeriam in ſenſu declarato debet carere omni miſeria, & defectu, & potentialitate (ſiquidem omnia iſta ſub nomine miſeriæ compræhendimus.) Atque hinc vlteriùs ſequitur, ergò miſericordia ſimpliciter, & abſolu- 27
tè, & ſecundùm ſuam puram rationem dicit actũ putum, ex conſequenti Deum eſſe, quia eſſe actũ purum ſoli Deo conuenit. Hoc eſt, quod dicit D. Tho. in prima propoſit.

Et ſi quæras, quid intendimus ſignificare per Quæſitum.
miſericordiam ſecundùm ſui intimam, & propriam perfectionem? Eſt ne aliqua virtus moralis, 28
vel habitus, vel quid tranſcendens.

Reſpondeo quicquid dicant Dominus Gregorius de Valentia, & Bannes, quòd talis conſideratio miſericordiç ſit conſiderando intimam rationem ſui actus, vt ſic quatenus præſcindit ab ordine ad habẽtem illam, ſiuè ad quoduis obiectum. Opinio Valentiæ, & Bannes.
nam, vt benè aduertit Caietanus hoc loco ordo 29 Caiet.
ad obiectum non eſt extra latitudinem ordinis ad habentem, cum habens tantò magis perficiatur quantò meliori obiecto, ſiuè bono coniungitur. Quid ergò eſt? Reſpondeo eſt vir-
tus quædam potens ſubleuare omnem miſe- 30
riam.

Sed contra, inquit Gregorius de Valentia; pri- Greg. de Valent.
mò quia Diuus Thomas hoc loco loquitur de miſericordia, vt poteſt verificari accommodè de Deo, & creaturis. ergò de illa, vt eſt habitus quidam adæquatè quidem inuentus in homine ſub ratione habitus, inadæquatè in Deo, nimirùm, vt præſcindit ab imperfectionibus, modo, quo reliqua dicta de Deo verificantur. Prætereà prçſcindere ab ordine ad habentem non omninò conſtat; equidem actus perfectior in ſe, eſt etiam perfectior habenti illum. Vlteriùs clarum eſt, quòd D. Thom. de miſericordia loquitur per comparationem ad reliquas virtutes. ergò malè Caiet. loquitur de miſericordia ſecũdùm abſtractiſſimam quamdam rationem.

His non obſtantibus dicimus, quòd optimus
eſt diſcurſus Caietani, & ad mentem Diui Thomæ. nullum namque inconueniens, quòd vna, & 31
eademmet virtus conſideretur, & vt virtus quædam, & ſic dicit quid commune alijs virtutibus & ratione ſui actus ſecundùm ſe; non quòd actus talis poſſit reperiri ſine ordine ad ſuum obiectum quinimò nec ſine ordine ad habentẽ; ſed quia ſecundùm ſe aliquis actus vindicat ſibi maiorem, vel minorem perfectionem. Dicamus (quæſo) 32
nonne

nonne actus intelligendi, vt sic perfectior est intrinsecè actu sentiendi, siuè volendi? quod si dicas, hoc habet à suo obiecto. Concedimus verùm & in se ipso actus intelligendi claudit talem perfectionem maiorem.

Dicimus ergò, quòd actus misericordiæ absolutè sumptæ, vt abstrahit ab hoc vel ab illo habête est melior actu diligendi, vt sic, & hac ratione melior est actu charitatis, quia vt sic dicit omnimodam actualitatem, idest actum subleuatiuum ab omni miseria simpliciter; quòd non dicit a-
33 ctus diligendi, vt sic. Actus enim misericordiæ est, vt sit communicatiuus bonitatis, & subleuatiuus à miseria.

Opponitur dictis. Sed côtra. Charitas, qua Deus diligit seipsum habet obiectum infinitum, & vlteriùs est productiua Spiritus sancti ad intra, misericordia verò tantùm terminatur ad extra, ergò.

Respondeo nondum percepimus nodum; arguendo enim fit transitus à re ad modum; quis enim dubitat, quod dilectio infinita habet obie-
34 ctum infinitum, & quòd si fiat comparatio obiecti ad obiectum, charitas pręstat, cum habeat Deum, vt in se est pro obiecto? Sed iam diximus, quòd præscindimus ab hoc, & tantùm comparamus actum actui; & hoc modo actus misericor-
35 diæ, vt potè subleuatiuus omnium miseriarum, & ex consequenti claudês intrinsecè, quòd sit actus
36 purissimus, & quòd sit Deus, haud dubiè est perfectior, quàm sit actus charitatis, vt sic, vt potè, qui non claudit intrinsecè, nec vindicat sibi intimè, quòd sit actus purus, nisi addatur, quòd sit, verbi gratia, dilectio infinita. Verùm sic, vt diximus fit transitus à re ad modum, & per hæc patet ad omnia argumenta Gregorij de Valentia.

Dicimus tamen, quòd actus misericordię claudit intimè actum charitatis, quod declarat Ioan-
37 nes cum dicit. *Sic Deus dilexit mundum.* En dilectio, *vt Filium suum vnigenitum daret*, en subleuatio.

38 Non contradico tamen, quin rectè possit sustineri, quòd misericordia dicatur maxima virtutum per ordinem ad vtilitatem nostram. At subtiliùs commendamus misericordiam modo declarato:

39 Hac stante elucidatione; sequitur manifestatio secundæ propositionis D. Thom. videlicet, *quòd respectu habentis non est misericordia maxima virtutũ, nisi is, in quo est sit maximus; sic quòd non habeat aliquid supra se, sed omnia infra se.* Et sic in solo Deo hoc modo erit maxima virtu-
40 tum, vt potè, qui solus est maximus simpliciter. Quarè duplici iure misericordia in Deo dicitur maxima virtutum, & secundùm se, idest ratione sui actus vt sic, & ratione subiecti, videlicet Dei habentis illam.

Quæsitum. Et si quæras. Vtrùm, vt in nobis est præstet misericordia Religioni, cæterisque virtutibus, quæ sunt in nobis loquendo de misericordia, vt vir-
41 tus est existens in voluntate tamquã subiecto. Videlicet, vt voluntas est subleuandi pro posse à miseria, nô curãdo de passione, quã in sensu causat.

Respôdeo, & dico, quòd Religio est melior ab 42
solutè, & simplicitèr, tũ quia immediatiùs nos cõiungit Deo; quòd diximus de charitate, cuius obiectum est ipsemet Deus in se: tùm quia actus 43
contemplatiuæ simpliciter meliores sunt actibus actiuæ. tùm, quia opera misericordiæ non manẽt in patria, vtiq; opera Religionis. nam dicitur psal 44 *Ps. 83.*
mo. *Beati, qui habitant in domo tua Domine in sæcula sæculorum laudabunt te.*

Secundùm quid tamen in eo, quod est placere 45
Deo dicimus, quòd magis placent Deo opera misericordiæ, tùm quia opera misericordię frequen 46
ter sunt in præcepto, & proximis necessaria, tùm 47
spiritualia, quàm corporalia, opera verò Religionis rarò sunt in præcepto. Constat autem, quòd opera, quæ magis obligant, magis placent Deo; tùm quia quando etiam sunt in præcepto opera Religionis: omittuntur propter opera misericor- 48
dię, vt sacrificium Missæ omittendum est pro subueniendo infirmo in necessitate implicante periculum. Et hoc voluit Christus Matth. 12. & Oseæ 6. *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Et *Matth. Oseas.* D. Paulus ad Hebr. vltimo. *Talibus hostijs, siuè operibus promeretur Deus.* Hoc intelligendum *Hebr. vlt.* est, vt plurimùm. Nam si occurreret casus vbi periclitaretur Religio quo ad cultum externũ propter hæreticos, vel paganos, aut malos Christia- 49
nos, tunc præferenda esset Religio, vt benè adnotat Dominus Bannes hoc loco, qui declarat dictum illud Matthæi vigesimosexto, postquam *Domin. Bannes.* mulier effudit alabastrum vnguenti, & indignati sunt discipuli, vel solus Iudas; vt inquit Hieronymus, quando dixit. *Bonum opus operata est in me.* *Hieron.* quasi diceret. Ista occasio, & opportunitas, & necessitas colendi me, non quotidiè sese offert, 50
quãdo autẽ sese offert relinquẽdi sunt pauperes.

Vide de hac re pręclaram Caie. doctrinã. Ientac. 1. q. 1. vbi notat singula verba Christi Saluatoris in defensionẽ Magdalenę. siquidem duo opponebant illi in vnguenti effusione. & quòd non esset opus bonum, & quòd melius fuisset illud venundari, & dari pauperibus. Vndè Christus cõtra primum, inquit, quòd *opus bonum fecerit.* Contra secundum quòd melius vngendo Christum citò moriturum, & quem nô passim ac familiariter essent habituri secundum præsentiam corporalẽ. Hoc totum declarat, cum dicit, *In me.* nimirũ qui sum Messias &c. quarè tũc omnibus consideratis melior fuit Christi vnctio, & vnguenti effusio super eum, quàm prætium illius dispensari in beneficium pauperum, quæ omnia, maximam vim habent considerata dispositione interiori ipsius effundentis, vt ibidem docet & declarat Caie. vnà cum alijs circumstantijs concurrentibus.

Vlteriùs ista debent intelligi de cultu exter- 51
no, non interno, qui maximè necessarius est propter nostram vtilitatem, non solùm propter cultum diuinum, vt (inquam) conseruemur in gra-

tia, & vitemus peccata; oportet enim semper orare, & nunquàm deficere.

51 Patet ergò ex dictis, quòd in nobis charitas præminet misericordiæ; quia melius est nobis vniri Deo, quàm aliorum subleuare miserias. at in Deo præstat misericordia, & secundùm se modo dicto, & respectu habentis, quia est maximus. Hæc de secundo puncto.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Titulus proprius Dei est, quòd dicatur Deus misericordia.*
2 *Omnipotentiam suam quomodo parcendo, & miserando Deus manifestet.*
3 *Miserendo peccatis se Deum ostendit.*
4 *Misericordia Dei proprietas, & quarè.*
5 *Animalia quanto superiora, tanto procliniora ad miserendum.*
6 *Insignium Alberti Ducis Bauariæ inscriptio.*
7 *Superbi tantùm dispergúntur à Deo.*
8 *Proprietates rerum sese quasi vltrò manifestant.*
9 *Deus non potest non misereri.*
10 *Misericordia Dei esset etiam non existentibus peccatis.*
11 *Exempla duo de maxima Dei misericordia.*
12 *Irascitur simul Deus puniendo, & miserando.*
13 *Deus quomodo cum populo Israel erat, & non erat.*
14 *Deus punit modo, quo matres punire solent filios.*
15 *Misericordia superexaltat iudicium.*
16 *Deus omnia quæ facit in nobis, ex veritate, vel iustitia est.*
17 *Iustitia Deus reddit pro meritis, veritate promissa, misericordia excedit merita.*
18 *Misericordia altissima supereminens iustitiæ, & veritati.*
19 *Iustitia mótibus, veritas nubibus comparatur.*
20 *Iusti gloriam suam misericordiæ adscribunt.*
21 *Pœnitentes gaudent misericordia Dei.*
22 *Damnati de misericordia gloriantur.*
23 *Misericordia Dei in nobis magna pluribus modis.*
24 *Misericordia Dei magna per intensionem affectus.*
25 *Misericordia Dei, vsque ad assumptionem nostræ carnis.*
26 *Misericordia Dei, vsq; ad mortem.*
27 *Scire aliquam infirmitatem contingit tribus modis.*
28 *Christus tribus modis cognouit infirmitates nostras.*
29 *Christus tentatus per omnia, vt misericors fieret.*
30 *Misericordiores sunt qui reputant idem malum ipsis posse euenire.*
31 *Senes, & sapientes facilè miserentur.*
32 *Fælices, & inexperti malis difficilè miserêtur.*
33 *Christus sibi appropriauit nostros defectus, & per affectum, & per realem communicationem.*
34 *Misericordia primum opus, quod Deus exercet in creatura.*
35 *Appellandum à iustitia ad misericordiam, tamquàm ab inferiore ad superius.*
36 *Tempus appellandi est vita præsens.*
37 *Mulier quædam congruè appellauit à Cæsare irato, ad Cæsarem placatum.*
38 *Appellationis forma à iustitia Dei ad summam misericordiam.*

QVo ad tertium facilè ex dictis sequitur conclusio; videlicèt quòd Dei titulus sit quod dicatur Deus misericordiæ. 1

Probatur auctoritatibus Sacræ Scripturæ, & Ecclesiæ supra inductis, & confirmatur rationibus Diui Thomæ, modo declarato sic arguendo ille est titulus soli Deo cóueniens, qui denominat ipsum Deum secundùm intima, & propria ipsius, sed misericordia est huiusmodi, vt patet ex dictis, ergò.

Corollaria.

Patet insuper ex supradictis primò, quarè Deus dicatur suam omnipotentiam parcendo maximè, & miserando manifestare, ratio est iam dicta, quia per misericordiam potens est subleuare 2 ab omni miseria, & quia inter miserias, computatur etiam defectus non esse creaturarum, quæ nonnisi per omnipotentiam Dei possunt poni in esse. Ac ideo misericordiam, dando esse ipsis creaturis manifestat. Insupèr quia existens in mortali peccato eget hac omnipotentia, quod declarat D.Thom.p.p.quæst.25.ar.3.ad tertium. Primò, quia condonando peccata ostendit se Deũ, D.Th. cuius solius est peccata dimittere. Secundò, quia ab extrema miseria conducit ad maximam gloriam, & sui visionem. Tertiò, quia opera miseri- 3 cordiæ sunt fundamentum omnium operum ipsius Dei, quia si ex nihilo nos non creasset, certè nil prorsus haberemus; hoc autem fuit per suam misericordiam, ergò quia potés, ideo misericors, & vice versa. Hoc est, quod dicitur Sap.11. *Misereris omnium, quia omnia potes.* Sap.11

Misericordia cur Dei proprietas.

Secundò habes, quarè dicatur Misericordia Dei proprietas. *Deus cui proprium est misereri, semper & parcere.* Nota, ly, *semper*, quomodo 4 semper? quia proprium? quomodo proprium? quia semper. In naturalibus enim videmus, quòd quantò animalia naturæ superioris sunt tantò misericordiora in inferiora se ostendunt, vnde legimus, quòd Leo prostratis, & ligatis nihil nocet secundum illud, *Parcere prostratis sit nobilis ira Leonis.* 5

Leo generoſus. Leonis. Et illud quod erat inter inſignia Alberti
Ducis Bauariæ: *parcere ſubiectis debellare ſuper-*
6 *bos*. Si ergò proſtrati ſimus, & ſubiecti per pœni-
tentiam, Deus nobis parcit, & è contra, quia di-
7 ſpergit ſuperbos mente cordis ſui, & exaltat hu-
miles.

Tertiò vlteriùs habes, quia proprietates rerũ
ſunt inſeparabiles ab ipſis, nec poſſunt occulta-
ri, ſed facilè, ac promptè manifeſtantur, quemad
8 modum & naturæ ipſæ, in quibus fundantur, &
Auerroes. radicantur. Vndè Auerr. *qui negat proprietates*
à rebus, & ipſas negat eſſentias, mutuò enim ſe
comitantur. Ideò ad propoſitum noſtrum dici-
9 mus, quòd Deus non poteſt non miſereri, & ſicut
ignis non niſi violenter deſcendit: cum maxima
autem velocitate aſcendit, ità Deus quaſi inuitò
punit, omni autem cum promptitudine miſere-
Iſaias tur. Primum habes Iſaiæ 1. *Heù conſolabor ſuper*
hoſtibus meis? quaſi dicat, inuitus trahor ad puni-
tionem; Vndè idem propheta; Iuſtitiam vocat a-
lienum opus ab eo, & peregrinum; quia certè ſi
nulla eſſent peccata, nec aliqua daretur iuſtitia
punitiua. Non ſic de miſericordia, quæ etiam pec
catis non exiſtentibus reperiretur, & in ſubleuan
10 do à quolibet alio defectu, & in glorificando nos
Et quarè? quia illius proprium eſt miſereri. &
adeò præualet miſericordia, quòd iratus illam e-
Pſ.76. xercet. *Cùm iratus fueris miſericordia recordabe-*
ris, ait Regius Pſaltes, & illud: *Numquid contine-*
bit in ira ſua miſericordias ſuas? Et huius rei Di-
D.Gregor. uus Gregorius affert duo mirabilia exempla, ho
milia prima ſuper Ezechielem ex Sacra Scriptu
ra. Primum quando in captiuitatem reduxit de-
11 cem tribus ſimul voluit eis prouidere de prophe
tis, & Sanctis, qui eos conſolarentur. Quarè Gre-
Greg. gorius. *Niſi iratus eſſet populum in captiuitatem*
non mitteret, & ſi omnino iratus eſſet electos ſuos
cum illo non mitteret. Aliud exemplum eſt, quan-
12 do miſſis exploratoribus pro experienda terra
promiſſionis & ab ipſis facta relatione, quòd cum
difficultate poſſet capi, & occultari, & alijs mul-
tis narratis, cõcitatus populus murmurauit cõtra
Dominum, In pœnam cuius peccati commina-
tus eſt Deus, quòd non ingrederentur terram il-
lam. Qua comminatione audita cœpit populus
flere, & humiliari, ac ſe accingere ad pugnam
Num. 14. pro illa occupanda. Quibus dixit Deus. *Nolite a-*
ſcendere, neque pugnetis, non enim ſum vobiſcum,
13 *ne corruatis coram inimicis veſtris*. Vbi Gregor.
D.Gregor. *Si cum ipſis non erat, cur dixit ad eos ne aſcende-*
rent? ſi autem cum ipſis erat, quid eſt quod ait non
enim ſum vobiſcum? Et reſpondendo dicit. *Mira*
diſpenſatione diſciplina, & miſericordia: & cum
ipſis erat, & cum ipſis non erat. Cum ipſis non erat
vt vincerent, ſed cum ipſis erat ne ab hoſtibus pe-
rirent. Facit enim Deus inſtar matrũm, quæ quan
14 doquè adeò iraſcuntur, quòd videntur velle pro-
prios filios ad nihilum reducere, at illicò, vt vi-
dent eos in pericula accurrunt ad ſubleuandum,
ne pereant. Et quarè hoc? Quia non poteſt obli-
uiſci mater infantem vteri ſui; multò minus De-
us ſuæ miſericordiæ. Et breuiter miſericordia ſu
perexaltat iudicium; licèt enim vt docet Diuus
Tho. in omnibus operibus Dei reperiatur miſeri- D.Th.
cordia, & veritas, ſeù iuſtitia, Miſericordia tamẽ 15
eſt radix omnium, quia ex miſericordia conditi
ſumus, & idem ſuper Pſalm. 35. in exponendo il- D.Th.
la verba Dauid, *Domine in cœlo miſericordia tua,*
& veritas tua, vſque ad nubes, iuſtitia tua ſicut
montes Dei: dicit quicquid Deus facit in nobis, 16
vel ex iuſtitia, vel ex veritate, vel ex miſericor-
dia eſt. Ex iuſtitia, quando reddit pro meritis; ex
veritate quãdo reddit quod promiſit, & ex miſe- 17
ricordia quando excedit merita, & promiſſa. Pro
bemus hæc tria. Iuſtitia Dei alta eſt, quia nullus 18
tantùm meretur, quin Deus plus reddat, vt patet
in Beatis, qui vltra condignum præmiantur. Ve-
ritas eſt altior, quia Deus promittit, & ſoluit, quę
numquàm meruimus, ſicut Incarnationem, & a-
lia, quæ pertinent ad myſterium Redemptionis.
Sed Miſericordia eſt altiſſima, quia ea, quæ cogi-
tare non poſſumus largitur, oculus non vidit De- 19
us abſque te: & ideò iuſtitiam comparat monti-
bus, veritatem nubibus, quæ altiores ſunt, miſeri- 20
cordiam cœlis, quæ ſunt ſuper omnia. *Domine in*
cœlo miſericordia tua. quæ eſt cauſa omnium bo-
norum meorum eſt in cœlo. Pſal. 144. *Miſeratio-* Pſal.
nes eius ſuper omnia opera eius. & Iſaiæ. 63. *Miſe-* Iſaias.
rationum Domini recordabor. Quarè iuſti gloriã,
quàm conſequuntur Miſericordiæ attribuunt.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, eruiſti
animam meam ab inferno inferiori. Qui reuocan-
tur à peccatis, hoc recognoſcunt à miſericordia.
Si dicebam motus eſt pes meus miſericordia tua Do- 21
mine adiuuabat me. Ipſimet damnati de hac glo-
riantur. *Miſericordia Domini, quia non ſumus con*
ſumpti. O quàm magna dulcedo miſericordia-
rum Domini. & vndè hoc? quia Dei proprium eſt 22
miſereri.

Quartò, Hinc amplius dicimus, quòd miſeri-
cordia Dei in nobis magna eſt, intenſiuè, extenſi-
uè, & duratiuè. Intenſiuè, quia pertingit, vſque ad 23
remiſſionem peccatorum, à quibus nullo modo
noſtris viribus poſſumus liberari. Vndè Apoſto-
lus. *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed* Tit.c.3
ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. ad
Tit. cap. 3. Extenſiuè, quia ſe extendit ad omnia,
& ad omnes, vt dictum eſt. Duratiuè *quia longa-* Iſa.30.
nimis, & patiens, & expectans, vt miſereatur no-
ſtri: vt patet in Latrone, Magdalena, & infinitis
peccatoribus, quos diutiùs expectauit ad pœni-
tentiam. Et væh peccatoribus ſi non eſſet miſeri- 24
cordia. Et rurſus intenſiuè per vnionem affectus,
quo primò noſtros defectus compaſſus eſt, quaſi
ſuos; Extenſiuè, vſque ad aſſumptionem noſtræ 25
naturæ. Duratiuè, vſque ad mortem Crucis. Tri-
bus namque modis poſſumus ſcire grauitatem a- 26
licuius mali. Primò per ſtudium tamquàm in li-
bro docente, & declarante talem morbi grauita- 27
tem. Secundo medio aliquo ſigno exteriori, mo-

do, quo Medici ex signis arguunt infirmitatem lethalem esse. Tertiò per experimentum. Vt quãdo Medicus in seipso expertus est eandem infirmitatem. Primo modo Deus cognoscit nostras infirmitates, & miserias ante Incarnationem, quasi in libro, & speculatiuè cognoscẽdò debilitatẽ, ac fragilitatẽ nostrã; quarè sic misertus est nobis iuxtà illud Psal. *Misertus est Dominus timenti-*
Ps.102 *bus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* En cognitio quasi speculatiua mouens ad misericordiam. Secũdò post Incarnationem ante Pas-
28 sionem per signa, quando conuersabatur nobiscum, & quotquot habebant infirmos, ducebant ad illum, & sanabat eos. Tertiò post Passionem experiendo dolores nostros. Vndè Apostolus.
29 *Tentatus per omnia didicit ex his, quæ passus est,*
Heb.2. *vt misericors fieret.* Et hoc modo per vnionẽ realẽ, nostros dolores, & labores suos fecit proprios,
Ps.31. iuxta illud Psal. *Verba delictorum meorum.* Et A-
D. Paulus. postolus hoc exprimens Hebr.2. *Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.* In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus potens est, & ijs, qui tentantur auxiliari, nimirùm per quendam misericordiæ modum, qui existat quoque ex propria experientia. Multũ enim excitamur ad misericordiam ex reali communicatione defectus alieni, siuè actu, siuè potentia. Vndè manifestè patet quòd, vt D.Tho.2.2.q.3.
D.Th. ar.2. post Philosophum 2. Ethic.cap.3. docet illi
Arist. sunt procliuiores ad miserendum, qui in statu, & conditione vitæ sunt similiores personæ miserabili: qui scilicet reputant se similiter in illud ma-
30 lum posse incurrere. Sicut eadem ratione Senes, & Sapientes, qui humanæ vitæ pericula perspectiora habent, solent faciliùs misereri. Contra au-
31 tem, qui putant se fęlices, nec vsque adeò timent vitæ incommoda, difficiliùs miserentur. Duplici
32 igitur modo nostros sibi appropriat Deus defectus, vniendo eos sibi, & per affectum, & per rea-
33 lem communicationem modo declarato. Et si quæras vndè tanta vis misericordię in Deo? dicito cum Diuo Thoma p.p. quæstio.21.ar.4. quòd non alia ratione, nisi quia misericordia est primũ opus, quod exercet in creaturis, illas de nihilo
34 creando; estque ceù prima causa ex consequenti
D.Th. non solùm influens, sed magis influens, & vehemẽtiùs operans in quolibet effectu, vndè largiùs, quàm proportio rei exigat, illam dispensat. Ex qua Diui Thomæ doctrina apertè habes doctri-
Caiet. nam Caietani esse expressissimam D.Thom. in dictis duobus locis.

Appellandum à Iustitia ad Misericordiam, quamdiù sumus in hac vita.

Deducas Quintò ex his omnibus, quòd quamdiù sumus in hac vita possumus; imò debemus appellare à Iustitia ad misericordiam, modo, quo li-
35 cet appellare ab inferiori ad superiorem. dummodo enim appellatio fiat in tempore à lege statuto semper licitum est appellare, vt habetur 2. quæst.8. oppressus. & cap. si quis. & cap. placuit, eadem causa. & cap. Anteriorum legum acerbitati. Declaratur tempus, quo licitum est appellare, quod in nostro proposito est totum tempus vitæ præsentis, iuxtà illud. *In quacumq; hora inge-* Ezech. 18.
muerit peccator, &c. Sic enim Apostolus Paulus
corporaliter vexatus à Festo Præside ad Cæsa- 36
rem appellauit, & quædam mulier, (vt referunt Historiæ) appellauit à Cæsare irato ad Cæsarem placatum. Multò magis licitum est nobis pro e- 37
uitanda morte æterna appellare à Iustitia ad misericordiam.

Forma appellationis à Iustitia ad Misericordiam, ex Vrbano Quarto, super Psal.50. Vrb.4.

Appello à tua iustitia ad tuam misericordiam. Sentio enim, quia tua iustitia in extremo tuo iudicio manifestè me debeat grauare; ab ipsa igitur tanquàm meritò mihi suspectam, ad tuam misericordiam confugio, & appello. Et ne appellatione illa pendente intres in iudicium cum seruo tuo, vel po- 38
tius tua misericordia me praueniat, & sequatur corde compunctus, humiliter dico. Miserere mei Deus, cui proprium est misereri. Hic discursus est D. Vrbani Quarti in sua Metaphrasi super Psalmum 50. vt habetur in Biblioteca Sanctorum Pa- Psal.50
trum.

Ex his omnibus habes claram, & apertam cõclusionem, corde tenendam, ore confitendam, & prædicandam, & opere comprobandam. Hæc de tertio dicta sufficiant.

PVNCTI QVARTI. SVMMA.

1 *Virtutes in Deo omninò idem ex parte Dei.*
2 *Misericordia intimè præstat alijs virtutibus.*
3 *Charitas, & misericordia inuicèm sibi præstant.*
4 *Misericordia Dei quasi lux lucens sibi, & alijs.*
5 *Clementia Thronus Regis roboratur in quantùm claudit misericordiam.*
6 *Misericordia Dei, & hominis discrimen.*

QVo ad quartum, Breuitèr ad argumenta dicitur, ad primum quòd concludit de virtutibus in Deo secundùm merita, prout se tenent ex parte rei, secùs per ordinem ad in- 1
tellectum nostrum.

Ad secundum dicitur, quòd misericordia non 2
ratione obiecti præcisè præstat alijs virtutibus, sed quia intimè ex perfectione sui actus vindicat sibi omnimodam actualitatem.

Ad tertium dicitur, vt iam dictum est, quòd 3
charitas absolutè ratione obiecti præstat misericordiæ, at misericordia vice versa ratione sui actus, & vlteriùs per ordinem ad habentem, charitas

ritas verò vindicat sibi infinitatem, vt in Deo est quam etiam misericordia claudit, quæ in hoc superеminere videtur, quia non solùm lucet sibi,
4 quemadmodum charitas, sed etiam alijs, ex sui namque intrinseca perfectione actus misericordię claudit perfectionem charitatis, eò quia excludit omnē potentialitatem, vt dictum est, hoc non habet charitas, nec actus charitatis, vt sic. Clementia autem intantùm Thronus Regis roboratur, inquantùm identificatur misericordiæ, vel saltem claudit illam, de quarum differentijs magis dicemus suis locis.

5 Ad quartum dicitur, quòd concludit de misericordia in hominibus, qui vt plurimum miserentur ex commotione partis sensitiuæ, secùs in Deo qui & effectiuè subleuat, & ex intima sui, ac infinita bonitate habet voluntatem miserendi, & subleuandi à miserijs, non aliquos, sed omnes, & quemadmodum vult etiam potest, iuxtà illud Ec
6 clesiastici 18. *Miseratio hominis ad proximum suum, misericordia autem Domini super omnem carnem.* Hæc de quarto.

Eccles. 18.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Pictura misericordiæ, & clementiæ Dei.*
2 *Romani tot Deos, colebant quot virtutes.*
3 *Regimen bonum exigit sapientiam.*
4 *Scientia contingit malè vti.*
5 *Potentia sibi subijcit omnia.*
6 *Potentia contingit malè vti.*
7 *Pecuniæ, & diuitijs obediunt omnia.*
8 *Pecunijs, & diuitijs contingit malè vti.*
9 *Imago hominis allati, cum inscriptionibus, & titulis, quid significent.*
10 *Clementia, & misericordia non contingit malè vti.*
11 *Christus expressè per imaginem clementiæ repræsentatur.*
12 *Christus in Cruce Latroni Regnum promisit, alterum expectando ad pœnitentiam.*
13 *Dolor fuit Christo inpœnitentia latronis.*
14 *Iniurias dimisit Christus ex corde.*
15 *De corde Christi duo fontes, sanguinis, & aquæ, quid significent.*
16 *Sanguis Christi clamat ad patrem pro nobis.*
17 *In corde Christi scribitur remissio.*
18 *Titulus clementiæ adhuc probatur, quod sit titulus Dei.*
19 *Christus ideo fons misericordiæ, quia Deus.*
20 *Christi quæ sunt, communicantur Deo, & homini.*
21 *Misericordia verbum, in Antiphona Salue Regina potest construi transitiuè, & intransitiuè.*
22 *Beata Virgo Mater misericordiæ dicitur, & quarè.*
23 *Solus Deus est misericordia essentialiter, & per se subsistens.*
24 *Abstracto pro concreto vtimur ad declarandam excellentiam.*
25 *Beata Virgo dicitur misericordia, & propter excellentiam, & propter specialem communicationem &c.*
26 *Ea, quæ sunt filij Dei, Beatæ Virgini adaptantur.*
27 *Figura pulchra applicata ad Beatam Virginem, quarè misericordia dicatur.*
28 *Misericordia Sanctorum particularis est, & determinata.*
29 *Misericordia Virginis non habet determinationem, nec quo ad loca, nec quo ad personas.*
30 *Assumptio Virginis in Cælo cū corpore quarè.*
31 *Diui Bernardi sententia insignis de misericordia B. V.*
32 *Regina cur dicatur B. V. & non Imperatrix.*
33 *Deus numquam Imperator dictus, vtiq; Rex, & quarè.*
34 *Regina B. V. cur non Reginarum, aut Dominarum.*
35 *Regina B. V. cur non potentiæ, aut sapientiæ dicatur.*
36 *Misericordia claudit omnem virtutem.*
37 *Regina B. V. cur non dicatur pacis, & dilectionis.*
38 *Misericordia principatur omnibus.*
39 *Regni diffinitio ex Diuo Dionysio.*
40 *Misericordia omnia bona confert.*
41 *Salue Regina misericordiæ sæpè dicendum corde à nobis.*
42 *Misericordia Dei proprietas homini Christo plenissimè communicata, & Virgini per accessum.*
43 *Coniunctio ad Deum quanto maior tanto abundantius in gratijs fert participationem.*
44 *Christus capreæ assimilatur, & quarè.*
45 *Christus numquam recedit à nobis, & quomodo.*
46 *Misericordiæ duæ sunt, vna Angelo, altera homini collata.*
47 *Beata V. misericordiam à Christo suxisse dicitur.*
48 *Deus, & B. V. non possunt se continere quin misericordiam effundant.*
49 *Misericordes esse prouocamur per imitationem.*
50 *Filij Dei sunt qui communicant in misericordia.*
51 *Pater nobis vnus est, qui dicitur misericordiarum.*
52 *Mater nobis vna est, quæ dicitur misericordia.*
53 *Ad plurale misericordiarum Dei confugiendū per singulare misericordiæ B. V.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum studiosus concionator ad propositum de diuina misericordia recolere potest, quæ narrat Plinius ad Maximinum, nimirum quod inter Romanos fuit 1
olim

olim controuersia, & dissensio super titulo, quo
2 deberet venerari, præcipuus Deus, qui colebatur
ab ipsis; (siquidem Romani tot Deos coluerunt,
quot virtutes) quarè congregatis sapientibus, &
philosophis, necnon militibus, ac etiam diuitibus, & omnibus cuiuscumque conditionis, & status ordinatum fuit, vt quilibet eorum suam diceret sententiam. Dixerunt ergò primo Philosophi, & Sapientes, quòd nullus conuenientior titulus reperiri potest, quàm vt dicatur Deus sapientiæ: hac ducti ratione, quoniam ad Deum pertinet omnia benè regere, quod fit per sapientiam,
3 vt docet etiam Salomon in libro suæ Sapientiæ,
Sap. 9. cap. 9. & 10. Sed obiectum fuit, quia sapientia cōtingit malè vti, vt patet in Salomone, & alijs 3.
& 10. Reg. 11. Non autem fit vis in verbo Sapientia,
4 quatenus vsurpatur à Theologis, & est simul cum charitate, secundùm illud Apostoli. *Scientia in-*
1.Cor.8. *flat charitas ædificat*; sed sumitur, vt dicit cognitionem perfectam quouis modo. Milites, & Armigeri dixerunt, quòd debebat intitulari, dicendo Deus Potentiæ. Et ipsi rationem assignabant,
5 quia Deo dicuntur omnia subiecta, & per potentiam omnia hominibus subijciuntur, vt patet de Alexandro Magno. & similiter obiectum fuit,
6 quòd potentia contingit malè vti. Et væh nobis si Deus sua vtatur potentia sine misericordia, iuxtà illud Psalm. *Si iniquitates obseruaueris Domi-*
Ps. 129 *ne*, idest ad puniendum. *Domine quis sustinebit?* dixerunt diuites, quòd titulus dignus esset vocare eum Deum pecuniæ. Ratio illorum fuit, quia
7 iuxta commune prouerbium, *pecuniæ obediunt omnia*, & vbi pecunia, ibi honor, reuerentia, & obedientia. Sed pariter obiectum fuit, quia pecu-
8 nia contingit malè vti. Quarè adhuc extante controuersia surrexit vnus de plebe, & coram adstantibus protulit imaginem hominis cum duabus
9 Alis, & in ala dextra scripsit dicens, *Promitto*, in sinistra *Expecto*. & circa cor ad latus, scripsit hoc verbum, *Remitto*. Super caput verò imaginis pro titulo scripsit. *Hic est Deus clementia*. Et in hūc titulum omnes matura deliberatione præhabita, vnanimi voto consenserunt. ducti per contrarium ad rationes adductas contra alios titu-
10 los; quia (inquam) *clementia non potest quis malè vti*.

Et licèt hæc imago videatur expressiùs repræ-
11 sentare Christum (siquidem nullum inconueniens, quòd ignorantes dicerent verum) nam rectè Christus in Cruce positus Latroni ad dexteram promisit Regnum, dicens. *Hodiè mecum eris in*
12 *Paradiso*. Expectabatq; existentem ad sinistram latronem. Vndè Augustin. super Ioannem, dicit,
Aug. quòd plus grauabat finalis impœnitentia huius
13 latronis, quàm propria miseria. Et Diuus Bernar
D.Ber. dus sermo. 9. super Cantic. *Gemina exuberat dulcedo suauitatis de geminis Christi manibus*; *& in donando facilitas, & in expectando longanimitas*.
14 Insuper ostendit se remittere, ex corde iniurias, quando orando in Cruce, dixit. *Pater dimitte il-*

lis, quia nesciunt quid faciunt. De quo verbo Alexander Nekuam super Cantic. lib. 2. *De corde*, Alex. Nekuā
inquit, *dulcissimo Christi duos fontes emanare conspicio, nimirùm sanguinis, & aquæ: fons sanguinis delitias feruentis dilectionis ministrat: fons a-* 15
qua mundat, & refrigerium præstat contra incentiua vitiorum. Aperiat terra Sancta matris Ecclesiæ os suum, & suscipiat sanguinem iusti Abel,
quia iste sanguis iugiter clamat ad patrem pro no- 16
bis efficaciter interpellando, quia sanguis Christi effusus est, vt peccata remittantur. In illo ergò nimirùm corde debet scribi, *remitto*. Et quòd ista Scriptura fuerit authentica, & vera, patet per 17
Euangelistas, quibus magis, quàm peritissimis illis philosophis credere debemus. Et in cuius capite egregiè scribere debemus. *Hic est Deus Clementia*. Quare? Audi Ioan. *Filioli mei hæc scribo* 18
vobis, vt non peccetis. Sed si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iu- 1. Io. 2.
stum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris autem tantùm, sed etiam totius mundi. 1. can. c. 2. licèt (inquam) hæc ad litteram verificentur de Christo Deo, & homine, nihilominus 19
quòd dicatur, & sit fons misericordiæ, hoc sibi conuenit primò, quia Deus. Et hinc vides adhuc quàm rectè dixerimus verum, ac proprium Dei titulum esse, eum appellare Deum, & Patrem misericordiarum. Nam de proprio Christi titulo, vt 20
Redemptore dicemus articulo sequenti. Nec enim ex toto possumus distinguere huiusmodi titulos Dei, & Christi propter idiomatum communicationem Dei, & hominis post assumptam naturam humanam à Dei filio.

Et quia ea, quæ sunt Dei, Christo etiam sunt propria, & quæ sunt propria Christo, Virgini Sacratissimæ, ac pijssimæ Matri communicantur, vt & ipsa particeps sit proprietatis Dei. Ex hac eadem radice habes, quarè *Virgo Beata*, Regina, & Mater misericordiæ dicatur, & sit.

Vbi nota, quòd, ly, *misericordia* potest habere constructionem transitiuam, & intransitiuam: 21
primo modo facit sensum Regina misericordiæ, idest, quæ confert, dat, causat, vel producit nobis, & in nobis misericordiam, & facit non solùm impetrando à Deo nobis misericordiā, sed mul- 22
tò magis generando, & pariendo misericordiam ipsam, idest Dei filium, qui est ipsissima misericordia, & propitiatio nostra. Vndè in hoc sensu non solùm Regina, sed etiam Mater misericordiæ dicitur, quòd Dauid exprimere videtur, Psal. Psal.
84 cum deprecando dicit. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam*; inde subiungit. *Misericordia* Christus per Beatam Virginem. *Et salutare tuum da nobis*. Quòd nimirùm fit per Beatam Virginem. Si verò fiat constructio intransitiuè erit sensus; Regina misericordiæ, idest, quæ est ipsamet misericordia. & hoc etiam verum est cum 23
sermonem habemus de Beata Virgine, non quòd ipsa sit ipsa misericordia essentialiter, & per se subsistens; quia hoc soli Deo conuenit; sed vtimur

mur hoc modo loquendi non solùm ratione com
muni, qua ad denotandum excellentiam alicuius
24 solemus vti abstracto pro concreto, vt v.g. dicen
do non tantùm est bonus, sed etiam ipsamet bo-
25 nitas. Verùm etiam, vt manifestemus communi-
cationem specialem huius diuinæ proprietatis
cum omni plenitudine, (& vt ita dicam,) effusio-
ne collatam ipsi Virgini. Nam consueuit Eccle-
sia, ea, quæ propriè dicuntur de filio Dei, & Sa-
pientia increata attribuere etiam pijssimæ illius
Matri, & sic de illa dicitur quòd ab initio, & ante
26 sæcula creata sit, &c. Ità in proposito ad declaran
dam plenitudinem misericordiæ huius Virginis,
illiusq; maximam vnionem ad Deum, non solũ
misericordiæ genitricem, sed & ipsam misericor
diam appellamus. In cuius figurã legimus, quòd
Esther 2. Esther Regina interpretata humilis, Edissa etiã
vocata est, quæ misericordia interpretatur. quòd
Isaias. & Isaias pronuntiasse videtur, cum de filio Dei
27 loquens cap. 16. dicit. *Et præparabit in misericor-*
dia solium suum. Quod solium nisi vterum Vir-
ginis? & quomodo vocatur hoc solium Christi?
Misericordia. Nam solium est thronus, siuè locus
in quo Rex manifestat suam virtutem, & in quo
maximè gloriatur. Sic Christus in Virgine suam
ostendit virtutem.

28 Hinc videmus, quòd cæteri Sancti videntur se
misericordes ostendere magis in vno loco, quàm
in alio, magis aliquibus personis, & non omnibus
29 vt verbi gratia locis, & personis vbi sunt sepul-
chra illorum. At Virgo Beata, indistinctè, & in
omni loco, & in omni genere, & in omnes, qui
inuocant illam. Qua ratione aliqui non incon-
gruè credunt, quòd ideò Deus voluit eam assume
30 re in cœlum, & quò ad animam, & quò ad cor-
pus, & nullum habere sepulchrum, vt omnibus
prodesset, sinumq; misericordiæ aperiret, quod
31 præclarè declarat Diuus Bernardus, hisce verbis.
D. Ber. *Virgo hæc, copiosissima charitate, sapientibus, &*
insipientibus se debitricem fecit, omnibus miseri-
cordiæ sinum aperit, vt vniuersi de eius plenitudi-
ne accipiant; captiuus redemptionem, æger cura-
tionem, tristis consolationem, peccator veniam,
iustus misericordiam, Angelus lætitiam, tota de-
niquè Trinitas gloriam, Filij persona carnis sub-
stantiam, nec sit, qui se abscondat à calore eius.

32 Regina etiam dicitur, non Imperatrix, quia
nomen Imperij est timoris, & rigoris; nomen ve-
rò Regis prouidentiæ, & Regiminis cum æquita-
te. quarè nec Deus vnquàm nomine Imperatoris
33 appellari voluit.

Dicitur itèm non Regina Reginarum, aut Dea
Dearum, aut Domina Dominarum, quia primus
34 titulus esset tantùm dignitatis, alij duo non tota-
lis extensionis; si quidem non se extendunt, nec
ad Dæmones, nec ad peccatores.

35 Nec dicitur Regina potentiæ, vel Sapientiæ,
tùm quia hìs contingit malè vti, tùm quia bona,
quæ reperiuntur in huiusmodi virtutibus clau-
duntur in misericordia.

Nõ dicitur Regina pacis, vel dilectionis, quia 36
in peccatoribus non reperitur vera pax, & dile-
ctio; vtiq; Misericordia illis conferri potest. Qua- 37
rè meritò Regina Misericordiæ appellari debet;
quia misericordia principatur omnibus. Quod
ex diffinitione Regni à Dionysio de Diuinis no- 38
minibus, cap. 12. allata conijci facilè potest qua *D. Dion.*
dicitur. *Regnum est omnis finis, & ornatus, & le-* 39
gis, & ordinis distributio. Hoc totum reperitur in
misericordia, quæ cum sit suprema virtutum per
ficit fines omnium aliorum, distribuitq; ornatus 40
omnium pro conditione cuiusq;, legesq; pro cau-
sa moderatur, & conuertendo peccatores, eos di 41
stribuit inter ordines Angelorum. *Salue* igitur di
camus pleno corde *Regina misericordiæ.*

Redeuntes igitur dicimus, quòd Misericordia
est solius Dei proprietas communicata Christo 42
homini plenissimè per vnionem hyppostaticam
ad Verbum, & demùm Virgini. Regula enim est,
quòd quantò magis aliquid alicui naturæ coniun 43
gitur, tantò magis communicat cum illius pro-
prietatibus: post Christum autem nulla maior
cũ Deo coniunctio, quàm fuerit illa, quæ est Bea-
tæ Virginis. Vndè pro complemento doctrinæ
huius articuli, in cuius declaratione libenter im-
morati sumus, in Deo confisi, quòd mecum agat
ex misericordia, ad quam semper pro viribus me
appellatum esse volo. Nota cum Domino Richar
do de Sancto Victore super illud Cantic. 4. *Duo* *Richar. de S. Victore. Cantic.*
vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, donec
aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Per capream,
inquit *intelligimus Christum cui dicitur, fuge di-* 44
lecte mi, & assimilare capreæ. Nam caprea, vt vi- *Capreæ proprietas.*
demus, in fugiendo, ac recedendo semper aspi
cit; quod facit Christus; quando nos peccamus,
vtiq; recedit à nobis, ità tamẽ, q̃ quasi retro aspi- 45
ciat intuendo an velimus agnoscere errorem, &
peccatum. duo hinnuli sunt duæ misericordiæ, 46
videlicet, quam confert Angelis implendo rui-
nas illorum, & quam confert homini ipsum redi
mendo. Quæ ambæ in Maria Virgine, quasi ge-
melli colliguntur. Et sicut hinnuli sugunt lac à 47
caprea, sic Beata Virgo misericordiam à Chri-
sto. Ad denotandum verò exuberantiam huius
misericordiæ, tùm Christi, tùm Beatæ Virginis
assimilantur vberibus, Vbera enim quando lacte 48
plena sunt non possunt illud non effundere: sic
nec Deus, nec Beata Virgo possunt se continere,
quin misereantur, & effundant effectus gratiarũ,
& in tantùm, quòd nos itidem ad eamdem mise-
ricordiam adhortatur dicens. *Estote misericor-* 49
des, sicut Pater vester cælestis misericors est. Ex
qua exhortatione habes etiam adhuc roboratam 50
conclusionem, quòd misericordia sit Dei propriè
tas, in qua filij, (qui verè filij sunt) pro conditio-
ne communicant.

Hinc collige Christiane Lector, te habere pa-
trem misericordiarum, & matrem misericordię. 51
Pater per essentiam misericors, ac eò misericor-
diarum in plurali; Mater per sibi factam in pro- 52
prietate

prietate patris, ac eò in singulari. Misericordia ergò patris ad omnes miserias subleuandas se extendit. Matris cum eam in tuis necessitatibus in-
53 uocaueris; *neq; inuocata mater à filio suam potest negare misericordiam*, vt inquit D. Bernardus, cō fugias ergo ad plurale misericordiarum Dei per singulare misericordiæ matris, dicendo:

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces, &c.

Et inter amplexus recipieris patris, & inter genua Matris collocaberis, ille dando, ista petendo. Et per hanc eam nobis concedat, qui est benedictus Deus. Amen. Hæc de toto quæsito.

ARTICVLVS V.

Vtrùm Christo pariter aliquis debeatur titulus specialis, inquantùm est omnium Redemptor, ac Saluator.

Apoc. 19. ET videtur quòd non, primò quia Apocalyps. declaratur quòd titulus eius sit hoc, quod dico *Rex Regum, & Dominus Dominantium*, at sic est, quòd talis titulus est solum dignitatis, & non vtilitatis, ac redemptionis, ergò.

Præterea si aliquis alius debetur sibi titulus hic maximè esset, qui appositus fuit Cruci, videlicet *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*, sed huiusmodi titulus est ignominię, & confusionis ex quo est causa suæ crucifixionis, constat autem titulum confusionis minimè congruere Christo regnanti, ergò.

Præterea titulus Christo debitus, à Deo, vel à viris iustis congruum fuit haberi, sed titulus supradictus fuit à Pilato inuentus, vt patet per Euangelistas, ipse verò malus fuit, & peruersus, ergò.

Præterea, quę dicuntur de Christo inquantùm Redemptor est non debent coarctari ad vnam nationem, sed indifferenter se habere ad omnes, & quascumquè gentes ex quo pro omnibus mortuus est, at titulus iam dictus se coarctat ad Iudæos, ergò.

Sed contra est dictum Euangelistarum, & consensus totius Ecclesiæ, quæ hunc & non alium veneratur & reueretur titulum, ergò.

Respondeo dicendum cum omni reuerentia, & timore, vt par est sermonem habituri de nostræ salutis pignore, quarè paulisper immutato ordine à nobis proposito, quatenus pro posse omnia, & singula, quæ nobis necessaria videntur, pro tituli Christi declaratione afferamus cum in eo solo nobis gloriandum sit, nihilquè desit, quòd possit congruè exoptari à Lectoribus, præsupponendo quòd titulus Christi omninò esse debeat non solùm exequialis, siuè memorialis, cæterùm præconialis, & triumphalis, vt potè colligens omnem, & quamcumquè perfectionem cuiuscumq; alterius tituli. Insuper causa simul, & signum existens eorum, quæ significantur per ipsummet titulum. Quarè cum cogamur prolixiores esse quā fuerimus in alijs quæsitis hūc ordinem nobis præfigimus, & determinamus, vt nihil prorsus circà tituli Quæsitum animaduertamus. Cæterū vt eminentiam, & quæsiti, & tituli Christi aperiamus præueniendo conclusiones responsiuas ad quæsitum, eas successiuè manifestabimus, & probabimus; inducendo simul ea, quæ vtilia nobis videbuntur pro occasione, vt vel sic gratior sit futurus noster discursus.

Quatuor verò sunt, quæ (vt nobis videtur) declaranda veniunt ad propositum, quasi Quæsita quatuor in vnum collecta.

Primo enim perquirendum est à nobis de qualitate ipsius tituli Christi.

Secundo de eiusdem veritate.

Tertio, de illius certitudine, & immutabilitate.

Quarto, demùm de illius virtute, & efficacia.

His omnibus ceù quæsitis specialibus præmittemus summas sigillatim, & successiuè secundùm morem, prout iam in præcedentibus prætulimus, immutatis tantum quæ à nobis necessariò immutanda sunt. Hæc aūt quæsita quatuor sub puncto secundo cōprehēdi volumus. cum nihil dicēdū necesse sit pro puncti primi declaratione.

QVAESITI PRIMI SVMMAE.

1 *TItulus Christi absquè dubio exequialis dicendus est.*
2 *Titulus crucis Christi, quòd non fuerit sublatus res valdè admiranda.*
3 *Titulus Christi suffosus cum alijs crucibus.*
4 *Signa duo inuenienda crucis Christi.*
5 *Titulus Christi in memoriā nostræ Redēptionis.*
6 *Titulus Christi præconialis, & laudis est, & quarè.*
7 *Titulus Christi pranuntiatus ab Isaia. c. 19.*
8 *Aegyptij colentes Idola, altaria, & statuas erigebant, & tituli vocabantur.*
9 *Ex adoratione tituli, & crucis Christi dignoscuntur veri fideles.*
10 *Statuis, q̄ adorabantur superponebatur titulus*
11 *Christus loco Idoli illiusq; crux, & titulus adoratur à gentibus.*
12 *Christus in testimonium, & in signum dominij in terra Aegypti.*
13 *Altare Christus dicitur illiusq; crux.*
14 *Christi Crucifixio nouum, & inopinatum sacrificium.*
15 *Christus altare, sacerdos, sacrificium, & titulus est.*
16 *Christus, ceù radix contemptibilis postea in signum ad quod omnes se dirigunt.*
17 *Fideles orant Christum, & per Christum.*
18 *Christus titulus per quē pater oīa nobis donat.*

Titulus

19 Titulus Crucis, aliũ titulũ q eſt Chrs declarat.
20 Titulo Chriſti excitamur ad Deum laudandũ.
21 Titulus Chriſti ſignum miſericordia, potentia, ſapientia, & iuſtitia.
22 Chriſtus titulus ſubrogatus Idolis, & quõ.
23 Apoſtolus ſuadet Athenienſes conuerti ad hunc titulum qui eſt Chriſtus.
24 Titulus Chriſti triumphalis eſt.
25 Titulus Chriſti, quia appoſitus in morte Chriſtum etiam mortuum Regem eſſe declarat.
26 Titulus Chriſti tribus præcipuis linguis ſcriptus, & quarè.
27 Miſſa celebratur tribus linguis, & quarè.
28 Titulus Chriſti plenum illius triumphum de inimicis ſuis declarat.
29 Dæmonis expoliatio fuit titulus Chriſti.
30 Peccatum duplex damnum intulit, & quarè.
31 Chirographum deletum quid importet.
32 Decretum Dei contra hominem quodnã fuerit.
33 Decretum Dei contra hominem quomodo in hominis memoriam Dæmonis, ac Dei.
34 Decretum contra hominem qualiter deletum.
35 Chriſtus ſoluit pro nobis omnibus.
36 Chriſtus palàm, & liberè ad gratiam, & gloriã nos perducit.
37 Chriſtus triumphauit in ſemetipſo, & quõ.
38 Purus hõ quarè nõ potuit ſatisfacere pro pctis.
39 Chriſtus, quia filius Dei naturalis potuit ſatiſfacere ex proprijs.
40 Chriſtus triũphauit exuendo ſe propria carne.
41 Titul' Chri cauſas nræ redẽptionis manifeſtat.
42 Chriſto patiẽte inundaſſe dr Dei miſericordia.
43 Titulus Chriſti ſemper obijciendus Dæmoni.
44 Titulus Chriſti conſumatio abbreuiata.
45 Verbum abbreuiatum, quando caro factum eſt.
46 Miſericordia inundauit in Incarnatione, & iuſtitia in morte.
47 Conſumationẽ quarè ſuam mortẽ vocat Chrs.
48 Charitatẽ perfectã moriendo Chriſtus oſtẽdit.
49 Obedientia Chriſti, & Abrahæ comparatio diſſimilis.
50 Humilitas exaltata per crucem.
51 Mãſuetudo ad sũmũ peruenit p Chriſti mortẽ.
52 Mãſuetudinis Moyſi, & Chri nulla cõparatio.
53 Iuſtitia Chriſti exuperans omne debitum.
54 Patiente Chriſto omnes in illo paſſi ſumus.
55 Iuſtitia inundaſſe Chro patiẽte, quarè dicatur.
56 Iuſtitia via ſua incedit quando tantùm dignos pœna tenet.
57 Chriſtus in vertice montium, & quarè.
58 Subiectum proprium pœna eſt culpa.
59 Sagitta violenta eſt cũ pœna percutit innocẽtẽ.
60 Triumphus Sanſonis contra Philiſtæos, figura fuit triumphi Chriſti.
61 Crucifixionis Chriſti cauſa habetur ex titulo.
62 Chriſtus, quia Rex Iudæorum, ideo Crucifixus.
63 Chriſtus à Deo, & à Iudæis crucifixus alia, & alia intentione.
64 Chriſtus triumphauit de Iudæis, quia viuus, & mortuus illorum Rex fuit.
65 Triumphauit Chriſtus in Cruce ſed ordinatè.
66 Scripturarũ adimpletio qualiter p Chrm facta.
67 Chriſtus finis legis non è contra.
68 Euangeliſtæ cur frequenter interponant vt implerentur ſcripturæ.
69 Conſumatum eſt, refertur ad antecedentia Chriſti paſſionem.
70 Chriſtus adimpleuit omnia eo ordine quo prædicta fuere.
71 Crux Chriſti quomodo terminabatur.
72 Titulus quomodo adiunctus cruci.
73 Chrs in Cruce non habuit, vbi caput reclinaret.
74 Tabella appoſita cruci quaſi crux parua.
75 Titul' Chriſti magis triũphalis, q præconialis.
76 Triumphat nullus ſine titulo Chriſti.

DE qualitate Tituli Chriſti Saluatoris noſtri cõcluſio eſt, q *titulus Chriſti ſupereminet, ita vt claudat in ſe perfectiones omnium titulorũ.* 1

Probaẽ ſimul, & abũdè declaraẽ p modũ diſcurſus, put fert doctrina, & eminẽtia eiuſdem tituli.

Pro declaratione ergò primi quæſiti à nobis propoſiti recolẽda eſt diſtinctio in 1. art. huius q. poſita ad mẽtem D. Hier. Videlicet, q duplex eſt titulus, exequialis, ſiuè memorialis, prçconialis & triũphalis. Titulus autem ſuperpoſitus Cruci ſine dubio dicitur exequialis, quia Crux ſupra quã fuit poſitus titulus plantata fuit in Monte Caluario, vbi ſepeliebantur cadauera. Quapropter, vt dicit Chryſoſt. *Magnum bonum fuit diſpenſatum ex hoc titulo.* Fideles enim, qui tunc aderant in 2 morte Chriſti non ſunt auſi rapere lignum Crucis Chriſti propter timorem Iudæorum, & quia alijs intenti erant, nimirùm prædicationi gentium; vndè & ſuffoſſum eſt lignum Crucis cum li- 3 gnis latronum. Debebat autem poſtmodũ Crux inquiri; vt ergò inter alias Cruces Crux Domini cognoſceretur, diſpenſatione Dei factum eſt, vt intitularetur. Vndè duplex fuit ſignum reperiendæ Crucis Chriſti, & quia media, & quia intitu- 4 lata: licèt alia non defuerunt ſigna, vt videre eſt in legenda de Crucis inuentione.

Chryſ.

Hoc idẽ ex D. Amb. or. in fune. Theodoſij, quẽ multi ſequũtur, quibus tamẽ obſtare videtur per vigil, & doctiſſ. Baro. to. 3. an. Chri. 320. pag. 330. his verbis. *quod autem ait S. Amb. S. Helenã tribus inuentis Crucibus ad diſcriminationem Crucis Domini ab illis vſam eſſe titulo indice, Diſcrepãt planè ab eo cæteri omnes antiqui Scriptores, & inter alios eiuſdem ſæculi auctores, Sanctus Paulinus Nolanus Epiſcopus, atq. Ruffinus.* Hæc ex Baronio. Eccleſia verò, put in approbatis lectionibus ex Romano Breuiario lectione v. pro Feſto Inuentionis S. Crucis, habet in hunc modum. *Itaq. loco Crucis* 5 *purgato altè defoſſe tres Cruces erectæ ſunt, repertuſq. ſeorſum ab illis Crucis Dominicæ titulus, qui cum ex tribus cui affixus fuiſſet nõ appareret, eam dubitationem ſuſtulit miraculum. Nam recens hominis cadauer affertur iacenti vna, & altera de Crucibus admouetur, ſed earũ ligna mors ſpreuit, adhibetur Crux Dominica, & ſtatim homo ſurrexit viuus,* q omnia, & ſingula collecta ſunt ex di-

 dis

ctis D.Amb.S.Paulini,& S.Seueri Sulpicij: qua-
rè nec quia media esset Crux agnita fuit,vt ex ex
pressis verbis Sozomeni probat Gretser. to.1.de
Cruce,li.1.c.54. Verùm huiusmodi controuersia
quæcũq; illa sit,nõ refert ad intentionem nostrã,
qui qualitatẽ tituli indagare conamur. Istis ergò
rationibus dr̃ titulus exequialis,vel memorialis.
Quibus addimus,quod est in memoriã, & recor-
dationẽ sanguinis effusi pro nostra Redẽptione.

Dicitur secundò titulus præconialis, siuè lau-
dis, quia illo exprimuntur nomen, patria, & di-
gnitas Christi: Nomen in,ly,*Iesus*: patria in,ly,
Nazarenus:dignitas in eo,quod subditur *Rex Iu-
dæorum*. Qui titulus sub hac ratione fuit prænun
tiatus Isaiæ 19. his verbis. *In die illa erit altare
Domini,in medio terræ Aegypti, & titulus Domi-
ni;iuxtà terminum eius erit in signum,& in testi-
monium Domino exercituum in terra Aegypti*.
Vbi nota, quòd Aegyptij colentes Idola erigẽ-
bant altaria,& statuas quæ tituli vocabantur. Ve
6 rùm conuersis gentibus ad fidem loco Idoli posi-
ta est Crux.Et quemadmodum visis statuis,& al-
taribus adorabant, eisque cognoscebatur Aegy-
ptus inseruire non vero Deo,sed Idolis: ita post
conuersionem eorum ad fidem visa Cruce statim
7 adorant verum Deum;& ex titulo cognoscitur,
Isa.19. quòd ibi non ampliùs Dæmon, sed Christus ve-
rus Deus adoratur. Statuæ autem,quæ adoraba-
8 tur, superponebant inscriptionem, quæ propriè
titulus vocabatur, modo, quo declaratum est in
tertio articulo huius quæstionis. Dicit ergò San-
ctus Propheta,quòd in die illa,idest quando pas-
sio Christi fuerit per vniuersum Mundum nun-
9 tiata.erit loco Idoli,& inscriptionis ad honorem
Dæmonis, & Idolorum, Altare, idest Christus
Cruci affixus, & super hoc altare, idest super ca-
put eius titulus Domini,videlicet Dominij iuxtà
terminum eius,idest caput;nam caput ex vna par
10 te terminat corpus nostrum. *Et hic*(subditur)*erit
in signum, & in testimonium Domino exercituum*
11 *in terra Aegypti*. Quomodo in signum, & in
testimonium? vt videlicet quemadmodum priùs
ibi colebantur Idola, modo non Idola, sed verus
12 Deus colatur,laudetur,& honoretur. Et hoc ma-
ximè nostris temporibus verificatum experimur
Quòd autem Christus sit altare audi Apost.Heb.
13.*Habemus altare de quo edere non habent pote-
13 statẽ,qui tabernaculo deseruiũt*.Vndè Chrys.ho-
Chrys. mil.de cruce,& latr.*Pascha nostrum pro nobis im
14 molatus est Christus,& immolatus in excelsa Cru
ce.Nouum altare cõstitutũ est,quia sacrificiũ nouũ
atq; omnibus inopinatũ.Nã ipse,& sacrificium fue
rat,& sacerdos sacrificiũ secundũ carnẽ, sacerdos
secũdùm spiritum sanctitatis.Idem ipse,& offere-
bat, & offerebatur, offerebat secundum spiritum,
offerebatur secundum carnem. Audi quemadmo-
Heb.3. dum Paulus vtrumq; monstrauit, Hebr.3.Omnis,
inquit, Pontifex, qui de hominibus accipitur, pro
hominibus statuitur; Vndè necessarium est, & iu-
stum habere aliquid,quod offerat. Vide Sacramen
tum,ecce ipse se offert, & Hebr.9. ait, Quia Chri-
stus semel oblatus multorum abstulit peccata. Ec-
ce hic oblatus est ibi se obtulit. Vide quemadmo-
dum, & sacrificium, & sacerdos, & altare Crux
fuit*. Hæc Chrysostomus, ex quo habes quomo- 15
do Christus sit,& altare,& sacrificium.Imò idem
met Christus est titulus, iuxta illud Isaiæ 11. *In* Isaias.
*die illa erit radix Iesse, qui stat in signum popula-
rum ipsum gentes deprecabuntur*. In die illa, idest
quando prædicabitur Euangelium, & regnabit 16
Christus ex radice Iesse progenitus,qui à princi-
pio contemptibilis,humilis,abiectus, sine specie,
& decore; sicut radix apparuit, is postea erit in
signum populorum,ad quem omnes gentes con-
fluent se illi aggregantes,& deprecantes eum,&
orationes ad illum simul cũ Patre, & Spiritu san-
cto dirigentes.Sicut scriptũ est Isa.45.*Viri subli-* Isaias.
*mes ad te trãsibũt, & tui erũt, post te ambulabũt,
vinctis manicis pergent,& te adorabũt,teq; depre
cabuntur*. Quem locum explicat S.Hier.de Chri S.Hier.
sto.Et S.Ambr.Nam & Christum orant fideles,& S. Am-
per Christum impetrant, quod exposcant. hoc bros.
fine omnes suas claudit Ecclesia orationes, cum 17
ait.*Per Dominum nostrum Iesum Christum filium
suum,&c.*Hic ergò est titulus,quo pater æternus 18
respiciens in faciem Christi sui donat quicquid
peccatoribus tribuit, & sic vides quomodo titu- 19
lus superpositus Cruci declaret hũc titulum, qui
est Christus in Cruce, & tantùm distinguuntur,
sicut signum,& signatum.Et amplius vides quo-
modo sit titulus præconialis,& laudis, quia ad ip 20
sum laudandum omnes accedunt, & hoc est,
quod sequitur in authoritate inducta. *Et erit in
signum, & in testimoniũ Domino exercituum*. nõ
solùm in terra Aegypti,sed ẽt in vniuerso Mun-
do,quoniam per Iesum Christum,& hunc crucifi
xum misericordiæ suę testimonium omnibus per
hibuit,& non solùm misericordiæ, sed etiam po 21
tentiæ,sapientiæ,& iustitiæ.

Etsi vlteriùs videre vis,quòd hic titulus sit sub
rogatus titulis Gẽtilium, & Idolatrorũ lege Act.
17.quando prateriens Paulus vidit Atheniensiũ
simulachra,& inuenit aram,in qua scriptum erat
Ignoto Deo. Eccè inscriptionẽ, eccè titulum, quẽ 22
super simulachra sua,& altaria hẽnt Idolatræ, &
Infideles. sed Paulus Apostolus ait ad illos.*quod* D.Pau.
*ergò ignorãtes colitis,hoc ego annũcio vobis Deus,
qui fecit mundũ, & omnia, quæ in eo sunt hic cęli,* 23
*& terra cum sit Dominus non in manufactis tem
plis habitat,nec manibus humanis colitur indigẽs
aliquo,cum ipse det omnibus vitam,& inspiratio-
nem,& omnia*.Quarè à vanis idolorum cultibus,
ad verum Dei cultum conuersi sunt,sic quòd, &
apud illos laudetur nomen Domini est igitur iste 24
titulus præconialis, siuè laudis,rationibus dictis.

Est insuper titulus triumphalis.nam triumpha
lis is est qui,& causam, & ordinem narrat trium 25
phi,& vtrumquè in hoc conspicimus titulo nimi
rùm triumphum, & ordinem triumphi.De triũ-
pho patet primo, quia cũ iste titulus fuerit appo
situs Christo in illius morte declaratur,quòd nec
in morte Christus amisit Regnum Iudæorum.se-
cundo

26 cundo scriptus fuit tribus linguis, Latina, Græca, & Hebraica, vt ostenderetur, quòd omnibus dominaturus erat. Nã licèt septuaginta duæ essent linguæ in mundo. Hæ tamen tres omnibus eminebant, latina propter potentiã Romanorum, Græca propter sapientiã. Hebræa propter clementiã & Religionem. Quarè per tres has linguas totius vniuersi dominatum rectè intelligimus. & hęc est ratio, quarè missa celebratũ tribus linguis ad cõmemorandũ hũc titulũ, nã *Allelnia, Osana, Sabaoth,*
27 *& Amẽ*, sunt Hebręa. *Kyrie eleison, Christe eleisõ,*
Gerson. Gręca. reliqua latina secũdũ Gerson. in sua sũma

Tertiò, & potissimùm iste titulus vocatur triũphalis, quia exprimit plenè triumphum, quem Christus habuit de suis inimicis, quod vtiq; fuit
28 media crucifixione; & quòd ita res se habeat, at-
Col.2. tende Apostolum ad Colos. 2. *Delẽs* inquit, *quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis & ipsum tulit de medio, affigiẽs illud cruci, & expolians principatus, & potestates*
29 *traduxit confidenter palàm triumphans illos in semetipso*. Et quoniam sententia ista præclarè declarat nostram intentionem, breuibus aperienda
D.Tho. est secundùm expositionem eximij Doctoris Angelici. Nota ergò, quòd propter peccatũ duplex
30 damnum incurrimus, & seruitutem Dęmonis, & reatum culpæ. quod totum continetur in decre-
31 to aduersus nos, metaphora sumpta à chirographis, quæ fiunt quando quis est in obligatione soluendi aliquid alicui. Cũ enim Deus dixisset Ho-
Gen. mini Gen. 2. *Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem sciẽtiæ boni, & mali ne comedas.* (en Dei
32 decretum, vt obediamus) *in quacunquè die comederis ex eo morte morieris.* (en pęna aduersũ nos.) siquidem dum peccamus remanet hoc decretum
33 reatus culpæ propter transgressionem quasi scriptum, & in nobis nostraque memoria, quam ideò habemus maculatam, & perturbatam. Remanet, & in memoria Dei, q̃ nos est iudicaturus; & demũ
34 in memoria dęmonis, qui nos est cruciaturus. Per crucem autem patiendo Christus deleuit hoc decretum non quidem faciendo, quòd non peccauerimus, cum hoc sit impossibile implicans contradictionem. implicat enim contradictionem dicere quod peccauerimus, & non peccauerimus. dicitur deleri, quia nõ remanet in memoria Dei ad puniendum, nec in facultate dæmonis ad accusandum, nec in nobis ad nos cõtristandũ. Et quia facta solutione scinditur chirographum sic, quòd nõ amplius faciat fidem, hocq; modo dicitur tol-
35 li de medio, idest, ne amplius sit in rerum natura; sic Christus sua cruce liberauit nos à peccato triũphans de illo, nec non liberãs nos à potestate dæmonũ. Quarè ratione primi dicit *Delens, quod aduersum nos erat chirographũ, & affigiens illud cru-*
36 *ci*. Ratione vero secundi dicit *Expolians principatus, & potestates ne possint*. s. cõtra nos; ac ideò traducit nos à culpa ad gratiã, à pęna ad gloriã *palã* i. apertè, & liberè, ita vt cõfidamus in liberatore;
Isai.49 iuxta illud Is. 49. *Eqdẽ, & captiuitas à forti tollẽt, & q̃ fuerit ablatũ à robusto saluabit*. Et illud Luc.

11. *Si autẽ fortior illo superueniẽs vicerit eũ, &c.* Luc 11
Et si quæratur radix, & causa huius triumphi 37
subditur, *triumphans in seipso*, quia (inquã) pro-
pria virtute Philip. 2. *secundum operationem, qua* Phil. 2.
possit etiam sibi subijcere omnia. Constat enim vt tradunt Theologi 3 p. Quòd purus homo quan- 38
tumcunquè Deo gratus, & acceptus, non potuit satisfacere pro peccatis hominũ, licèt millies p̃ illis moreretur, quia virtus satisfactiua nunquam fuisset ex proprijs, secùs de Christo, qui cum verè 39
esset filius Dei naturalis propter vnionem hypostaticam naturæ humanæ ad verbum, ex proprijs habuit virtutem omnem, & satisfaciendi, & iustificandi, cũ eadem numero esset persona Dei, & 40
hominis, qui patiebatur. Vndè benè dicitur *triũphãs illos in semetipso*. Vel vt alia littera habet; *& exuens se carne*. Videlicèt per mortem, *principatus, & potestates exemplauit*. idest in seipso nobis exemplũ reliquit, quomodo dæmonẽ vincamus. 41
Quarè verè titulus triũphi est, qui appositus fuit Christo, cũ per talẽ titulũ manifestetur causa nostræ redemptionis, ac victoriæ Christi cõtra omnes suos inimicos. Videlicet peccatũ, & diabolũ.

Et tunc idest in cruce patiendo Christus dici- 42
tur innundasse misericordia, qua nos liberauit de manu inimicorũ nostrorũ, vt sine timore, in sctĩtate, & iustitia corã ipso seruiamus illi. Quòd, vt clarius percipias, teq; triũphatorẽ cũ Christo cõstituas, sciasq; hunc tuę salutis titulũ obijcere dæ- 43
moni cũ tẽtaris, victorq; sẽper euadis. recole sententiã, quã habes Is. 10. *Cõsumatio*, inquit, *abbre-* Isa.10.
uiata inundabit iustitiã Quid per hæc verba intẽdit Sanctus Propheta? certè multa scitu digna & in corde scribenda. *Verbũ abbreuiatũ fecit Domi-* 44
nus super terrã, in quo abundantes diuitias misericordię suę hominibus ostendit, quando *Verbũ ca-* 45
ro factũ est, et habitauit in nobis. Io. 1. quãdo *Puer* Io.1.
natus est nobis, & filius datus est nobis. Isa. 9. tunc Isa.9.
enim inundauit misericordia Dei quando super omnẽ carnẽ se diffudit. sed in passione Christi, in 46
morte illius, cũ pęnas debitas pro peccatis nostris exoluit, cũ opus Redẽptionis consumauit inundare fecit Deus iustitiã suã. Luc. 18. *Ecce ascendimus* Luc.18.
Hierosolymã, & consumabũtur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis; tradetur enim gẽtibus, & illudetur, & flagellabitur, & cõspuetur, & postquã flagellauerint occident eũ. & tertia die 47
resurget. nota, ly *consumabuntur omnia*. habes .n. quid sit consumatio abbreuiata. quid (quęso) incõsumatũ reliquit, quãdo pro hominibus passus est? ideo nãq; emittens spiritum dixit *consumatũ est*, quoniã omnia vna oblatione consumauit. Consumauit cęlũ, quoniã per passionẽ suã ruinas Angelorũ reparauit; consumauit terrã, & perfecit, quoniã principẽ huius mundi eiecit foras, cõsumauit & adimpleuit legẽ, quoniã omnia, quę de illo scripta erãt cõpleuit. consumauit omnes in vniuersũ virtutes, quoniã tunc ad sũmum perfectionis gradum peruenerunt, idest Christus in Cruce, & per Crucẽ sũmũ charitatis omniumq; virtutũ parẽ fe- 48
cit. Quãdo enim charitas, itã exaltata est, & cõsu-

mata,sicut in passione Christi, cũ animã suam po
suit pro ouibus suis?scriptũ est enim. *Maiorẽ cha-*
ritatẽ nemo habet, quã vt anima suã ponat, quis,
pro amicis suis. At Christus Dominus etiã pro ini
Rom.5. micis animã suã posuit. Vndè,& Paulus Rom.5.
Cõmẽdat,inquit,*charitatẽ suã Deus in nobis,quo*
niã,cũ adhuc peccatores essemus secũdũ tẽpus Chri
49 *stus pro nobis mortuus est.*Quãdo obediẽtia, sic cõ
sumata,& perfecta inuenta est?Collaudatur obe
diẽtia Abrahę,eò quòd ad Domini pręceptũ pro
prio filio suo non pepercit,sed illũ in monte Dei
immolare non dubitauit. obediuit ille vsq; ad
mortẽ non propriã,sed filij.*Christus autẽ factus*
est obediẽs vsq; ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis. nõ al-
50 terius,sed suã propriã.Quãdo humilitas sic exal-
tata,& cõsumata,velut cũ innocens agnus cũ ini-
51 quis reputatus est? Quãdo mãsuetudo ad summũ
peruenit,sicut cũ Dei filius *tãquã ouis ad occisionẽ*
Isa.53. *ductus est,& quasi agnus coram tondente se obmu*
Num.12 *tuit,& nõ aperuit os suũ.*Isa.53. Splenduit quidẽ
52 in Moyse mãsuetudo, de quo dicit Scriptura Nu
me.12.quòd *erat vir mitissimus super omnes homi*
Ps.131 *nes,qui morabantur in terra*;claruit etiam in Pro
pheta Regio virtus hæc, qui ad Deum loquens,
ait.*Memento Domine Dauid,& omnis mansuetu-*
Matth.11. *dinis eius.* Sed in Christo super omnes exaltata
est,& perfecta.ait enim Matth.11.*Discite à me,*
quia mitis sum,& humilis corde. Quid de poten-
tia dicam, quid de fortitudine, cæterisq; virtuti-
53 bus?Iustitia etiam tunc consumata est,quãdo suf-
ficientem, quinimò,[& superabundantem satisfa
ctionem pro iniuria sibi ab hominibus illata De-
us accepit. *Si vnus pro nobis mortuus est*, ait Pau-
2.Cor.5 lus,*ergò omnes mortui sunt.*Si omnes mortui sũt,
Gen.3. ergò omnes sustinuerunt pœnam illam, Diuina
Iustitia constitutam. *In quacumq; die comederis*
*ex eo morte morieris.*ergò iustitię Dei satisfactum
54 est,ergo consumata est Iustitia abbreuiata in vno
Redemptore,& exaltata.Hæc igitur est consum-
Simile. matio abbreuiata, quæ inundare fecit Dei Iusti-
tiam.Tunc aquæ fluminis inundant,quando egre
diũtur de alueo,& propriã ripã excedentes ad lo
ca incõsueta pertingunt,cũ terrã implent,& om-
nia ferè suo impetu subuertunt.locus proprius,&
cõsuetus per quem mors,& pęna pertrãseunt.vel
Rom.5 pertransire debent est peccator,& peccatũ,iuxtà
illud. *Per peccatũ mors & sic in oẽs homines mors*
pertrãsijt;pęna enim debetur culpæ,& peccatori
55 suppliciũ.Quando ergò pro delictis suis patiebã-
tur impij, quãdo aquæ diluuij extinxerunt omnẽ
carnem,quæ corruperat viam suam,quãdo pluit
Dominus ignem de Cœlo, qui deuorauit Sodo-
56 mam,& alias Ciuitates, Iustitia Dei non inunda-
bat, nec limites proprios præteribat, sed via sua
incedebat, & tantùm pœna dignos, ira sua tor-
quebat. At quando proprio filio suo non peper-
cit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum,
tunc inundauit Iustitia, & tribulationis aquæ de
proprio Alueo exeuntes supremum omnium mõ
tium,Christum videlicet,in vertice montium cõ
57 stitutum operuerunt. Vnde in Cruce exaltatus ad
patrem clamat.*Saluum me fac Deus,quoniam in-* Ps.68.
trauerunt aquæ, vsquè ad animam meam infixus
sum in limo profundi,& non est substantia. Veni,
in altitudinem maris, & tempestas demersit me.
Non est,inquit,*substantia.* Substantia(vt inquiũt
Dialectici) est primum subiectum, in quo insunt
accidentia. Proprium subiectum pœnæ est cul- 58
pa, & tamen in Christo non est tale subiectum,
vndè,& ait. *Quæ non rapui tunc exoluebam.* idest
pro peccatis,quæ non commisi morte turpissima
condemnatus sum. Hinc Iob in illius persona.
*Violenta sagitta mea absq; vllo peccato.*Cum im- Iob 34
pius moritur,cum sagittis furoris Dei configitur,
sagitta violenta non est,sed naturalis,eò quòd ad
debitum sibi tendit locum. proprium sagittæ si-
gnum ad quod dirigitur peccatum est.Verumta- 59
men cum moritur iustus, cum pro peccatis alie-
nis,quę non commisit occiditur, sagitta ad illum
pertingens violenta est. *Violenta sagitta mea,*
quarè violenta?audi quarè quoniam absque vllo
peccato moritur Christus? vt triumpharet de il-
lo,nec non morte,quæ est pœna illius.& quomo-
do triumphauit?auferendo potestatem à Diabo-
lo.Et quomodo hanc abstulit?per Crucem. Ergò 60
triumphus Christi fuit in Cruce. Tunc Sampson
de Philistęis triumphauit,quando excutiendo co
lumnã mortuus est cum illis dicens,*moriatur ani* Iud.16
ma mea cum Philisthim. Sic Christus in Cruce ex
cutiendo columnam corporis sui interfecit sua
morte peccatum,& Dæmones aduersantes.Ergò
illius crucifixio fuit triumphalis.Ergò titulus ex-
primens causam crucifixionis,erit triumphalis.
Quæri potest quænam causa fuit crucifixionis
Christi?quarè Christus crucifixus est? vis scire le 61
ge titulum. Titulus namquè est inscriptio libri,
vel operis,declarans causas,& contenta in libro,
vel opere, & quomodo legis? *Iesus Nazarenus*
Rex Iudæorum,ergò causa quarè Iudæi Christum 62
crucifixerunt fuit,quia Christus illorũ Rex fuit.
Quid si non fuisset illorum Rex, illumne crucifi-
xissent? minimè. Estne alia causa crucifixionis
Christi?vtiq; quæ dicta est nimirùm,vt de pecca-
to,& morte illius pœna,de mundo, & de Diabo-
lo triumpharet. Sed cur pro causa tantùm poni-
tur *Rex Iudæorum?* quia alia intentione crucifi-
xus est à Deo, alia à Iudæis. A Deo propter nos 63
redimendos,ac liberandos,à Iudæis,vt ipsum pe
rimerent, & sine Rege, aut Duce pro libito car-
nis viuerent. Sed triumphauit ne de Iudæis? ma- 64
ximè; quia,& viuus, & mortuus semper Rex est
Iudæorum, & semper sibi manet hic titulus. *Ie-*
sus Nazarenus Rex Iudæorum. Hactenus de cau-
sa triumphi. Vis breuitèr, & ordinem huius su-
perhumani triumphi? attende, quæ dicantur ab 65
Euangelistis,& præcipuè à Ioanne cap.19. *vt im-* Io.19
plerentur scripturæ,Vbi nota quòd,ly,*vt*,non te-
netur causalitèr,sed consecutiuè,idest ad positio
nem eorum,quæ Christus,& fecit,& passus est se- 66
cuta est adimpletio scripturarum.Nõ enim Chri
stus ideo passus,vt impleret scripturas,& ea,quæ
de illo dicta erant, tùm à lege veteri, tùm à pro-
pheris:

phetis: sic enim ea, quæ sunt noui testamenti or-
dinarentur tamquàm ad finem, ad ea, quæ sunt
veteris testamenti, sed ideo prædicta sunt in vete
ri testamento, quia omninò erant verificāda per
Rom. Christum in nouo testamento. Nam *Christus est*
10. *finis legis*, & non è contra. Et adeò, quæ de Chri-
67 sto dicta sunt verificata sunt, vt etiam fuerit ser-
uatus ordo, videlicet, quia eo ordine quo euene-
68 runt prædicta sunt. Et hinc vides, quòd Euange-
listæ ferè ad omnem passum, maximè in referen-
do, quæ secuta sunt in Christi passione subdunt.
Vt implerentur scripturæ, &c. Et licèt Christus in
fine vitæ dixerit *Consumatum est*. non tamen in-
69 telligas, quòd Prophetæ nil aliud prædixerint
secuturum post Christi mortem; sed, ly, *Consuma-
tum est*, supponit accommodè pro his, quæ iam
prædicta erant de antecedentibus mortem. Nam
quòd fracta non sint Christo crura, sed lancea la-
tus eius apertum Euangelista refert ad prænūcia-
ta à Prophetis, *Vt adimpleretur scriptura*, inqt, q̄
70 *dicit os non comminuetis ex eo*. Quarè sit tibi pro re
gula generali, q̄ Christus non tm̄ adimpleuit ea,
quæ de ipso pronūtiata sūt; sed ēt mō, & ordine,
quo pnūtiata sunt fieri. de qua re aliàs dicemus.
Ex hactenus ergò dictis habemus qualitatem
tituli superpositi ad Christi crucem. Et si quęras,
quarè dicat superpositus scias, quòd Crux Chri-
sti terminabatur ad transuersum ad modum lit-
teræ T. Sed Pilatus fecit superponi tabellam su-
71 per lignum transuersum, vt sic ad litteram etiam
verificaretur, quod prædixit Christus; *Filius ho-*
72 *minis non habet vbi caput suum reclinet*, etiā posi
tus in cruce. Fuit ergò apposita tabella, & in il-
lius transuersum titulus de quo dictum est, ità vt
73 videantur duæ cruces, vna magna, & alia parua.
74 Quapropter Titulus iste est memorialis insu-
per, & præconialis, ac præcipuè triumphalis, quia
declarat causam, & ordinem triumphi Christi
Saluatoris Nostri, & adeò triumphalis est, quòd
75 omnia, & omnes etiam virtutes in illo triumpha-
uerint vt dictum est, imò sine tali titulo, nec vllus
triumphare potest ex consequenti nec regnare.
Hæc de qualitate tituli.

QVAESITI SECVNDI SVMMAR.

1 Crucifixionis Christi an sola causa, quia rex Iudæorum.
2 Iudæi negāt se crucifixisse ppriū regē, sed falsò.
3 Crucifixionis Christi nullam aliā cām assignāt Euangelista, nisi hanc, quia rex Iudæorum.
4 Veritas est adæquatio rei ad intellectum.
5 Christus est rex Iudæorum, & ideo crucifixus.
6 Pilati interrogatio, regem vestrum crucifigam insinuat causam mortis Christi.
7 Romanorū mos quādo aliquis morti dānabatur.
8 Ex titulo suprascripto condemnatis poterat cognosci an iure, vel iniuria damnati essent.
9 Causis pluribus concurrentibus ad aliquid vnū, non sufficit vnam exprimere.
10 Christus de multis fuit accusatus, sed non propter illa damnatus.
11 Pilatus audiendo Christū esse filiū Dei timuit.
12 Pilatus acceptauit Christi responsum cum dixit regnum meum non est de hoc mundo.
13 Pilato satis fuit quòd Christus non regnaret more principum mundi.
14 Pilatus conatur pluribus modis Christum liberare agnita eius innocentia.
15 Christus interrogatus coram accusatoribus magnum testimonium innocentiæ eius.
16 Pilatus iubet flagellari Christum ductus importunitatibus Hebræorum.
17 Pilatus flagellat Christum non requisitus à Iudæis, sed credens tali via liberare posse.
18 Ira quærit vindictam cum mensura, odium verò exterminium.
19 Iudæi exterruerunt Pilatum, vt Christum condemnaret ad mortem.
20 Pilatus lauit manus in signū innocētiæ Christi.
21 Causa posita in titulo Christi sola est in qua persteterunt Iudæi.
22 Iudæi vndè hēbant q̄ Christus se fecerat regē.
23 Christus quia asserebat se esse Messiam ex hoc deducebant Iudæi ipsum esse regem.
24 Iudæi verè, & realiter occiderunt suum regem, & non ob aliam causam.
25 Titulus Christi solam, & veram causam crucifixionis exprimit.
26 Sententiæ plurimæ ex sacra Scriptura declarantes Messiam.
27 Hebræi vtuntur Caldaica translatione pro exponendis difficultatibus scripturæ.
28 Iusti nomen sic absolutè supponit pro Christo.
29 Christus nec actu, nec potentia peccauit.
30 Iudæi rectè deducebant, quia Messias ergò rex.
31 Christus supponit pro Messia, tunc quando profertur simpliciter.
32 Christi nomen quandoquè dictum de Regibus, Sacerdotibus, & Prophetis.
33 Christi nomini semper fit additio, quando supponit pro alijs à Messia.
34 Iudæi ex pluribus poterant cognoscere Christū esse Messiam.
35 Iudæi aliqui cognouerunt Christum esse Messiā imò, & verum Deum.
36 Christi sententia contra Iudæos probans eos illum cognouisse.
37 Iudæi credebāt Christū regnaturū tēporaliter.
38 Discipuli Christi fuerunt in errore, quòd Christus regnaturus esset temporaliter.
39 Iudæi non suspicabantur aliquid de Christi secundo aduentu.
40 Diuus Paulus excusat se de ignorantia.
41 Iudæi fuerunt inconstantes, & valdè ancipites circa Christi opinionem.
42 Iudæi deductis passionibus contra Christum rectè de illo iudicabant.
43 Timor, & passio in Iudæis præualebat.
44 Iudæi non audent confiteri Christum ne eijcerentur de Sinagoga.

Verus

Nunc

Nunc magis aggrediamur ad aperiendam illius veritatem;pluribus enim non vnico discursu ista declaranda sunt.

De veritate tituli Christi.

QVo ad secundum, de veritate huius tituli, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*. Videlicèt
1 vtrùm vera,& realis causa crucifixionis Christi,solaq; quarè Christus Saluator noster crucifixus fuit, sit hæc, quæ exprimitur, quia est Rex Iudæorum.Siquidem ,ly,*Iesus*,dicit nomen, ly, *Nazarenus*, dicit patriam; & sic restat, quòd causa crucifixionis exprimatur in,ly, *Rex Iudæorum*,Et benè aduerte quid quærimus. non enim quia Christus dixit, *Rex sum Iudæorum:* modo, quo Iudęi instabant,vt Pilatus scriberet,sed quia verè, & realiter erat *Rex Iudæorum*. Quarè sensus dubij est. Vtrùm fuerit crucifixus Christus, quia est Rex verus,& realis Iudæorum;ita vt propter nullam aliam causam crucifixus sit, nec ob aliam causam Iudæi tentauerint, & procurauerint, quòd crucifigeretur, nisi quia erat Rex Iudæorum; quicquid dicant Iudæi negantes, quòd
2 crucifixerint proprium Regem. Et certè si spectemus dicta Euangelistarum,patet expressissimè quòd nulla alia potest assignari causa illius crucifixionis. Vndè Mat.27.apertis verbis dicit.*Et im*
Matth. 27. *posuerant super caput eius causam ipsius scriptã. Hic est Iesus Rex Iudæorum.* Et Marci 15.cap. *E-*
Mar.15
3 *rat titulus causæ eius inscriptus Rex Iudæorum*. Hoc idem alij Euangelistæ. Cum ergò nulla alia causa exprimatur, nisi hæc, quòd (inquàm) esset Rex Iudæorum.Relinquitur,quòd vera,& realis, solaq; causa crucifixionis Christi fuerit hæc,quia Rex Iudæorum.Cum enim veritas sit adæquatio
4 rei ad intellectum. Si intellectus debet esse verus in apprehensione huius tituli; necessariò dicendum,quòd sibi correspondeat subsistentia rei, &
5 quòd Christus fuit,& est Rex Iudæorum,& quòd ob hanc causam fuit crucifixus à Iudæis.Vndè vt benè notat Augustinus in Ioannem super illa ver
Aug. 6 ba Pilati ad Iudæos *Regem vestrum crucifigam? Auelli,*(inquit)*ex Pilati corde non potuit Iesum esse Regem Iudæorum.*

7 Et vt scias magis, & clariùs percipere valeas hanc veritatem; scito, quòd mos Romanorum fuit superponere capitibus interfectorum cau-
8 sam, quarè sic morti essent addicti, & hoc in satisfactionem populorum,& legentium,vt vel sic, vnusquisq; posset dignoscere an iure, vel iniuria essent ad mortem damnati. Vndè si stantibus pluribus causis, quarè quis esset damnatus ad mortem vna tantùm fuisset expressa, equidèm non rectum foret iudicium, nec satisfactum intentioni
9 legentium. Vt enim dicunt Philosophi quando aliquis effectus potest à pluribus causis promanare,non sufficit vnam illarum enumerare.Et sic in proposito. Hinc optimè sequitur, vt deducebamus,cum in tali titulo hæc sola exprimatur causa ipsa sola(tenendum est) quòd fuerit causa crucifixionis Christi,videatur de hac re Iustus Lypsius lib.2.de cruce cap.11.vbi obseruat Matthęũ c.27.& Gracanicas Glossas veteres titulum Crucis appellasse Αἰτίαν.i.causam.

Christus enim Dominus, & Saluator noster in 10
sua passione de multis accusatus fuit,& quia non erant conuenientia testimonia pro nullis fuerunt relicta.Et illud,quòd se fecerit Deum, siuè Dei fi- 11
lium,non obstat,tùm quia, nec Pilatus curauit, imò magis timuit audiendo hoc,& timebat mittere manum in eum,qui esset filius Dei,tùm quia poterat congruè intelligi dictum Christi de filiatione adoptiua, aut per singularem gratiam sibi
collatam,vt multi perceperunt.licèt etiam Pila- 12
tus crederet secundùm supra allegata verba Augustini,Christum esse Regem, acceptauit tamen responsum Christi, quo dixit *Regnum meum non*
est de hoc mundo. Qua responsione audita,& per- 13
cepto, quod non regnaret more Principum mundi,sed aliquo alio ipsi Pilato inexcogitabili modo,non vltra progressus est, contentus, quòd, & sic,non fieret iniuria Cæsari,nec illius præcepto, quo iusserat neminem habere posse Hebræos Regem, nisi ipsum Cæsarem,& qui aliter tentasset morte afficeretur. Nihilominùs insistentibus Hebræis,vocibusq;,ac clamoribus. comminantibus, quòd si Christum dimitteret non esset amicus Cę
saris;& cũ adhuc Pilatus, cui constabat de inno- 14
centia Christi,pluribus vijs tentasset liberare eũ. Primò verbis dicendo *Ecce coram vobis interrogãs,nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis;sed neque Hęrodes,&c.*
Quod sinè dubio,magna fuit iustificatio Christi; 15
quando enim reus coram accusatoribus examinatur, nec aliquid solidè potest opponi magna est illius iustificatio. Verùm adhuc tumultuantibus Hebræis,& persistentibus in hoc,quòd cruci-
figeretur iussit illum flagellari, & sic flagellatum 16
duxit illum foras ad Iudæos,vt saltèm viso spectaculo mouerentur ad placorem animi,nec vlteriùs perquirerent non enim Pilatus requisitus flagellauit Iesum,sed ipse Pilatus (malè quidem) sed
cum bona intentione credens mitigare Iudæorũ 17
furorem. Hoc dicit Augustinus,vbi supra in ver Aug.
bis, *Adduco eum vobis foras. Hoc quod flagellauit Christum non ob aliud fecisse credendus est, nisi, vt Iudæi eius iniurijs satiati sufficere sibi æstimarent,& vsquè ad eius mortem sæuire desisterent.* Hæc ille.Naturale enim est, vt ira quiescat si videat eum,contra quem irascitur humiliatum, & punitum, *sedat maiorem hominis iram sumptum ab illo prius supplicium mansuescunt cum iram in alium effuderint*,inquit Philosophus in Retho Reth.li.
ricis. & hoc,quia ira quærit nocumentum proxi- 2.c.3.
mi cum mensura; sed quia Iudæi mouebantur ex 18
odio iuxtà illud Psal.119.*Odio habuerunt me gratis*,ideò tot tantisq; eius tormẽtis satiati nõ sunt, Ps.119
quoniam odium totalitèr sinè mensura quærit exitium

exitium eius, qui odio habetur, secundum illud
19 Ecclesiastici 12. *Inimicus si inuenerit tempus non*
satiabitur sanguine. Talitèr ergò tumultuarunt
coram Pilato, quòd illum in timorem induxerũt,
20 quòd Cæsar condemnaret caput eius, nisi occide
ret illum. Quarè in eum tulit mortis sententiam
21 lauando sibi manus pro signo innocentiæ Christi.
Et quia Iudæi persteterunt in hac sola causa, ni-
mirùm, quia Regem se fecerat Iudæorum; ideò
hæc sola causa fuit expressa in titulo.

22 Quòd si quęras vndè Iudęi habebant, quòd
Io.6. Christus se faciebat Regem, cum, vt patet ex E-
uangelio turbę quandoq; voluerunt eum rapere,
23 & constituere in Regem sibi, ipse Iesus aufugit
ab eis; dicendum, quòd ex hoc deducebant, quia
Christus asserebat se Messiam. & quoniam He-
bręi pro vulgato, & certo tenebant Messiam re-
gnaturum in Israel, secundùm illud. *Ex te exiet*
Mich.5 *Dux, qui regat populum meum Israel.* & alijs Sa-
crę Scripturę locis, ideò accusando dicebant,
quòd Regem se fecerit contra mandatum Cęsa-
24 ris, & quòd practicaliter commouerit populum
ad hunc finem, incipiens à Galilęa, vsquè hùc, vt
Iudęi opponebant. Quarè patet, quòd Iudęi ve-
rè, & realiter occiderunt suum Regem, eò quia
occiderunt suum Messiam, ex consequenti, quòd
25 nulla alia causa crucifixionis Christi fuit, nisi quia
erat Rex Iudęorum. & sic titulus est omninò ve-
rus, & exprimit solam causam, quę sola fuit ad ta
lem condemnationem.

Pro cuius maiori declaratione animaduerten-
dę sunt diuersę de Messia sententię, ex Sacra Scri
ptura, & in speciali, quę habetur Genesis cap.
Gen.49 quadragesimonono. *Non auferetur sceptrum de*
26 *Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mit*
tendus est, idest donec veniat Messias. Sic enim
habet translatio Caldaica apud Hebręos, tam
27 authentica, vt in passibus dubijs textus He-
braici ea pro expositione vtantur. Item Mi-
Mich.5 cheæ 5. *Tu Bethlehem, &c. ex te enim exiet dux*,
idest Messias secundùm eamdem translationem,
qui regat populum meum Israel. Itèm Hieremiæ
Hier. 29. 29. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo*
Dauid germen iustum, idest Messiam. Nomine e-
nim iusti simpliciter dicti in scripturis intelligi-
28 tur Christus, quoniam ipse solus sine vllo pecca-
to semper fuit, tàm actu, quàm potentia; sic nam-
29 què intelligitur, ac de ipso legitur Isaiæ 83. *Qui*
Is.83. *peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore*
Dan.9. *eius*. Et demum Dan.9. dicitur apertè *post hebdo-*
madas sexaginta duas occidetur Christus, & non
30 *erit populus eius, qui eum negaturus est*. Et sic pa-
tet quomodo Hebręi rectè deducebant Christum
esse Regem, quia se Messiam dicebat.

31 Scire tamen debes, quòd hoc nomen Christus
in Sacra Scriptura tantùm supponit pro Messia,
quando simpliciter, & nullo addito declaratiuo,
siuè restrictiuo pronuntiatur, vt in authoritate
32 Danielis vltimo adducta; nam quandoq; sumitur
pro aliquibus alijs, maximè pro Regibus, pro Sa-
cerdotibus, vel etiam prophetis, qui inungeban-
tur, vt patet pluribus in locis Scripturę Isaię 45.
Christo meo Ciro, & 1.Regum 10. *Num coram Do* Isa.45.
mino est Christus eius, & ibidem 24. *Num faciam* 1.Reg.
rem hanc Domino meo Christo? & ibidem 26. 10.
Quis extendit manum suam in Christum Domi-
ni, & innocens erit? Item, *non custodistis Dominũ*
vestrum Christum. Et 2.Reg.1. *Vt occideres Chri* 2.Reg.
stum Domini. & Psalm.104. *Nolite tangere Chri-* 1.
stos meos. Et in omnibus supradictis locis suppo- Ps.104
nit pro persona, vel personis designatis per ver- 33
ba addita ad, ly, nomen *Christus*.

Et quia fortassis ex hactenus adductis nõdum
plenè constat veritas huiusmodi tituli, multęquè
in mente exoriri possunt dubitationes perturban
tes animum, vt abundè satisfaciamus pro posse,
nec aliundè diuagari Lector sit coactus. percipi-
endum, & diligenter notandum, quòd varia asser
ta circa cognitionem, quam habuerunt, vel habe 34
re potuerunt de Christo Iudęi, an esset Messias,
ex consequenti Rex Iudęorum fuerunt. Pluri-
mum namq; confert scire hoc imò sine huiusmo
di euidẽtia non possumus habere veritatẽ, quam
clarescere intendimus.

Notandum ergò, quòd inter Patres Theolo-
gos quidam tenuerunt Iudęos cognouisse Iesum 35
esse Messiam, & adhuc verum Deum; nihilomi-
nus propter iram, & odium, quòd contra illum
conceperant interfecerunt eum. quam opinio-
nem facilè probant, ex parabola, quę habetur
Matth.21. *Agricolæ autem videntes filium dixe* Matth.
runt intra se. Hic est hæres venite occidamus eum. 21.
Sic Origenes tract.19. in Matth. & Chrysostom.
hom.84. in opere imperf. *Ex omnibus operibus e-* Orig.
ius cognouerunt filium Dei esse, & hoc significant, Chrys.
dicentes hic est hæres. & Beda lib.3. in Matth. *Ma*
nifestissimè probat Dominus, non per ignorantiam, Beda.
sed per inuidiam Principes Iudæorum crucifixisse
filium Dei, intellexerunt enim hunc esse, de quo di-
ctum est. Postula a me, & dabo tibi gentes in hære-
ditatem tuam. Quæ opinio potest confirmari ver
bis Christi Ioan.15. *Si non venissem, & locutus eis* Io.15.
non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem 36
excusationem non habent de peccato suo, quia, &
viderunt, & nouerunt me, & patrem meum.

Alia opinio est omninò contraria huic; quòd
(inquam) de facto non cognouerunt Christum,
nequè in quantum Messias, nequè in quantum fi-
lius Dei naturalis. Ità Abulensis in Matt.21. quæ-
stio. vlt Caietan.3. par. quæst.47. art.5. in exposi- Abul.
tione articuli. & in hanc videtur flectere etiam Caiet.
Medina ibidem. Istorum potissima ratio est, quia Medina 37
omnes Iudæi credebant, & sperabant Messiam
venturum debere regnare temporalitèr, in quem
errorem lapsi sunt discipuli Christi, quando in-
terrogando dicebant. *Domine si in tempore hoc re*
stitues Regnum Israel, & alibi. *Nos sperabamus,* 38 Act.1.
quòd ipse esset redempturus Israel. Insuper filij Luc.24
Zebedæi alludentes huic præsuppositæ cognitio
ni. *Dic vt sedeant hi duo filij mei, &c.* Ex quibus
patet,

patet,quod diximus. Confirmatur hæc opinio,
quia multa de Messia prædicta erant , quæ non
39 nisi in secundo aduentu verificanda sunt; Iudæi
autem nihil prorsus suspicabantur de hoc secun-
do aduentu, ex consequenti, cum non viderent
impleri omnia,quæ prædicta erant non est mirũ,
quòd nec plenè cognoscere possent Christum es-
se verum Messiam.

Roboratur adhuc hæc opinio, quia Paulus se
40 excusando à suo errore,ait,quòd paternarum tra
ditionum æmulator existens hoc fecit. & hoc i-
dem videtur dicendum de alijs.

Tertia opinio est Domini Suarez 3.par. quæ-
stio.43.in expositione articuli quarti,siuè post ar
41 tic.4.sectio.4.qui duo dicit principaliter.primo,
quòd existimat Iudæos fuisse inconstantes,& an-
cipites, & quòd ex vna parte visis signis, & pro-
phetijs cogebantur & conuincebantur ad credē
42 dum ipsum verè esse Messiam , & sic quando non
erant actualiter commoti ira, vel inuidia, aut a-
lia passione contra Christum, ex consideratione
verborum prophetarum, diffinito assensu quo-
dam humano iudicabant illum esse Messiam ; si
quidem argumenta erant fortissima . At suborta
passione, vel timore humano, quidam facilè ab
hac persuasione cadebant, nam vt dicitur Ioann.
Io.12. 12. *Cum tanta signa fecisset coram eis, non crede*
43 *bant in eum,vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur*,
Isa.6. *excæca cor populi huius*.Et qui persistebant in ea-
dem credulitate, nō audebant eum confiteri pro
pter timorem humanum. Sic habes ex Ioanne lo
co,qui supra. Verumtamen ex principibus multi
44 crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non
confitebantur,ne a Synagoga eijcerentur.dilexe
runt enim magis gloriam hominum, quam Dei.

45 Secundum, quod dicit iste Doctor est, quòd
Iudæi ferè omnes euidenter cognouerunt Chri-
stum fuisse virum iustum,& innocentem,ac reue-
ra sanctum,& morte indignum,quod facilè pate
re poterat, cum duxerit Christus vitam omninò
immaculatam,& irreprehensibilem, vndè quan-
do propè morti diceret. *Quis ex vobis arguet me
de peccato?* nullus ausus est sibi opponere,non ob-
stante quòd maximo eum odio prosequerentur.

D.Thom.circa hanc difficultatem in sua 3. p.
46 q.47.art.5.vbi ex professo quærit,vtrùm Christi
D.Th. persecutores eum cognouerint. statuit tres con-
clusiones , præmissa distinctione, quòd apud Iu-
dæos quidam erant maiores, quidam minores.
tunc conclusiones ponit

Prima conclusio.Cognouerunt maiores Iudęi
ipsum esse Messiam.

Secunda conclusio.Non tamen ipsum esse ve-
rum Deum.

Tertia. Quòd ignorantia ista non excusauit
47 peccatum eorum,cum fuerit crassa,& affectata.

Prima conclusio probatur auctoritate ex li-
bro quæstionum veteris, & noui Testamenti D.
Augustini;secundo ratione;quia videbant omnia
48 signa,quæ de ipso prædixerant prophetæ;non e-
nim credendum est,quòd maiores Hebræi,qui as-
siduè vacabant studio Sacrarum litterarum non
animaduerterint talia signa,& eò magis,quia ex 49
citata erat opinio de Messia ; quando Magi ab
Oriente venerunt quærere dicentes. *Vbi est, qui* Mat.2.
natus est Rex Iudæorum? & responsum dederunt
Herodi,quòd in Bethlehem Iudæ nascebatur.

Secunda conclusio,videlicet,quòd non cogno 50
uerunt mysterium diuinitatis. probatur authori-
tate Apostoli 1.Cor.2. *Si cognouissent numquàm* 1.Cor.2
Dominum gloriæ crucifixissent.

Tertia conclusio, quod non excusabantur pro 51
pter hanc ignorantiam, quòd (inquam) non co-
gnouerint ipsum esse verum Deum . Ratio est,
quia erat ignorantia crassa simpliciter omitten-
do scire,quæ tenebantur,& debebant scire.& e-
rat insuper affectata ignorantia, quæ vt habes ex
1.2.quæst.76.ar.3.& 4.nec tantùm,nec totaliter, 52
imò,nec partialiter excusat à peccato, sed magis
accusat,& aggrauat peccatum, quia radicatur in 53
vehementia affectus ad peccandum , qua vehe-
mentia mali affectus posita,quis eligit ignorare , 54
quę sibi proponuntur,vt liberiùs,& libentiùs pec
cet,nec peccatum vitet;& ideo Iudęi peccauerũt
non solùm tamquàm crucifixores hominis, sed
tamquàm crucifixores Dei,vt habes in responsio
ne ad tertium ibidem. Vndè videtur dixisse il-
lud Iob.21.*Recede à nobis scientiam viarum tua-* Iob 21.
*rum nolumus.*Quo autem ad minores Iudæos,id-
est populares, communiter,etiam vt plures igno 55
rabant vtrumquè.& hoc quia ignorabant scriptu
ras. Aliqui tamen eorum propter multitudinem
signorum,& efficaciam doctrinæ dubitarunt, an 56
esset Christus, vt habes Ioan.7. verùm postmo-
dum fuerunt decepti à suis principibus, vt cum
non crederent,neque filium Dei,neque Christũ.
Vndè,& Petrus dixit. *Scio, quia per ignorantiam* 57 Act.3.
hoc fecistis, sicut, & principes vestri; quia scilicet
per principes seducti erant, vt autem magis ad-
huc pateant,quæ diximus; nimirùm,quòd Princi
pes, & Primates Iudæorum cognouerint Chri-
stum esse Messiam ipsis in lege promissum post
probatas conclusiones omnes modo, vt supra ad
mentem Theologorum ,& maximè D.Thomæ,
hæc alia, quæ à Iosepho , qui fuit de gente He-
bræorum, adijcere benè visum mihi est vna cum
quadam epistola Pilati tunc Præsidis, qui Chri-
stum morte condemnauit ad Cæsarem, & ex his
quasi ad hominem conuincantur Iudæi de illo-
rum perfidia.

Siquidem Iosephus lib.18.Antiquitat.cap.4.
Eo,inquit,*tempore fuit Iesus vir sapiens (si tamē
virum eum fas est dicere ,) erat enim mirabilium
operator, & doctor eorum,qui libenter vera susci-
piunt:plurimosq́; tàm de Iudæis,quàm de Gentibus
sectatores habuit; Christus hic erat,quem accusa-
tum à nostræ gentis principibus cum addixissent
eum Cruci, nihilominus non destiterunt eum dili-
gere,qui ab initio ceperant: apparuit enim eis ter-
tia die viuus , ità vt diuinitùs de eo vates hoc &
alia*

alia multa miranda prædixerunt. Hæc Iosephus qui ijs postremis verbis, quibus ait: *Christum fuisse eum, de quo prophetauerant vates*; non obscure significat Christum à maioribus eiusdem Iudæi Iosephi habitum fuisse Messiam prænunciatum à Prophetis. Hoc testimonium Iosephi, vt testatur Baronius tomo primo anno Christi 34. pag. 210. *In peruetusto Iudæorum Codice, in quo eius Historia è Græco in Hebraicum translata antiquitus scripta fuit; cum hic Romæ requireretur, abrasum inuentum est, adeò vt nulla ad excusandum scelus posset afferri defensio: cum membrana ipsa id exclamare videretur*. Hæc Baronius.

Baron.

Idem Baronius ibidem, ex Aegesippo recitat Epistolam Pilati ad Tiberium, cui quamuis Baronius non omninò indubitatam præstet fidem, negari tamen non potest, quin sit alicuius auctoritatis. *Nuper accidit, & quod ipse probaui, Iudæos per inuidiam se suosq́; posteros crudeli condemnatione puniisse. Deniq; cum promissum haberent Patres eorum, quòd illis Deus eorum mitteret de Cælo Sanctum, qui eorum Rex meritò diceretur, & hunc se promiserit per Virginem missurum in terram: istum, inquam, me Præside in Iudæa Deus Hebræorum cum misisset, & vidissent eum cæcos illuminasse, leprosos mundasse, paraliticos curasse, Dæmones ab hominibus fugasse, mortuos etiam suscitasse, imperasse ventis, ambulasse siccis pedibus per vndas maris, & multa alia fecisse cum omnis populus Iudæorum eum Dei filium esse diceret, inuidiam contra eum passi sunt Principes Iudæorum, & tenuerunt eum, mihiq́; tradiderunt, & alia pro alijs de eo mihi mentientes dixerunt eum Magum esse, & contra legem eorum agere. Ego autem credidi esse, & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum, illi autem crucifixerunt eum*. Pilatus hæc nunciasse Tiberio docet Tertullianus in Apolog. c. 5. & 21. Euseb. l. 2. c. 2.

Epistol. Pilati.

58 Pro clariori tamen adhuc intelligentia dictorum, nota cum Caietano quod, ly, *sicut*, in authoritate inducta superius ex Diuo Petro non dicit
59 similitudinem in causa facti, sed tantùm in facto, idest sicut principes vestri errauerunt in crucifigendo Christum, ità & vos. Verùm illi dissimiliter in causa, quia ex malitia, vos autem per ignorantiam. Vel dicas cum Adm. Reuer. Porretta in eodem articulo, ly, *sicut*, exponitur, *illud, quod*, hoc est, Scio quòd vos populares per ignorātiam
60 fecistis, illud, quod principes vestri fecerunt per malitiam. Quarè, vt videre est Act. 4. durioribus verbis Diuus Petrus reprehendit principes, quod non facit in reprehendendo minores, vt videre est in cap. 3. Actuum, vbi habetur prædicta authoritas.

Porretta

Ex hac doctrina respondet Diuus Thomas ad omnia argumenta, quæ concludunt, quòd maiores cognouerunt Christum esse filium Dei naturalem. dicit, quòd debet exponi sic. Cognouerunt, idest cognoscere potuerunt, nisi apposuissent impedimenta odij, inuidiæ, & malarum affectionum.

Ad alia argumenta, quæ videntur probare, quòd, nec cognouerint ipsum esse Messiam, potes 61
respondere, quòd dicuntur non cognouisse, quia non correspònderunt cognitioni in effectu, modo, quo debebant; sed in eis præualuit sensus, & odium quando enim quis ex malitia peccat, scit vtiquè se malè facere, at præualet deprauatus af- 62
fectus, quo quis magis eligit, quod sibi placet, quàm quod dictat ratio, & propria conscientia. quarè verè, & realitèr Iudæi maiores insurrexe- 63
runt contra Christum agendo contra propriam conscientiam, ducti cæcitate, & malitia; adeò enim erant euidentia signa, quæ faciebat Christus & in promptu habere poterant scripturas, & audiebat Christum docentem, quòd ipse erat Christus, & quòd erat filius Dei; Et tamen vltrò clau- 64
serunt fenestras cordium, ne illustrarentur à veritate, quam in medio ipso lumine amiserunt.

Et si obijcias argumenta pro opinione Abulensis, Caietani & Medinę, quòd (inquam) omnes Iudæi passim tunc credebant Messiam regnaturum temporalitèr, in quem errorem fuerunt, & discipuli Christi, &c. Certè hæc non militant. 65
nam visis signis cogebantur ità credere, quòd esset Messias, idest habebant euidentiam, vt in at- 66
testante per ipsa miracula, nisi illa calumniassent ex malitia. Quis (quæso) opponeret miraculo de resurrectione Lazari? & tamen tunc magis insurrexerunt contra illum. Et vndè hoc? ex illorum malitia. Et quia erant Iudæi secundùm carnem, & non secundùm spiritum, quemadmodum patres eorum. debebant enim visis tantisq; miracu-
lis, simul cum attestatione propria, quam faciebat Christus asserendo se esse Christum, diligentiùs recurrere ad scripturas, vel ad ipsum Doctorem, & Magistrum Christum, & illuminati fuissent. Et licèt aliqua spectarent ad secundum aduentum nondum eis notum, vt dicitur inter argumenta pro Caietano, hoc non officit, quia non erat necesse simul cuncta peragi. vndè Christus, ne hanc excusationem haberent coram princi- 67 68
pibus accusatus, respondendo dicit. *Amodò videbitis filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna, & maiestate*. quibus verbis hunc secundum aduentum declarat; nec obstat item 69
assertum de discipulis, qui videbantur in eodem errore, nàm Petrus verbis claris confessus est ipsum Dei filium, ex qua confessione meruit audire. *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, &c.* nec est inconueniens Matth. 16.
aliquos adhuc carnales carnalitèr locutos fuisse; non tamen fuerunt in opposita dispositione, nisi Iudas, qui eum tradidit, de quò Gaudentius Bri- 70
xiensis tractat. in domini ordin. *Cum pro alijs Petrus respondit. Tu es Christus: &c. Iudas quòd corde non crediderat ore confiteri non poterat*. Vndè, & idem Caietanus distinguit, quòd inter maiores

res

res Iudæos aliqui erant peritiores, & forsan hi sciuerunt esse Christum Messiam.

Nec mireris in videndo me mordicus sustine-
71 re mentem apertam,& claram D.Thomæ: equidem hoc mihi iustum est, & omni ex parte debitum conspicio, & eò magis, quia non potest tergiuersari, quasi D.Thomas, vel loquatur dubiè, vel quòd in vno tantùm loco, in omnibus enim locis, in quibus de hac re sermonem habet, quasi
1. Cor. 2. excandescit, vt paulo post videbimus. Vide expositionem eiusdem istius sententiæ. *Si enim cognouissent, &c.* Vbi proposita dubitatione; *Respondeo* dicit. *Dicendum est ergò, quòd Principes Iudæorum pro certò sciebant eum esse Christum promissum in lege quod populus ignorabat, ipsum autem esse ve-*
72 *rum filium Dei non pro certò sciebant, sed aliqualiter coniecturabant, sed hæc coniecturalis cognitio*
73 *obscurabatur in eis ex inuidia, & ex cupiditate propriæ gloriæ, quam per excellentiam Christi minui videbant.* Nota ungula si placet, quia sunt verba aurea,& libètius hanc validè sustineo sententiam, quia A.R.P.Fr. Seraphinus Capponi à
74 Porrecta vir omni ex parte æqualis gemina pollens scientia,& per quam vera cognoscat,& optima diligat, hanc eamdem sententiam mordicus tenet ad mentem Diui Thomæ, vt videre est in Commentarijs super 3 p.locis citatis, & in præfationibus eiusdem Commentarijs, & examinibus, siuè annotationibus super capit. Ioan.19. per totum.

Et vt fatear verum anxiatum est cor meum super hoc dubio,& quantum mea fragilitas permittere potuit omnibus benè, & maturè consideratis mihi videtur Diui Thomæ sententia infragabilis. Quarè pro vlteriori declaratione,& tituli Christi Domini nostri manifestatione adduco ea, quæ sunt Diui Thomæ, & quæ ab hoc Excellentissimo Doctore Magnifico Porrecta dicūtur, quæ videntur redolere sanctitatem, ac firmita-
75 tem. Et qui alterius voluerit esse sententiæ sibi sit, videatq; quomodo incedat, neq; enim hactenus blasphemia apparet, quamuis partem vel sententiam teneas.

Quod in primis vrget me ad tenendum sententiam Diui Thomæ est, quòd vbiq; (vt dictum est) quando hic Doctor Sanctus loquitur de hac materia apertis verbis inuehit contra Iudæos aggrauando illorum malitiam, animique duritiem. In exponendo namq; illam D. Pauli sententiam
1.Tim. 1. 1.Timoth.1. *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea,* inquit. *Minus autem plus significat, quia aliud est ignoranter agere, aliud per ignorantiam. Ignoranter facit aliquid*
76 *qui adhuc si sciret faceret illud, vt qui in proyciendo sagittam, vt occidat feram, casu occidit inimicum, quem tamen libentiùs occidisset, si sciuisset inimicum. per ignorantiam vero facit, qui si sciret*
77 *nullo modo faceret sicut qui occidit patrem, credens*
78 *occidere inimicum. Paulus ergò verè per ignorantiam persequebatur Christum, quia si sciuisset,* 79
quòd Christus est filius Dei hoc non fecisset. Audi, quid subdat hic Sanctus Doctor, *de Iudæis verò non per ignorantiam, sed ignoranter occiderunt Christum, quia si sciuissent ipsum esse Christum libentiùs occidissent eum.* Et non est dubium, quòd D. Thomas loquitur in hoc loco de Christo in quantum filius Dei, vt patet ex verbis suprapositis, vbi de Paulo dicit, *quia si sciuisset, quòd Christus est filius Dei.* Nec enim potest loqui de Christo in quantum Messias tantùm, quia sic esset cōtrarius sibi ipsi in loco citato ex 3.p. quæstio.47. art.5. vbi expressè tenet, quòd maiores cognouerunt de facto Christum esse Messiam. patet ergò ex D. Thomæ doctrina, quòd Iudæi adeò erant
malè affecti contra Christum, quòd nullo modo, 80
quamuis superaddita maiori illius cognitione resipuissent, sed vrgentiùs in illum inuexissent. Et ideò, inquit D.Thomas in responsione ad tertiū.
Iudæi peccauerunt non solùm, tamquàm Crucifixo- 81
res hominis Christi, sed etiam Dei crucifixores, vt superiùs adnotabamus.

Nec obstat, quia D. Paulus fuit instructus de lege ad pedes Gamalielis, ac eò credendum est, quòd etiam Gamaliel laboraret eadem ignorantia, qua Paulus, & ipse etiam per ignorantiam
peccauerit. Hoc enim argumentum si fiat non 82
obstat, tum quia sermo est de vno particulari, de quo forsan potest admitti consimilitudo in ignorantia, secùs si vniuersaliter fiat sermo de omnibus
Iudæis maioribus. Et vlterius potuit quisquè 83
Magister in docendo communicare scientiam, non malitiam, de qua nobis potissimè est sermo. Siquidem experimur in nobis (practicè loquendo) quod non obstante quacumq; bona, & opti-
ma cognitione in nobis, imò,& fide, nihilominus 84
præualet affectus, & dominatur libido, & amor proprius, vsq; adeò, quòd remordente conscientia,& acclamante contra nos, agimus malum de-
tinendo veritatem, quasi carceratam in iniusti- 85
tia, vt idem inquit Apostolus alibi. & eo ampliùs, quia vt dicitur Prouerb.18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit.* quid? nul-
lus apponitur accusatiuus, ad insinuandum, quòd 86
omnis accusatiuus potest ad, ly, *contemnit*, apponi. Dicas ergò, quid contemnit malus, qui in pro-
fundum peruenit peccatorum. Adde quoduis, 87
videlicet legem, salutem, Sanctos, Deum, deniq; omnia bona. Et ad hoc profundum peruenerant Iudæi; quarè non mirum &c.

Sed re vera valdè admirabile dictu apparet, quòd Iudæi, qui inter omnia ab ipsis desiderabilia, hoc vnum ardentiùs desiderabant, nimirùm
aduentum Messiæ; pro quo consequendo suspi- 88
rijs, clamoribus, instantijs opportunis, & importunis ad Deum flagitabant, vt patet in tota lege veteri ferè infinitis locis, & quòd postea ipsum præsentem, non solùm non acceptauerint, imò & repudiauerint (& quod abhorret audire) ipsum crucifixe-

crucifixerint verbis,& factis. Hoc si benè,& inti-
mè consideretur,dicendum videtur,omninò im-
possibile esse;vel fuisse,quòd ipsi Iudæi scienter,
& prudènter contra eundem insurrexerint.Qua-
rè tutiùs apparet asserendum, quòd vtiq; potue-
runt, & debuerunt illum cognoscere, tamquàm
Mesiam:verùm de facto non cognouerunt.quis
enim velit dicere, Iudæos fuisse quasi peiores dæ
89 monibus,de quibus etiam dicitur,quòd si cogno-
uissent numquàm Dominum gloriæ crucifixis-
sent,idest crucifigi procurassent: nùm ipsi de nu-
Ps.73. mero illorum censendi sunt, de quibus dicitur.
*Et superbia eorum, qui te oderunt, ascendit sem-
per?* An dicendum,quòd odium illorum contra
Christum fuerit odium Dæmonum,iàm obstina-
torum in malo?

90 Audi (quæso) diuinam Sapientis sententiam,
quam habet Prouerb.30. *Duplex generatio diffi-
cilè corrigitur,illorum qui sibi docti videntur,& il
lorum,qui iustos se tenent. generatio, cuius excelsi
sunt oculi & palpebræ eius in alta surrecta;gene-
ratio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lo-*
Greg. *ta à sordibus suis*. Vbi Gregorius 34.Mor. *Dum
humilitatem, quæ mater est virtutum nesciunt, v-
sum sui laboris perdunt.* Tales proculdubio erant
91 Scribæ,& Pharisæi. Nam qui credit se mundum,
& simul dominatur superbia in illo iacta est alea.
92 tange montes,& fumigabũt.omni ex parte emit
tent venena,& flammas furoris.

Queris ergò quomodo possibile est,quòd tàm
93 ardens desiderium,posita re desiderata in existẽ-
tia,extinguatur. fuitne verum illius desiderium,
an non? & si fuit verum, cur non quiescunt ipsa
consecutæ? cur non maximè in illa oblectantur?
cur non gaudent imò,& conuocant amicos ad pa
riter gratulandum?Heu,heu.audeo dicere illud,
94 quod de Dæmone asseritur. *Ille in veritate non
stetit*. quare? *quia erat homicida ab initio?* quo-
95 modo?quia seipsum occiderat inordinatè aman-
do seipsum, & plusquàm iustum esset appetendo
96 propriam excellentiam. hac de causa in veritate
non stetit. Hoc modo Hæretici audent deprauа-
re scripturas, & ad proprium trahere sensum.
quia sunt sui ipsius amatores. Caueamus ab hu-
iusmodi generationibus, quarum excelsi sunt o-
culi, & quæ sibi mundæ videntur, & tamen non
sunt lotæ à sordibus.à quibus sordibus?nimio(in
quam) amore proprio. His præsuppositis appli-
cando ad nostram intentionem, ad vlteriora pro
grediamur, & diligentiùs percipiamus causas
tanti erroris iudæorum. Patere benigne Lector
discursum gratum, & qui tibi, ni fallor erit acce-
ptus.

Nulli dubium est, quòd oportebat impleri in
97 Christo,quæ erant prædicta de Mesia.inter alia
verò,quæ prædicta sunt de Mesia,hoc vnũ fuit,
quòd apertè, & acriter debebat reprehendere
publicos peccatores,qui erant in scandalum alijs
iuxtà illud in persona Hieremiæ de Mesia dictũ
Hier.1. cap.1. *Ecce dedi verba mea in ore tuo,vt euellas,&
destruas,& disperdas,& dissipes,& ædifices,& plã
tes.* Vt verò ait Hieronymus. *Aedificari non pote- Hier.
rant bona, nisi prius essent destructa mala, nec* 98
plantari optima,nisi eradicarentur pessima. Quia
ergò in tantum creuerat malum inter iudæos,
quòd non erat facinus, quod in illis non reperi-
retur. Hocq; tantum malum prodibat tamquàm 99
à radice ab ipsis Scribis,& Pharisæis,necnõ Prin
cipibus iudæorum,vt iam tota multitudo esset in
secta nequitijs illorum. quapropter Christus vo- 100
cat eos generationem malam, & adulteram, ip-
seq; Christus voluit, quemadmodum, & debuit
fungi officio suo. Videlicet arguendo,& corripi- 101
endo. iudæi verò maximè maiores odio habue-
runt corripientem in porta, idest publicè, & *lo-*
quentem perfectè abhominati sunt, vt dicitur A- Amos 1.
mos 1. Quarè?Quia erant superbi corde,seq; mũ
dos existimabant,ideò non obstante cognitione,
quam habebant, quòd esset Mesias impatientes 102
correctioni insurrexerunt contra illum, nec non
persecuti sunt, vsq; ad mortem. Et vt apertè vi-
deas duritiem istorum,attende,quæ dicit Beatus
Stephanus ad illos,vt habes Act.7. *Dura ceruice,* Act.7.
& incircumcisi cordibus,& auribus. vos semper 103
*Spiritui Sancto restitistis, & quem prophetarum
non sunt persecuti patres vestri?* ex qua B.Stepha
ni sententiâ,patet quòd iudæorum malorum,ma
li patres;ideò persecuti fuerunt sanctos Dei pro-
phetas,quia erant dura ceruice, & cordibus, au-
ribusq; incircumcisi,idest,quia in superbia,quam
importat,ly, *dura ceruice*, non recipiebant: imò 104
vt spiritualiter incircumcisi, negligebant incre-
pationes sibi factas, & (quod peius est) eosdem
prophetas in porta,idest palàm,& publicè corri-
pientes peccata eorum,odio vsq; ad mortem ha
bebant. in cuius rei signum malos prophetas, 105
qui sibi loquebantur placentia, amabant, pasce-
bant,& defendebant. Vide 3.Reg.18.malos pro
phetas octingentos quinquaginta comedere de
mensa Iezabel, & cap.19. ipsam Iezabel perse-
qui Heliam in vindictam occisionis illorum pro-
phetarum, & cap.22. Achab prophetas placen-
tia sibi ipsi loquentes,amicos;contraria autem li
cèt vera loquentes inimicos habere. Hæc ergò
causa fuit odij contra Christum:& quia illum se- 106
quebatur populus ei inuidebant;sed quarè Chri-
stus reprehendebat eos? quia officium Mesiæ e-
rat reprehendere vitia maximè publica, idest,
quæ erant in damnum publicum. ergò illum cru 107
cifixerunt,quia Mesias, ergò vera causa crucifi-
xionis hæc est,quia Rex iudæorum.

Miraris adhuc, nec percipis, quomodo iudæi
ausi fuissent occidere Dei filium, etiam dato,
quòd cognouissent illum esse verum filium Dei.
Et eò amplius, quia Apostolus dicit, quòd *si co-
gnouissent numquam Dominum gloriæ crucifixis-
sent.* Licèt ad hanc auctoritatem breuiter dicere
possemus, quòd intelligitur de Dæmonibus; qui
si cognouissent fructum passionis Christi nullo
modo illum crucifixissent,non propter reueren- 108

tiam, sed tantùm propter inuidiam, & malignita
tem, ne sequeretur fructus nostræ Redemptio-
Medina nis. Ità dicit Medina in vltimo expositionis hu-
ius articuli quæstio. 47. articu.5. dicit enim sic.
Illud tamen considerandum est, quòd cum dicit D.
109 *Paulus 1.Corinth.2. Si cognouissent numquàm Do*
minum gloriæ crucifixissent. non intelligas Paulum
negare his verbis, quòd Dæmon cognouit Christum
esse Dei filium, sed negat cognouisse, & præuidisse
se morte illius esse damnandum. De hoc enim mi-
sterio a sæculis abscondito loquitur, cum dicit, si e-
110 *nim cognouissent numquàm Dominum gloriæ cru-*
cifixissent: & subdit. *Hic est verus commentarius*
huius sententiæ Diui Pauli. Verùm Iudæi non ob
stante tali cognitione posita, adhuc libentiùs oc-
cidissent. quarè? quia data cognitione excellen-
tiæ maioris de Christo, putà quòd esset filius Dei
111 dabatur simul maius obiectum inuidiæ, si affuis-
set; quoniam obiectum inuidię illius, cui inuidet,
est excellentia. Et sic patet, quòd cognitione ex-
cellentiæ de Christo augumentata, simùl etiam
augebatur obiectum inuidorum, & per conse-
112 quens inuidia Iudæorum si à nullo impedita ste-
tisset, fuisset facta maior, & propterea ipsi liben-
tius occidissent, vt in dicto loco ad Timotheum
intellexisse voluit D. Thomas, quarè formalitèr
accipienda est sententia Diui Apostoli, videlicèt
113 quantum sit ex vi talis cognitionis. Et si Iudæi in
illa stetissent, nec fuissent alio impediti, nimirùm
per inuidiam, & odium superadditum tali co-
gnitioni, haud dubium quòd non occidissent.
nam cognitio, quòd aliquis sit verus Dei filius,
114 quantum sit ex sui natura parere debuisset reue-
rentiam, amorem, nec non filialem timorem ad
illum. at superueniens passio odij, & inuidiæ, prę-
Occum. ualuit. Vndè Occumenius ità exponit. *Si cognouis*
sent Pontifices, & Pharisæi, quòd à Cruce tanta
gentibus futura esset salus, nequaquam ad hoc per
115 *uenissent, vt eum crucifigerent, eligentes potiùs*
inuidia tabescere, quàm vt gentes saluæ fierent.
& ipsis eiectis illæ eorum loco substituerentur. Ex
116 qua expositione vides, quàm fuerint inuidi He-
bræi, & de gloria Christi, & de salute gentium, si
illam cognouissent futuram, & quòd tanta inui-
117 dia contra Christum non fuisset edomita, nisi per
inuidiam maiorem, quæ fuisset excitata, ex con-
uersione gentium, cum illorum eiectione. Hoc
experimur (& vtinam non in nobis) cognoscimus
enim, & certa fide tenemus quantum Deo debea
mus, & quomodo in sanctitate, & iustitia debea-
118 mus coram illo ambulare, & tamen (heu nos in-
sensati) diuagamur in vitia, nec blanditijs, nec mi
nis, nec flagellis emendamur. & qua de causa?
quia veritatem cognitam, ceù carceratam in no-
stris malis affectibus tenemus, nec eam consequi
119 suum effectum (ducti peruersa voluntate) permit
timus. Et breuiter alia est (vt passim adnotant, &
Philosophi, & Theologi) cognitio speculatiua,
alia practica; namque possumus habere intelle-
ctum bonum, & malam voluntatem; quòd plur-

bus exemplis possemus manifestare, etiam in Sa-
cra Scriptura. Verùm sufficiat pro nunc illud Sau
lis, qui vt dicitur 1.Regum 24. optimè cognosce- 120
bat Dauidem iustum, & rectum, quod quando-
què confessus est apertis verbis dicens. *Iustior tu*
es, quàm ego sim; & nihilominus durissimè perse-
quebatur illum, vt eum occideret; nec destitit do
nec Dauid se absconderet in spelunca. Quod my
sticè possumus intelligere de Iudæis persequen-
tibus Christum, quoadusq; se abscondit in spe- 121
lunca sepulchri eius secuta morte. Et si *Ira*, iuxtà
vulgatum prouerbium, *impedit animum, ne pos-* 122
sit cernere verum; nimirùm ad illud diligendum,
amandum, & prosequendum: quid de odio, quid 123
de inuidia dicemus? Sed certè non est aliundè di-
uagandum, nam Herodes scienter, & prudenter
occidere procurauit Christum, quem ex verbis
Hebræorum credebat Messiam, & Regem Iu- Matth.
dæorum, solùm cupiditate regnandi. Quid ergò 2.
mirum de Iudæis in passionibus Herode peiori-
bus. Et si maiora vis ad apertè habendam hanc
veritatem, quòd (inquàm) stante cognitione irrue
rint in Christum, vsq; ad mortem. Recole, quod 124
familiare erat Iudæis ipsum repudiare, non ob-
stantibus beneficijs, & aperta protectione, quam
de illis habebat, si in aliquo particulari ipsis de- 125
fuisset ad vota. insurgebant etiam contra ipsum
Deum, & in faciem, (vt ita dicam) idola adora-
bant. Et duo sint pro nunc tibi exempla. primum
quod habetur Exo.32. proptèr hoc solùm, quòd Exo.32
Moyses diutius morabatur super montem cum
Deo loquens, plusquàm voluissent, fecerunt vitu
lum conflatilem, illumquè adorauerunt. Quarè 126
Deus irridendo ait. *Hi sunt Dij tui Israel, qui te*
eduxerunt de terra Aegypti? O admirandam insa-
niam Iudæorum, proprijs oculis, viderat paulò 127
ante populus Iudæorum, quòd Deus verus, idest
Deus Abraham, Isaac, & Iacob patrum suorum,
& non vitulus, ille de nouo conflatus (cum non es
set adhuc) eduxerat eos de terra Aegypti, per
mareq; rubrum traduxerat, aliaq; mirabilia per-
egerat, vt habetur ibidem cap.13.14.16.17.&c.
Et tamen, ac si propriorũ sensuum obliti, omnia
hęc sub vno nomine eductionis, videlicet de Ae-
gypto attribuunt idolo à se confecto nouitèr,
quod sciunt pro certo (si sensu exteriori saltem,
vt bestiæ vtantur) non fuisse tunc quando egressi 128
sunt de Aegypto; & tamen postposuerunt verum
Deum huic Idolo. Hoc idem habes in consimili
1.Regum 8. quando filij Samuel non rectè pro eo 1. Reg.
iudicantibus, petiuerunt sibi Regem dari, de quo 8.
afflictus Samuel rogauit Dominum, qui respon-
dit. *Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem su-* 129
per eos, hoc in consolationem Samuelis: & vt eos
terreret ab intentione tirannide Regis futura il-
lis proposita, nec ob hoc resipiscere curarũt. Qua
re Deus dixit Samueli. *Audi (pro exaudi) voces eo*
rũ, & da eis Regẽ. En vides quomodo faciles sint
ad inuertendã cognitionẽ, quã habent de Deo, &
quã facilè obliuiscũtur illius; Nõ ergò mirũ. &c. 130
Fa-

131 Fatemur ergò, quòd Iudęi de facto non cogno
uerunt Christum esse filium Dei (saltèm natura-
lem) si tamen cognouissent, & in animis eorũ per
seuerassent impedimenta apposita odij & inuidię
nihilominus crucifixissent.

D.Th. Nec mea est sententia ista, sed D.Thomæ 1.
ad Timoth. 1. vt dictum est, quam effusiùs sequi-
tur Porrecta, & ego ambos, (vt mihi iustum est)
imitor in sententia. Cui sententiæ fauet parabo-
132 Matth. la Matthæi 21. quòd *Agricolæ videntes filium di-*
21. *xerunt intra se, hic est hæres venite occidamus*
eum, &c. De facto autem cognouerunt illum esse
Messiam, licèt non omnia habuerint signa secun-
dùm intellectum ipsorum Iudæorum, qui crede-
bant malo intellectu, illum regnaturum tempo-
raliter. Et si his addas, quòd stante tali opinione
Iudæorum, quòd Christus, siuè Messias esset re-
133 gnaturus temporaliter, visóq;, quòd minimè hoc
modo regnaret; quarè nec suas potuerunt adim-
plere voluntates, vt bonis satiarentur tempora-
libus, & à malis liberarentur, nimirùm captiuita-
tibus, & alijs contemptui eum habere cæperunt,
134 quasi decepti in spe, quam de illo habebant, non
obstante, quòd crederent ipsum verum Messiam
in lege promissum (de maioribus Iudæis, & peri-
tioribus semper loquimur) eo modo, quo si quis
magni Principis expectet aduentum propter ali
quod sui commodum, & vtilitatem, quam sperat
ab illo habituram; postea cum venerit, si sibi ni-
135 hil boni impertiatur ad voluntatem, imò visis
multis eius defectibus, princeps agat contra ip-
sum. Tunc sine dubio talis in corde suo detesta-
tur talem principem, & odio habet illum, & nol-
let ipsum regnare super eum: non quòd talis prin
ceps iniustè agat contra istum, sed quia iste cum
Prou. sit male affectus, odit increpationes, more stulto-
12. rum, vt dicitur Prouerb. 12. Vndè simul credit il-
lum esse principem, nihilominus eum odio ha-
bet victus amore proprio. Hoc prorsus modo se
136 habuerunt Iudæi erga Christum. Eum tamquàm
principem valdè exoptabant, sperantes multa
bona temporalia ab ipso; at viso alitèr disponi
negotium, & quòd vlteriùs validissimè reprehen
debat detestando illorum vitia, & vsq; ad intima
cordium penetrando nequitias illorum; eũ odio
habere cæperunt, & quidem gratis. Quarè non
obstante cognitione, quam habebant, quòd esset
137 verus Messias, illum persecuti sunt, maximè, quia
illum purum hominem existimabant. Et hoc est,
Io. 15. quod dicit Christus Ioan. 15. *Nunc autem, & vi-*
derunt me, & oderunt me, & patrem meum. Quod
dictũ refert hanc cognitionem, quam habuerunt
138 de ipso Christo, quòd esset Messias, visis miracu-
lis, & attestationibus de illo per SacrãScripturã.
Sola ergò inuidia, & odiũ intimè conceptũ cõtra
Christũ, tãquã contra apertũ correctorem, & re-
prehensorẽ fuit in causa, quòd illũ crucifixerint.

Quòd si adhuc pleniùs, & moralitèr cupis sci-
139 re hanc veritatem, accipe, quæ referuntur à Cice
rone de natura Deorum, quod quidam Philoso- Cicero.
phi, vt liberiùs peccarent, negabant Deum esse, 140
ducti hac ratione dicentes: si Deum esse dicimus
intollerabile super nos pondus tollimus, vbi duo
dicebant primum, quòd *Deus non esset*; & hoc e-
rat omninò falsum. etiam in cordibus istorum,
quia ore poterant hoc negare, non tamen corde.
secundum erat, quia ponendo Deum esse pariter
ponebant pondus intollerabile super seipsos, &
hoc est verum; quòd Deus sit pondus, patet ex 141
sententia Iob 31. Vbi de seipso loquens dicit. Iob 31.
Semper, quasi tumentes fluctus timui Dominum.
quid sequitur? *& pondus eius ferre non potui.* Est
ergò pondus. Sed ais, & quomodo cum sit spiri-
tus. Attende discursum istorum. sic enim deduce
bant. Si Deum ponimus ergò sapientem, ergò 142
omnia scientem, ergò bonum, ergò iustum, ergò
iudicantem peccata. Quod videntes philosophi,
vt liberiùs peccarent, suisq; vacarent affectibus,
sine remordente conscientia, consuluerunt tutius
ipsis esse negare *Deum esse*. Certè hoc idem agit 143
ex parte omnis peccator, dum peccat, quia vel
confingit Deum non esse, vel non videre, vel non
curare de humanis, vel miseraturum. Iudæi, qui
iam in profundum peccatorum venerant, malue- 144
runt occidere Messiam, Deiq; filium, ne super il-
los regnaret. Quarè, & dicebant, *nolumus hunc re*
gnare super nos. Et ne regnaret tradiderunt illum
Pontio Pilato crucifigendum. Quarè? Quia pon-
dus erat illis ex quo acriter illos reprehendebat:
Odio habuerunt corripientem in porta, idest mani- Amos
festè, vt diximus cum Amos propheta c. 5. c. 5.

Veritas à quocumq; amatur, quia verè est ama 145
bilis, cum sit, & bonum, & perfectio intellectus:
at practicè, & in proprium damnum omnes illam
cauent. Vis exemplum (nam de hac re locuturi su
mus alia occasione) narrat Ioannes Raulinus in
suis sermonibus de quodam seruo, qui in suo mi- 146
nisterio erat valdè gratus domino suo. Verùm cõ
tigit, quòd non amplius sufferre poterat onera
Domini sui, quarè morigeratè se habens erga
Dominum suum instabat pro licentia se abdican
di ab illius seruitute. quod audiens hærus ægrè
tulit dicendo verbis lenibus, quòd sufferret ser-
uitutem, quia sibi valdè gratus erat. tunc seruus
mallens Domino, quàm sibi placere sustinuit, sed
non multum potuit perseuerare, quòd denuò se
licentiauit, dicendo se non posse diutius sufferre
labores. quod Dominus minimè acceptauit, sed
magis lenioribus verbis, quòd secum maneret
adhortabatur. Vndè seruo benè visum fuit age-
re negotium cum amico sibi mùltum affecto, pro
aliqua expeditione opportuna, vt se posset abdi-
care à tali seruitute. Amicus prudens consuluit
hoc modo, dicens. Non existimes hanc rem ardu-
am, sed perfacilem. ostendam tibi modum. Atten
de aliquam occasionem, vt possis Domino tuo
apertis verbis aliquam veritatem exprimentem
aliquem suum defectum sibi opponere. tunc tibi

dabitur ampla facultas discedendi. Acceptauit consilium, & nactus occasionem, cum ambo causa spatiandi exissent domo, & accessissent ad muros oppidi, perspiciendo huc, & illuc videbatur Domino, quòd videret aliquem à longè venientem, & familiaritèr dixit seruo suo. En video hominem accedentem per talem viam, tunc seruus, falleris Domine mi, non enim homo est, qui accedat ad nos, sed equus. Et verè sic erat. Tunc iratus Dominus dixit, an forsan tu vides melius, quàm ego? Dixit seruus, equidem, quia iuuenis sum, & sanus oculis, tu autem ætate maturus, & oculis lippis (vt verè erat.) Tunc non in ira, sed in furore positus Dominus illico verbis vrgentibus & iniuriosis dixit. Abi in malam rem, nec amplius intres domum meam. Et statim seruus recessit gaudens bono consilio sibi dato ab amico. Vnde quod blandè obtinere minimè potuit, dicendo veritatem consecutus est, quia iuxta Prouer. *Veritas odium, obsequium amicos.* Quid dicimus ad propositum nostrum? En Iudæi, donec fuerunt in spe, vel opinione, quòd Messias sibi placentia diceret, conferretq; bona, benè omnia.
Ter. in And.
147
148 Vndè & Herodi hilaritèr exposuerunt, quòd Rex Iudæorum in Bethlehem nasciturus erat. At viso, quòd contrarium ipsis accidebat, & quòd graues erant ipsis illius reprehensiones, eiecerunt ex
149 tra domum dicentes, *nolumus hunc regnare super nos*. Præualet ergò amor proprius cuicumq; cognitioni rectæ. Et liberet nos Deus ab homine sciente, & malè agente. optimo enim contrariatur pessimum, & optimæ cognitioni pessima e-
150 xecutio in male affecto. Quarè Iudæi maiores nó solùm fuerunt contenti peccare tradendo ipsorum Regem, & Messiam ad mortem, sed seducen
151 do omnem populum, ad suam peruersam voluntatem eum traxerunt, vt omnes clamarent: *Crucifigatur, crucifigatur*; præponentes Barrabam ipsi Iesu, quemadmodum & nos in passione positi,
152 relinquimus Iesum, idest recta, & iusta, vt satisfaciamus Barrabæ, idest sensui, qui est latro animarum, & ideò rectè percussi sunt cæcitate, sic quòd vsq; in hodiernum diem *velamen est super corda eorum*, vt inquit Apostolus. Et hoc est, quod prædixit Deus de illis Deuteronom. 18. vbi ex pro-
2. Cor. 3.
153 fesso sermo habetur de Messia, his verbis. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq́ ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba*
Deut. 18.
154 *eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, Ego vltor existam.* Vbi Chrysostom. *Vides hoc in nullo impletum, quàm in Christo solo. Etenim multi prophetæ surrexerunt, & tamen omnes parum*
Chrys.
155 *auditi sunt, attamen Iudæi nihil sunt passi; hunc autem, idest Christum, quia non audierunt, vagantur erratici, fugitiui, & exules oberrantes vbiquè exclusi à sua ciuitate, & à paternis legibus in ignominia, & vltionis pœna.* Item Lactantius lib. 4. cap. 17. *Denuntiauit,* inquit, *Dominus per ipsum*
Lact. Firmia.

legiferum, quòd filium suum, idest viuam præsentemquè legem missurus esset, & illam veterem per Moysen datam soluturus, vt denuò per eum, qui esset æternus, legem sanciret æternam. Quia ergò Iudæi non audierunt Christum verum Messiam, imò crucifixerunt, meritò subijciuntur infinitis malis. De quibus sua dicetur occasione.

Vt enim benè inquiunt Doctores, aliqui impugnant veritatem etiam agnitam propter illarum peruersam voluntatem, siquidem voluntas quando fuerit mala rapit quasi mobile primum alios motus virium inferiorum, ac eò etiam deprauat intellectum, vt nolit sapere, quæ sapienda essent exempla huius habemus, vt dictum est in Herode, qui audito à Magis *vbi Christus nasceretur*, nimirùm quòd *in Bethlehem*, quemadmodum scriptum erat, &c. intentio quidem eius fuit adorare, cæterùm audito quòd futurus esset Rex diuertit in machinationem occidendi, hoc idem patet in Saul cui præcisa clamide à Dauid, dixit: *Iustior es me nunc scio, quia verè regnaturus sis in Israel.* At nihilominus persequebatur. Aliqui sunt qui impugnant veritatem agnitam propter auaritiam, vt patet in malis aduocatis, qui post cognitam iniustitiam causarum adhuc tuentur, ac defendunt, de quibus bene dicit. *Væh qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Et Iob 12. *Adducit consiliarios in finem stultum.* Aliqui eandem impugnant ex praua consuetudine loquendi, vel faciendi mala, vndè Aristot. 2. Metaphysi. *Consuetudo audiendi falsa, magnum est erroris principium.* Alij eam impugnant ex arrogantia, vel superbia, vt Pharisæi, de quibus dictum est, *vos semper Spiritui sancto restitistis.* Aliqui ex verecundia, & hi minus mali sunt huiusmodi in errorem comprehensi, se excusant erubescentes cótra quos Psalmista, & *scuta*, idest excusationes, quæ pro tutamine accipiuntur, *combaret igni.* Vltimi, qui & pessimi, sunt qui ex inuidia, hi etenim omninò scientèr, & prudentèr se veritati agnitæ opponunt ex mero odio, de quibus Regius Psaltes: *Retribuebant mihi mala pro bonis, quia sequebar bonitatem.* In horum numero procul dubio erant Iudæi, maximè maiores, qui non obstante, quòd Christi bonitatem in aperto haberent, nihilominus eum persequi elegerunt modo, & causis, prout dictum est.
156
157
158
159 Isa. 5. Iob 12.
160 Arist. 2 Metap.
161
162 Ps. 45.
Ps. 34. 163

Patet ergò ex omnibus supradictis effuso sermone, quòd vera, & realis causa crucifixionis Christi, ipsaq; sola fuit, quarè crucifixus est Saluator noster, quia erat *Rex Iudæorum*, & quòd non ob aliam causam tradiderunt illum Iudæi Pilato vt crucifigeretur, quia erat Rex illorum. Et quòd de facto Iudæi maiores, & peritiores cognouerũt ipsum, ceù Messiam, & Regem ipsorum; verùm quia non placentia, sed contraria præsumptionibus eorum dicebat, nec temporalia ministrabat, quæ intimiùs expectabantur à Iudæis, quasi stomacati de tali regimine, licèt expectato, eum repudiaue-

pudiauerunt,declarantes verbis,& factis se nolle
164 ipsum in Regem. Et non obstante quauis illius innocentia allegata à Pilato, voluerunt eum occidi,quod vtiq; fuit à Deo permissum alijs de causis. Et sic prudenter,& scienter,& contra propriam conscientiam præualente odio,& inuidia eorum contra Christum, eundem crucifixerunt. Et licèt id negent Iudæi,vt dicemus magis in sequẽtibus, tamen veritas hæc ipsissima est, quòd ob hanc causam,& non aliam crucifixerunt. Quæ cõclusio irrefragabiliter demonstratur ab Euangelistis, cum hanc, & non aliam causam allegent in titulo illius capiti superposito. Etiam quòd Iudęi obstiterint. Quapropter & si nulla alia ratio esset ad probandum hanc tituli veritatem; sufficere de-
165 bet Christiano Lectori,quòd ita tradunt Euangelistæ,qui mentiri non possunt. Nec ad metaphysicas speculationes recurrere debes,dicendo quòd talem titulum expresserunt Euangelistæ,quia in rei veritate Christus erat, & est Rex Iudæorum,
166 non tamen sequitur,quòd ideò Iudæi illum crucifixerint,hac ratione quia esset Rex Iudæorum, sed quia ipse sic dixerat,vt patebit in mox sequẽti puncto. Nam ex hoc,quod se dicat Regem,nõ propterea damnandus esset;posset enim quis stultè dicere hoc. Sed necesse est,quòd vel se fecerit
167 Regem, quòd non habetur in Sacra Scriptura, imò cõtrarium constat,vt superiùs allegatum est: vel quòd verè esset Rex Iudæorum. Et quia in criminalibus debet constare accusatoribus de delicto,vt patet.

168 Ideò omninò dicendum est, quòd eum agnouerint suum Regem, & Messiam, & postmodum passionibus, & amore proprio ducti, necnon impatientes correctionibus,eum crucifixerint. Nec video quomodo possit huic rationi congruè satisfieri,salua reuerentia dicentium. Est ergò titulus verus, & proprius Christi. *Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum.* Et hunc in corde tuo scribere de-
169 bes,vt fructum Redemptionis percipere valeas.

Quarè D.Thom.in sua Catena aurea in expo-
D.Tho. nendo hunc titulum, habet hæc verba. *Non possum dignè admirari pro rei magnitudine,quòd emptis falsis testibus, & ad seditionem, clamoremq; infœlici populi concitato,nullam aliam inuenerunt
170 causam interfectionis eius, nisi quòd Rex Iudæorum esset, & illi forsitan illudentes, irridentesquè hoc fecerunt.* Et Remigius.
Remigius. *Diuinitùs autem procuratum fuit, vt talis titulus super caput eius poneretur, vt per hoc Iudæi agnoscerent, quoniam nec etiam occidendo facere potuerunt, vt eum Re-
171 gem non haberent,per mortis enim patibulum non amisit imperium,sed potius roborauit.* Et Origenes.
Orig. *Princeps quidem sacerdotum secundum litteram legis portabat in capite suo sanctificationem Domini scriptam: verus autem princeps Sacerdotum,& Rex,Iesus in Cruce quidem habet scriptum* Et Rabanus. *Quia enim Rex simul,& Sacerdos est*
Raban. *cum sua carnis hostiam in altari Crucis offerret Regis quoquè dignitatem titulus prætendit; qui non infrà, sed supra Crucem ponitur, quia licet in cruce pro nobis,hominis infirmitate dolebat,super crucem tamen Regis maiestas fulgebat, quam per crucem non perdidit, sed potius confirmauit.* 172
Hæc de secundo quæsito,videlicet tituli veritate dicta sufficiant.

QVAESITI TERTII SVMMAR.

1 *Cur Pilatus noluit nec in minimo immutare titulum Christi.*
2 *Pilatus in re minima se inubanum ostendere videtur.*
3 *Pilatus satisfacit Iudæis in re maxima, nimirùm Christi morte,non tamen in re minima, videlicet Christi tituli immutatione.*
4 *Discrimen quale inter hoc,quia ipse dixit,& absolutè Rex est Iudæorum.*
5 *Christus dixit pluries se Regem Iudæorum.*
6 *Petrus ob sui præclaram confessionem meruit sublimari.*
7 *Idem est confiteri Christum Messiam, & Regem.*
8 *Christus apertè Samaritanæ confessus est se esse Messiam.*
9 *Martha confitetur Christum verum Deum.*
10 *Christus quasi reddendo gratiam Marthæ Lazarum resuscitauit.*
11 *Christus Pilato interroganti fatetur se Regem esse.*
12 *Pilatus firmiter credidit Christum innocentem.*
13 *Pilatus conatur pluribus modis liberare Christum.*
14 *Christus non ob aliud flagellatur,nisi vt liberetur ab ira Iudæorum.*
15 *Mos Iudæorum qualis in gratiam Religionis, & solemnitatis.*
16 *Christus innocens comparatus Barabbæ viro sceleStissimo.*
17 *Iudæorum odium contra Christum superarit Pilati opinionem.*
18 *Consuluit Pilatus honori Iudæorum dicendo Regem vestrum crucifigam?*
19 *Vxor Pilati anxia de Christi liberatione.*
20 *Somniorum quatuor genera sunt.*
21 *Somnium morale,quod sequitur studia,& cogitationes bonas quale sit.*
22 *Somnia Sanctorum non vacant à merito.*
23 *Documentum pro merendo in somnis.*
24 *Somnia multa à Deo immissa.*
25 *Somnia Diabolica quæ, & quomodo semper ordinata ad malum.*
26 *Dæmon timens sibi media vxore Pilati conatur liberare Christum secundùm aliquos.*
27 *Dæmon certo cognouit Christum Messiam, non tamen eius diuinitatem.*
28 *Somnium vxoris Pilati à Deo immissum credendum est,vt probaretur Christi innocentia.*

29 Signa in Christi morte argumenta fuere sua innocentiæ.
30 Lotio manuum nil profuit Pilato.
31 Facinus Iudæorum maius eò quòd fuit Pilati.
32 Pilatus relinquendo iudicium proprium de Christi innocentia peccauit.
33 Iudæorum mos lauare manus pro signo innocentiæ.
34 Firma est sententia Pilati, quòd Christus sit innocens, & tamen condemnat.
35 Voluntas Pilati violata in maximo, non potuit violari in minimo & quarè.
36 Oppositio omnis contra Christũ euacuata fuit.
37 Certitudinis tituli Christi causa quærenda est, & per ordinem ad Deum, & ad homines.
38 Iudæi quarè mouebant se ad inuersionem tituli Christi.
39 Inuidebant Iudæi, quòd alia causa exprimeretur mortis Christi à causis latronum.
40 Iudæorum intentio fuit arguere Christum de vsurpato Regno & intrusione.
41 Titulus Christi verè discernebat illum à latronum crucifixione.
42 Nõ refert scribere Rex, vel quia ipse dixit quantum sit communiter vtiq; in Christo.
43 Notum erat omnibus, quòd Pilatus habuit Christum pro innocente.
44 Pilatus manutenendo titulum declarauit Christum verè Regem Iudæorum.
45 Pilatus nõ solũ scripto sed verbis familiaribus declarauit Christi innocentiam.
46 Latronibus an fuerint appositi tituli.
47 Tituli latronum non fuerunt scripti tribus linguis.
48 Helena ex titulo discreuit crucem Christi.
49 Tituli qualitas fuit causa discretionis à crucibus latronum.
50 Euangelistæ non curarunt dicere de titulis latronum; & quarè.
51 Pilatus voluit vindicari contra Iudæos per titulum Christi.
52 Tribus linguis voluit Pilatus inscribi titulum vt omnibus innotesceret ingratitudo Iudæorum.
53 Tria in titulo Christi valdè consideranda.
54 Iudæi crediderunt Christum astutè velle euadere, cum dixit: Regnum meum non est de hoc mundo.
55 Timuit Pilatus Iudæos instantes, quia verè Christus dixit se Regem esse.
56 Pilatus condemnando Christum suæ consuluit indemnitati.
57 Timores duo in Pilato, vt dimitteret Christum
58 Pilatus cognouit ex verbis Christi, quòd peccaret damnando illum.
59 Maximo timore percussus Pilatus damnauit Christum.
60 Pilatus per titulum curauit honestare Christi mortem.
61 Pilatus existimauit paruipendi à Iudæis non consentientibus liberationi Christi.
62 Pugna nulla maior, quam inter passiones.
63 Pugna maxima inter passiones Iudæorum, & Pilati.
64 Irascimur maximè contra contemnentes, quæ amamus.
65 Paruipensio, & despectio sunt motiua iræ.
66 Pilati eminentia supra Iudæos fuit in causa, quod magis apprehenderet sui contemptum.
67 Pilatus vidit nullum sibi sequi damnum in manutenendo titulum Christi.
68 Christus traditus est morti à diuersis diuersa intentione.
69 Deus pater tradidit Christum ex charitate.
70 Christus tradidit se ipsum ex charitate, & obedientia.
71 Iudas tradidit Christum ex cupiditate.
72 Milites crucifigentes tradiderunt Christum ex mandato Pilati, ipse vero ex timore.
73 Peccatum Iudæ in Christi morte grauissimum propter duo.
74 Mors Christi fuit mors Dei in natura humana.
75 Iudæi excesserunt peccata parentum suorum, & quomodo.
76 Peccatum Iudæorum ex malitia fuit.
77 Peccatum Iudæorum in morte Christi colligit omnem malitiam.
78 Peccatum Iudæorum fuit contra iustitiam.
79 Peccatum Iudæorum fuit impietatis.
80 Peccatum Iudæorum fuit infidelitatis.
81 Peccatum Iudæorum fuit sacrilegium.
82 Peccati genus triplex.
83 Peccatum originale maximum, quia totam naturam inficit.
84 Peccatum personale vnicuiq; grauius est.
85 Peccatum Iudæorum in occidendo Christũ fuit singulare secundum Bernardum.
86 Iudæi Deicidæ dici possunt.
87 Peccatorum nulla comparatio ad Christi mortem.
88 Peccatum occisionis Christi grauiùs peccato odij in Deum, & blasphemiæ, &c.
89 Odium Dei aliquod potest dari quod sit grauius occisione Christi.
90 Voluntas odientis Deum non potest esse efficax vt Deus non sit.
91 Voluntas efficax non est impossibilium.
92 Voluntas occidendi Christum fuit efficax.
93 Odium Dei in se, & occisio Christi mutuo se excedunt.
94 Occisio Christi fuit læsio rei maximè Deo coniuncta.
95 Occisio Christi grauior desperatione Iudæ ex parte termini.
96 Adam poterat se facillimè cohibere à peccando.
97 Adæ peccatum grauissimum ex conditionibus peccatoris.
98 Peccatum Iudæorum grauius peccato Adæ ratione malitiæ.

Pecca-

De Certitudine, & firmitate tituli Christi, seù de illius immutabilitate.

Conclusio primaria, & principalis.

Titulus Christi non potuit, nec debuit immutari, nec in minimo alterari, & ex Dei decreto, & ex ordine, & dispositione rerum.

Probatur authoritatibus, rationibus, & deductionibus per modum discursus, prout infrà

Quo ad tertium principale. Visa qualitate, & veritate tituli Christi, videndum est, quarè Pilatus tàm firmiter manutenuerit talem titulum, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*, sic quòd nec in modico immutare illum voluerit, sed semper animo constanti, & irrefragabili respondit dicens ad instantias Pontificum, *quod scripsi scripsi*, Mul- 1
ta enim sunt, quæ ducunt nos in admirationem huius rei. primum, quia Pilatus in re minima se inurbanum ostendit cum Pontificibus. Ex quo namquè illis concesserat id, quod erat maius, & in maximum Christi damnum, nimirùm crucifixionem Christi, poterat etiam ipsis concedere 2
minus, alterando paruam cartulam, & inscriptionem in modicis verbis. Quæ difficultas (quæso) aut

aut quod discrimen inscribere, *Iesus Nazarenus*
Rex Iudaeorum,& scribere,*ipse dixit, Rex sum Iu-*
daeorum? vnum enim infert aliud,& mutuò se im-
4 plicant,quod patet in simili,verbi gratia,est ali-
quis Milliardus,qui facit se Regem,vel Ducem,
putà Normaniæ,Poloniæ,&c.comprehenditur,
& morti damnatur cum inscriptione Rex Polo-
niæ, Dux Normaniæ. Certè tali casu omnes vi-
dentes facilè coniectant, quòd ille sic suspensus
ideò sit suspensus, quia se fecit, vel dixit Regem
Poloniæ,vel Ducem Normaniæ,etiam quòd nul
la sit apposita conditio declaratiua,quòd ipse sic
dixerit, vel quòd se Regem, aut Ducem fecerit.
Ità in proposito. pro causa crucifixionis Christi
ponitur,Rex Iudæorum. quis nõ intelligat,quòd
ideò crucifigitur, quia ipse se dixit esse Regem
Iudæorum,vel quòd se fecerit?Cur ergò non per
misit se persuaderi à pontificibus,vt adderet hoc
minimum verbum, *quia ipse dixit*, Rex sum Iu-
dæorum?

Adhuc vrgemus magis contrà Pilatum, quia
verè,& realiter Christus non semel, sed pluries
dixit, quòd erat Rex Iudæorum. nam vt refert
Matth. 16. Matthæus cap.16. Christus approbauit confes-
sionem Petri,qua palàm,& apertis verbis nomi
5 ne omnium discipulorum dixit, *Tu es Christus*
6 *filius Dei viui*, ob cuius confessionem meruit su-
blimari præ cæteris, vt fuerit constitutus caput
7 Ecclesiæ,& Vicarius Christi.Est autem idem con
fiteri ipsum esse Christum,& Messiam,vt iam de-
Io.4. claráuimus,& ex consequenti Regem.Et Ioan.4.
occasione sermonis cum Samaritana, videns Chri
8 stus illam cruciari circa aduentum Messiæ, dicit
clarè.*Ego sum qui loquor tecum*. Et cap.11.idem
Io.11. Ioannes refert verba Marthæ ad Christum. *Ego*
credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in
9 *hunc mundum venisti:* propter quod Christus
quasi regratiando, in remunerationem suscitat
Lazarum quatriduanum illius fratrem. Sed quid
10 per varia Scripturarum loca diuagamur? Nonne
interrogante Pilato ipsum Christum, *Rex es tu?*
11 Respondet Christus. *Tu dicis,quia Rex sum ego.*
quid ergò mali si complacuisset in hoc minimo
Iudæis,tàm instanter deprecantibus, ex quo nul-
la iniuria fiebat Christo?

12 Sed vlteriùs admiremur,inuehamurq; contra
Pilatum.Equidem omnibus notissimum est,quo-
modo Pilatus tenuit, & firmiter credidit Chri-
stum esse innocentem, & quòd Iudæi propter in-
uidiam, & nullam aliam veram causam tradide-
13 runt illum, vt crucifigeretur, quarè infinitis (vt
dicam)modis conatus est illum liberare. primo,
Simul atq; Christus adductus est ad illum,versus
Io.18. ad Iudæos,interrogat dicens,*quam accusationem*
affertis aduersus hominem hunc? quasi dicat,quid
homini huic iusto,& innocenti obijcere potestis?
Secundo eo interrogato intra prætorium exijt
Luc.23 ad Iudæos, dicens. *Nihil inuenio causa in hoc ho-*
mine. Tertio cum audit Christum docuisse per to
tam Galilæam, occasionem libenter arripit, vt
Galilæum eum esse interpretetur,& sic ad Hero-
dem illum transmittit. Quarto,Remissus ab He-
rode,persistit vt liberet illum,quarè dicit se nihil
in eo culpæ deprehendere,& quòd neque Hero-
des,ad quem miserat illum,aliquid mali in eo de
prehendit. Et quia nec propter hoc Iudæorum
iras mitigare poterat,cogitauit. Quinto,castiga-
re illum, idest aut verbis corripiendo, aut flagel-
lis cedendo, castigatumq; dimittere. quod benè
adnotauit Augustinus in exponendo illa verba.
Adduco eum vobis foras,vt cognoscatis,quia in eo A
nullam mortis causam inuenio. Hoc quòd scilicet
flagellauit Christum Pilatus, non ob aliud fecisse 1
credendus est nisi vt Iudæi eius iniurijs satiati
sufficere sibi æstimarent, & vsq; ad eius mortem
sæuire abstinerent. Sexto confugiendo ad Reli-
gionem, obstringendoq; Iudæos conformiter ad
illorum antiquum morem,quo in die solemni Pa
schæ petebant sibi relaxari vnum vinctum quem
maluissent,quod certè erat in memoriam, quan- 15
do ipsi vincti in dura Pharaonis seruitute liberà-
ti fuerunt à Deo. Et in hoc Pilatus mirabili vti- 16
tur artificio proponendo non solùm Christum,
nec cum multis, sed cum vno Barraba homine
omnium sceleratissimo,vt vel sic Iudæi (nisi om-
ninò cæci sint,aut iniquissimi) Christum eligere
cogantur.Quis enim cogitasset Barrabam homi-
cidam, seditiosum, latronem publicum, Christo
cui nil mali obiectum erat, nilq; certi contra ip-
sum probatum,fuisse anteponendum? Et cum Iu- 17
dæorum odium,atq; nequitia,Pilati hominis prò
phani opinionem superasset. Septimo ad iudæo-
rum clamores, *Tolle,tolle crucifige eum*. Respon-
det,*Regem vestrum crucifigam?* quasi ipsorum cõ
sulens honori, quia etiam quòd graue commisis- 18
set crimen, non tamen crucifigendum inclamare
debebant, sed magis securi plectendum, vel alia
morte interimendum esse. Octauo ad instantiam
vxoris,quæ transmisso nuntio dixit Pilato.*Quid* Ma.
tibi & iusto illi? quasi dicat non communices cum 27.
iudæis condemnando hunc iustum,& reddit cau-
sam,subdens.*Multa enim passa sum hodie per vi-* 19
sum propter eum,idest multa somniaui, quæ me
anxiam,solicitamq; reddiderunt.

Pro cuius declaratione nota, quòd quadru- 20
plex est genus somniorum. quoddam naturale,
quod sequitur dispositionem naturalem, vel im-
pressiones cœlorum. Morale, quod sequitur stu-
dia,actiones,cogitationes,& mores vniuscuiusq; 21
siquidem, vt inquit Plato, Alia sunt somnia Sa-
pientum,alia vulgarium,qui vacant friuolis. qua
ratione D.Gregorius dicit,quòd *somnia Sancto-* D.G
rum non vacant à merito. quarè quia causantur gor.
ex præcedentibus cogitationibus bonis,quas ha- 22
buerunt vigilantes;& quoniam illæ fuerunt libe
ræ, & ex electione istæq; exortæ in somnijs radi-
cantur in illis, ideò dicuntur non vacare à meri-
to,iuxtà illud Psalm. *Etenim reliquiæ cogitationis* Ps.7
diem festum agent tibi; Et hinc accipe documen-
tum, vt saltem in eundo dormitum aliquid boni 23
perlegas

perlegas cum attẽtione. Aliud tertio dicitur somnium Diuinum, quia à Deo immissum immedia
24 tè, vel mediante Angelo bono, de quibus multa habes in Sacra Scriptura. Quartum, & vltimum
25 genus somniorum est Diabolicum, quia immissa per concitationem phantasmatum à Dęmone. Et reuera talia somnia, vt plurimum sunt obscæna, & turpia.

Dicunt ergò quidam, quòd somnium vxoris Pilati fuit à Diabolo immissum, ex hoc quia incæpit cognoscere Christum esse verè Dei filium, ac sua morte redempturum mundum; quarè procu-
26 rauit per talem viam illum liberare hancq; opinionem eliciunt ex quibusdam dictis Bedæ. Verum ista sunt vana, nec subsistunt cum verè Dæmon prius cognouerit Christum Messiam pro-
27 missum à lege, licèt non certò illius diuinitatem, ignorauitq; fructum passionis. Constat etiam, quòd tale somnium non erat, nec naturale, nec morale, vt omnes admittunt Doctores. Relinqui-
28 tur ergò, quòd fuerit somnium immissum à Deo, vt eo mediante adhuc magis comprobaretur
29 Christi innocentia, quam etiam elementa, & corpora cœlestia in obscuratione Solis, & Lunæ comprobarunt. Sic tenent Origenes, Heluidius, Leo serm. 11. de passione, Chrysostom. Hierony. Euthic. & Theophil. in cap. 27. Matt. 9. & vltimo videns Pilatus, quòd nihil prodesset, sed magis tumultus fieret in populo, adiudicauit satisfieri petitioni iudæorum, lauando manus, & dicendo, *Innocens ego sum à sanguine iusti huius*. Quæ verba referunt ut ab Euangelista propter magis declarandam Christi innocentiam. Quod factum ex parte Pilati nihil profuit. quarè inquit Leo,
30 *non purgant contaminatum animum manus lotæ, nec in aspersis aqua digitis expiatur, quod famulante impia mente committitur*. quarè, vt sub-
31 dit idem Doctor, *Excessit quidem Pilati culpam facinus Iudæorum, qui illum nomine Cæsaris territum ad effectum sui sceleris impulerunt, sed nec*
32 *ipse euasit reatum, qui reliquit iudicium propriũ, & in crimen transiuit alienum*. Et secutus est in hoc morem Hebræorum, qui ad significandam
33 innocentiam lauant manus. Patet ergò ex omnibus istis, quàm firma esset sententia Pilati pro
34 Christo, vt eum tanquam innocentem liberaret; nihilominus tandem eum morti damnat, vt satisfaciat Pontificibus, & Iudęis, quibus in parua cartulę mutatione numquam percipere voluit, vt in
35 aliquo eis morem gereret. Vndè hoc? quæ radix tantę firmitatis, & constantię, violata est illius voluntas in maximo, & tamen non potuit violari in minimo, verè res admiranda.

36 Et vt nihil intactum relinquamus, quod prodesse posit legentibus, attende quòd coram Pilato omnis iudæorum obiectio euacuata fuit contra Christum, & etiam quæ sibi opponebãtur circa hoc, quòd se Regem fecerat, per Christi responsionem, quando dixit. *Regnum meum non est de hoc mundo*. Ex hac enim responsione sufficienter visum fuit Pilato, quod nulla sequebatur iniuria Cæsari, qui more principũ huius mundi dominabatur. Cur ergò si iam hæc oppositio fuerat coram Pilato euacuata, nihilominus tandem territus à iudæis hanc solam obijcit pro causa mortis Christi, hanc solam ponit pro titulo, & eam solam firmiter tenet omni alia repudiata?

Quærenda ergò est radix, origo, & causa huius tantæ firmitatis in manutenendo, & conseruando intactum, & inuiolatum hunc titulum *I.N.R.I.* Et primo quærenda est in humanis, idest secundum dispositionem humanam, & ex parte Hebræorum contradicentium huic titulo, illiusquè immutationem quærentium, & ex parte Pilati conseruantis inscriptionem primò factam. secundo quærendum erit de causis superhumanis, vel diuinis, si quæ sunt pro hac re. iustum est enim, vt omnia, & singula dicamus, & aperiamus, vt gratior sit noster discursus. 37

Pro declaratione primi, quarè (inquàm) iudæi sic ardenter moti sunt ad procurandum huiusmodi tituli immutationem. Vt benè adnotauit Chrysostom. in Ioan. Duo mouebant iudæos ad talem inuersionem, inuidia videlicet, & verecundia. De primo dicit sic, *Inuidebant Iudæi crucifixo, vndè & dicebant Pilato, Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit. Nam hæc quidem enunciatio est, ex communi sententia, sicut tropheo littera ponuntur victoriam ostendentes, ita titulus hic, Rex iudæorum pro crucifixo illo, idest in gratiam illius respondet, vtpotè à communione latronum eum discernens, & eiusdem adhuc habere victoriam de nobis iudæis insinuans. si verò adÿciatur, quoniam ipse dixit, ipsius petulantia, & extollentia ostenderet crimen esse.* Ex qua auctoritate habemus, quòd inuidia iudæorum ferebatur ad duo, & ad tollendam extollentiam crucifixi, quæ in, ly, *Rex Iudæorum* apparebat, nimirum quòd Regnum sibi non vsurpauerit, sed iusto titulo illud possidebat. Et ad tollendam opinionem, quòd adhuc mortuus, victor, & non victus existeret contra iudæos. & ex consequenti, vt Christus magis affligeretur ex hoc quòd videret se tamquam superbum, & arrogantem, ac Regni vsurpatorem crucifigi. Quarè secundum rei veritatem nullum inconueniens fuisset ex quo Christus verè, & realitèr dixit se esse Messiam, & Regem Iudæorum, addere ad titulum, quia ipse dixit, si tamen talis appositio fuisset secundum intentionem Christi dicentis. Siquidem significasset & quod dixit, & quòd verum dixit. At talis non erat intentio Iudæorum, quia ad hunc modum appositionis tituli simul intendebant arguere illum de vsurpato Regno, & de intrusione ad dominium Iudæorum furtiuè, & illegitimè. quod percipiens Pilatus noluit mutare titulum, sed dixit, *quod scripsi scripsi*. Hinc sequebatur cognitio discriminis inter causas crucifixionis latronum, & ipsius Christi, vt benè aduertit idem Doctor. Hinc habes, quòd licet communiter, si apponatur

Orig. Heluid. Hier. Theoph. Matth. 27. Leo. Chrysostom. 38 39 40 41

tur titulus super caput alicuius suspensi, quia se
fecit Regem, vel dixit se Regem esse: non refe-
42 rat quouis modo ponatur titulus, nimirùm dicen
do absolutè, Rex, vel Dux Poloniæ, siuè Norma-
niæ; quouis enim modo exprimatur titulus de-
clarat ipsum suspensum facinorosum. In Christo
tamen hoc non potuit contingere, tùm quia om-
43 nibus conspicuum erat, quòd Pilatus toto cona-
mine declarauerat Christum innocentem; tùm
quia in obsistendo Iudæis ne adderet ad titulum,
quod ipsi quærebant, videlicet, *quia ipse dixit*;
simul declarauit, quòd verè Christus erat Rex
44 Iudæorum, & quòd malignè opponebatur sibi à
Iudæis. Et non est dubitandum, quòd Pilatus
non solùm scripto, vt fecit, sed verbis familiari-
bus, conatus fuit declarare Christum innocen-
45 tem, & quòd inuitò ipsum condemnauerat, vt sal
tem hac via vindicaret contra Iudæos, vt magis
dicemus in sequentibus. Quarè ponendo absolu-
tè titulum, vt posuit, non fuit iniuria Christo, se-
cus si apposuisset, quia ipse dixit, &c. & hoc be-
nè nota.

46 Et si quæras vtrùm sicut Christo, etiam latro-
nibus fuerint superpositi tituli, licet aliqui di-
cant (& non incongruè) quòd Pilatus voluit ap-
ponere titulum Cruci Christi, & non alijs, quia
Christi causa iustissima erat, immeritòq; damna-
tus fuerat, vndè illo publico elogio eum purgare
voluit, quem tot vijs declarauerat innocentem.
Auctio. opin. circa titulos latronũ. Mihi tamen videtur dicendum, quòd stante Ro-
manorum more, etiam latronibus fuerint super-
positi tituli. Et cogimur in hanc sententiam, quia
aliter, qui vidissent titulum Christo, & non alijs
cum illo crucifixis, existimassent quòd propter
eandem causam, vel tamquam eius sequaces fuis
sent crucifixi. quarè declarato Christo innocen-
te, simul alios cum illo crucifixos pariter inno-
centes manifestasset. Non tamen credas, quòd tri
47 bus linguis fuerint conscripti, modo quo titulus
Christi, sed vna tantum. ratione enim particula-
ri tribus linguis scripsit Pilatus titulum Christi,
vt magis dicemus in sequentibus.

Et si obijcias de Helena, quæ cognouit, ac di-
48 screuit Crucem Christi ex titulo, vt refertur in
historia Inuentionis Sanctæ Crucis. hoc non ob-
stat, quia discretio fuit non propter titulum præ-
cisè, sed propter qualitatem tituli. Hic enim dice
49 bat *I.N.R.I.* Et erat inscriptus tribus linguis, &
eleuatior, & amplior, quàm tituli latronum. De
quorum titulis non curarunt Euangelistæ sermo-
nem facere, cum hoc debeat præsupponi ex mo-
50 re Romanorum.

De secundo motiuo Iudæorum ad procuran-
dum tituli Christi immutationem, scilicet pro-
pter verecundiam. dicit idem Chrysostom. *Pila-*
Chrys. *tus titulum Cruci Christi inscripsit de Iudais vl-*
51 *ciscens, ostendens, scilicet ipsorum malitiam, dum*
in suum Regem insurrexerunt. Vndè sequitur.
Erat autem scriptum I.N.R.I. Ex qua sententia
patet, quòd Pilatus voluit vindicari hoc modo
contra Iudæos, & sic eosdem reddere odibiles
toti mundo, declarando illos ingratissimos, vtpo 52
tè qui occiderent eum, qui valdè beneficus ipsis
fuit, & proprium Regem. Et hac eadem ratione
fecit scribere tribus linguis eundem titulum, vt
vel sic innotesceret malignitas Iudæorum, ipse-
què remaneret excusatus apud Cæsarem.

Pro declaratione secundi, nimirùm quarè Pi-
latus tandem consensit in Christi mortem, nec ta
men potuit persuaderi, vt immutaret paruam car
tulam tituliq; inscriptionem. Vndè hoc? quātum
sit ex humanis.

Respondeo. Tria dicuntur pertinentia ad Pila
tum, videlicet tituli inscriptio ad discernendum 53
Christum à latronibus. tituli lectio, quia (inquam)
Pilatus scripserat titulum tribus linguis, & ex
omni natione erat concursus in Hierusalem pro
festo Paschæ, multi talem titulum legerunt, ex
qua lectione potuit innotescere Iudæorum per-
fidia, & ingratitudo. Tertium, quod dicitur de
eodem Pilato est tituli conseruatio cum tanta
immobilitate, quòd nullatenus potuit dimoueri
à sua opinione.

Et si quæras huius immobilitatis radicem, con
sidera quæ superius diximus, scilicet quòd Pila-
tus pluribus modis, & vijs conatus est liberare
Christum, quia verè ipsum innocentem tenebat
in omnibus sibi oppositis. Et in eo, quod oppone
batur, quòd Christus se Regem fecerat, fuit reue
ra contentus Christi responsione, qua dixerat,
Regnum meum non est de hoc mundo, vt supe-
rius animaduertebamus. Verùm Iudæi non quie- 54
uerunt huic responsioni, sed existimauerunt fuis-
se quoddam inuentum à Christo ad se excusan-
dum, & inuertendam causam ne crucifigeretur.
Vndè terroribus induxerunt Pilatum in maxi-
mum timorem, allegando quòd non esset amicus
Cæsaris si illum dimitteret. Quarè intra seipsum
Pilatus cœpit discurrere hoc modo (vt par est
cogitare.) De facili Imperator instantibus Iu- 55
dæis non admittet hanc excusationem, & defe-
rentibus Iudæis sciet me proprijs auribus audi-
uisse à Christo, quòd se dixerit Regem esse. qua-
rè tota causa vertetur in damnum meum, sicquè 56
ipse luam pœnas pro Christo. Melius ergò mihi
est, vt prætermissis scrupulis conscientiæ de inno
centia Christi, eum condemnem ad mortem, &
pro exonere conscientiæ, lauabo mihi manus in
signum, & innocentiæ Christi, & meæ.

Duo igitur erant, quæ prius incutiebant timo-
rem in Pilato ne occideret Christum. primum in
audiendo inter accusationes delatas contra Chri
stum, quòd esset filius Dei: *tunc enim magis ti-* 57
muit, vt inquiunt Euangelistæ, nec audebat mit-
tere manum in innocentem, & charum Deo, vt
ipse præsupponebat. Secundum, Christi respon-
sio qua dixit. *Qui me tradidit tibi maius pecca-*
tum habet. Ex quo dicto benè penetrauit Pila-
tus comparatiuam Christi, & cognouit, quòd li- 58
cèt Iudæi grauiùs peccarent, non tamen ipse ex-
cusabatur

cusabatur à peccato. Iudæi ergò hoc videntes iu-
dicarunt mittere manum ad fortiora remedia
pro consequenda intentione mortis Christi. Vn-
dè cæperunt insinuare Pilato, & insufficientiā re-
sponsionis Christi, & quòd ipsemet Pilatus iam
audiuerat à Christo, quòd Christus approbabat
se Regem esse, quarè non poterat se excusare de
conniuentia in negotijs Cæsaris, nec de affectata
voluntate contra eundem Cæsarem, ex quo in re
graui non vindicabat iniuriam Regiæ maiestati
factam. Vndè maximo timore percussus adiudi-
59 cauit satisfieri petitioni Iudæorum mòdo dicto.
Et interim cogitauit quomodo Christi causam
honestaret, vindicando se contra Iudæos, sic
60 quòd non possent illum calumniari de iniustitia.
Patet igitur, quòd causa (quantum sit ex huma-
nis) quarè Pilatus conseruauit titulum, nec po-
tuit persuaderi de illius immutatione, fuit quia
61 sibi videbatur, quòd Iudæi saltem ob illius reue-
rentiam, cum viderunt eum inclinatum ad Chri-
stum liberandum, debuissent cedere illi, nec am-
plius inuehere contra Christum, & cum videret
se contemni in tali sua expressa voluntate, cogi-
62 tauit de vindicta contra illos. Et certè nulla ma-
ior pugna, quàm illa quando passiones militant
ex vtraquè parte. Ex parte Iudæorum erat inui-
dia, & odium radicatum contra Christum, quem
amplius sufferre non poterant, sic quòd nec ip-
sum Pilatum verebantur, sed quanto magis co-
63 nabatur Christum liberare vehementiùs, & va-
lidiùs clamabant, *Crucifigatur, crucifigatur*. Ex
parte verò Pilati erat vehemens apprehensio sui
contemptus, siuè despectionis à Iudæis. Nam vt
Philo- docet Philosophus 2. Rethor. cap. 2. *Homines i-*
soph. 2. *rascuntur præcipuè contra eos, qui despiciunt ea,*
Reth. *circa quæ ipsi maximè student.* Cum ergò Pilatus
maximum studium, & diligentiam adhibuerit
pro Christo liberando, nec potuerit consequi su-
64 um intentum propter importunitatem Iudæo-
rum, haud dubium, quòd in maximam prorupit
D.Tho. iram. Et vt docet D.Thom. 1.2. quæst.47. ar.2. ad
mentem Philosophi, sola paruipensio, vel despe-
ctio est motiuum iræ, per se loquendo. Est autem
65 paruipensio quando quis est impedimento ne vo
luntas alicuius impleatur. Quibus si adiungas ex-
66 cellentiam Pilati, saltem ratione officij, super Iu-
dæos, qui visi sunt in hoc paruifacere amicitiam
illius; eo magis excanduit ira Pilati contra Iu-
dæos. Et cum non auderet vindicari in hoc quòd
dimitteret Christum liberum contra Iudæorum
voluntatem timens sibi, statuit vindicari in qua-
litate tituli appositi Cruci Christi. Et quia nul-
67 lum sibi videbat proprium damnum posse sequi
ex tali tituli appositione, nullo modo voluit
persuaderi, vt eumdem immutaret, nec in mi-
68 nimo.

Quomodo autem peccatum Iudæorum fuerit maius peccato Pilati, non est præsentis negotij, vt hoc discutiamus per singulas difficultates, quę afferri possent, sed eas videre poteris in doctrina
D.Thom. 3. par. quæst.47. art.6. & ibidem Expo- D.Th.
sitiones. Quarè sufficiat tibi pro nunc, quòd Deus 69
pater tradidit Christum morti ex charitate, iux-
tà illud Ioan.3. *Sic Deus dilexit mundum, vt fili-* Io.3.
um suum vnigenitum daret, &c. Ipsemet Chri-
stus morti se subiecit, & inquantum Deus, & in-
quantum homo pariter ex charitate, secundum 70
illud, *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt*
animam suam ponat, &c. Iudæi ex odio, & inui- 71
dia. Iudas ex cupiditate. Milites crucifigentes ex
mandato. Pilatus verò ex timore. Sic D.Thom. 72
quæst. vt supra, art.3. & D.Thom. sententia est,
quòd si sermo fiat de maioribus inter Iudæos, nō
est dubium, quòd peccatum crucifixionis Christi
fuit grauissimum ex duplici capite, & secundum
genus peccati, siuè per ordinem ad obiectum, &
materiam circa quam, quia nimirùm verè & rea- 73
litèr fuit terminata ad mortem filij Dei: nàm ve-
rè filius Dei fuit ab illis crucifixus, licèt ratione
qua subsistebat in natura humana. Quarè Chryso
stom. in exponendo illam sententiam Matth.23. 74 Chrys.
Et vos implete mensuram patrum vestrorum, in-
quit, *Quantum ad veritatem excesserunt mensu-* 75
ram patrum suorum; illi enim occiderunt homines,
isti Deum crucifixerunt. Insuper est grauissimum 76
ex parte malitiæ, & voluntatis peruersæ ipsorum
Iudæorum contra Christum. Et si rectè conside- 77
remus singulas circumstantias reperietur semper
grauissimum peccatum, & quasi colligens mon-
struositates omnium peccatorum. primo, si consi 78
deremus Christum, vt innocentem, & morte in-
dignum, illud peccatum fuit homicidij, & iniusti
tiæ. Secundo, considerando Christum quatenus
erat Messias promissus à lege, hominumquè Re- 79
demptor, vt sic occisio eius habet malitiam im-
pietatis eò grauiorem, quò spiritualis coniunctio
scilicet paternitas spiritualis maior est, quàm car
nalis. Tertio, si consideretur Christus quatenus
fidei prædicator, quam sufficienter proponebat,
eius occisio habet malitiam infidelitatis, quia in 80
odium eius fidei, quam prædicabat illum occide-
runt, vndè dicebant, *Secundum legem nostram de-*
bet mori, quia filium Dei se fecit. Quarto poterat
considerari Christus, quatenus erat Deus, & ho- 81
mo, & vt sic eius occisio fuit immane sacrilegium
contra iustitiam Deo debitam. Nam sicut Chri-
sti adoratio actus est Religionis, qua Deus coli-
tur, ità eiusdem interfectio, aut quælibet iniuria,
aut contumelia sacrilegium est Religioni con-
trarium.

Hinc Bernardus in homilia de passione Domi Bern.
ni, distinguit triplex genus peccati, videlicet ori- 82
ginale, personale, & singulare. Et docet graue es
se peccatum originale, quod non solùm perso- 83
nam inficit, sed naturam, qua ratione maximum
vocatur, quia occupat totum genus humanum.
Sed grauius est, inquit, cuiquè personale, quod 84
propria voluntate committitur. *grauissimum est*
peccatum singulare, quod commissum in Diuinam 85
maiestatem, cum viri impij sacrilegas manus inie-
cerunt

erunt in Dominum ipsum Dei filium. Crudelissi-
mi homicida, imò (si fas est dicere) *etiam Deicida.*
86 *quid duo præcedentia ad tertium? ad hoc expalluit,*
& expauit tota machina mundialis. Hæc Bernar-
dus. vbi vides quòd D. Bernardus appellat hoc
87 peccatum singulare propter sui singularem mon
struositatem.

Nec obijcias de peccato odij contra Deum,
88 secundum quòd in se est, nec de peccato blasphe
miæ; quæ immediatè habet pro obiecto Deum
non in natura assumpta, sed secundum se, nec in-
super illud D. Gregor. 11. mor. cap. 5. sermonem
habentis de Iuda. *Iudas peius de peccato pœnituit,*
quam peccauit; nam Iudæ desperatio fuit peccatum
in Spiritum Sanctum, & contra Diuinitatem; non
sic peccatum crucifixionis. Siquidem comparatio
exercenda est omnibus consideratis, & non vni-
ca, & sola ratione attenta. Namq; concedimus o-
89 dium Dei fortassis in aliquo casu esse maximum
peccatorum, sicut charitas est maxima virtutum,
22. in materia de odio. prout docet D. Thom. tamen odium Dei commu
niter, & regulariter non est grauius peccatum,
quam occidisse Christum. nec valet dicere, quòd
voluntas pro facto reputatur, & quòd voluntas
90 odientis Deum est, si posset, occidere, seu destrue
re Deum, quantum sit ex parte sui, iuxta illud Au
Aug. gustini in Regula, *Qui odit fratrem suum homici-*
da est. non enim debet esse sermo de quacunquè
voluntate, sed efficaci, cuiusmodi non potest es-
91 se, vt pereat, aut quòd occidatur Deus Voluntas
enim efficax non est impossibilium. At voluntas
efficax fuit occidendi Christum in natura huma-
na, qui erat persona Diuina. Et ideò hoc pecca-
92 tum grauius fuit, quam odium Dei. modo dicto.
Blasphemia autem, sicut & contumelia, quæ at-
tingunt Deum, secundum quod in se est, seu se-
cundum diuinitatem eius, non in assumpta natu-
ra, sed in propria: equidem si rectè comparentur
93 hæc duo genera peccatorum videntur se mutuò
excedere secundum rationes, comparationesquè
diuersas. Omnibus tamen consideratis grauius
peccatum est occisio Christi, quia Deum lædit in
re sibi maximè coniuncta, infertquè maius dam-
94 num, ex quo aufert vitam infiniti valoris. Blas-
phemia verò videtur tantum lædere in honore,
vel fama, quæ sunt magis extrinseca.

Quantum verò sit de peccato Iudæ in despe-
rando se, iam patet ex dictis hactenus. Siquidem
95 si considerentur obiecta præcisè grauius est de-
sperare, quàm occidere Christum. secus omnibus
consideratis. etiam per ordinem ad obiecta non
præcisè, sed vt terminant ipsa peccata in actu
practico.

Hoc idem parili ratione ex parte peccantium
dici potest, diuersis diuersimodè consideratis.
quando enim quæritur vtrum peccatum crucifi-
xorum Christi sit maius peccato Adæ, distinguen
96 dum est. Si enim consideremus (vt inquit Augu-
stinus) facilitatem quam habebat Adam in præ-
seruando se à peccatis, tùm propter liberum im-
perium rationis super sensum; tùm propter non
adhuc deprauatam naturam, tùm propter donum 97
iustitiæ originalis, nulli dubium est, quòd maius
fuit Adæ peccatum, quantum sit ex conditione
peccantium. Verùm si vlteriùs procedamus, con-
sideremusquè maximam, & radicatam malitiam
crucifixorum Christi, maximè eorum, qui erant
præcipui inter Iudæos, & intentionem expressam 98
occidendi proprium Messiam, vel Sanctum, & iu
stum; quæ peruersa intentio nullo modo fuit in
Adam; istud peccatum crucifixionis Christi ma-
ius proculdubio est. & sic dicere potes de omni-
bus alijs. Quod si vtrumq; simùl accipias, videli-
cet, & omne, quod se tenet ex parte obiecti, & ex
parte peccantium, certè non video quæ maior 99
iniquitas reperiri possit. in vnico namq; peccato
omnia videntur claudi peccata, idest monstruo-
sitates, & deformitates omnium peccatorum.
Quarè, ly, grauissimum, quod assumitur à D. Th.
potest exponi comparatiuè, & facit sensum quòd
excedit omnia peccata absolutè; & tunc subin-
telligas omnibus consideratis. Et positiuè, vide-
licet, quia est peccatum valdè graue sine dubio
excedens omne peccatum oppositum cuicumq;
virtuti morali, quicquid sit de peccatis immedia
tè contra virtutes Theologales.

Sed dices, quæ ergò isthæc Dei iustitia, vt pro
medendo minori peccato, peccatum maius adda 100
tur? Cautius vtiquè fuisset abstinere à crucifixio-
ne ex quo maius peccatum, quàm originale, sal- 101
tèm intensiuè, fuit hæc Christi crucifixio.

Respondeo, quasi in fallacia sumus. Equidem 102
si Christus ipse in patiendo pro nobis peccasset,
curreret argumentum. Sed ipse semper innocens
in patiendo nobis meruit Redemptionem. Iudæi
enim tantum peccauerunt, nec tantum malum
potuit poni ex peccato illorum, quin maius bo-
num posuerit passio Christi, vt alibi dicemus.

Sed nonne ipse suam voluit mortem, & pas- 103
sionem? quomodo ergò sibi facta est iniuria? nam-
què Philosopho teste 5. Ethicor. cap. 9. *Nullus pa-*
titur iniustum volens, & nullo patiente iniustum,
nullus facit iniustum, ergò malè dicitur contra
Iudæos.

Respondeo adhuc fallimur in æquiuoco, ali-
ud est enim quòd Christus suam voluerit passio- 104
nem, aliud quòd deformem illam Iudæorum a-
ctionem. primum fuit cum merito, secundum cum
peccato. de quibus suis locis.

Secunda conclusio. *Minores Iudæorum crucifi-*
gentes Christum grauissimè peccauerunt quantum 105
ad genus peccati: tamen in aliquo diminuebatur
illorum peccatum propter eorum ignorantiam.

Patet prima pars, quia reuera ipsi crucifixe-
runt filium Dei. Secunda pars probatur ex illo
Luc. 23. *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid fa-* 106
ciunt. Vbi Beda. *Pro illis rogat qui nescierunt,*
quid facerent, zelum Dei habentes, sed non secun-
dum scientiam. Quarè, vt inquit D. Thom. ad pri
mum in art. citato. Excusatio ista, quòd (inquam)
per

per ignorantiam fecerint non refertur ad princi-
pes Iudæorum,sed ad minores de populo. vt di-
ctum est.

Suar. Sed contra,inquit Suarez. Hæc Christi oratio
107 fuit vniuersalis, ex consequenti non solùm pro
minoribus, sed etiam pro maioribus Iudæorum.
& eò magis,quia Christus docuit diligendos es-
se inimicos, ac pro eis orandum. non igitur cre-
dendum, quòd facto suo aliter ostenderit, imò
magis pro maioribus inimicis debuit depreca-
ri.& sic magis pro principibus,quàm pro mino-
ribus.

108 Respondeo, nihil obstant argumenta præstan
tissimi viri. Nam hæc oratio fuit impetratoria,
vndè pro causa impetrationis additur,non enim
sciunt, quid faciunt; & quia fuit exauditus pro
sua reuerentia, & multi tunc conuersi sunt ad il-
lius fidem. Constat autem,quòd plures de mino-
ribus,quàm de maioribus conuersi sunt, qui ad-
huc mortuo,& resuscitato Christo persecuti sunt
109 illum in membris suis,vt patet ex decursu euan-
gelico, & Actibus Apostolorum. quòd si aliqui
ex principibus conuersi sunt,nullum inconueni-
ens, quòd aliqui eorum laborauerint consimili
ignorantia.

Dicitur secundò, quòd aliud est loqui de hac
Christi oratione in Cruce per ordinem ad inten-
tionem ipsius Christi orantis, aliud per ordinem
ad id, quod exprimunt verba ipsiusmet oratio-
nis. & tunc dicimus, quòd quantum sit ex inten-
110 tione,& charitate Christi orantis, orauit pro om-
nibus indistinctè, & forsan intensiùs pro magis
111 obduratis,at quantum sit ex verbis ipsius oratio-
nis, tantùm pro his, qui ignoranter ipsum cruci-
fixerunt; & quia hi erant tantùm minores, ideò
pro illis,non pro maioribus deprecatur.

Et si adhuc persistas, quia hoc est inconueniẽs
112 in Christo, qui in omnibus exemplũ se præbuit.
Dicito,quòd stante qualitate orationis, quia(in-
quam)vt impetraret orauit: nullum hinc absur-
dum sequitur.

Quòd si amplius addas, quòd etiam principes
113 erant ignorantes, &c. secundùm sententiam D.
Petri. *Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut &
principes vestri.* Certe admittitur discursũ, quòd
etiam vt sic pro illis orauit, nimirùm inquantum
ignorantes, & vt sic fuerunt, & comprehendun-
tur in numero minorum. Verùm tamen est,quòd
auctoritas allegata ex D. Petro debet intelligi
modo declarato in superiori puncto.vel sic dicen
114 do,quòd,ly, *sicut*,dicit similitudinem in ignoran
tia,sed non in qualitate ignorantiæ. Fuerunt er-
gò omnes Iudæi, tàm maiores, quàm minores i-
gnorantes Christum, sed illi ignorantia affecta-
115 ta,isti excusabili. Vlteriùs illi ignorauerunt so-
lum ipsum esse naturalem Dei filium,isti vtrum-
què. Et quòd esset Messias, & quòd esset filius
Dei. quarè saltem præcipuè pro minoribus tan-
tum orauit.

Tertia conclusio. *Peccatum Gentilium,per quo-
rum manus Christus est crucifixus, multo magis
fuit excusabile quantum ad malitiam voluntatis,* 116
quàm fuerit peccatum Iudæorum minorum. Pro-
batur, quia Gentiles scientiam legis de Messia,
qua scilicet possent cognoscere quem crucifige-
bant esse Christum, aut filium Dei, non habue- 117
runt.(Semper tamen subintelligas,quòd eorum-
dem peccatum crucifixionis fuit grauissimum, 118
quoad genus peccati,& ex parte obiecti)Nam re
uera proprijs manibus crucifixerunt filium Dei,
& sic Deicidæ fuerunt.

Inter Gentiles autem,sine dubio grauiùs pec- 119
cauit Pilatus, qui apertè cognouit, & confessus
est innocentiam Christi, & qui ex officio teneba-
tur liberare illum, vel saltem remittere causam 120
ad superiorem iudicem,modo quo debent face-
re omnes inferiores iudices, quando clarè cogno 121
scunt aliquem innocentem,vt vel sic euadant pe-
ricula propriæ conscientiæ, vt docet D.Thom.
Gentiles autem, qui ex mandato crucifixerunt,
licèt magis excusentur, tamen quia adeò omni-
bus erat nota, & aperta innocentia Christi, vt 122
non esset locus tergiuersationi,omninò desistere
debuerunt à tali crucifixione; nam seruus in illi- 123
citis,& iniustis non tenetur parere Domino præ- *Quæsi-*
cipienti,vt Deo dante,alibi docebimus. *tum.*

Et si quæratur de Iuda,vtrùm magis peccaue- 124
rit, quàm ipsimet Iudæi maiores. licèt Caieta-
nus, Medina, & Porrecta concorditer videantur
sustinere, quòd magis peccauerit in tradendo
Christum, tùm ratione sui status, quia vocatus
ad Apostolatum; tùm ratione cognitionis, qua
cum Petro cõfessus est Christum esse verum Mes-
siam, & filium Dei, siquidem Petrus tunc cense-
tur locutum fuisse pro omnibus; tùm ratione be-
neficiorum propter quę magis ingratum se osten
dit, tùm ratione turpitudinis in modo, quia pro-
ditoriè. tamen vt benè adnotat D. Thom.in re-
sponsione ad secundum.Iudas tradidit Christum 125
non Pilato, sed principibus Sacerdotum, qui il-
lum tradiderunt Pilato, secundùm illud. *Gens
tua,& Pontifices tui tradiderunt te mihi.* Et for-
tassis non intendebat tantùm malum, nimirùm 126
mortem Christi;ideò enim videns,quòd traditus
esset brachio sæculari,pœnituit, licèt non pœni-
tentia ad salutem,& abiens laqueo se suspendit.
Non incongruè ergò cum D. Suarez possumus su 127
stinere partem negantem, videlicet,quòd minus
peccauerit. Et vtinam non desperasset de venia,
quod grauissimum illius fuit peccatum.

Ex his ergò iam constare potest quænam sit
causa, quarè Iudæi vrgebant verbis, & factis pro
tituli immutatione dicentes Pilato. *Noli scribere
Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit.* Tota enim il-
lorũ intentio erat omnibus modis reddere Chri- 128
stum ignominiosum, seipsosquè excusare de tali
nece proprij Regis, & Messiæ procurata. Ex ad-
uerso Pilatus conabatur omni meliori modo li-
berare Christum,& cum non posset, ipsum decla
rauit iniustum pati. Quarè noluit audire, vt ali- 129

O quo

quo modo alteraret titulum eius. Et si addas, quòd voluit vindicari contra Iudęos, quia ipsum paruifecerunt, & pro nullo habuerunt instantias, & suasiones ipsius pro liberando Christo habere poteris examen conseruationis, & inuiolabilitatis huius tituli *I.N.R.I.* quantum sit ex causis humanis.

Virg. 1. Aen. Verùm adhuc

Iudicium Paridis manet alta mente repostũ.

130 Altiùs namq; causa examinanda à nobis est, quæ sit Diuina, & quarè. Potuit, & de facto se mutauit post procuratam liberationem Christi, vt eũ sententiaret ad mortem; at non se mutauit, nec mutari potuit, vt immutaret titulum. Eleuemus igitur mentem ad Deum (qui nobis semper propitius sit) videamusquè an ex parte Dei aliqua sit causa istorum factorum, nec pigeat lectores immorari in re tàm grandi, & quæ scitu digna est; Difficilia namq; ipsa, & pulchra, & oblectabilia sunt. Et vt iter nobis sit planum, recole doctri-

D.Tho. nam D.Thom. quam habes p.p. quæst. 9. art. 1. &

131 quæst. 19. art. 6. Ex priori loco habes, quòd Deus est omninò immutabilis. & quia vnumquodquè recipitur in aliquo per modum recipientis, relinquitur quòd omnia quæ sunt in Deo, immutabiliter in illo existant. Ex posteriori loco habes,

132 quòd voluntas Dei simpliciter semper impletur, quia licèt possit impediri causa particularis ne semper suum consequatur effectum, non tamen

133 causa vniuersalis, quæ ad omnia se extendit, ad omnia (inquam) idest ad omnes effectus, & modos ipsorum effectuum. de qua materia aliàs dicemus. Si ergò quæras radicem, & causam per se immutabilitatis huius tituli, & quarè Pilatus dixit, *quod scripsi scripsi*. Dicito quòd huius duplex

134 est causa, secundaria, & instrumentalis, & hæc fuit voluntas Pilati rationibus, vt supra. Alia est causa primaria, & principalis, & hæc est Diuina voluntas, siuè Decretum Diuinæ voluntatis, & breuiter voluntas Dei efficax. Quia igitur in mente Diuina formatum erat, quòd non immutaretur, ideò non est immutatus: & quia in mente di-

135 uina erat, vt moreretur, ideò omnipotens Deus permisit, vt Pilatus eum morti traderet. & sic vtrumquè fieret, quod fuerat prænuntiatum fieri de Christo: & quia mors illius erat ex ordine di-

136 uino prænuntiata, vt patet in Scripturis, maximè in Isaia; ideò sic secuta est modo quo prænuntiata fuit. Et quia non solùm mors, & Christi passio

137 prænũtiata fuit, sed etiam modus, nimirùm quòd quasi Agnus innocens, & immaculatus debuit occidi, & quod tantùm mori quando voluisset, iuxtà illud. *Oblatus est, quia ipse voluit.* ideò tantùm quando ipse permisit crucifixus est. Audi Chry-

Hom. 22. in varios locos Matth. sostom. *Quando Iudæi Christum occidere voluerunt tangere eum non potuerunt, quando autem ipse secutus est mortem parcere ei Iudæi non potuerunt.* En efficacia Diuinæ voluntatis. Subdit

138 Chrysostom. *Ergò si Christus eos prouocauit forte nè de morte sua fecit eos innoxios? Absit. Excitauit eos non vt facerent quod ante noluerunt, sed vt possent facere, quod prius volebant, facultas eis data est, non mutata voluntas.*

Relinquitur ergò ex his omnibus, & quòd impossibile erat Christum non mori, & quòd impossibile erat titulum illum Crucis immutari; & quòd ex hac immutatione voluntatis diuinæ processit illa firma Pilati sententia, *Quod scripsi scripsi.* Et consequenter quod omninò impossibile est Crucifixum illum, cui talis titulus à Pilato inscriptus fuit, non esse secundùm scripturas verum Regem Iudæorum, idest verum Messiam Iudæis à Deo promissum. 139

Sed quæris, vbi habetur ex Scripturis talis tituli immutatio? 140

Respondeo, lege titulos Psalmorum 56. 57. & 58. & vide D. Augustinum, D. Chrysostom. super titulos dictorum Psalm. Lege etiam D. Thom. super Matth. & in sua Cathena aurea, vbi mentio fit de hoc titulo. Ab his Doctoribus, quos sequuntur infiniti alij, habes, quòd titulus illorum est hoc, quod dico, *Ne corrumpas, siuè ne disperdas Dauid in tituli inscriptione.* Et quia constat, quòd 141
Dauid nullum habebat titulum, qui posset disperdi, vel corrumpi quando persequebatur à Saul, relinquitur secundum istos Doctores, quòd per Dauid intelligitur Christus, siuè Messias, modo quo vt plurimum accipere consueuit Scriptura, vtpotè qui fuit filius Dauid secundùm carnem. Hoc expresissimè habes Oseæ 3. vbi prænuntia- Oseæ 3.
ta abiectione Iudaici populi ad longum tempus 142
propter illorum duritiem, dicitur, *Et post hæc filij Israel quærent Dauid Regem suum in nouissimo dierum.* per Dauid enim Messias necessariò ibidem intelligitur, quem Iudæi in fine mundi quærent, & inuenient; quia si fuerint reliquiæ Israel, sicut arena maris saluæ fient, vt dicitur Isaiæ 143
10. Psalmi autem sunt. *Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Si verè vtiq; iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum:* &, *Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.* Qui Psalmi non possunt plenè intelligi, nisi per applicationem ad Christum. Cuius titulus, quia omninò immutabilis erat secundùm Dei præordinationem, ideò quacumq; instantia facta à Iudæis non potuit immutari Pilati sententia, cum tamen Pilatus fuerit immutatus ad persuasiones Iudæorum, quòd non obstante Christi innocentia, & conscientia, quam habebat Pilatus de illo liberando, vt in illum sententiam mortis ferret. Et sic tu peccator benè attende ista; velis, nolis benè agere semper adimples Dei voluntatem, & Decretum illius. Benè agendo adimples ordinem Diuinum 144
per respectum ad suam bonitatem, & misericordiam, malè agendo ex tua peruersa voluntate, & Dei permissione, adimples ordinem Diuinæ vo- 145
luntatis per respectum ad illius iustitiam. Agas ergò, quod volueris semper eris in manibus Dei. 146
Quomodo? vel in manibus suæ iustitiæ, vel suæ

Isa. 10. Ps. 56. 57. 58.

mileri-

misericordiæ. Concludendo ergò totam hanc materiam de huius tituli immutatione, firmitate,& conseruatione, dicamus cum Diuo Chrysostomo, qui in admirando hanc Pilati constantiam,& ex altera parte Iudæorum sæuitiam,& importunitatem, exclamans inquit. *O ineffabilem*
Chrys. *vim Diuinæ operationis etiam in cordibus ignoran*
147 *tium. Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam*(si dici potest) *clamoroso silentio personabat, quod tanto ante in Psalmorum litteris prophetatum est? Ne corrumpas tituli inscriptionem. Sed quid loquimini insani Pontifices? Numquid enim propterea non erit verum, quod Iesus ait, Rex sum Iudæorum? Si corrumpi non potest, quod Pilatus*
148 *scripsit, corrumpi potest, quod veritas dixit? Ideò enim Pilatus, quod scripsit scripsit, quia Dominus, quod dixit dixit.* Hæc ille. Et per ista plenè habes quomodo respondeas admirationibus pro introductione huius materiæ in principio positis. Hactenus de hoc tertio puncto.

QVAESITI QVARTI SVMMAE.

1 *Christus in ruinam & resurrectionem multorum suauis,& seuera sententia simul.*
2 *Iudæorum ruinam prædixit Isaias cap. 8.*
3 *Ruinam Iudæorum plures prophetæ prædixerunt.*
4 *Messiam verum Deum declarat Isaias cap. 8.*
5 *Messias quomodo credentibus in sanctificationẽ, non credentibus verò in ruinam.*
6 *Iudæi in Christum scandalizati ex propria malitia.*
7 *Iudæi, qui erant Hierosolymis maior ruina super eos.*
8 *Deus nulli præbet occasionem ruinæ.*
9 *Deus nullius mali culpa author est.*
10 *Christus dicitur positus in ruinam ex prædictione eorum quæ certò euentura erant.*
11 *Deus non potuit condidisse naturam ad sui ipsius odium.*
12 *Stulti ex malitia, & peruersitate abutuntur creaturis.*
13 *Vsus creaturarum est, vt per illas Deum cognoscamus.*
14 *Christus fuit in salutem ex Dei intentione, at in ruinam ex hominum malitia.*
15 *Messias à Iudæis expectatus, sed non ab omnibus susceptus.*
16 *Ruinam Iudæorum declarat Apostolus Roman. decimo.*
17 *Perfectionem quandoq; quis profitetur, qui nec minimum virtutis præstat.*
18 *Christus fuit in resurrectionem fidelium causaliter, in ruinam occasionaliter.*
19 *Excæcantur qui oculis proprijs videntes sunt.*
20 *Paruulis Deus sua reuelat secreta.*
21 *Iustis Deus Lumen est,& gloria.*
22 *Apostolis post passionem data est intelligentia scripturarum.*
23 *Christus magis offenditur ab his, quibus maiora bona contulit.*
24 *Plus sensit Christus alapam Malchi, quam alterius propter illius ingratitudinem.*
25 *A Deo qui plus accipit, maius obsequium illi præstare debet.*
26 *Misericordia Dei eadem, aliquibus in salutem, aliquibus in ruinam.*
27 *Signum multipliciter accipitur, pro miraculo, & pro vexillo.*
28 *Sacra Scriptura est in signum amoris Dei.*
29 *Christus in signum miraculorum, imò ipse miraculum miraculorum.*
30 *Crux signum cui contradicitur.*
31 *Christus in signum paupertatis,& humilitatis in præsepio.*
32 *Christus in Cruce in signum patientiæ, & obedientiæ.*
33 *Christus in signum in quod Iudas & manu,& lingua conijciunt sagittas.*
34 *Idem gladius passionis Christi transfixit corpus Christi,& animam Virginis.*
35 *Dolor oritur à carnis læsione cum sensus perceptione.*
36 *Dolor compassionis oritur ab anima in sensu.*
37 *Animæ virtus quanto potẽtior tanto dolorosius apprehendit motiuum.*
38 *Dolor Virginis in passione Filij maximus ex amore & præsentia Christi patientis.*
39 *Obiectum præsens fortiùs mouet, quàm absens.*
40 *Christus verè signum ad sagittam, & cui contradicitur.*
41 *Crucifixores certatim se concitabant contra Christum.*
42 *Contradicitur Christo in tota vita sua.*
43 *Tituli Christi virtus semper claret ex contradictionibus.*
44 *Per Christi titulum omnia nobis bona.*
45 *Titulo suo Christus sublimatur.*
46 *Tituli Christi virtus, tota ex charitate, & dilectione.*
47 *Quomodo adhuc regnent peccata,& dominetur Dæmon cum sint victa per Christum.*
48 *Passio Christi sufficientissima ad nos liberandum à quibusuis malis.*
49 *Mors cur adhuc dominetur.*
50 *Christo contradixerunt Iudæi,& Gentiles, verbis,& factis.*
51 *Christo contradicunt Hæretici, & omnes malè viuentes.*
52 *Liberat nos Deus ab omni malo, sed ordine quodam.*
53 *Perseuerat in contradictionibus qui Christo nõ est vnitus.*
54 *Virtus passionis Christi perpetua est.*
55 *Diabolus adhuc dominatur, vbi non est Christus.*
56 *Antichristi aduentus in operationibus Sathanæ.*

Iniustè

128 *Iniustè qui aufert iustè sibi aufertur.*
129 *Iusta voluntate subtrahens sibi debitum, meretur vt sibi super addatur.*
130 *Tituli Christi commendatio præclara ex Diuo Ambrosio.*
131 *Scriptura trium linguarum declarat Christi dominium super omnem scientiam.*
132 *Titulus Christi, qui appositus pro causa mortis omnia bona confert.*
133 *Rex Iudæorum, quarè inscribatur, & non gentium.*
134 *Abrahæ filij sumus, si eius fidem habeamus.*
135 *Latrones duo cum Christo crucifixi, quid significent.*
136 *Latro permanens in infidelitate Iudæum obstinatum significat.*
137 *Synagoga mulier illa, quæ aufert diadema à Christo, vt sibi imponat.*
138 *Gentilis ceù mater generans regem Christum.*
139 *Christus in medio latronũ, quarè crucifixus.*
140 *Dissimilium fugienda est societas.*
141 *Caro crucifigenda per dexteram spiritus.*
142 *Mundus ponitur in sinistra, quia semper improperat bonis.*
143 *Crucis duo ligna quid significent.*
144 *Titulus Christi, dissimilis à titulis principum mundi.*
145 *Titulus principum in anulis Christi in capite.*
146 *Titulus Christi, cur in capite, etiam à nobis ponendus sit.*
147 *Titulus Christi verè, & super omnia triumphalis.*
148 *Christus amauit nos etiam existentes in peccato.*
149 *Titulus Christi consolatur nos in omni nostra tribulatione.*
150 *Titulus Christi prouocat nos ad sui amorem.*

DE Efficacia tituli Christi, conclusio. *Titulus Christi omninò efficax contra omnia mala, & conferens omnia bona in solamen bonorum, & ruinam reproborum.*

Probatur authoritatibus, rationibus, & deductionibus abundanti, & pleno discursu, prout infrà.

Quoad quartum, virtutem scilicet, & efficaciam prædicti tituli Domini nostri, *I.N.R.I.* pro
illius clara, & aperta cognitione recolenda est
sententia, quam propheticè Sanctus Senex Si-
meon dixit ad Mariam, vt habetur Luc. 2. *Eccè*
Luc. 2. *positus est hic in ruinam, & in resurrectionem mul*
torum in Israel, & in signum, cui contradicetur.
Seuera simul, & suauis sententia, quam nos maxi-
1 mè Christiani contemplari debemus. Auditu qui
dem horribile est, quòd Christus sit futurus in
ruinam, horribilissimum, quòd ruina non vni, sed
multis secutura sit; longè horribilius, quòd idip-
sum non simpliciter de homine, ac gentibus, sed
de Israele dicitur: hoc est de his, in quos nullius
rei suspicio propemodum aliquis posse cadere
arbitraretur. Nec hoc solùm Simeon dicit, di-
ctum quoquè fuit ab Isaia per hæc verba. *Do-* Isa. 8.
minum exercituum ipsum sanctificate. ipse pauor 2
vester, & ipse terror vester. & erit vobis in san-
ctificationem; in lapidem autem offensionis, & in
petram scandali duabus domibus Israel. Quid
(q̃so) apertius prædici potuit? Septuaginta enim
Interpretes, pro *Erit vobis in sanctificationem,*
transferunt, *Si in ipsum credideris, erit tibi in san-*
ctificationem. Et iuxtà explicationem S. Basilij, 3
& Cyrilli, est ad litteram prophetia de Christo,
illa videlicet, cuius meminit Simeon, quod San-
ctus Petrus consimilibus verbis declarat; *Vobis* 1. Pet.
igitur honor credentibus: non credentibus autem, 1.
lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus
est in caput anguli. Et iste est vnus locus Sacræ 4
Scripturæ, ex quibus colligitur Christum Domi-
num esse verum Deum. Nam de quo suprà dixe-
rat, *Dominum exercituum sanctificate*, Hebraicè
habetur, *Iehoua*, quod est nomen Tetragramma-
ton Dei. & de eodem subditur, *Et erit vobis in*
sanctificationem, & in petram scandali, &c. Vt e- 5
nim docet Apostolus, Dominus exercituum in 1. Cor.
sanctificationem credentibus factus est Christus. 1.
De quo etiam scriptum est. *Factus est nobis iusti-*
tia, & sanctificatio, & redemptio. Sed non creden-
tibus fuit petra scandali, quia in illo Iudæi pro-
pria malitia scandalizati sunt, iuxtà illud Euang.
Marci 6. *Et scandalizabantur in illo.* Specialiter 6
autem fuit in laqueum, & in ruinam habitanti- Mar. 6.
bus in Hierusalem, quia propter mortem Christi
fuerunt à Romanis in captiuitatem ducti, &
quàmplurimi eorum occisi. Vndè subdit Sanctus
Propheta Isaias. *Et offendent ex eis plurimi, &* 7
cadent, & conterentur, & irretientur, & capien-
tur. Quam calamitatem prænuntiat Christus He
bræis, dicens. *Qui ceciderit super lapidem istum* Matth.
confringetur, super quem autem ceciderit, conte- 21.
ret eum.

Cum autem audis, quòd Christus est positus
in ruinam, &c. non percipias, quòd ex intentione
Dei sic sit positus, quasi Deus alicui præbuerit oc 8
casionem ruinæ. Deus enim neminem sollicitat
ad malum, nec impellit ad peccandum; quia cum 9
ipse nullius mali auctor sit, ità peccare nequit.
Sed est prædictio, qua significatur certitudo fu-
turi euentus. modo quo lapis positus in itinere
ad iter ostendendum sit, ob incautelam transeun 10
tium, lapis offensionis, vt in illum impingant. Si-
milem modum locutionis habes Sapien. 14. vbi Sap. 14
dicitur, quòd *Creaturæ Dei factæ sunt in odium*
Dei, & in discipulam pedibus insipientum. Quo- 11
modo (quæso) potuit Deus condere naturam ad
suijpsius odium? & tamen est adeò certum, quòd
stulti, & insipientes ex illorum malitia, & peruer
sa voluntate abutendo creaturis, exardescunt in 12
illarum amore, vsq; ad Dei contemptum, occa-
sione accepta, non data. Est verbi gratia, aliquis
in Comœdijs agens personam Imperatoris, di-
cit rusticus, ille est Imperator, decipitur non enim

ille est Imperator, sed vtiq; repræsentat Imperatorem. Sic videntes stulti creaturas, quæ factæ
13 sunt ad Deum repræsentandum, in illis sistunt, nec vlteriùs aduertunt, sed creatura fruuntur quasi Creatore. Fuit ergò Christus in ruinam multis propter illorum malitiam occasione accepta. Equidem prædicabat Christus, & impij Pharisæi malè interpretabantur, & data opera conabantur illum de loco dimouere, ne illum verum
14 Messiam confiterentur. Datus est ergò Christus hic; qui est filius Virginis, vt salutem conferat omnibus: tamen hominum vitio in ruinam fuit. Ve-
15 nit ab Israelitis expectatus, sed non ab omnibus susceptus. à Iudæis repertus, à Gentilibus collectus. Eccè quomodo in ruinam, nimirùm Iudæorum, & in resurrectionem Gentilium. Quod Pau-
Rom. 10. lus Roman. 10. egregiè declarat his verbis, *Quid ergò dicemus, quòd gentes, qui non sectabantur iu-*
16 *stitiam, apprahenderunt iustitiam. Iustitiam autem, quæ est ex fide; Israel verò sectando legem iu-*
17 *stitiæ, in legem iustitiæ non peruenit*. Sic namquè sæpè contingit, vt qui maiorem sanctitatem, & perfectionem profitentur, aliquando peiores sint & cæteris duriores: & vbi iure maior debet esse virtus, minorem inuenias. Venit igitur Christus in resurrectionem fidelium, & electorum, & in ruinam infidelium, & reproborum, sed non vni-
18 formiter. Nam in ruinam occasionaliter, in resurrectionem causaliter, & directè. Sic Dominus
Osea 13 per Oseam: *Perditio tua ex te Israel: tantummodo auxilium tuum ex me.* Ad hoc pertinet, quod
Io. 9. ipse ait, *In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant: & qui vident cæci fiant.*
19 Illuminat enim Christus cæcos, & excæcat videntes. Videntes sunt, qui oculis proprijs sapientes sunt, quia qui rationi suæ plus credunt, quàm ver-
Matth. 11. bo Dei merentur excæcari, iuxtà illud, *Abscondisti hæc à Sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Non videntes sunt simplices, & indocti, & ex consequenti, paruuli illi, quibus sua reue-
20 lat secreta. Sicut enim odor vineæ florentis, iuxtà naturam suam, dulcis est hominibus, sed intollerabilis est serpentibus; sic Christus. Quarè Apo-
1. Cor. 2. stolus de omnibus iustis loquens, ait, *Alijs sumus odor mortis ad mortem, & alijs odor vitæ in vitam*; Patet igitur ex his omnibus quomodo Christus dicatur, & sit positus in ruinam, & in resurre-
Irenæus lib. 3. ctionem multorum. Vndè Irenæus, *In ruinam nõ credentium ei, quibus & maiorem damnationem, quàm Sodomorum, & Gomorrhæorum in iudicio comminatus est. In resurrectionem autem credentium, & facientium voluntatem Patris eius, qui in*
Interli. *cœlis est.* Vt enim inquit Interlin. *Iustis est lumen*
21 *& gloria, secundùm quod prædixit Sanctus propheta Simeon, non sic incredulis.* Et secundum Glossam ordinar. *In Christi passione, quæ futura erat, multi Iudæi fuerunt excæcati à veritate cadentes, & multi fuerunt illuminati, qui prius erant simplices, & ignorantes:* vt patet de Apostolis,
22 quibus post passionem Christi data est intelligen-

tia Scripturarum, secundum quod dicitur Luc. vltimo. *Et tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent* Luc. vl.
scripturas. In ruinam ergò non in Babylone, sed in Israel, quia Christus magis offenditur ab his, 23
in quos maiora bona contulit. Sic in domo Annæ percutienti maxillam dixit, *Si malè locutus sum* Io. 18.
testimonium perhibe de malo. Quamuis plures reportauerat colaphos, tamen hunc plus cæteris 24
sensit, quia huic Malcho sanauerat abscissam auriculam. Sicq; grauiùs Israelitæ casum sensit, quã Gentilis, & plus Christiani, & grauiùs etiam Religiosi, quia hi maiora à Deo receperunt dona, & qui plus accipit, maius tenetur obsequium præstare. Idem certè Christus, vt vides, & est in ruinam 25
& in resurrectionem. Eadem Dei misericordia benè dispositis est in salutem alijs abutentibus in 26
maiorem damnationem.

Sed iam ad id, quod sequitur, transeamus. *Et in signum cui contradicetur.* secundum Gloss. tri-
plicìter exponitur secundum triplicem acceptionem huius nominis, Signum. Aliquando accipi- 27
tur pro significatione, vt circulus dicitur signum vini, idest significatio venalitatis vini. Aliquando pro miraculo, vt Act. 6. *Faciebat prodigia, &* Act. 6.
signa magna in populo. idest miracula. Aliquando pro vexillo. Nam vexilla, quæ afferuntur in Cuneis belligerantium, signa dicuntur, quia signant, idest significant, aut discernunt milites vnius partis, à militibus aduersæ partis. Primo modo dicitur Christus in signum Euangelij, & legis nouæ
prædicatæ à Christo; ipsa namq; data est, & in si- 28
gnificationem metuentibus, vt fugiant à facie arcus, idest iræ Dei: Et in signum amoris, & dilectionis; cum ipsa sit lex amoris. Secundo modo signum dicitur Christus, quia tota illius vita plena est miraculis, & ipsemet Christus est miraculum miraculorum; *Nil enim maius, quàm Deum* 29
hominem fieri, & esse, vt inquit Damascenus. Ter- Damas.
tio modo dicitur signum ipsa Crux, quæ osten- 30
dit iter, & quò pergamus. Verè signum cui contradicitur vtiq; ab infidelibus, vndè Act. vltimo, Act. vl.
dicitur Paulo, *Huic sectæ vtiquè contradicitur.* Hæc Glossa. Vltrà istas acceptiones Christus po-
test dici, quòd sit positus in signum paupertatis, 31
& humilitatis in præsepio. *Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, & posi-* Luc. 2.
tum in præsepio. In Cruce in signum patientiæ, & 32
obedientiæ. *Fac serpentem æneum, & pone eum* Num. 21.
pro signo. & Ioan. 3. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.* Sed istis omissis, pro quibus vi- Io. 3.
dere poteris Vgonem in expositione huius sen- Vgo.
tentiæ rectiùs, & opportuniùs sumitur in hoc loco pro signo Sagittariorum, idest, in quod solent Sagittarij collimare, secundum illud Thren. 3. Thren. 3.
Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum 33
ad sagittam. Itaq; sensus est, quòd Christus positus est in signum, in quod omnes ferè Iudæi non solùm lingua, sed etiam manu tela sua conijcerent: non enim contenti sæpè blasphemasse, etiam crucifixerunt, vt verè potuerit dici signum stultorum.

Zach. stultorum.quemadmodum Zachar.cap.12.dixit,
12. *Et aspicient in eum,quem confixerunt.* & Apocal.
Apoc. 17. *Et videbit eum omnis oculus,& qui eum pupu*
17. *gerunt.* Quòd autem hic sit germanus sensus pa-
tet,quia loquitur ad Mariam illius matrem,allu-
dens ad passionem, quam futurum erat vt pate-
retur,quod insinuans subdit, *Et tuam ipsius ani-*
mam pertransibit gladius, idest,idemmet gladius
34 passionis,& mortis Christi transfigens corpus,&
ex consequenti animam Christi,illemet per com
passionem pertransibit,& transfodiet,vt ità dica
tur,animam tuam. Siquidem dolor passionis ori-
35 tur à læsione carnis cum perceptione sensus, &
redundat in animam. Dolor verò compassionis
oritur, & incipit ab anima, & redundat in sen-
sum,& carnem. quanto enim anima est potenti-
36 or, & magis dominans super carnem, & caro est
delicatior,& magis subiecta animæ, tanto fit ma
37 ior redundantia.& sic erat in Beata Virgine.Nã-
què carnifex huius doloris fuit amor,& non mo-
ri omnibus malis maius erat. Et ex duplici capi-
te maximus fuit dolor Virginis in compassione
38 Filij. primo propter magnitudinem amoris ad
Christum, quò enim amplius amamus, eò magis
dolemus de infortunio rei amatæ. Secundo ex
præsentia Christi patientis. obiectum siquidem
39 præsens fortiùs mouet potentiam,quàm absens.
At de istis aliàs dicemus. In passione ergò Chri-
40 stus verè fuit pro signo ad sagittam,& cui non so
lùm fuit contradictum pro eo crucifigendo, iux-
ta illud,*Non audis quanta aduersum te dicunt te-*
*stimonia.*Sed ipsimet crucifixores quasi certatim
41 admouebant sagittas contra Christum, & more
certantium, Sagittarij inter se contradicebant,
alijs affirmantibus (vt ita dicam) se propiùs atti-
gisse,alijs contradicentibus,quòd non illi,sed ip-
si. Quod totum patet ex supradictis, & serie pas-
sionis.Benè ergò dicit Sanctus Simeon.*Et eccè po*
situs est hic in ruinam, & in resurrectionem mul-
torum in Israel, & in signum cui contradicetur.
42 &,vt aliqui legunt,*contradicitur*,quia tota Chri-
sti vita fuit plena contradictionibus, vtpotè quæ
fuit plena virtutibus, quibus omnes vitiosi sem-
per contradicunt.

Est igiturChristus,qui est *Iesus Nazarenus Rex*
43 *Iudæorum*, ruina infidelium, resurrectio creden-
tium;ruina vitiorum,resurrectio virtutum;ruina
inimicorum omnium veritatis,& resurrectio eo-
rum,qui amant illam. Sicq; virtus tituli huius cũ
in ruina, tùm in resurrectione semper claret, &
ex contradictione opponentium magis refulget.
44 Per hunc liberamur à peccato,à Dæmonis pote-
state,ab omni reatu pœnæ; per hunc reconcilia-
mur Deo,nobisq; aperitur ianua cœli, ipseq;met
45 Christus gloria sublimatur,& sedet ad dexteram
Patris in cœlis. De quibus omnibus per singula
D.Tho. vide,si libet, D.Thom.3.p.quæst.49.per totam.
Et vndè (quæso) tanta virtus? non aliundè, nisi
Apoc.1. quia,vt inquit Ioann. *Dilexit nos, & lauit nos à*
46 *peccatis nostris*. quomodo? *in sanguine suo*. Est
namq;, vt alibi diximus, titulus hic memorialis
passionis Christi, quia Cruci appositus in illius
memoriam.

Sed ais,ex quo tanta tituli huius virtus,vt per
illum victa sint peccata, victus sit Dæmon, victa
sit omnis pœna, quarè adhuc regnant peccata,
dominatur Dæmon, necnon adhuc infinitis ma-
lis subijcimur? posita namquè causa sufficienti, 47
quid amplius requiritur ad inducendum effe-
ctum? Si ergò titulus iste exprimens passionem
Christi, quæ sine dubio plus quàm sufficiens cau
sa fuit nostræ liberationis à peccatis, cur adhuc 48
in eis volutamur: & si erepti sumus de Dæmonis
potestate, cur adhuc ille exagitat nos & tentan-
do,vt animam inducat ad peccandum,& multo-
rum etiam corpora vexando? equidem experi-
mur, quòd etiam post Christi passionem ista pe-
raguntur,ac si in nullo simus quoad hoc subleua-
ti. Et quod vrgentiùs apparet adhuc morimur,
adhuc in pœnis sumus, adhuc viget decretum, 49
In quacumquè die comederis ex eo, morte morie-
*ris.*Et illud Apostoli.*Stipendia peccati mors.*Ad- Rom.6.
huc Deus videtur contra nos iratus;vbi ergò vir-
tus,& efficacia huius tituli Crucis?

En quod paulò ante dicebamus. Positus est
hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in 50
Israel; sed non hoc solùm, verùm, & in signum
cui contradicetur.primo contradixerunt huic ti- 51
tulo Iudæi,& Gentiles verbis, & factis, vsquè ad
crucifixionem; modò contradicunt hæretici, &
malè viuentes Christiani. Heùs quantis agitatur
procellis.& sic erit vsq; ad sæculi consumationẽ,
quia *necesse est hæreses esse,vt qui probati sunt ma* 1.Cor.
nifestentur. 11.

Non tamen difficilè existimandum,quòd titu-
lo huic contradicentibus per eundem titulũ nos
valeamus contradictiones illorum superare. libe-
rat quidem nos Deus per suam passionem, & à
Dæmonis potestate, & ab omni peccato, & ab 52
omni reatu pœnæ. Verùm ordine quodam ista
peragit in nobis.primum,& ante omnia necessa-
rium est, quòd Christo coniungamur; sicquè illi
vniti fructum, siuè effectum suæ passionis in nos 53
percipiemus, aliter non mirum si adhuc in con-
tradictionibus perseueremus. Namq; D.Thom. D.Tho.
3.par.art.2.quæst.49. tertio loco ita argumenta-
tur. *Virtus passionis Christi in perpetuum durat*,
secundum illud Heb.10.*Vna oblatione consuma-* Heb.10
uit sanctificatos in sempiternum; similiter etiam
vbiq; extenditur. Sed liberatio a potestate Diaboli 54
non est vbiq;, quia in multis partibus mundi ad-
huc sunt idolatræ;nec etiam erit semper,quia tem- 55
pore Antichristi, maximè suam potestatem exer-
cebit Diabolus in hominum nocumentum. de quo
dicitur 2.ad Thess.2.*Quod eius aduentus erit se-* 2.Thes
cundum operationem Sathanæ in omni virtute, & sal.2.
signis, & prodigijs mendacibus, & in omni sedu- 56
ctione iniquitatis. ergò *videtur quod passio Chri-*
sti non sit causa liberationis humani generis à po-
testate Diaboli. Hoc est argumentum, & hæreti- 57
corum

corum Achilles, quo conantur euertere huius no
stri tituli efficaciam, & virtutem. Audiuimus Iu-
dæos incredulos opponentes titulo, *Noli scribe-*
re Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit. Audiamus
nūc sententiam non Pilati, sed Spiritus sancti per
os sui Angelici Doctoris. *Ad tertium, inquit, di-*
58 *cendum; quòd Deus permittit Diabolo posse deci-*
Nota ly semper. *pere homines in certis personis, temporibus, & lo-*
cis secundùm occultam rationem iudiciorum suo-
59 *rum. Semper tamen per passionem Christi est para-*
tum hominibus remedium se tuendi contra nequi-
tias Dæmonum etiam tempore Antichristi; sed si
aliqui hoc remedio vti negligant, nil deperit effica-
60 *cia passionis Christi.* Hæc ille. Non ergò ex insuf-
ficientia passionis Christi, aut inefficacia illius,
sed partim ex occulta ratione iudiciorum Dei,
61 partim ex negligentia hominum vti nolentium
armis sibi exhibitis, & præparatis, huiusmodi ef-
fectum non consequuntur. Qua de re Apostolus
Rom. 3 Roman. 3. *Quid enim si quidam illorum non credi-*
derunt? Numquid incredulitas illorum, fidem Dei
euacuauit? absit. Est autem Deus verax, omnis au-
tem homo mendax. Sensus huius sententiæ est.
Quòd licèt multi contradicant sua incredulitate
huic titulo, conenturq; irritam facere illius vir-
tutem, & efficaciam, non tamen incredulitas il-
62 lorum fidem nostram euacuat, aut reddit ina-
nem; quoniam scimus, quòd verbum Crucis per-
euntibus stultitia est, his verò, qui salui fiunt Dei
virtus. Vndè Christus propinquus suæ passioni,
Io. 12. inquit, *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras,*
idest nunc per passionem meam cito subituram,
princeps, idest tyrannus, qui est Diabolus eijcie-
tur foras, idest potestatem, quam iniustè acquisi-
uit, quantum fit ex parte sui, virtute meæ passio-
63 nis amittet. Nam Diabolus ex tribus habebat po
testatem circa hominem tùm quoniam eos ten-
64 tando superauerat; tùm quoniam Deus offensus
per suam iustitiam reliquerat hominem sub po-
testate Diaboli; tùm tertio quoniam Diabolus
65 ex sua nequissima voluntate illum impediebat à
consecutione salutis. Quantum ergò ad primum
66 homo liberatus est à potestate Diaboli, prout
passio Christi est causa remissionis peccatorum,
quorum ratione Dæmoni subijciebamur. quan-
67 tum ad secundum liberauit homines prout recon
ciliauit nos Deo. quantum ad tertium passio Chri
68 sti nos à Diaboli potestate liberauit, prout ipse
Diabolus machinando in mortem Christi, qui
non habebat meritum mortis, cum esset sine pec
69 cato, excessit modum potestatis sibi traditæ à
Aug. Deo. Vndè Augustinus 13. de Trinitate. *Iustitia*
Christi victus est Diabolus, quia cum in eo nil mor
te dignum inueniret, tamen occidit eum, & sic iu-
stum fuit, vt debitores quos tenebat, liberi dimit-
terentur in eum credentes quem sine vllo debito oc
Colos. 1. *cidit.* Hinc Apostolus Coloss. 1. *Eripuit nos de po-*
testate tenebrarum, transtulitq; in Regnum filij
dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, &
Concil. Trid. *remissionem peccatorum.* Et in Concilio Triden-
tino sess. 6. cap. 1. postquam dixerat. *Omnes homi-*
nes vsq; adeò erant serui peccati, & sub potestate
Diaboli, ac mortis, vt non modo, gentes per viam
naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam li-
teram legis Moysi inde liberari, ac surgere possent;
subdit secundo. *Quo factum est, vt cælestis Pater* 70
Christum filium suum ad homines miserit, vt &
Iudæos liberaret, & Gentes. Hunc proposuit Deus
propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro pec-
catis nostris.

Non autem sic accipiendum est, quòd simus
erepti à Dæmonis potestate, quasi ille minimè 71
possit nos amplius tentare, sed quia per recur-
sum ad Christi passionem, & possumus tentatio-
nes Dæmonis reddere inanes, & quod magis est
de illo victores existere; vt patet de Martyribus, 72
alijsq; Sanctis, & iustis. Hac ratione in Concilio Concil.
Tridentino sess. 5. inter Decreta circa peccatum Trid.
originale dicitur, *Manere in baptizatis concupi-*
scentiam, & fomitem ad agonem, quarè non consen 73
tientibus per gratiam Christi, nihil prorsus noce-
re valet. Et hoc modo etiam antiqui Patres (per 74
fidem inquam passionis Christi) Diabolo obsiste-
bant, licèt quantum ad descensum ad inferos
non potuerint liberari, nisi Christi secuta pas-
sione.

Est enim imaginandum, vt benè adnotat Ca-
ietan. in expositione art. 6. quæst. 48. quòd passio Caiet.
Christi operatur in nobis per modum medicinę. 75
Constat autem quòd medicina non operatur, ni-
si applicata. In hoc tamen discriminatur à medi-
cina corporali, quia ista operatur per modum in-
strumenti ipsius naturæ, sic quòd natura est prin-
cipale agens sanitatem; at passio vt instrumētum 76
Diuinitatis. Applicatio autem fit per fidem, & fi-
dei Sacramenta. Vndè D. Thom. in respondendo
ad primum argumentum 3. art. quæst. 49. quarè 77
(inquam) damnati non liberentur per passionem D. Tho.
Christi, dicit. *Semper necessarium est ad hoc, vt* 78
consequamur effectum passionis Christi, quòd ei-
dem configuremur. Configuramur autem eidem
morti, & sepulturæ eius per baptismum, quo to-
taliter liberamur per satisfactionem Christi. Vn- 79
dè baptizatis nulla pœna satisfactoria imponi-
tur. De quo Apostolus Roman. 6. *Consepulti ei* Rom. 6
sumus per baptismum in morte. Verùm quia Chri
stus semel tantùm mortuus est, semel tantùm &
nos possumus suæ morti, & sepulturæ configura-
ri. Vndè relinquitur, quòd si denuò labamur in 80
peccata, vt ab eis liberemur necesse est, vt confi-
guremur illi per aliquid pœnalitatis, vel passio-
nis, quam in nobis sustineamus; & sic sequitur ef-
fectus liberationis à peccatis. Et hæc est radix, 81
& causa, quarè pœnitentibus imponitur pœni-
tentia pro peccatis. Sequitur autem effectus pas-
sionis in huiusmodi pœnitentibus, cum parua no 82
stra satisfactio virtute Sacramenti magna fit, &
sufficiens, innixa satisfactioni Christi. Et quia Sa-
cramenti pœnitentiæ tres sunt partes, nimirùm 83
contritio, confessio, & satisfactio, opus est, vt con
gruè

gruè fiat per hoc Sacramentum applicatio paſ-
84 ſionis Chriſti, quòd tres ſimul concurrant huiuſ-
modi partes. Et hinc ſequitur, quòd non ex inſuf
ficientia paſsionis Chriſti imponitur nobis in ta-
li Sacramento pœnitentia, ſed vt nos magis di-
ſponamur ad effectum illius ſuſcipiendum in
nobis.

Et ex hac eadem radice, quia (inquam) opor-
tet nos configurari Chriſto, habes, quarè poſita
Chriſti paſsione ſufficienti, non tamen libera-
mur à morte aliiſq; pœnalibus. Siquidem ratio
huius eſt, quia Chriſtus primo quidem habuit
85 gratiam in anima, at ſimul cum paſsibilitate cor-
poris, vt ſic per paſsionem ad immortalitatis
gloriam perueniret. Ità & nos, qui ſumus mem-
bra eius, per paſsionem ipſius liberamur quidem
à reatu cuiuſlibet pœnæ, ità tamen quòd primo
recipimus Spiritum adoptionis filiorum, quo ad
86 ſcribimur ad hæreditatem gloriæ immortalita-
tis, adhuc corpus paſsibile, & mortale habentes;
poſtmodum verò configurati paſsionibus, & mor
ti Chriſti, in gloriam immortalem perducemur,
87 ſecundùm illud Apoſtoli Roman. 8. *Si filij, & hæ-*
Rom. 8. *redes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chri-*
ſti. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.
Hæc D. Thom.

Medina Vt enim benè eruditiſsimus Medina 3. p. quæ-
ſtio. 49. art. 3. aduertit, liberat quidem nos Chri-
ſtus per paſsionem ſuam ab omni peccati incom
modo, ſed ordine quodam. Eſt enim liberatio in
88 cipiens; eſt liberatio proficiens; eſt & conſumata
victoria. Omnis autem liberatio, & victoria eſt
per Chriſtum Dominum, ſic tamen, vt ab imper-
fecto paulatim proficiat ad ſui conſummationem,
89 quam conſequenter, *cum tradiderit Chriſtus Re-*
gnum Deo, & Patri, & euacuauerit omnem princi
patum, & poteſtatem, & virtutem. vt habetur 1.
1. Cor. 15. Corinth. 15.

Poſſumus etiam dicere, & rectè, quòd Chri-
ſtus ſua paſsione nos liberauit à pœnis, inquan-
tum (vt ſuperius dicebamus) tradidit remedium
90 quo non timeremus pœnas, *ſed ſine timore de ma*
nu inimicorum noſtrorum liberati, in ſanctitate,
& iuſtitia coram ipſo, ſeruiamus illi omnibus die-
bus vitæ noſtræ. Quòd ſi altius expetas radicem,
dicito, quòd paſsio Chriſti fuit, eſt, & erit in adiu
torium prædeſtinatorum, non in nocumentum,
& damnum. Nam prædeſtinationis verbum, &
quidem irrefragabile, hoc eſt. *Quos Deus praſci-*
Rom. 8. *uit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis fi-*
91 *lij ſui.* Patet autem, quòd Chriſto filio Dei, qui
eſt ipſa imago Patris conformari non poſſumus,
niſi eidem multipliciter paſſo, & nos pro modu-
lo noſtro, atq; menſura à Deo prædeſtinante no-
bis taxata compatiamur. Alioquin quomodo cō
formitas, imò quomodo non monſtruoſitas ſi ſub
ſpinoſo capite, quod Chriſtus eſt, membrum non
ſpinoſum, ſed delicatum eſſe velit? Ad hæc om-
nia ſignificanda Apoſtolus, poſtquam de præde-
ſtinatis dixit. Cohæredes autem Chriſti, mox
ſubdit, *Si tamen compatimur, vt & conglorifice-* 92
mur. A ſeruitute ergò, non à paſsione pœnarum
peccati, nos liberauit Chriſti paſsio, quia pœnas
nos pati voluit, ſed à pœnis nos calcari noluit. 93
Calcari enim non poteſt, niſi inferior, vt dicit Au-
guſtinus. *& inferior non eſt, qui quamuis corpore*
in terra multa ſuſtineat, corde tamen in cœlo fi
xus eſt. Vtiq; ergò à pœnis, ſiuè ab hominibus
pœnas aliquas infligentibus non calcatur ille, qui
pœnas, vel perſecutiones patitur, ſed qui pœnas, 94
vel perſecutiones timendo infatuatur, id eſt, qui
temporalium pœnarum, vel perſecutionum ti-
more dimittit veritatem, vel amittit bona ſpiri-
tualia. Quarè contra hanc infatuationem Chriſti
paſsio nobis opportunum attulit remedium, vt
patet in Apoſtolis, & Martyribus, de quibus mo-
do non eſt dicendum.

Quòd ſi adhuc amplius magnificare cupis hāc
veritatem, & D. Thom. præclaram expoſitionem 95
dic quòd ſi Deus mediante Chriſti paſsione mor
tem, & pœnam abſtuliſſet, non conceſsiſſet ve-
ram fortitudinem ſuis electis, & prædeſtinatis,
imò nec veram amicitiam declaraſſet ſe habere
ad illos. Nulla namq; maior victoria eſt, quàm ſe
ipſum vincere, potentioreſq; ſuperare, vſq; ad il- 96
lorum contemptum. Et in hoc gloriati ſunt Apo
ſtoli, & Martyres, qui ideò gaudentes ibant, quòd
digni eſſent pro nomine Ieſu contumelias, &
perſecutiones pati. Equidem inimicos non eſſe
timendos docuit Regius Pſalmiſta, cum inquit. Pſ. 63.
A timore inimici, eripe animam meam Non certè 97
dicit Ab inimico. *ſed, A timore inimici* Quia ma-
gnum malum eſt inimicos timere. Vndè Gregor. Greg.
5. Moral. cap. 13. diſcrimen ponit inter fortitudi
nem mundanam, ſiuè huius ſæculi, & fortitudi-
nem in via Dei, his verbis, *In via Dei à timore in*
cipitur, vt ad fortitudinem veniatur; nam ſicut in 98
via ſæculi, audacia fortitudinem; ita in via Dei,
audacia debilitatem parit. Et ſicut in via ſæculi
timor debilitatem parit, ita in via Dei timor for-
titudinem gignit. Salomone atteſtante, qui ait, In Prou.
timore Domini fiducia fortitudinis. Timori quip- 14.
pè Domini ineſſe fiducia fortitudinis dicitur, quia 99
nimirùm mens noſtra tantò valentiùs terrores re-
rum temporalium deſpicit, quantò ſe auctori ea-
rundem veratius per fortitudinem ſubdit. Hæc
Gregorius. Hinc eſt illud, quod ad Sāctum Iob di Iob 4.
citur, *Vbi eſt timor tuus, & fortitudo tua?* prius 100
dixit, *timor tuus*, deinde, *fortitudo tua*; quia in ti-
more Domini, iuſti fortitudo conſiſtit. Vera igi-
tur configuratio prædeſtinatorum ad Chriſtum
expectatur in dolorum, & paſsionum ſuſtenta-
tione. Quapropter nec illas ab eis pro hac vita 101
omninò auferre debuit, cùm ſint materia virtu-
tis exercendæ. Sed quod vlteriùs dicebamus, Si
dolores, & paſſiones penitùs abſtuliſſet, nec eos
pro amicis habuiſſet. Audi ipſum Chriſtum lo-
quentem, & docentem, non quoſcumq;, ſed ami-
cos ſuos iam ſibi configuratos. *Dico autem vobis* Luc. 12
amicis meis ne terreamini ab his, qui occidunt cor 102
pus,

pus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittere in gehennam ignis, quod est dictu.
103 Timete labi in culpam, quæ tollit Dei amicitiam non pœnas, quæ magis ducunt ad amicitiam, illamquè conseruant, iuxtà illud Gregorij. *Mala, quæ in hoc mundo nos premunt, ad Deum nos ire compellunt.*

Hic ergò est ordo. In primis tollitur peccatum
104 mortale per Christi passionem ab anima credente, & amante Christum. Deindè debilitatur peccatum habitans in carne, videlicet fomes, siuè lex membrorum, adeò vt licèt sit ibi, non tamen
Rom. 6. regnet; *Peccatum enim*, inquit Apostolus, *non dominabitur vobis, quia nō estis sub lege, sed sub gratia*. Nam & ipsimet Paulo tertio roganti pro li-
105 beratione à stimulis carnis, dictum est, *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perfici-*
2. Cor. 12. *tur*. Sed & alia peccata venialia, quæ citra mortem animæ admittuntur, atquè ità omne peccatum originale, mortale, veniale, deniq; & carnale illud habitans perpetuò in anima destruitur penitùs quando resurget homo in vitam immortalem, & gloriosam. Et ad eundem modum sumus liberati per Christum ab omni seruitute peccati. Primùm enim liberat Christus animam à peccati seruitute, vt possit seruire Deo liberè &
106 vtiliter in iustitia, & sanctitate, &c. Deindè liberat & carnem nostram mediante pædagogia Spiritus (vt verbo Medinæ vtar) ne seruiamus voluptatibus, & spurcitijs. Quod si interim relinquamur sub stimulis carnis, & alijs infinitis ærumnis mundi huius, hoc totum cedit ad bonum, & profectum nostrum. Quod exprimens Apostolus 2.
2. Cor. 4. Corinth. 4. dicit *Propter quod non deficimus sed licèt is, qui foris est, noster homo corrumpatur, ta-*
107 *men is qui intus est renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna*. Tandem liberabit carnem nostram ab omni penitùs seruitute. Hoc eodem modo, & ordine paulatim expoliat infer-
108 num, vt primò liberauerit Sanctos Patres, & quotidiè liberat animas aliquas à purgatorio. Demùm proijcietur in finali iudicio totus infernus cum morte, vt non amplius possint in Sanctos, & electos suos.

Ex his igitur omnibus simùl collectis patet quomodo titulus hic *I.N.R.I.* sit in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicitur; sed non vincitur, nec superatur.

Duo enim veluti extrema reperta simùl sunt in natura humana, & maximum bonum, & pessi-
109 mum malum. Maximum bonum fuit passio Christi, vt ab eo obedienter, & charitatiuè tollerata. Malum pessimum fuit occisio Christi à persecutoribus. At bonum præualuit ad placandum magis, quàm malum ad exacerbandum iustitiam Diuinam. Et hoc quia sapientia vincit malitiam. 110
Est siquidem passio Christi, quæ per hunc titulum declaratur, Sacrificium Deo acceptissimum, 111
& quotiescumq; Deo offertur placatur Deus, iuxtà illud 1. Regum 26. *Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium*. Et hæc est ratio, 1. Reg. 26.
quarè Christus sedens ad dexteram Patris in cœlis dicitur ab Apostolo interpellare pro nobis. Rom. 8.
Quod vtiq; non sic accipiendum est, quasi Christus Patri preces, & supplicationes etiam nunc 112
pro nobis offerat, veluti anxius, & sollicitus de nostra salute ad modum aduocati: hoc enim fecit in diebus carnis suæ. Modò cum Patre largitur nobis omnia, omnem habens potestatem. Nec decens est, quòd amplius se humiliet, vt exponit Chrysostom. hanc sententiam. Sed in tantum dicitur interpellare pro nobis, inquantum per victimam suam, quæ Patri semper est præsentissima, in quam Pater aspiciens largitur nobis remissionem peccatorum, iustitiam, & alia, quæ nobis ad salutem necessaria sunt. Chrys.

Nec te offendat Ioannis auctoritas, qua declaratur, quòd Christus ad Patrem loquens, ait. *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi; & pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate, non pro eis autem tantùm rogo, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint &c.* Siquidem pientissimus Christus præscius eorum, qui in ipsum credituri erant, rogat efficaciter, & impetratoriè pro electis, habens voluntatem suam omninò conformem voluntati Patri; cum tamen sua passio sit sufficientissima pro omnibus indistinctè, quantum sit ex parte sui. c. 17. 113

Et vt vlteriùs maiorem habeas efficaciæ huius tituli, & Christi passionis claritatem, accipe doctrinam D. Thom. in responsione ad tertium vltimi articuli, quæstio. 48. vbi quasi in Epilogo colligit totam illam quæstionem. *Passio*, inquit, *Christi, diuersimodè relata diuersis modis operata est nostram salutem. Vt enim caro eius vnita erat Diuinitati, illiusq; instrumentum coniunctum in vnitate personæ, operata est salutem per modum efficientiæ instrumentaliter. Quod Paulus 1. Corinth. 1. magnificans dicit, Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus idest caro quæ videbatur infirma in Christo propter vnionem ad Diuinitatem, fuit fortior hominibus. Secundò hæc eadem passio comparata ad voluntatem animæ Christi informatam charitate, qua mouebatur ad voluntariè patiendum, operata est salutem per modum meriti: Siquidem radix merendi est charitas. Tertiò, relata ad Christi carnem in qua patiebatur dupliciter operata est nostram salutem, & per modum satisfactionis liberando à reatu pœnæ, quia (inquam) satisfecit de condigno operando in nobis; Et pro toto corpore suo mistico, modo quo operatur vnusquisq; nostrum existens in gratia pro toto suo corpore; & hoc* D. Tho. 114 115 116 117

hoc ratione dignitatis ipsius personæ patientis. Et
per modum Redemptionis exoluendo pratium quod
nos ipsi debebamus Deo, quod pratium fuit sanguis
118 *illius pratiosus.* Vndè Petrus. *Empti estis non au-*
1. Pet. *ro, vel argento, sed pretioso sanguine Christi. De-*
1. *mùm operata est per modum sacrificij. Quod se-*
119 c.10.de *cundùm August. est omne illud, quod offertur, siuè*
ciu.Dei. *agitur in Dei honorem debitum, vt Deo inhærea-*
mus per charitatem, illumq; placatum nobis redda
mus. Et quia quatuor sunt de ratione sacrificij, vt
4.de Tri idem August. dicit, nimirùm, Cui offeratur, à quo
nit. offeratur, quid offeratur, & pro quibus offeratur:
120 omnia ista in Christo fuerunt vnum. Nam Chri-
stus seipsum in voluntaria passione pro nobis
Deo se obtulit in hostiam acceptissimam. Quarè
Eph.5. Apostolus Ephes.5. *Tradidit semetipsum pro no-*
bis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauita
tis. Et hoc idem sacrificium nos offerimus Deo
121 in Missis; quarè idem prorsus est negare valorem
Missarum, & valorem Christi passionis sub ra-
tione sacrificij, quantum sit ex parte rei oblatæ,
quidquid sit de sacerdotibus offerentibus. Hoc
totum, quod hactenus diximus, & adduximus si-
122 gnificatur per, ly, *I.N.R.I.* & plenè declaratur.
Nam, ly, *Iesus*, declarat virtutem, quia Saluator,
de quo dictum est, quòd Saluum faciet populum
suum à peccatis eorum, ly, *Nazarenus*, declarat
innocentiam, & puritatem. Vt enim benè adno-
D.Tho. tat D.Thom.art.3.quæstio.48.in responsione ad
123 primum. Caro Christi, quia humana, rectè pro
hominibus oblata est, quia mortalis, apta erat im
molationi: quia munda, apta ad mundandum:
quia vnita Verbo, accepta Deo fuit propter inef
fabilem charitatem offerentis. Hoc totum conti-
netur in, ly, *Nazarenus*, idest floridus, quia ipse
est flos campi. *Rex Iudæorum*, manifestat potesta
tem, & dominium, quod per Crucem acquisiuit,
Philip. & promeruit, secundùm illud Philippen.3. *Pro-*
3. *pter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi no-*
men, quod est super omne nomen, &c. Quia enim
Christus voluntaria sua humilitate infra suam di
D.Th.q. gnitatem se humiliauit, & quantum ad passio-
49.a.6. nem, & mortem cuius debitor non erat: & quan-
tum ad locum, quia corpus eius positum est in se-
pulchro, & anima in inferno: & quantum ad con-
124 fusionem, & opprobria, quæ sustinuit: & demùm
quantum ad hoc, quòd est traditus humanæ pote
Io.19. stati, secundùm quod ipse dicit Pilato. *Non habe-*
res in me potestatem, nisi tibi datum esset desuper.
125 Et ideò per suam passionem meruit exaltatio-
nem quantum ad quattuor. primò resurrectionẽ
gloriosam pro morte, & passione, secundùm il-
Ps.136 lud Psalm.136. *Tu cognouisti sessionem meam, &*
resurrectionem meam. Sessionem, inquit, idest hu
126 militatem meæ passionis. Secundo, Ascensionem
in cœlo loco descensus ad sepulchrum, & infer-
na. Vndè Ephes.4. *Descendit primùm in inferio-*
Eph.4. *res partes terræ, qui autem descendit ipse est, &*
qui ascendit super omnes cælos. Tertio, consessum
ad dexteram Patris loco opprobriorum Isa.52.

Exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè
Sicut obstupuerũt super eũ multi, sic inglorius erit Isa.52
inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios
hominum. Et Philippen.2. *Propter quod & Deus,* Philip.
&c. Quarto, Iudiciariam potestatem super homi 2.
nes, loco eius, quia iniquè iudicatus est Iob.36. Iob 36.
Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudi- 127
ciumq; recipies. Cum enim meritum importet
quandam æqualitatem iustitiæ, secundùm illud
Roman.4. *Ei qui operatur, merces imputatur se-*
cundùm debitum. Ideò qui sibi iniusta voluntate
aliquid attribuit plusquàm sibi debeatur, iustum 128
est, vt sibi diminuatur in eo, quod sibi debebatur
iuxtà illud Exod.21. *Cum furatur quis vnam o-* Exo.21
uem, reddat quattuor. Sic enim punitur iniusta vo
luntas. Et vice versa, qui iusta voluntate subtra- 129
hit à se, quod sibi debebatur, meretur vt sibi am-
plius superaddatur, iuxtà illud Luc.14. *Qui se hu* Luc.14
miliauerit exaltabitur. Igitur iustum fuit, quòd
Christus haberet potestatem super omnes Quod
declaratur in, ly, *Rex Iudæorum*. Vndè Ambro- Ambr.
sius. *Meritò autem super Crucem ponitur titulus,*
quia non humani corporis, sed Diuinæ potestatis 130
est Regnum, quod habet Christus. Lego titulum Re
gis Iudæorum, cum lego, Regnum meum non est de
hoc mundo. Lego causam Christi super caput eius
scriptam cum lego, & Deus erat Verbum, quia ca-
put Christi Deus. Hæc Ambrosius. Et erat scrip-
tum Hebraicè, Græcè, & Latinè, non solùm ratio
ne superius dicta, vt significaretur Christum Do-
minum esse Regem practicæ, physicæ, necnon 131
Theologiæ. Nam per Latinas litteras figuratur
practica, eò quòd Romanorum imperium poten
tissimum, satis officiosum in expeditionibus fuit.
Per Græcas verò litteras physica figuratur, Græ-
ci namq; erga naturalium speculationem insuda-
uerunt. Demùm per Hebraicas Theologia præ-
tenditur, dum Iudæis est credita rerum Diuina-
rum cognitio. Hæc Theophylactus. Quare hinc Theo-
habes declaratum plenũ Dominium Christi per phyl.
hunc titulum, necnon causam acquisitionis eius-
dem, & super omnes gentes, & super omnem sci-
entiam, siuè moralem, siuè humanam, siuè diui-
nam. & sic eidem omnis etiam scientia sibi famu-
lari debet, quia passus, crucifixus, & mortuus pro
nobis. Namq;, vt diximus, iste titulus, *I.N.R.I.* 132
fuit positus pro causa suæ mortis, & crucifixio-
nis, qua morte, & crucifixione operatus est salu-
tem omnibus nobis, & simul promeruit omnia
bona.

Et si quæras quarè Rex Iudæorum magis dica
tur in titulo, quàm Rex Gentium, cum eius pas-
sio ordinata sit indistinctè ad omnium salutem.
Vltra ea, quæ ad litteram diximus in superiori-
bus, dicendum cum D. Augustino, quòd *Missus* 133 Aug.
est Christus specialiter ad oues domus Israel regen
das, & oleaster, idest Gentilis, factus est particeps
pinguedinis oleæ, non olea particeps amaritudinis
oleastri. Et vt significet, quòd veri confitentes
sunt de Regno eius, & quòd omnes gentes futuræ
sunt

sunt vt sint Iudæi,& filij Abrahæ per fidem. non enim filij carnis,sed filij promissionis æstimantur
134 in semine. Quòd enim Iudæorum,& Gentilium sit Rex,patet per illud Ioan.10. *Alias oues habeo,*
Io.10 *quæ non sunt ex hoc ouili.* & in Psalm.2. *Postula à*
Ps.2. *me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Vndè
135 duo latrones cum Christo crucifiguntur, significantes hos duos populos Iudæorum,& Gentium. at vnus tantùm confitetur ipsum esse Christum, dicendo, *Memento mei dum veneris in Regnum tuum.* Et hic est populus Gentilis.Remanet alter
136 idest Iudæus in sua infidelitate, quia paucissimi ex illis conuersi sunt per comparationem ad Gétiles. Quapropter Synagoga fuit illa mulier, de qua dicitur, quòd auferebat diadema de capite
137 Regis,& imponebat sibi: namq; Iudæi acclamauerunt dicentes.*Noli scribere Rex Iudaorum: &, Nolumus hunc regnare super nos:* & vlteriùs.*Non habemus Regem,nisi Cæsarem.*At Gentilis est veluti Mater Regis,quia nimirùm genuit per fidem
138 Regem Christum in corde suo.

Insuper Christus ponitur in medio crucifixorum, & ad denotandum, quòd *qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs eius,*vt inquit Apostolus Et ad docu nen
Gal.5. tum nostrum, vt insinuet quòd in medio pœni-
139 tentium agenda est pœnitentia, & inter disciplinatos disciplina seruanda est. Vndè Seneca,

Seneca. *Nil tàm fugiendum, quàm dissimilium so-*
140 *cietas.*

Et vnus latro ponitur à dextris ad significandum
141 quòd caro nostra crucifigenda est per dexteram Spiritus cooperando illi, & tunc sibi promittitur Regnum cœlorum. Mundum à sinistris,quia non cessat exprobrare portantibus Crucem Christi.
142 Caro igitur crucifigenda est, idest Cruci affigenda, quia debet Cruci conformari. Nam Crucis sunt duo ligna, vnum in directum,aliud in transuersum,& sic formatur Crux. Directum, siuè re-
143 ctum in nobis est ratio, quæ dictat bona: indirectum,seù transuersum est sensus,& affectus carnalis. Tunc ergò transuersum configitur directo, quando caro cogitur seruire spiritui.& sic optimè imitaberis Christum.

Hinc insuper patet, quàm diuersimodè Chri-
144 stus a principibus mundi habeat titulum. illi in sigillis,iuxtà terminos possessionis eorum, putà, Rex Angliæ, Hispaniarum, Franciæ, Dux Man-
145 tuæ,& Montisferrati, &c. Papa etiam in sigillo, quod est Annulus piscatoris. At Christus in capite exprimens causam acquisiti Dominij *I. N. R. I.* Ponendus est hic titulus in capite,vbi viget
146 omnes sensus,quia in ratione voluntate, ac memoria.Diximus enim,quòd hic titulus est memorialis, quo memoratur Christi passio, & crucifixio pro nobis.Hoc pro memoria. *Nos,*inquit A-
1.Cor.2 postolus, *prædicamus Christum,& hunc crucifixum.*Dicitur etiam præconialis,qui & laudis est, propter fidei illius confessionem,*Credidi propter*
Ps.115 *quod locutus sum,*inquit Psalm. Sed super omnia

est triumphalis, quia Christus in Cruce fecit triumphum de omnibus inimicis per ostentionem suæ ineffabilis charitatis erga nos. Quarè, vt inquit Apostolus,Roman.5. *Commendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus,Christus pro nobis mortuus est.*Nota (quæso),ly,*Cum inimici essemus,* quia certè semper amauit nos; verùm nos apposuimus impedimenta huic amori per peccata,quę diuiserunt inter nos,& illum. Quarè, vt hunc insinuaret amorem eximium, in carne assumpta passus est pro nobis, vt nos liberaret à peccatis, omnibusq; ditaret bonis: vt vel sic (quemadmodum inquit Gregorius) *si amare piguit, redamare non pigeat.* 147 Rom.5. 148 Greg.

Dicamus ergò, quòd iste titulus, quia est triumphalis est etiam consolationis, nam *consolatur nos in omni tribulatione nostra,* quapropter benè dicebamus, quòd hoc titulo commendat charitatem suam in nobis quasi excitando,& pro uocando nos ad redamationem, vt sic semper concludamus virtutem,& efficaciam tituli huius *I.N.R.I.*& hæc de quarto quæsito dicta sint. Sufficiantq; pro secundo,& tertio puncto,ex quo simul conclusiones cum fundamentis collegimus. 149 150

PVNCTI QVARTI.
SVMMAE.

1 *Rex Regum titulus Christi,at minor titulo Crucis.*
2 *Titulus Christi ignominia fuit ex intentione Iudæorum, at gloria ex intentione Dei.*
3 *Tituli Christi causa principalis Deus est.*
4 *Credentes omnes Iudæi sunt secundùm spiritum.*

AD argumenta ergò in principio posita breuitèr, & quidem ad primum dicimus, quod titulus *Rex Regum,&c.*est tantùm honoris, & in fœmore Christi scriptus significans illius gloriam,sed præstat titulus *I.N.R.I.*qui simùl est honoris,& victoriæ,& triumphi titulus. 1

Ad secundum patet ex dictis, licèt enim hic titulus secundùm intentionem Iudæorum sit ignominiæ,secùs secundùm rei veritatem, & per ordinem ad intentionem Dei,& ad nos fideles,qui vnum sumus per fidem, & amorem cum Christo. 2

Ad tertium similitèr patet, quòd hic titulus fuit scriptus à Pilato tamquàm instrumento, & causa secunda,ac humana,cæterùm causa principalis illius fuit Deus cuius decreti virtute,& prędiffinitione Pilatus dixit,*quod scripsi scripsi.* 3

Ad quartum iam dictum est.Quòd omnes credentes sunt Iudæi in spiritu,& repromissione, licèt non secundùm carnem,quarè non obstat vniuersalitati salutis totius generis humani.Hæc de quarto. 4

PVN-

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Figura aptissima declarans virtutem, & efficaciam tituli Christi.*
2 *Regimen non est sine virga.*
3 *D. Paulus princeps erat populi.*
4 *Virga duodecim secundum numerum tribuum, & principum.*
5 *Virga sola Aaron floruit, & fructus produxit.*
6 *Aaron solus electus sacerdos summus.*
7 *Christus debuit manifestari summus sacerdos, per virgam crucis.*
8 *Fructus debuit germinare crux Christi.*
9 *Cruce confundendi sunt rebelles.*
10 *Crucis gloria semper conseruabitur.*
11 *Nomen superscriptum virga crucis, I.N.R.I.*
12 *Christus erat summus sacerdos ante passionẽ.*
13 *Christi passio quomodo ab instanti sua conceptionis dicatur incepisse.*
14 *Sacerdotium Christi manifestatum fuit per Crucem.*
15 *Fructus crucis Christum manifestum fecerunt mundo.*
16 *Christus retinuit vires, vsq; ad finem vita.*
17 *Clamare valdè non potuisset Christus, si vires non retinuisset.*
18 *Christus habuit in sua potestate, etiam naturalia.*
19 *Fructus crucis in Centurione, & Latrone, & alijs.*
20 *Ecclesia per crucem exaltata, & magnificata.*
21 *Apostoli qui primo fuerunt debiles, per crucem fortes facti sunt.*
22 *Per crucem confunduntur aduersarij.*
23 *I.N.R.I. salus, vita, virtus, & victoria nostra.*
24 *Crucem aduersantur Tyranni, & Haretici, at non praualent.*
25 *Crucis opus Dei est, nec potest dissolui.*
26 *Aliud est pradicare crucem, aliud crucẽ floridã.*
27 *Crux Christi quomodo habenda in viribus anima, & in tota vita.*
28 *Virtus, & amoris efficacia declaratur per Danielis visionem.*
29 *Amantem dura pati necesse est.*
30 *Amor igni assimilatur, & quarè.*
31 *Christus sedet in cruce quasi in re amata.*
32 *Verba Apostolorum ignita, & inflammantia, & quarè.*
33 *Crux thronus Christi in quo tantùm sedet.*
34 *Amor nonnisi in amore quiescere potest.*
35 *Sine labore non vnitur amans rei amata.*
36 *Amor insulsus sine honore.*
37 *Amoris pictura ex Ouidio de arte amandi.*
38 *Amoris conditiones qua.*
39 *Amare, & amari, significatum diuersum à vocibus.*
40 *Amor trahit non solùm affectum, at quandoq; etiam corpus.*
41 *Delectatur in labore qui amat.*
42 *Christi delitia in laboribus, & doloribus.*
43 *Honor, & consolatio, finis laborum, & dolorum.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum, licèt omnia quæ hactenus dicta sunt sufficere possint studioso concionatori, attamen, vt ordinem à nobis propositum seruemus adhuc aliqua superaddimus in gratiam eorumdem; quare vltra dicta quærimus, & inuestigamus quænam sit ratio, & causa, quòd titulus Christi fuerit illius cruci appositus, & in summitate.

Notandum igitur pro complemento virtutis, & efficaciæ huius tituli, qui est salutis nostræ, & quem numquam satis declarare valemus, figuram aptissimam, quam habes Nume. 17. Vbi admota seditione à Chore, eiusq; sequacibus de sacerdotio Aaronis propter inuidiam, cum socijs suis fuit à terra absorptus, vt habes cap. 16. Deinde volens Deus declarare, quòd Aaron, & non alium elegerat in sacerdotem sibi, locutus est ad Moysen, dicens. *Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum virgas duodecim, & vniuscuiusq; nomen superscribes virga sua. Nomen autem Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas eorum familias continebit. ponesq; eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, vbi loquar ad te. Quem ex his elegero, germinabit virga eius, & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant.* Num. 17. 1

Pro quo nota cum D. Augustino serm. 99. de tempore, quòd omnis princeps tribus populi habet virgam. Non enim potest quis regere populum, nisi habeat virgam. Vndè & Paulus Apostolus, quia princeps erat populi, idcircò dicebat. *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?* Hæc Augustinus. Ex quo patet, quòd duodecim erant virgæ, iuxtà numerum tribuum, & principum in Israel, & vltrà duodecim posita paritèr est virga Aaron, quæ sola floruit, fructusq; produxit. Ex quo facto cognouerunt apertè Israelitæ, quòd Aaron solus, & non alius erat electus sacerdos à Deo. Aug. 2 1. Cor. 4. 3 4 5 6

Et ex hoc facto tamquàm figurali cum omnibus suis circumstantijs doctissimus, & pijssimus Magister Porrecta in suis veritatibus aureis elicit quatuor per ordinem.

Primo, quòd Summus totius Ecclesiæ Sacerdos Christus manifestandus erat mundo Sacerdos à Deo datus, per Crucem, ceù per virgam. 7

Secundo, quòd coram toto mundo, imò & in toto mundo flores, ac fructus pulcherrimos germinatura erat crux Christi. 8

Tertio, quòd per crucem confundendi sunt omnes Christo rebelles, & Iudæi Sacerdotium Christi Antichristo ascribentes, & huiusmodi. 9

Quarto, quòd gloria crucis Christi conserua- 10

 bitur

bitur semper à Deo tantum abest, vt sit contra gloriam Dei. & consequenter quòd conseruatio gloriæ crucis Christi non est opus humanum, sed Diuinum. Nam virga Aaron fuit referta in tabernaculo testimonij, vt seruetur, &c.

Et licèt ista omnia valdè faciant ad propositum nostrum, per quam etiam libentissimè de verbo ad verbum ea, quæ dicuntur ab isto præclaro, & mihi obseruantissimo Doctore afferre non pigeat: nihilominus ad euitandam prolixitatem, breuibus & per modum epilogi dictas conclusiones declarabimus pro quanto sufficere
Seraph. nobis possit. Et qui maiora voluerit recurrat ad
à Porte præfatum Auctorem loco citato, & super Ioan.
bus. cap. 19.

11 Dicamus ergò & nos per ordinem. Nomen superscriptus virgæ est titulus de quo hucusq; disseruimus *I.N.R.I.* qui proculdubio declarat Christum Dominum nostrum verum Summum Sacerdotem à Deo electum. Verùm quemadmodum
12 Aaron licèt priusquàm floreret virga sua esset verus, & legitimus Domini Sacerdos; nihilominùs tantùm ad floritionem virgæ fuit palàm, & coràm toto populo cognitus pro Sacerdote à Deo electus. Sic Christus Saluator noster ab instanti suæ conceptionis fuit Sacerdos Summus, & caput totius Ecclesiæ, tunc enim & nomen, &
13 diffinitionem Sacerdotis ab Apostolo datã Heb. 5. accepit à Deo. Tùnc etiam non tantùm incœpit esse homo, sed etiam incœpit pro nobis pati, vt inquiunt Doctores Sancti. Passionem enim suam in mente sibi mox depingi voluit, & ex ipsa angi, & consequenter seipsum pro nostris peccatis satisfactionem Deo Patri offerre. Erat tunc Sacerdos, & Sacerdos à Deo electus, sed quòd
14 Sacerdos talis esset nondum mundo certissimo signo monstratum erat. Sicut & de Aaron Sacer-
Io. 8. dotij Christi figura præcesserat. Quarè quemadmodum Aaroni, improperabant ei dicentes. *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum*
15 *non est verum, &c.* per floritionem tantùm innotuit toto populo: & tunc fuit quando Christus super virgam, idest Crucem sibi paratam conscendit; tunc enim flores, fructusq; suprà naturam produxit, quando (inquam) maximam ostendit pa-
16 tientiam in sustinendo dolores nostros: maximam charitatem in deprecando pro suis crucifixoribus, maximam fortitudinem in retinendo vires, vsq; ad finem vitæ, quò viuaciùs perfentiret dolores, vt iam ostendimus; quarè rectè tunc di-
Mat. 15 ctum est à Centurione, *Verè filius Dei erat iste:* quia certè, naturaliter loquendo, impossibile est
17 posse validè clamare stantibus afflictionibus, &
D.Tho. multiplicatis passionibus in illo. Verùm quia, vt
18 declarat D.Thom. quodlib. 1. art. 3. in sua habebat potestate etiam naturalia, vt animam suam poneret pro libito, ideò vires conseruauit vsquè
19 in finem, ratione dicta. Et sic fecit fructum in Centurione, & in Latrone à dextris, cui & Paradisum promisit. Tunc floruit, & fructus fecit, quòd multi adstantium percutientes pectora reuertebantur. At de his satis. Et de illius Sacerdotio alia dicemus occasione. Pro nunc sufficit declarare figuram, quam valdè admirandam ad hoc propositum iudicamus.

Hinc patet secundum, quòd floruit coràm toto mundo, nam ante Christi mortem, Crux erat, ceù virga arida, & sicca, nec discernebatur mistici Aaronis virga à virgis aliorum. Sed vbi Christus conscendit hanc virgam, positaq; est in taber
naculo testimonij, mirabiliter fructificauit. Nam 20
Ecclesia, quæ de latere Christi dormientis formata est, primùm quasi arida inspiciebatur, vt fides quasi in sola Virgine seruaretur; at mortuo Christo adeò floruit, & fructus fecit, quòd mirabiliter prædicata est, & dilatata per vniuersum
mundum, non enim amplius meticulosos intue- 21
ris Apostolos, sed fortes, & intrepidi annuntiant Christum, & hunc crucifixum. Quod optimè Christus prædixit. *Ego si exaltatus fuero à terra,*
omnia traham ad meipsum. Hinc tertio habes Io. 12.
quomodo confundantur rebelles aduersantes Aaroni nostro mistico, vt omninò cogantur fugere 22
aduersarij. *Nos prædicamus Christum, & hunc cru* 1. Cor.
cifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus au- 1.
tem stultitiam; nobis verò credentibus Dei virtus: contra scandalum, & sapientia contra stultitiam
est. Quarè? quia I.N.R.I. salus, vita, virtus, & vi- 23
ctoria nobis est. Et absit quòd in aliquo alio gloriemur.

Vis tandèm videre quomodo referatur in tabernaculum Domini, vt seruetur? attende quòd ob nullas tribulationes, tentationes, seù aduersitates cessabit vmquam gloria Crucis Christi; quoniam à Deo semper vbiquè conseruabitur.
quid (quæso) non sunt conati tyranni, & persecu- 24
tores pro Cruce destruenda? quomodo non in dies Hæretici hanc demoliuntur, vt tollant dè medio? O mirabilis floritio, & Crucis fructificatio, vt nec portæ inferi possint contra illam. *Si*
granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit Io. 12.
multum fructum affert, attulit, & afferet, quia o- 25
pus Dei, non hominum est; nec potest dissolui. A-
liud ergò est prædicare Crucem, aliud Crucem 26
floridam. primum contemptibile quoddam sonat, at secundum quoddam amabile. De qua tamen alibi etiam dicemus. Hæc sufficiant pro occasione tituli Christi, qui est *I.N.R.I.* Hunc ha-
beas in intellectu per fidem. In voluntate per a- 27
morem, in memoria per gratiarum actionem, in tota vita per conformitatem.

Adde supradictis prodecore, & ornatu omni-
um visionem illam præclaram Danielis, quando Dan. c.
vidit Deum, vt ibi refertur, *super thronum igne-* 7.
um sedentem, cuius rota erant ignea, & ab ore eius fluuius igneus egrediebatur. Cum enim Christus sedens in cruce quasi in throno suæ victoriæ gloriæ, & triumphi sustinendo durissimam passionem pro nobis, equidèm hoc totum fuit ex ar-
dentissimo illius amore erga nos, qui cum adhuc 28
inimici

inimici essemus, vtpotè existentes in peccatis ipse dignatus est se ipsum offerre Deo Patri in ho-
29 stiam,& reconciliationem. Hæc enim est amoris vis,vt dura,& aspera pati faciat amantem pro re amata,& hoc totum figuratur per hanc visionem vbi primo significatur Deus sub nomine ignis.
Deut. 4 *Deus enim ignis consumens est*. Et ipsemet amor
1.Io.4. est secundùm illud,*Deus Charitas est*.& hoc con-
30 gruè satis, nam ignis adeo efficax est, quòd omnia conuertit in sui naturam,ita amor diuinus cũ semel occupauerit cor hominis, illud conuertit, & trahit ad se sic, quod oblitum propriæ naturæ nihil vult, nisi quæ Deus cum velle nouit, quod
Gal.2. ostendens Apostolus Gal.2.ait.*Viuo ego iam,non ego,viuit vero in me Christus*. Dicitur autem se-
31 dere super thronum cuius rotæ sunt igneæ; quia re vera in throno crucis sedet ex charitate, & amore. Fluuius verò,qui egreditur de ore eius,qui
32 pariter igneus est,sunt verba prædicationis Apostolorum ignita,& inflammantia auditorum corda quorum virtute trahebantur ad Deum tanto cum ardore, quod nullius rei alterius curarent, hæc est floritio crucis de qua paulo ante dicebamus, quòd si nosmetipsos configuremus illi conformando nos eidem dubio procul, quòd etiam in cordibus nostris, ceù in throno, & cruce sedebit Christus. Neq; enim imaginandum est,quòd alibi sedeat Christus, quàm in cruce, quarè vbi nulla crux, nec Christi sessio, hac enim de causa
33 clamat Apostolus Galat.5. *Qui Christi sunt car-*
Gal.5. *nem suam crucifixerunt*. En ergo mirabilis potentia crucis quid dixerim? imò amoris. At ne erremus dicamus vtrumq;,idest amoris crucis. Amor nimirũ crucis est amor crucifixi,& amor crucifi-
34 xi est amor Dei, amor autem non nisi in amore quiescere potest,hoc est, quod præclarè declarat
Prou.8 D.Hier.in exponendo illud Prou.8. *Delitia mea esse cum filijs hominum. Quia*,inquit, *desiderat in*
D.Hier. *nostro amore quiescere nosq; gratia meritorum ad se videndum perducere (tota namq; amantis intentio est esse ibi vbi res amata est)*cæterùm quia sine
35 labore, & crucifixione hæc non possunt peragi, & consumari,ideo Christus nostri amator hoc totum primo in se ipso ostendere voluit patiendo crucis tormenta, sic etiam protestatus est Apo-
Actor. 7. stolo suo, quando sibi dixit: *Ecce ostendam tibi quanta oporteat te pati pro nomine meo*.Ex his omnibus quasi insumma, & periocha habes studiose
36 concionator,quàm rectè dixerimus titulumChristi,primo exequialem esse,secundo præconialem tertio demùm triumphalem,quia(inquam)à doloribus, & laboribus ad laudes, & à laudibus ad triumphos peruenire iustum est. *Est*, nimirùm,vt quidam dixerunt, *amor insulsus inhonorum laude repulsus*. Habes insuper & tituli qualitatem,nec non veritatem, firmitatem, & efficaciam, prout iam declarauimus.

His omnibus accommodare potes pro gustu omnium illam amoris imaginem,de qua mentio-
Ouid. 37 nem facit Ouidius de arte amandi, figurabatur enim vt ipse ait ad modum sedentis in curru, in cuius singulis rotis erat specialis inscriptio, nam in prima scribebatur,*laboro*; in secunda, *delector*; 38
in tertia,*honoro*; in quarta, *consolor*. Sicut enim currus transfert res de loco ad locum, ita amor transfert amantem in amatum, vndè vt benè no- Caiet.
tat Caietanus 1.par.quæstio.27.super articulum 39
tertium, amari non est trahi, sed trahere, habet (inquam) vocem passiuam, & significatum actiuum,& viceversa dicendum de amare,vox enim 40
actiua est, at significatum passiuum potens adeò amor est,vt non solùm trahat amantis affectum, imò, & pluries corpus ipsum eleuatur, & rapitur ab imis ad summa, vt patet in multis extasibus Sanctorum,de quibus modo non est opus dicere.

Ex hac ergo amoris pictura patere etiam potest (quidquid fuerit de intentione figurantium) quòd in amore(si verus sit) est labor pro re ama- 41
ta consequenda, & quod amplius est cum labore delectatio reperitur, vndè & Christus quasi in summa delectatione positus omnia sustinuit pro- Prou.8
pter nos. Quarè & dicebat, *delectabar ludens, & delitia mea esse cum filijs hominum*, & quæ deli-
tiæ?Pati videlicet,ac sustinere pœnas hominibus 42
debitas, nam per istas quasi per media peruenit ad honorem, & consolationem triumphi modis 43
omnibus iam à nobis dictis, atq; item nos ducit, si tamen *compatimur,vt conregnemus*. En crucis floritio,tituliq; Christi triumphus, quem concedat nobis ipse, qui regnat in sæcula sæculorum. Hæc de toto quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm B.V. conueniat aliquis titulus specialis.

Videtur quòd non. primò quia si aliquis titulus specialis deberetur Virgini,certè deberet omninò conformis esse titulo Christi,qui fuit triumphalis,vt dictum est: Sed nulla specialis victoria legitur de Beata Virgine, maximè martyrij, cum migrauerit in pace, & sine dolore, ergò nec titulus triumphi sibi debetur.

Præterea,Si dicatur,quòd illius titulus sit præconialis, siuè laudis, talis esset titulus Virginitatis, quo magnificatur ab Ecclesia, quæ illam appellat Virginem singularem, & tamquàm prærogatiua illius exprimitur in Euangelio Lucæ cap. Luc. 1.
1.cum dicitur, *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem,&c*.Sed vt dicit Bernard *In ea si laudauero Virginitatem,multa mihi videntur offerri Vir-* Bern.
ginis post eam,ergò per hunc titulum nullam specialitatem exprimimus,ergò

Præterea,Si dicatur,quòd talis titulus sit hoc, quod dico, *Mater Christi,& Dei*.Contra primum est auctoritas D.Damascen.aduersus Nestorium, *Christotocon*, idest Christi genitricem, *non dicimus Virginem*. Contra secundum est, tùm quia Li.3.de orth. fi. c.12.

sequeretur, quòd Diuina natura acceperit initium essendi ex Virgine, quod est hæreticum. Tùm quia pari ratione Deus Pater deberet vocari pater hominis, quemadmodum Virgo Beata diceretur Mater Dei; hoc autem videtur offendere pias aures, ergò. Tũ quia deberet pariter dici Mater Trinitatis, cum hoc nomen Deus supponat pro tribus personis, ergò.

Præterea Beata Virgo nihil actiuè operata est ad Christi conceptionem, sed tantùm materiam subministrauit. Hoc verò non videtur sufficere, siquidem hac eadem ratione lignum deberet dici mater lecti, vel scamni, & caro nostra mater vermium, qui ex ea generantur, ergò nullo modo hoc dicendum est.

Matth. 1. Sed contra est quod Matth. 1. dicitur. *Cum esset desponsata Mater Iesu, Maria Ioseph.* Et in capitulis Cyrilli approbatis in Ephesina Synodo legitur. *Si quis non confitetur Deum esse secundùm veritatem Emanuel, & propter hoc Dei Genitricem. Sanctam Virginem* (genuit enim carnaliter carnem factam Dei verbum) *anathema sit*. Ephesi. Synodo

D. Ber. Et D. Bernardus: *vnum est in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem, gaudium videlicèt Matris, cum virginitatis honore. Mariæ priuilegium est, quod alteri non dabitur Virgo, & Mater non cuiuscumq; sed Dei*, ergò.

Respondeo seruato ordine, prout in superioribus, ita tamen vt simùl cum tituli declaratione commisceamus Virginis Deiparæ inuocationem & loco fundamentorum tria proponamus quæsita, quæ maximè faciant ad intentum, & propositum quæsitum in reliquis manutenendo eum ordinem, quem hactenus præstitimus.

PVNCTI PRIMI.
SVMMAE.

1 *Beneficia homini per Virginem concessa ingentia sunt.*
2 *Beata Virgo ipsa mouere debet os, & linguam ad sui laudes.*
3 *Os ex cordis abundantia loquitur.*
4 *Laus quid sit.*
5 *Beata Virgo consolatur in prosperis, & in aduersis subleuat.*
6 *Laudamus aliquem tribus de causis.*
7 *Fama, & nomen gloriosum sunt causa laudis.*
8 *Virtutum actus factaquè præclara sunt causa laudis.*
9 *Laus multorum exprimitur.*
10 *Titulorum honorificentia est causa laudis.*
11 *Principes laudantur per titulos eorum.*
12 *Beata Virgo laudanda propter tres causas simul.*
13 *Nomen Beatæ Virg. gloriosum est.*
14 *Beata Virgo laudanda ex actibus virtutum.*
15 *Beata Virgo laudanda propter illius tituli singularitatem.*
16 *Humilitas Virginitati præstat.*
17 *Titulus soli Virgini conueniens Virgo, & Mater.*
18 *Titulus Virginis, & Matris causa vnionis, & concordiæ.*
19 *Hæreses omnes quomodo per Virginem interemptæ.*
20 *Misericordia Virginis maxima.*
21 *Beata Virgo Regina Angelorum.*
22 *Titulus proprius Virginis est, quod sit, & dicatur Mater Dei.*
23 *Deus non potest meliorem vnionem facere, quã fecerit in Christi humanitate.*
24 *Deus non potest meliorem matrem facere, quã fuerit Mater Dei.*
25 *Maternitas in Virgine dignitas infinita.*
26 *Mariæ priuilegium, quod sit Virgo, & Mater.*
27 *Beata Virgo omni laude dignissima.*
28 *Titulus Beatæ Virg. à Deo est.*

Inuocatio Virginis.

Respondeo dicendum, Conuersus ad Virginem illud Psal. 70. *Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.* Adeò enim ingentia sunt beneficia humano generi præstita per Virginem, vt meritò non à nobis, seù proprijs viribus auxilium pro gratiarum actione, sed ab ipsamet auctoris gratiarum genitrice petere debeamus. Et quia nec nostrum laudare sufficit, quæramus vt ipsamet *repleat os nostrum laude sua:* Si enim illa non repleat, nec lingua mouetur, nec honesta desideria inflammantur. Sed cur os nostrum eius laude repleri desideramus? Certè non alia ratione, nisi quia ex abundantia cordis os loquitur. Quarè si amor cordis erga talem, & tantam Virginem exardescat, haud dubium, quòd os pariter laude illius replebitur. Verùm non hic finis, sed vt cantem gloriam tuam. gloriam (inquam) quę est multorum ore celebrata laudatio, vt dicit Gloss. Et non tantum, sed & tota die magnitudinem tuam idest sine intermissione. In prosperis, quia consolatrix; in aduersis, quia subleuatrix. Sic namquè *facta est omnium debitrix*, vt inquit Bernar. quarè ab omnibus laudanda est. Et vt hoc tibi clarum sit, antequàm ad materiam quæsiti accedamus (par est enim, vt iter nobis paremus tutum in exprimendo ea, quæ sunt intima, & propria Virgini Deiparæ.) Notandum est, quòd tria sunt propter quæ solemus homines laudare. primo laudantur homines propter suum nomen famosum; quando enim apud diuersitatem gentium, & nationum, regnorum, & vniuersitatum aliquis habet nomen, vel famam magnæ gloriæ, & celebritatis, talem multum laudamus, iuxtà illud de Deo dictum, *Secundùm nomen tuum, sic & laus tua in fines terræ.* Secundo laudantur homines propter actus virtuosos: propter enim singularia opera virtutis solemus aliquem laudare, vt putà, laudamus excellentes Magistros, & Doctores propter sciendiam:

Marginal notes (right column): Ps. 70. — 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — Bern. — 6 — 7 — Ps. 47. — 8

ſcientiam:Reges,& Principes propter iuſtitiam : Religioſos propter Sanctitatem : Dominas , &
9 Mulieres propter caſtitatem : Milites,& pugnatores propter triumphum,& victoriam ;Sic enim laudantur Hercules , Achilles , Alexander apud Græcos : Hector,& Troilus apud Troianos ; Iudas Machabæus apud Iudæos ; Carolus Magnus apud Chriſtianos.Et de quolibet tali diciturPro
Prou. 31. uerb.31.*Laudent eum in portis opera eius.* Tertio & vltimo laudantur homines propter titulorum honorificentiam.Sic laudatur Papa in Spirituali politia : Imperator in terrenis ; Reges, & Princi-
10 pes, qui habent titulum honorificum,& laudabilem;propter quod homines ſunt eis ſubiecti. De
11 quibus dicit B.Petrus in ſua Canonica . *Subiecti*
1. Pet. 2. *eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum , ſiuè Regi quaſi præcellenti. ſiuè Ducibus tamquàm ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò*
12 *bonorum.*Propter hæc tria ergò,Beatã Virg.laudare debemus.Primo,quia illius nomen eſt famo
Exo.33 ſum,& apud Deum,à quo ſibi dicitur illud Exod.
13 33.*Inueniſti gratiam coram me, & noui te ex nomine.*& apud homines,iuxtà illud D.Bernar. *Maria omnibus ſapientibus , & inſipientibus debitricem ſe fecit*,vt dictum eſt Verùm de fama,& nomine huius Glorioſę Virginis,ſuo dicemus loco.

Secundo,eam laudare debemus propter actus eius illuſtres, & glorioſos. Cum enim Sancti Patres,Prophetæ,Reges, & Patriarchæ ob hoc laudentur: iuxtà illud Eccleſiaſtici 4. *Laudemus vi-*
Eccleſ. 44. *ros glorioſos , &c.* Multò magis hanc Virginem laudare debemus , cum ipſa cumulatè colligat
14 quamlibet prærogatiuam , quæ fuerit in quouis iuſto, & Sancto : imò excellat in omnibus, quaſi epilogus omnium virtutum;vt etiam Deo dante, & ipſa impetrante oſtendemus.

Tertio laudanda eſt maximè, & in propoſito
15 propter eminentiam , & excellentiam ſui tituli præ omnibus puris creaturis. Sed qualis eſt hic titulus?equidem multi illius ſunt tituli.Titulus Virginitatis valdè ſibi gratus eſt,vndè dicitur, *Virgo*
16 *Virginum* . titulus Humilitatis Virginitati præſtat,inquit Bernard.quia *magis placuit Deo illius Humilitas, quàm Virginitas* : vndè & ſpecialius de hoc gloriatur in ſuo Cantico . *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ , ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* eſt alius titulus ſibi
17 conueniens, & ſoli, quòd dicatur Virgo , & Mater;vndè in eius præconium canit eccleſia. *Fælix namq; es , quæ ſola genitricis dignitatem obtinui-*
18 *ſti,& virginalem pudicitiam non amiſiſti.* Certè per iſtum titulum glorioſum dicitur pacificaſſe diſcordes,Deum(inquam)& homines,Matrem , & Virginem,quæ numquàm concordiæ medium inuenire potuerunt,niſi in Maria: vndè in verſu .

Partus,& integritas diſcordes tempore longo:
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

& inſuper concordati ſunt fides,& intellectus humanus.Hoc eodem titulo dicitur *cunctas hæreſes*
19 *interemiſſe*:& quia generando,& pariendo Veritatem qua omnis falſitas propellitur, ipſæ hæreſes pariter interemptæ ſunt:& quia pariẽdo Chriſtum verum Deum,& verum hominem,ſequitur quòd omnis hæreſis interempta ſit , cum hæreſis omnis ſit,vel contra Diuinitatem,vel contra humanitatem Chriſti.

Eſt alius titulus valdè commendabilis à no- 20
bis,nimirùm quòd dicatur Mater, & Regina miſericordiæ . *Hanc*, vt inquit Bernard. *peccatores amplectuntur chariùs , recordantur ſæpiùs, & inuocant crebriùs.*

Eſt etiam titulus eius , quòd dicatur Domina 21
Angelorum, & Regina Cœlorum : namq; & ipſum nomen *Maria* , Syro ſermone interpretatur *Domina,* quam tremunt Dæmones. Sic de multis alijs.

Verùm his omnibus non obſtantibus dicendum,quòd *Mariæ*,priuilegium eſt,& quod alteri non dabitur , quòd ſit , & dicatur *Mater Dei* , & *Chriſti Dei,& hominis*. Vndè D.Thom.1.p.quæ- D.Tho.
ſtio.25.art.6.Vbi quærit.Nùm Deus poſſit melio 22
ra facere,quàm ea,quæ facit,arguendo vltimo loco dicit ſic.*Homo Chriſtus eſt plenus gratia,& veritate,& ſpiritum habet non ad menſuram, & ſic non poteſt eſſe melior . Beatitudo etiam creata dicitur eſſe ſummum bonum,& ſic non poteſt eſſe melius.Beata etiam Virgo Maria eſt ſuper omnes Choros Angelorum exaltata , & ſic non poteſt eſſe melior. Non igitur omnia quæ facit Deus poteſt facere meliora* Hoc eſt argumentum.

Reſpondeo ait, Ad quartum dicendum, quòd 23
Humanitas Chriſti ex hoc,quòd eſt vnita Deo , & Beatitudo creata ex hoc , quòd eſt fruitio Dei , & Beata Virgo , ex hoc quòd eſt Mater Dei , habent quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito ,
quod eſt Deus : & ex hac parte non poteſt aliquid 24
fieri melius eis , ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo .

Ex hac igitur reſponſione patere poteſt , quomodo ex coniunctione Virginis ad Deum,quam habet per maternitatem, titulus dictus , quod ſit Mater Dei, & dicatur , præeminet omnibus , & quibuſcumq; aliis titulis , vtpotè quia nec fieri , nec excogitari poteſt,quòd aliqua ſit Mater melioris Filii,quàm ſit Chriſtus,& ſic Maternitas in
Virgine eſt dignitas infinita. Vndè Bernard. *In* 25 Bern.
ea ſi laudauero virginitatem , multi mihi videntur offerri virgines poſt eam. Si humilitatem prædicauero, inuenientur fortè (licèt pauci) qui mites facti ſunt , & humiles corde docente eius filio . Si multitudinem eius miſericordiæ voluero magnificare,ſunt & mulieres & viri miſericordes. Vnum eſt in quo nec primam ſimilem viſa eſt , nec habere
ſequentem.gaudium,ſcilicet,Matris cum virgini- 26
tatis honore . Mariæ priuilegium eſt , quod alteri non dabitur, Virgo,& Mater,non cuiuſcumq;, ſed
Dei:propter hoc eſt omni laude digniſſima.ideò la- 27
us eius in Euangelio per omnes Eccleſias decantatur . Fælix namq; es Sacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima , quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ ,

Christus Deus noster. Hæc ille.

Et licèt ista debeant sufficere homini Christiano, quatenus sciat discernere inter titulum, & titulum eiusdem Virginis, illamq; in suis necessitatibus prouocare ad sui intercessionem exhibendo ei maiores honores, quos illi præstare potest humana fragilitas; nihilominus quia iste titulus
18 non est ab hominibus, sed à Deo, qui dignatus est illius vterum inhabitare; totis viribus declarandus à nobis est.

Et per hæc patet tituli Quæsiti sensus, quærimus enim de hoc titulo specialiter quo dicitur, & denominatur Virgo, & Mater Dei, ex quo enim titulus aliquid speciale, & omninò singulare importare debet, hocq; illi singulare fateamur, relinquitur vt illius veritatem, radicem, & caussam pro posse omni cum diligentia inuestigemus. Quarè ad Virginem eamdem conuersus humilitèr corde, & ore dico, dignare me, laudare te Virgo sacrata da mihi virtutem contra hostes tuos. Hæc de primo.

In secundo puncto tria inuestiganda sunt quæsita à nobis. Primum quomodo decuerit, & qua ratione Christum nasci ex fœmina, & qualitèr, & ex qua materia formatum fuerit Christi corpus.

Secundum qualiter debeamus comparare côcursum Beatæ Virg. ad virtutem Spiritus Sancti quæ superuenit in ipsam, vt virgo manens conciperet, & pareret.

Tertium quomodo ex hoc quod genuit Christum secundùm carnem necessariò, & secundùm fidem, & secundùm veram rationem debeamus dicere, & affirmare Beatam Virg. esse verè, ac veram matrem Christi, & Dei, ita vt dicatur non solùm Christotocon; cæterùm, & theotocon.

QVAESITI PRIMI SVMMAE.

1 *Filius Dei potuit ex quacumq; materia carnem humanam sibi formare.*
2 *Filium Dei decuit sumere carnem ex fæmina.*
3 *Modi quatuor quibus homo fieri potest, & quartus eminentior.*
4 *Christus nascendo ex fæmina omnem abstulit errorem circa suam humanitatem.*
5 *Impossibile fuit Christum habere patrem in terris principium suæ generationis.*
6 *Generatio per se terminatur ad personam non ad naturam.*
7 *Nulla creatura potest efficere, vt persona Verbi subsistat in natura humana.*
8 *Fæminæ actio non terminatur ad personam.*
9 *Corpus Christi ex purissimis sanguinibus Beatæ Virg.*
10 *Tria possunt imaginari ex concursu fæminæ in generatione.*
11 *Semen, & menstruum non necessariò concurrunt ad generationem ex parte fæminæ.*
12 *Sanguis depuratus, & congruè digestus necessarius ad generationem.*
13 *Materia corporis humani quænam sit.*
14 *Semen quod decidit à viro actiui principij rationem habet.*
15 *Mulieres aliquæ concipiunt non seminando.*
16 *Nihil defuit corpori Christi etiam quòd sine viri semine.*
17 *Mariam sine viri semine concepisse asserunt scripturæ.*
18 *Materia corporis cuiusq; est sanguis fæminæ debitè præparatus.*
19 *Calor minor intensus in mulieribus, quàm in viris.*
20 *Semen cum sanguine multum conuenit.*
21 *Multum coeuntes quandoq; sanguinem loco seminis emittunt.*
22 *Sanguis qualis in fæminis aptus generationi.*
23 *Sanguis nô in qualibet ætate aptus est generat.*
24 *Sanguis qui est in venis non est ex superfluo alimenti.*
25 *Alimentum directè conuertitur in sanguinem.*
26 *Menstruum qualitèr in fæminis generetur.*
27 *Sanguis & quidem purissimus Virginis fuit materia ex qua corporis Christi.*
28 *In Christi conceptione duo sunt vnum secundùm naturam, aliud suprà.*
29 *Materiam similem alijs habuit Christus ex Virgine.*
30 *Matres quomodo per virtutem generatiuam concurrant ad prolem.*
31 *Principium actiuum in Christi generatione Spiritus Sanctus fuit.*
32 *Semen etiam à muliere cum quadam resolutione ministratur.*
33 *Locus proprius conceptionis est vterus.*
34 *Error credentium laudare Virg. in hoc, quòd extra vterum conceperit.*
35 *Relatio chimerica circa conceptum Virginis.*
36 *In vtero dixit Angelus, non in alia parte.*
37 *Beata Virgo non fuisset Christi mater si extra vterum concepisset.*
38 *Inconueniens circa Christi conceptum, quod aliqui existimant tollitur à D. Augustino.*
39 *Hominum sensus nonnisi ad corporea.*
40 *Semen mulieris, an necessarium ad generationem.*
41 *Discrimen vitæ communem generationem, & quæ est per gratiam.*
42 *Tria communiter reperiuntur in hominum generatione.*
43 *Omnis carnalitas procul à generatione spirituali.*
44 *Christi conceptio sine viri semine, & sine concupiscentia.*
45 *Sanguinis tantùm meminit Ioannes, quia ipse solus necessarius generationi.*
46 *Christus eiusdem speciei cum alijs hominibus.*
47 *Sanguis caro est in potentia.*
48 *Sanguinis attractio in Christi conceptione Spiritus Sancti virtute fuit.*

Quomodo

Quomodo decuerit Christum nasci ex fœmina.

1 QVoad primum igitur dicendum, quòd licèt filius Dei carnem humanam ex omni, & quacumque materia voluisset, sumere potuisset; siquidèm *potens est Deus suscitare semen Abrahæ de lapidibus istis*; vt dicitur Matth.
Matth. 3. tamen decuit, vt illam assumeret ex fœmina,
3. ex D. tùm vt sic nobilitaretur vterq; sexus, dùm Chri-
Th. 3. p. stus suscipit masculinum, & nascitur ex fœmini-
q. 31. a. no: tùm vt vel sic magis pateret veritas humanæ
3. & 4. naturæ. tùm quia hoc modo completur omnis di
2 uersitas generationis humanæ: Nam Adam sine viro, & fœmina procreatus est. Eua ex viro sine fœmina: alij omnes ex viro, & fœmina: quartus
3 modus Christo seruatus est, quòd ex fœmina sine viro nasceretur. Quod declarans Apostolus Ga-
Gal. 4. lat. 4. ait. *Misit Deus Filium suum factum ex mu-*
D. Au- *liere.* & D. Augustin. ad Volus. epist. 3. præclaram
gust. ad hoc propositum adducit sententiam dicens. *Si omnipotens Deus hominem, vbicumq. formatum, non ex materno vtero crearet, sed repentinum*
4 *inferret aspectibus, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum suscepisse vllo modo crederetur, & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit? Nunc verò ita inter Deum, & hominem Mediator apparuit, vt in vnitate personæ copulans vtramq; naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret.* hæc ille. Fortassis enim impossibile erat, vt be-
Medi- nè adnotat Medina, quod Christus Dominus pa-
na. trem naturalem haberet in terris, ex quo actio
5 virilis seminis terminatur ad esse personale hominis. etenim generatio per se non terminatur
6 ad humanitatem, siuè naturam: sed ad personam vel hypostasim subsistentem in natura; quoniam autem nulla creatura potest efficere, quòd esse personale Verbi Diuini communicetur naturæ
7 humanæ; hinc est, quòd nulla creatura potest esse pater Christi: fœmina vtiq; mater esse potest.
8 Nam ad officium fœminæ non pertinet, quòd aliquid efficiat ad vnionem hypostaticam, sed tantummodo quòd subministret materiam. Quarè corpus Christi (vt commune est Theologorum
9 assertum) ex purissimis sanguinibus Beatæ Virginis fuit sine dubio formatum. Tria namq; possumus considerare concurrentia tamquàm mate-
10 ria ex parte matris in omni, & quacumq; hominum generatione, videlicet, sanguis, semen, & menstruum, à mense dictum, quia quolibet mense decidere solet à fœmina apta viro, & generationi.

Verùm, vt optimè disserit Aristot. 1. de gene-
Arist. ratione animalium, cap. 19. duo vltima non sunt necessaria simpliciter, sed tantùm sanguis, non
11 quicumq;, sed qui est perductus ad quamdam aptiorem digestionem per virtutem generatiuam matris, vt sit materia apta ad conceptum. Non e-
12 nim imaginandum est (vt quidam falsè opinati sunt) quòd materia naturalis, de qua corpus formatur, sint semen patris, & matris, vt commixta simul cum sanguine menstruo, ità quòd totum 13
hoc sit materia corporis humani; hoc enim Aristoteles destruit multipliciter, ostendens, quòd 15. de
id, quod decidit de viro non est materia corpo- anim.
ris humani, sed solum principium actiuum, vel motiuum. Et hoc probat per rationem, & experimenta sensibilia, quæ maximè in rebus natura- 14
libus fidem faciunt. Ostendit insuper quòd semen mulieris nihil facit ad generationem; vndè quæ 15
dam mulieres concipiunt sine hoc quòd seminet, sed sanguis modo dictus est in fœminis loco seminis in viro. Et quia non est credendum, quòd materię corporis Christi, quod sine semine viri 16
conceptum est, aliquid defuerit, quod naturaliter ad formationem requiratur; ideò optimè dictum est, quòd Sacratissimum Christi corpus ex purissimis sanguinibus Beatæ Virginis fuerit virtute Spiritus Sancti formatum. Constat enim Mariam Virginem concepisse sine semine humano, asserentibus illud Matthæo, Luca, & Isaia. Nam 17
Matthęus post declaratam Christi Genealogiam illicò ac peruenit ad Ioseph, subdit. *Ioseph virum* Mat. 1.
Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Lucas verò declarat, quòd *de Spiritu Sancto.* Luc. 1.
Isaias verò, quòd *Virgo concipiet.* & ideò oportet Isa. 7.
quòd materia ex qua formatum est corpus Christi, & formatur in alijs hominibus sit sanguis per 18
virtutem generatiuam matris præparatus: & ille sanguis est in mulieribus, sicut semen in viris. Ideò eodem tempore quo semen in viris, & sanguis iste in mulieribus incipit, scilicet quando in vtriq; apparent signa pubertatis. Quia tamen in muliere calor deseruiens potentiæ generatiuæ est diminutus respectu caloris viri, non potest in mulieribus superfluum alimenti ad tantam dige- 19
stionem perduci, sicut in viris: ideò in viris relinquitur sub forma seminis, in fœminis autem ma- 20
net sub forma sanguinis deficiens à completa digestione seminis. Sanguis tamen, & semen propinqua sunt, ideò accidit in hominibus multùm coeuntibus, quòd sanguinem emittant, quando 21
semen deficit; quia non sufficit ad tantum de semine digerendum, quantùm incontinentia desiderat. Non tamen posset emitti sanguis loco seminis, nisi sanguis esset propinquus semini, & in eisdem vasis in quibus est semen. Est etiam dicendum, quòd sanguis, qui in fœminis est loco seminis, sit magis digestus, & inspissatus, quàm san- 22
guis, qui est in venis, nam talis est valdè fluidus, & modicum digestus; patet enim quòd continuò generatur sanguis in qualibet ætate, non tamen 23
in quauis ætate sanguis est aptus ad generationem, nisi in iuuenili. Nèc item putandum est, quòd talis sanguis, qui præparatur pro materia generationis sit desumptus ex venis; nam sanguis 24
existens in venis non fit ex superfluo alimenti, sed ex ipso alimento: directè enim alimentum conuertitur in sanguinem, & sanguis paulatim in 25
ossa.

ossa, neruos, carnem, & cætera, secundùm quod distribuit virtus naturæ, sed iste sanguis aptus ad materiam pro generatione, est ex alimenti superfluo proportionaliter, quo in viris, & per vir-
26 tutem generatiuam in vasis opportunis præparatur,&c. & huius defluunt excrementa, & partes magis impuræ, quæ emittuntur communiter singulis mensibus à fœminis, vt dictum est. Et ex puriori remanente tamquàm ex materia apta gene-
27 ratur corpus humanum. Duo ergò dicuntur circà materiam, ex qua corpus Christi formatum est, & quòd sit sanguis, & quòd purissimus: & certè puriorem, quàm in quacumq; alia fœmina reperiri possit, fuisse in conceptu Virginis propter maximam, & incomparabilem Virginis integritatem, omninò credendum est. vndè Damascen.
3.orth. fid. *Filius Dei construxit sibÿpsi ex castissimis, & purissimis sanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali.* Siquidèm in Christi conceptio-
28 ne duo sunt, alterum secundùm conditionem naturæ, vt quòd sit natus ex fœmina: alterum supra
29 naturam, vt quòd ex Virgine, & sic habuit materiam similem alijs, quemadmodum & matrem. Cum ergò aliæ matres subministrent materiam conceptus, quæ est sanguis purior in ipsis existens
30 perductus tamen ad quamdam ampliorem digestionem per virtutem generatiuam matris, vt sit materia apta ad conceptum, quemadmodum dictum est; relinquitur quòd ipsa Virgo Beata talem sanguinem tamquàm materiam ministrauerit. & quia ibi non fuit conceptio ex viro, sequi-
31 tur quòd principium actiuum fuerit Spiritus Sancti virtus. Nam sola virtus actiua, quæ est in semine viri necessariò requiritur in communi hominum conceptione, quæ cum non fuerit in Virgine, relinquitur quòd principium actiuum fuerit à Spiritu Sancto.

Diximus, quòd semen mulieris non est neces-
32 sarium simpliciter ad conceptionem, siuè generationem prolis, & quia non est aptum propter sui imperfectam virtutem, & quia cum quadam concupiscentia resoluitur, vt patet; & sic in Christo nullo modo poni potuit. quarè restat, quòd solus sanguis fuerit materia ex qua corpus Christi for-
33 matum est in vtero Virginis. In *vtero*, dicimus, quia locus proprius conceptionis est in vtero, non in cerebro, non in corde, non in quacumquè alia corporis parte, vt quidam existimantes ma-
34 gis laudare Virginem, ausi sunt dicere, & docere. Credebant enim isti tales, quòd indecens foret si Christus, q. verus Deus est, & homo, cōciperetur in vtero, & matrice loco naturali generationis, cum videatur locus plenus immunditia. & vt re-
35 fert Medina, dicebant hoc fuisse reuelatum cuidam deuotæ fœminæ Bononien. vndè sub specie pietatis decipiebantur, & decipiebant, & in multos errores incidebant. primo, quia hoc est con-
Luc.1. tra dictum Angeli ad Mariam. *Ecce concipies in*
36 *vtero, & paries Filium*. Cur (quæso) addit, siuè specificat, ly, *in vtero?* Secundo peccabant, quia per hoc simul asserere cogebantur *Beatam Virginem*, non esse veram Christi matrem, in tantum
enim dicitur, & est vera Christi mater, inquan- 37
tùm se habuit in Christi conceptione in omnibus necessarijs, quemadmodum se habere solent aliæ matres, & vlteriùs incidebant in errorem reprehensum à D. Augustino, vt patet in epistola D. August.
ad Volusianum. existimabant enim aliqui inconueniens esse, quòd Deus carnem sumeret, eò quia indecens videbatur, vt qui excedit magna, con-
tineatur in minimo, & cui imminet cura magno- 38
rum ad parua se transferat. Quibus respondens Augustinus dicit. *Non habet hoc Christiana doctrina, quòd ita sit Deus infusus carni humanæ, vt curam gubernandæ vniuersitatis, vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam transtulerit; hominum enim est iste sensus, nihil nisi corporea valentium excogitare. Deus*
autem non mole, sed virtute magnus est, vndè ma- 39
gnitudo virtutis eius nullas in angusto sentit angustias. Non est incredibile si verbum hominis transiens simul auditur à multis & à singulis totum, quòd Verbum Dei permanens simul vbiquè sit totum. Quarè ad propositum in sequentia de Natiuitate Virginis quæ creditur D. Ambro. *Verbum*
Patris processu temporis intra tui secretum corpo- D. Ambros.
ris. in te totum, & totum deforis simul fuit. Siquidèm radij Solares cloacarum immunditias sine suorummet pollutione exsiccare solent. Quarè meritò hic error fuit damnatus Romæ, vt refert Caietan. qui fuit præsens, 3.p.quæst. 31.art. 5.& etiam Bonon. vt videre est in Medin. eodem articulo.

Et quia aliqui existimant quòd naturaliter, in
generatione (inquam) naturali, sit necessarium 40
semen mulieris, & quòd non sufficiat sanguis purior modo declarato. Audiant (quæso) D. Ioannis
sententiam, qui cap. 1. sui Euangelij volens pone- D.Io.1.
re discrimen inter generationem filiorum Dei
per gratiam, & generationem communem, & 41
carnalem hominum, inquit. *Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* In hac enim sententia cla-
rè exprimit tria, quæ communiter reperiuntur in 42
hominum generatione. primum, quod est omninò necessarium, nimirùm ex sanguinibus. Secundum, concupiscentia carnalis, quæ communiter
reperitur. Tertium, voluntas viri, idest virtus acti- 43
ua, quæ est in semine viri. & sic excludit omnem carnalitatem à filijs Dei. Tunc sic arguendo dicas, Christi conceptio fuit sine virili semine, &
insuper sine carnali concupiscentia, ergò tantùm 44
ex sanguinibus, ergò sanguis, modo declarato, est necessaria materia ad corpus formandum, & hūc ministrauit Sacratissima Virgo sine omni pecca-
to. Et hoc idem videtur declarare Apostolus, Heb.2.
cum ait. *Debuit per omnia fratribus assimilari absq; peccato.* ergò deducta omni impuritate carnali, & spirituali, ergò sine commixtione viri, &
fœminæ. Quapropter tantùm purissimi sangui- 45
nes

nes Virginis fuerunt materia, ex qua Sacratissimum Christi corpus est formatum.

Nec obstes dicendo, quòd fuit Christus eiusdem
46 speciei cum alijs hominibus. Hoc gratis concedimus licèt enim filius Dei dicatur sumpsisse
Io.1. carnem, non sanguinem, iuxta illud: *Et Verbum caro factum est*: nostra tamen veritas in nullo offenditur. Siquidem sanguis, de quo dictum est,
47 caro in potentia est, quatenus talis sanguis attractus ad locum generationis formatur in prolem.
48 Verùm huiusmodi attractio in generatione nostra fit virtute seminis; at in Virgine operatione Spiritus Sancti. Hæc de primo quæsito.

QVAESITI SECVNDI SVMMA.

1 *Comparatio concursus Virginis, & Spiritus Sancti in Christi conceptione.*
2 *Priuilegia tria Virgini concessa in Christi conceptione.*
3 *Beata Virgo sine originali simul Deum, & hominem concepit.*
4 *Comparatio priuilegiorum Virginis in concipiendo Christum.*
5 *Spiritus Sanctus superueniens potentiam generatiuam virginis suo actui coniunxit.*
6 *Mulier sine virili semine concipere non potest.*
7 *Actio triplex in qualibet prolis conceptione.*
8 *Organizatio corporis à sola virtute actiua patris.*
9 *Ars quæ operatur ad formam imperat ei, quæ est ad materiam.*
10 *Matris est actiuè præparare materiam.*
11 *Locus facit ad dispositionem prolis.*
12 *Spiritus Sancti virtus sola fuit in principali actu conceptionis Christi,*
13 *Virtus diuina suppleuit, quod fecisset viri semen in Christi conceptione.*
14 *D. Damasceni notabile dictum circà Christi conceptionem.*
15 *Doctrina Caietani valdè notanda circà Christi conceptionem.*
16 *Præparatio materiæ necessariò implicat actionem.*
17 *Virtutes animæ vegetatiuæ omnes actiuæ sũt.*
18 *In materiam præparatam agit semen viri.*
19 *Sexuum distinctio quomodo materialis, & formalis diuersa ratione.*
20 *Sexuum distinctio actiuum, & passiuum principium generationis declarat.*
21 *In eadem planta virtus actiua, & passiua est.*
22 *Nomina quare masculina, vel fœminina arboribus imposita.*
23 *Actiui, & passiui distinctio vbi est, neutrum potest agere, quod est alterius.*
24 *Introducere formam est virtutis actiuæ.*
25 *Actio virginis quomodo, & qualiter terminatã ad Christi corpus.*
26 *Comparatio concursus viri, & fœminæ in generatione.*
27 *Actiuè egit Beata Virgo in concipiendo prolem, & quomodo.*
28 *Proles cur magis assimiletur matri.*
29 *Hæresis circa Christi conceptionem.*
30 *Materia vt sic nullum habet principium actiuum.*
31 *Mouere se ipsum primo nihil potest.*
32 *Semen à muliere decisum non est generationi necessarium.*
33 *B. Virg. si actiuè egisset ad conceptionem Christi non fuisset mater, sed pater.*
34 *Actio Spiritus Sancti quomodo se habuit in Virgine.*
35 *B. V. dicitur habuisse in vtero de Spiritu Sancto & quomodo.*
36 *B. V. cum Ioseph simul vouerunt determinatè virginitatem.*
37 *B. Virg. cur interrogat Angelum quomodo fiet istud.*
38 *Opera Trinitatis indiuisa ad extra.*
39 *Miraculum conceptionis Christi à tota Trinitate.*
40 *Radix quare opera Trinitatis ad extra sint indiuisa.*
41 *Aequalitas, vel inæqualitas in operatione, vnde causetur.*
42 *Spiritus Sanctus in vi duarum dictionum pro tota Trinitate supponit.*
43 *Spiritus Sancti nomen in authoritate Angeli supponit pro tertia persona secundum rationem attributalem.*
44 *Spiritui Sancto attribuitũ Christi conceptio propter tria.*
45 *Incarnatio ex maximo amore Dei fuit.*
46 *Incarnatio ex mera Dei gratia facta.*
47 *Spiritui Sancto Sanctitas, & filiatio adoptiua attribuitur.*
48 *Patri attribuitur authoritatiua missio filij.*
49 *Filius solus carnem sibi vniuit in persona.*
50 *Filius solus Deus est, & homo.*
51 *Spiritui Sancto attribuitur formatio actiua, & quarè.*
52 *Habitudo Spiritus Sancti ad Christum duplex.*
53 *Præpositio de consubstantialitatem, & efficientiam importare potest.*
54 *Efficientia Spiritus Sancti est respectu corporis Christi.*
55 *Præpositio de in ordine ad personam Christi consubstantialitatem Spiritus Sancti dicit.*
56 *Vnio duarum naturarum in persona Verbi radix consubstantialitatis, & causalitatis, & quomodo.*
57 *Ex aliquo quod est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est.*
58 *Nullius seminis diuisio facta est in Virgine virtute Spiritus Sancti.*
59 *Spiritus Sanctus immediatè operatus est in Virgine, & quomodo.*
60 *Christus de Spiritu Sancto non sicut Filius vtque*

pro

Christus

190 *Christus modo quo corpora gloriosa penetrando exiuit virginis vterum.*
191 *Deductio falsa Abulensis ex prædictis.*
192 *Corpus exiuit Virginis vterum secūdùm eam quantitatem, quam habuit in eo.*
193 *Nullo modo immutatum corpus Christi est cum exiuit Virginis vterum.*
194 *Corpus Christi tantam quantitatem corporis Virginis in exeundo occupauit quanta erat corpus eius in vtero.*
195 *Christus secundum Abulensem exiuit vterum virginis per vmbelicum, & totum ventrem.*
196 *Ostium vteri virginis non potuit esse tantæ latitudinis quanta erat corpus Christi, secundum Abulensem.*
197 *Corpus Christi in vtero erat competentis magnitudinis.*
198 *Mulieres in pariendo primos fœtus semper patiuntur.*
199 *B.V. cum peperit Christum erat mediocris magnitudinis, & 16. annorum.*
200 *Nulla compressio in Christi corpore cum natus est.*
201 *Esuries fœminæ pregnantis quandoq; causa, ne fœtus sit debitæ quantitatis.*
202 *B.V. vitam duxit pauperem, at non est passa in necessarijs.*
203 *Apparētes sunt rationes pro opinione Abulensis circa exitum Christi ex vtero.*
204 *Abulensis non videtur excludere quin aliqua pars claustri virginis fuerit penetrata.*
205 *Intentio Abulensis bona & catholica, modus tamen eius loquendi circa exitum Christi ex vtero virginis periculosus.*
206 *Puritas virginis magis adaucta ex eius partu*
207 *Mater Dei virgo esse in partu debuit propter tria.*
208 *De fide est, quod Christus conceptus sit de Spiritu Sancto, & natus de Virgine.*
209 *B.V. verè cōcepisse, & verè peperisse de fide est.*
210 *B.V. concepisse, & peperisse more aliarum de fide est consequenter saltem.*
211 *Natiuitas, & partus sibi correspondent.*
212 *Quid de ratione veri partus, & verè maternitatis sit.*
213 *Deus honorauit natiuitatem nostram nascendo more aliorum.*
214 *Quidā iustè damnatus, quia prædicauit Christum exisse ab oculis virginis.*
215 *Membrorum Virginis nulla dilatatio cum peperit Christum.*
216 *Virginitas moralis non nisi voluntate amittitur.*
217 *Virginitas corporis etiam violēter amittitur.*
218 *B.V. virginitas nullo extrinseco potuit violari*
219 *Durandus vitandus est in opinione circa exitum corporis Christi ex virginis vtero.*
220 *Authoritates Ecclesiæ in fauorem virginitatis Mariæ in partu.*
221 *Modus exitus Christi ab vtero ineffabilis.*
222 *Argumentum ingeniosum Ioannis de Neapoli circa Christi natiuitatem.*
223 *B.V. virga veteris testamenti comparatur.*
224 *In partu V. duo corpora simul fuerunt.*
225 *Ecclesia in quodam responsorio declarat Christi natiuitatem.*
226 *Duo corpora simul in eodem loco proprio non implicat contradictionem.*
227 *Deus potest conseruare in esse distincto rem sine concursu alicuius causæ secundæ.*
228 *Exitus de vtero extra claudit motum localē.*
229 *Virtus Dei infinita recipitur secundum capacitatem rerum.*
230 *Corpus non est capax moueri in instanti.*
231 *Duo corpora esse simul in eodem loco impossibile est naturaliter.*
232 *Christus ferebatur in cælū non raptìm, & imperceptibiliter, sed sensim, vidētibus Apostolis.*
233 *Christus paulatim, & successiuè penetrando exiuit V. vterum.*
234 *B.V. in pariendo summè delectabatur, & gaudio ineffabili.*
235 *B.Virg. non merè passiuè se habuit in pariendo Christum.*
236 *Christus à Deo mirabiliter extractus ex vtero matris suæ.*
237 *Apertas fuisse portas claustri virginalis in natiuitate Christi, quomodo intelligendum in dictis Sanctorum Patrum.*
238 *Vuluam aperiri intelligi potest duobus modis.*
239 *Cæli quomodo aperti quandoq; dicantur.*
240 *Stellas quomodo de Cælo cadere intelligatur.*
241 *Aperire pro fœcundare quandoq; accipitur.*
242 *Apertionis nōie manifestationē intelligimus.*
243 *Partus Virginis omninò ineffabilis.*
244 *Potest Deus plus facere, quàm nos intelligere.*
245 *Partus Virg. omni ex parte mūdus, & purus.*
246 *Inconueniens nullum quòd Christus exeundo vterum virginis aliquas alias contiguas partes penetrauerit.*
247 *Modestia Christiana, quid conferat circa Virginis partum.*
248 *Fidei, & rationi contrariatur, quod Christus non exiuerit vterum Virg. modo consueto.*
249 *Christus de vtero sicut aqua de petra.*
250 *Sicut radij lucis non polluuntur, sic nec corpus Christi in exeundo vterum Virginis.*

De comparatione concursus Virginis ad Spiritus Sancti virtutem.

QVo ad secundum quæsitum, videlicèt, qualiter debeamus comparare concursum B. Virg. ad virtutem Spiritus Sancti, quę superuenit in ipsam, vt virgo manens, conciperet, & pareret, attendenda valdè est D. Damasceni sententia 3. orthodoxæ fidei, qui loquens de hoc abditissimo arcano habet hæc verba. *Spiritus superuenit Virgini purgans ipsam, & virtutem susceptiuam Verbi Dei tribuens, simùl autem & gene-* 1 B. Damasc.

& generatiuam. Ex qua sententia, vt optimè ad-
D.Tho. notat D.Thom.3.par.quæst.45.ar.4.ad primum.
Tria priuilegia Beatæ Virgini concessa in con-
cipiendo Christum simul declarantur. primum,
2 quòd sine peccato originali. secundum, quòd
non purum hominem, sed Deum, & hominem
3 concepit. tertium, quòd conseruata virginitate
concepit, & genuit. Ratione ergò primi dicit,
quòd Spiritus Sanctus superuenit purgans, idest
præseruans, nè cum peccato originali concipe-
4 ret. Ratione secundi, quòd virtutem suscepti-
uam Verbi tribuit, nimirùm vt conciperet Ver-
bum Dei. Ratione tertij, quòd contulit sibi, &
virtutem generatiuam, videlicet, vt posset ad a-
ctum perfectum, & consumatum stante virginita
te peruenire. Siquidem substantia virtutis, seu
5 potentiæ generatiuæ erat in Beata Virgine. Si-
cut in alijs fœminis, antequam in ea Spiritu San
ctus superueniret: sed ex superuentione talis po-
6 tentia iuncta est suo actui. Namq; sine virili semi
ne hoc non potest à cæteris mulieribus præstari,
& sic Spiritus Sanctus contulit Virgini quidquid
potuisset conferri per virile semen. Quare vt cla-
riùs habeas hanc veritatem, quæ omninò præ-
clara, & admirabilis est. Nota, quòd in concep-
7 tione cuiuslibet prolis triplex actio inuenitur.
Vna, quæ est principalis, scilicet formatio, & or-
8 ganizatio corporis, & respectu huius actionis so-
lus pater est agens, Mater autem solam ministrat
materiam. Secunda actio est præcedens forma-
tionem, seù organizationem, & præparatoria ad
ipsam; cum enim generatio naturalis sit ex deter
minata materia, & quòd vnusquisq; actus sit in
fol.24. propria materia, vt patet secundo de Anima: o-
portet quòd formatio prolis fiat de materia con
uenienti, & non de quacumq; : vndè oportet esse
aliam virtutem agentem per quam præparetur
2.phys. materia ad conceptum; & sic dicit Aristo.2.Phy
t.25. sic. quòd ars, quæ operatur ad formam, imperat
9 & principatur ei, quæ præparat materiam: Sicut
ars, quæ compaginat nauem, imperat ei, quę com
planat ligna: & ideò virtus, quæ præparat mate-
riam conceptui, est imperfecta respectu illius,
quæ ex materia præparata format prolem. Hæc
10 autem virtus præparans materiam est matris, &
imperfecta respectu virtutis actiuæ, quæ est in pa
Arist. tre. Vndè dicit Aristo.in 15.de animalibus, quòd
mulier est, sicut puer, qui nondum potest genera-
re. Tertia actio est concomitans, vel sequens prin
cipalem actionem. Sicut enim locus facit ad bo-
nitatem generationis: ita etiam dispositio matri-
cis operatur ad bonam dispositionem prolis,
11 quasi præbens fomentum. & hoc est, quod dicit
Auic. Auicen.in cap.de Ditemijs, scilicet. *Matrix non
facit, nisi ad meliorationem conceptus*. Secundum
igitur ista dicendum, quòd in principali actione
formationis corporis Christi, nihil fuit ex parte
12 Virginis, quod esset actiuum, cum id quod mini-
strauit Beata Virgo fuerit solùm materiale, &
13 passiuum ad hanc conceptionem: virtus autem
Diuina fecit ipsum, quod fit in alijs conceptioni-
bus per virtutem seminis, quod est à patre. Et
ideò D.Damascen.dicit. *Virtutem Diuinam fuis-
se quasi Diuinum semen*. In secunda autem & ter- 14
tia operatione Beata Virgo operata est actiuè,
sicut & aliæ matres, ideò fuit vera mater: nam &
præparauit materiam, & ministrauit illam. Imò,
vt notat Caietan. licet B.V. nihil actiuè operata Cai.
sit ad actum conceptionis, propriè loquendo de
conceptione, vt dictum est, tamen in eodem in-
stanti temporis, in quo Spiritu Sancti virtute for 15
matum est Christi corpus: ipsa in eodem instanti
ministrauit actiuè materiam præparatam ab ipsa
pro tali conceptione in tempore præcedenti ad
illud instans. Constat autem, quòd tàm præpara-
tio, quàm ministratio implicant actionem: Si-
quidem omnes virtutes animæ vegetatiuæ, tàm 16
in mare, quàm in fœmina sunt actiuæ, & huius-
modi operantur in generatione; at discriminan- 17
tur in facto, idest in re, quæ fit ab huiusmodi vir-
tutibus: Siquidèm id, quod fit per virtutes acti-
uas mulieris est præparatio, & ministratio mate- 18
riæ debitæ, in quam materiam postmodum agit
virtus actiua, quæ est in semine viri. Ex hac ratio
ne comparantur, sicut actiuum, & passiuum, mo-
do quo virtus digestiua præparat materiam nu-
tritiuæ. Cum enim quælibet res, fit propter suam
operationem, vt dicitur secundo de Cœlo, ac eo
quia in animalibus est distinctio sexus, vt patet,
quæ sexuum distinctio, licèt sit materialis, compa
rando marem, & fœminam in eadem specie; Si 19
tamen absolutè accipiantur, & in genere sexus,
vt sic, distinguuntur formaliter: quarè ex tali di-
stinctione necessariò arguendum est, quòd vnum
(in eo quod principaliter attenditur, & conside-
ratur in generatione) habeat rationem actiui, a- 20
liud passiui, vt patet in diuersa dispositione ma-
ris, & fœminæ; nam virilia sunt apta ad agen- 21
dum, fœminea ad recipiendum. Vndè in plantis,
quæ imperfectam vitam habent, est in eadē plan
ta, & virtus actiua, & passiua; quamuis interdum
in vna planta dominetur virtus actiua, in alia vir
tus passiua; & ideò interdum vna planta vocatur
nomine fœminino, alia nomine masculino. Cum 22
ergò impossibile sit, quod est determinatum, vt
sit patiens, habeat virtutem actiuam respectu e-
ius ad quod est patiens, quia aliàs non distingue-
retur ibi actiuum, & passiuum, oportet quòd fœ- 23
mina non sit agens in conceptione, sed solùm pa-
tiens.

Nec potest dici, quòd saltem cooperata sit ad
formæ substantialis introductionem, quæ etiam
secundùm naturam in instanti producitur; Nàm 24
inducens formam est nobilius, quàm præparans
materiam per alterationem; id enim quod nobi-
lius est patri, & in proposito, Spiritui Sancto, qui
fuit loco virtutis actiuæ patris, attribuendum est.
Præparauit ergò Beata Virgo materiam, ex qua
corpus Christi Spiritu Sancti virtute formatum
est, eamq; ministrauit modo dicto actiuè agen-

25 do; nihil tamen prorsus egit ad conceptionem modo dicto, videlicet formando, vel organizando corpus Christi, quia nec fuit necessarium, nec cæteræ matres aliquid agunt in tali conceptione. & hoc est, quod dicit Augustinus 10. super Genesim ad litteram. *Corpus Christi in sola materia corporali, per Diuinam conceptionis, formationisq́; rationem, de Virgine assumptum est, non autem secundum aliquam rationem seminalem humanam*. Vbi per rationem conceptionis, & formationis proculdubio intelligit virtutem actiuam prolis, quæ virtus fuit in Virgine à Spiritu Sancto. Nam totum, quod se tenet ex parte virilis seminis, vt sæpè dictum est, fuit à Spiritu Sancto. Vt enim inquit Aristot. 15. de animalib. *Vir dat animam, formam, & principium motus,*

D. August.

15. de anim.

26 *fœmina dat corpus, & materiam,* vt patet in lacte coagulato, nam corpus exit a lacte, & coagulatio

27 à coagulo. Actiuè etiam egit B. Virgo in fouendo prolem post conceptionem in vtero virginali. & hinc habes quomodo proles possit assimilari matri, & vt plurimum illi assimuletur. Ex quo

28 enim fœmina ministrat materiam actiuè præparando, & ministrando sequitur, quòd proles sit similis illi, & quòd diligat prolem, & quòd non concurrat merè passiuè, nisi in conceptione formaliter sumpta modo dicto.

Hinc vlteriùs habes, quàm vana, imò falsa, &

29 erronea sit illa, non opinio, sed hæresis; quòd ideò B. Virgo concurrit actiuè, & naturaliter, quia subministrando materiam simùl habuit actiuitatem, cum materia semper sit sociata aliqua actiuitate, aliter (vt inquit opinio) esset violenta actio, nec posset sequi transmutatio naturalis. Et supernaturaliter, quia cum cæteræ fœminæ concurrant actiuè medio semine, nec decuerit Beatam Virginem sic, videlicet, mediante semine concurrere propter illius integerrimam virginitatem, cum hoc non possit fieri, nisi per aliquam resolutionem repugnãtem totali integritati corporis, *Spiritus Sanctus*, inquiunt, contulit eidem virtutem actiuam loco eius, quam habuisset ex seminatione.

Hæc omnia sunt & falsa, & impossibilia. pri-

30 mum, quia materia, vt sic nullum habet actum, nec principium actiuum, quo moueat se, aliter ageret ad formam suam sibi producendam; nec

31 est possibile, quòd aliquid moueat seipsum, nisi in duas diuidatur partes, quarum vna sit mouẽs, alia mota, quod in solis animalibus contingit, vt probatur 8. Physic. Ideò naturali virtute B. Virgo nihil ad hoc egit: nec per rationes inductas probatur aliquid egisse, cum deficiant in fundamento. Nec etiam supernaturali virtute operata est; Siquidèm, vt iam satis declaratum est, semen decisum à muliere non est necessarium ad gene-

32 rationem, cum interdum mulieres concipiant non seminando, vt magis dicemus infrà. Quarè si ponatur talis virtus actiua in Virgine per ordinem ad conceptionem corporis Christi, necessa- 33
riò sequitur, & quòd sit non solùm mater, sed etiam pater Christi; & si dicatur, quòd non sit vsa tali virtute actiua, ergò vanè suscepisset illam.

Huiusmodi concionatores scite licet, non verò inter conciones haberi.

Hactenus quomodo B. Virgo se habuerit actiuè, & passiuè ad Christi corpus. Nunc dicendum 34
est de actione Spiritu Sancti in ipsam Virginem, vt de vtroq; simul philosophari, quantum parerit, valeamus. Siquidèm de B. Virgine dicitur, 35
quòd *inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto*, & ipsa Virgo illicò, quòd salutata fuit ab Angelo cum expressione, quòd futura erat Mater Christi, stante illius voto primo sub conditione, postmodum absolutè interueniente consensu Ioseph sui sponsi, qui (vt celebrior est opinio) simùl cum vxore votum de virginitate seruanda emi- 36
sit: vt habes à D. Thom. 3. par. quæstio. 28. art. 4. D. Tho.
Stante hoc voto Angelum interrogat de modo, & causa efficiente in hac conceptione. Namquè 37
videbat Virgo Sancta, hoc omninò impossibile virtute naturali. Quarè interrogando dicit. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*. idest me non cognoscituram voui? Et Angelus vtrumquè simul aperit dicendo, quòd hoc totum fiet Spiritu Sancti virtute. vndè respondens ait. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c.*

vbi notandum est, quòd opera Trinitatis indiuisa sunt, & singulæ personæ Diuinæ operantur 38
singulas res, & per vnicam, & eandem operationem, eò quia sunt vna natura; & eadem, quæ est principium illarum operationum. Miraculum ergò, quod in Christi conceptione fuit, à tota Tri- 39
nitate simùl factum est; nec potuit vna persona operari alia non operante, quia tunc posset vnà habere principium operatiuum, quod non haberet alia: & tamen falsum est, quia natura est principium operandi, & illa est eadem numero in 40
tribus, ex consequenti non potest vna operari, quin alia operetur. Sicut si tres possent habere eundem oculum numero, non posset aliquis eorum videre per illum, quin viderent omnes tres, quia idem oculus esset omnium trium, & æqualiter, & indistinctè. vndè & dicendum, quòd omnes tres personæ non solùm operentur vnam, & eandemmet rem simùl, sed operantur vnica operatione, licèt sint tres; cum principium operandi sit idem, & multiplicatur operatio secundùm multiplicationem principij operatiui; sicut dictum est de tribus habentibus eundem oculum; nam cum simul viderint non erunt tres visiones, sed vnica visio, quia vnicus est motus in sensu, cum sit vnicum organum, & vna numero species immutans. Et sic dicendum, quòd tres personæ operantur, quælibet earum æqualiter operatur. Siquidem æqualitas, vel inæqualitas operationis 41
prouenit ex maioritate, vel minoritate principij operatiui.

operatiui. Cum ergò principium operatiuum sit
æquale in tribus, operatio est omninò æqualis in-
ter eas, & sic æquè perfectè operantur omnes
tres simùl, ex quo sunt vnus Deus, & vna Deitas.
Necesse igitur est, quòd conceptio corporis Chri
sti sit à tota Trinitate simùl, stante quòd opus i-
stud sit ad extra, per ordinem ad quod personæ
Diuinæ se habent indiuisè, & indistinctè. Vndè
42 in tali casu hoc nomen Spiritus Sanctus sumere-
tur in vi duarum dictionum: omnis enim persona
& est Spiritus, & est Sancta; vt in multis Sacræ
Scripturæ locis accipitur, de quibus modo non
est dicendum. Quia tamen communiter Docto-
res antiqui, & etiam Moderni accipiunt Spiri-
tum Sanctum hic, quemadmodum & in multis
alijs locis, vt supponit pro persona Spiritu San-
cti, vt distinguitur ab alijs personis, Patre (in-
43 quam) & Filio, (semper tamen intelligendo,
quòd sermo sit secundùm rationes attributales,
& appropriationes.) Et sic dicimus, quòd huius-
modi conceptio fuit de Spiritu Sancto, & hoc
propter tria. primo propter causam Incarnatio-
44 nis, quæ consideratur ex parte ipsius Dei. Est e-
nim Spiritus Sanctus amor Patris, & Filij, prouc-
45 nit autem ex maximo Dei amore, quòd filius
Io. 3. Dei carnem assumeret, vt dicitur Ioann. tertio.
*Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnige-
nitum daret*, ergò per *Spiritum Sanctum*, qui est
amor, hoc factum esse dicitur. Secundo conuenit
hoc ex parte naturæ assumptæ, quia cum dicitur
45 facta conceptio per *Spiritum Sanctum*, innuitur
quod natura humana assumpta est à filio Dei in
vnitate personæ non ex aliquibus meritis nostris
nec propter dignitatem naturæ humanæ, sed ex
sola gratia, quæ soli *Spiritui Sancto* attribuitur,
1. Cor. 12. iuxta illud 1. Corinth. 12. *Diuisiones gratiarum
sunt, idem autem Spiritus*. Hoc insinuat August.
in Enchirid. dicens, quòd *modus iste, quo natus est
Christus de Spiritu Sancto insinuabat nobis gra-
tiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis,
in primo exordio naturæ suæ, quo esse cæpit, Verbo
Dei copularetur in tantam personæ vnitatem, vt
idem esset filius Dei.*

Tertio conuenit ex termino Incarnationis. Ad
47 hoc enim terminata est Incarnatio, vt homo il-
le, qui concipiebatur, *esset Sanctus, & Filius Dei.*
Et vtrumq; horum attribuitur *Spiritui Sancto*.
Nam per ipsum efficiuntur homines *Filij Dei*,
Gal. 3. iuxta illud Galat. 3. *Quoniam estis filij Dei, misit
Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem
Abba pater.* & etiam per *Spiritum Sanctum*, San-
Rom. 1. cti efficimur secundum illud Roman. 1. *Spiritus
Sanctificationis.* Sicut ergò alij homines per *Spi-
ritum Sanctum*, Sanctificantur spiritualiter, vt
sint filij Dei adoptiui, ità Christus per Spiritum
Sanctum est in Sanctitate conceptus, vt esset fili-
us Dei naturalis. Considerandum tamen, quòd
adhuc in ista conceptione aliquid appropriatur
48 singulis personis. Nam *Patri*, attribuitur tota con
ceptio authoritatiuè, quia in Patre est authori
tas respectu Filij, & Filius à Patre est, ideò quod
Filius à Patre missus facit, pater facere dicitur.
Sic Galat. 3. *Misit Deus filium suum factum sub* Gal. 3.
lege, factum ex muliere, idest Deus Pater misit Fi-
lium suum, vt incarnaretur. *Filio*, attribuitur in 49
conceptione ipsa carnis assumptio, quia ipse so-
lus eam assumpsit, ad solamq; personam Filij ter
minata est talis assumptio: vnde *solus Filius*, est
Deus, & homo. *Spiritui Sancto*, attribuitur in con 50
ceptione ipsa formatio fœtus; quia sicut virtus
animæ, quæ est in semine, per Spiritum, qui in se-
mine includitur format corpus in generatione 51
aliorum hominum, ita virtus Dei formauit illud
corpus, supplens quod fecisset virtus seminis ma-
sculini. Ideò maior similitudo est in hoc ad Spiri-
tum Sanctum propter nomen suum, quàm ad Pa
trem, vel ad Filium. quasi dicat. *Quòd enim in ea
natum est de Spiritu Sancto est*, idest fœtus forma
tus in ea nõ est formatus, vel organizatus per spi
ritum seminis masculini, sed per *Spiritum Dei*,
qui vocatur *Spiritus Sanctus*.

Cum verò audis, quòd Christus conceptus est
de Spiritu Sancto, vt habetur in Symbolo, cautè 52
accipiendum est, ly, *De*, vel, *ex*. Nam duplex ha-
bitudo Spiritus Sancti respectu Christi conside-
ratur. Nam ad filium Dei, qui dicitur esse conce-
ptus, habet *Spiritus Sanctus*, similitudinem con-
substantialitatis, quia ambo sunt vna substantia,
idest eiusdem naturæ Diuinæ. Ad corpus autem
Christi habet *Spiritus Sanctus*, habitudinem cau
sæ efficientis, cum sit corpus Christi creatura. Ista
autem præpositio, *De*, importat vtramquè habitu
dinem: Consubstantialitatis, cum dicimus, fœtus 53
est de menstruo, vel de semine, vel homo est de
patre suo, vel de matre. Aliquando importat effi-
ciens, vt cum dicimus, vas esse de figulo, idest à
figulo factum. Ideò conuenienter possumus dice-
re Christum esse conceptum de *Spiritu Sancto*,
& importabitur simul vtraq; habitudo, quia effi-
ciẽtia Spiritus Sancti erit respectu corporis Chri 54
sti, & consubstantialitas eius erit ad ipsam perso-
nam Diuinam assumentem corpus. Aliqui no-
lunt, quòd Christus dicatur conceptus *de Spiritu
Sancto*, sed, *ex Spiritu Sancto*, quia, *ex*, importat
expressiùs habitudinem efficientis, quam, *de*, quæ
importat magis habitudinem consubstantialita-
tis. Verùm vtraq; præpositio est in vsu, & potest 55
affirmari de persona Christi, sic tamen quòd lem
per efficientia attenditur per ordinem ad corpus
siuè Christum secundùm naturam humanam:
consubstantialitas per ordinem ad ipsummet in-
quantum Deus, & secundùm naturam Diuinam.
Nam ex hoc, quòd ambæ naturæ Diuina, & hu- 56
mana vniuntur in eadem Verbi persona, de ip-
sa persona potest affirmari vtrumquè. Quarè par
est ratio de vtraquè præpositione. Vt enim, in-
quit, D. Ambrosius in libro de Spiritu Sancto. D. Ambros.
*Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex po-
testate eius est. Ex substantia, sicut Filius, qui à* 57
Patre est: ex potestate, sicut ex Deo omnia, quo mo-

do & in vtero habuit Maria ex Spiritu Sancto. Nam Doctores diuersi diuersimodè huiusmodi præpositionibus vtuntur; vt alia occasione notabimus.

Et si quæras quid Spiritus Sanctus egerit in vtero Virginis. non intelligas, quòd *Spiritus San-*
58 *ctus* deciderit aliquod semen, per quod formaretur sanguis menstrualis Virginis, sicut formari debebat per semen masculinum, si ibi fuisset: nam hoc non potest fieri, nisi ab animali, cum semen sit substantia corporea; Deus autem Spiri-
Io. 4. tus est. Sed intelligas, quòd *Spiritus Sanctus*, supernaturali operatione, non aliquo instrumento
59 mediante, sed immediatè sua virtute temperauit, digessit, & attraxit ad vasa generationis purissimos sanguines Virginis aptos, & præparatos; ac ex eisdem formauit, & organizauit corpus Christi perfectum, & integrum. & breuitèr omnia peregit, ac perfecit, quæ semen virile facturum erat, si ibi fuisset. Sicut enim de igne dicimus, quòd comburit, & incinerat lignum; & tunc comburit lignum naturali actione. Si autem Deus per seipsum nullo alio naturali agente mediante lignum combureret, illa ligni combustio diceretur supernaturalis, quia quicquid ignis naturaliter facturus erat, Deus supernaturaliter faceret: ita Spiritus Sanctus se habuit in Christi conceptione, vt dictum est.

Non tamen ex istis deducas, quòd Spiritus Sanctus sit, & debeat dici pater Christi secundùm carnem, vel quantum ad humanitatem. Vt enim, in-
Aug. quit, Augustinus in Enchirid. *Natus est Christus*
60 *de Spiritu Sancto non sicut Filius, & nàtus est de Maria Virgine, sicut Filius*. Ratio huius est, quia
61 nomina paternitatis, maternitatis, & filiationis consequuntur generationem, non quamlibet, sed solùm propriam, qualis est generatio animalium & maximè perfectorum: nàm non dicimus, quòd ignis generatus de alio igne sit filius ignis, nisi forsan per metaphoram, sed filiationem solùm concedimus in animalibus, in quibus est generatio magis perfecta. Nec etiam vocatur filius quid quid generatur in animali, sed solùm quòd generatur in similitudinem ipsius animalis. Vndè ait
Aug. Augustinus. *Non dicimus, quòd capillus, qui nascitur ex homine sit filius hominis, quia capillus non est similis homini in substantia, nec in nomine*: sic etiam homo nascitur de semine, nec tamen vocatur filius seminis, sed hominis, quia homo non est similis semini, nec in substantia, nec in nomi-
62 ne. Quarè solùm si sit perfecta similitudo geniti ad generantem erit perfecta filiatio, tàm in Diuinis, quàm in humanis: & si imperfecta similitudo, imperfecta etiam erit filiatio: sicut patet de homine respectu Dei; nam dicimus, quòd Deus est pater noster, quia fecit nos, iuxtà illud Deute-
Deuter. 32. ronom. 32. *Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te?* est enim in homine imper-
63 fecta quædam Dei similitudo, inquantum est ad illius imaginem creatus: vel etiam inquantum ei assimilatur per gratiam. Quarè vtroq; modo potest dici Dei filius: & quia (inquam) creatus ad imaginem, & quia similis per gratiam. Cum igitur Christus secundùm quòd homo non sit in similitudinem secundùm eandem naturam Spiritui Sancto, nec de sua substantia illum generauit, licèt sua virtute (generare enim propriè est ex 64
sua substantia aliquid producere) relinquitur, quòd nullo modo dicendum est, quòd Spiritus Sanctus sit, aut debeat dici pater Christi. Nec arguas, quòd Christus secundùm quod homo, siuè secundùm naturam humanam sit factus, vt dictum est, à Spiritu Sancto, siuè ex Spiritu Sancto, vt, ly, ex, dicit efficientiam: & amplius gratia per Spiritum Sanctum collata est animę Christi, quę habuit, quòd possit dici filius, modo quo nos eisdem rationibus dicimur filij Dei. Nam regula generalis est, quòd *quando ratio nominis alicui perfectè conuenit, licet sub aliqua imperfectiori ratio-* 65
ne significatio eiusdem possit illi conuenire, numquam tamen denominatur simplicitèr, & absolutè per ordinem ad illas. Quia enim animal est viuens perfectè per sensitiuam, non denominatur, nec dicitur viuens imperfectè per ordinem ad animam vegetatiuam, quam in se claudit: & quia v- 66
nus homo perfectè dicitur homo, non debet dici, quòd sit imago, vel similitudo alterius homi- 67
nis, licet alteri assimiletur. Quia igitur filiatio naturalis conuenit Christo respectu Dei, nullo modo dicendum est, quòd sit filius, vel ratione creationis, aut adoptionis, quæ sunt imperfectæ filiationes: secùs de nobis, qui non naturales, sed tantùm adoptiui filij sumus, & esse possumus. & hæc benè nota, ne erres.

Nota vlteriùs pro maiori declaratione huius virtutis *Spiritu Sancti*, in Christi conceptione, quam diximus fuisse propriè actiuam, & formatiuam illius Sacratissimi corporis in vterò, loco 68
virilis seminis, quia egit totum, quod egisset semen, si ibi fuisset. Nota (inquam) quòd aliorum hominum, & omnium animalium conceptiones fiunt successiuè, quia conceptio dicit perfectam formationem ipsius animalis, & non completur in viro, nisi vsquè ad diem quadragesimum à decisione seminis, & in fœmina, vsquè ad diem nonagesimum, & sic vir non concipitur in instanti, sed in quadraginta diebus, & fœmina in nonaginta, vt ait Aristot. lib. 9. de animalibus. Augusti- 9. de anim.
nus autem addit sex dies in formatione corporis viri, quos ipse distinguit in Epistola ad Hierony- Aug.
mum, scilicet. *Semen primis sex diebus habet si-* 69
militudinem lactis, postea in nouem diebus conuertitur in sanguinem, deindè in duodecim diebus solidatur, seu inspissatur, postea in decem, & octo diebus formatur, vsq; ad perfecta membrorum lineamenta: Reliquum autem tempus, vsquè ad exitum de vtero datur, vt ipse fœtus possit augeri secundùm quantitatem. De hoc sunt versus communes.

Sex

Sex in lacte dies, ter sunt in sanguine terni:
Bis seni carnem, ter seni membra figurant.
In Christi autem conceptione non fuit ista
70 successio, sed in instanti factum est, scilicet subi-
to ipsa materia sanguinum Beatæ Virginis mo-
do dicto, quæ iam sufficienter erat præparata per
Beatam Virginem, quantum poterat præparari
naturaliter, accepit formam, & figuram corporis
humani, & animam, & assumptæ sunt ipsæ partes
humanæ naturæ, & ipsa natura hæc humana in
vnitatem Diuinæ personæ. Non enim potuit fie-
ri successiuè ista conceptio, quia facta est à solo
Deo actiuè: Deus namq; non potest operari per
71 successionem, quia sicut esse eius est totum simùl,
cum sit in æternitate, ita etiam operatio eius est
tota simùl; ideò necesse est rem ab eo operatam,
totam simùl induci: licèt enim posset produci per
partes, nunquàm tamen per successionem: vtpo-
72 tè si essent plures productiones terminatę ad plu-
res partus, vel status rei, quælibet tamen esset in
73 instanti. Itèm oportet dici secundùm fidem, quòd
subito fuerit facta ista conceptio, quia humana
natura non prius fuit assumpta à Verbo, quàm
esset perfecta tota secundùm speciem suam: nam
partes humanæ naturę non sunt per se assumpti-
D.Tho. biles, vt ait D.Thom. Corpus autem Christi non
74 nisi per animam est assumptibile. Proprietates e-
tiam, & accidentia humanæ naturæ non dicuntur
de Filio Dei ante assumptionem: cum propter ip
sam naturam assumptam fiat communicatio idio
matum. ergò quidquid humanum de Dei filio
dicitur, non potuit præcedere conceptionem na-
75 turæ humanæ: conceptio autem de filio Dei di-
citur, vt patet ex Symbolo, *Qui conceptus est de*
Spiritu Sancto. ergò oportet, quòd conceptio
non præcedat tempore materiam carnis comple
tam, quia quando esset incompleta, non esset as-
sumpta, cum nondum esset ibi natura humana: &
sic per conceptionem illius carnis imperfectè nō
diceretur Christus concipi. Quarè oportet, quòd
Christus simul concipiebatur, & conceptus est:
76 & sic in eodem instanti Christus est homo, &
concipitur, & conceptus est, & naturam huma-
nam assumpsit. Vndè necesse est ponere Christi
conceptionem fuisse subitaneam, scilicèt quòd
in eodem instanti conuersus est sanguis, qui erat
pro materia conceptionis, in carnem, & perfectè
organizatum est corpus, & anima sibi vnita est,
& persona Diuina illam naturam assumpsit: &
sic non fuit Christus priùs homo, quam humana
natura assumpta à Verbo.
Vbi pro maiori adhuc istius difficultatis decla
77 ratione, aduerte quòd in Christi corporis conce-
ptione tria consideramus ibidem inueniri. pri-
78 mo motum localem sanguinis ad locum genera-
tionis: & hoc fuit præambulum, nec potuit esse
in instanti, quia hoc est contra rationem motus
localis cuiuscumq;, cuius partes successiuè subin-
trant locum. secundo fuit augumentum, quo per-
ducitur corpus ad quantitatem perfectam: & hoc
etiam non est sine motu locali, & sequitur conce- 79
ptionem, & esse conceptum prolis, & sic successi-
uè factum est, & fuit virtute animæ iam existen-
tis in corpore formato; anima autem operatur in
tempore. Tertio consideramus, (vt sæpè dictum
est) formationem corporis ex tali materia: & 80
hęc est media inter dictas iam duas operationes,
& fuit in instanti, licèt in alijs hominibus fiat suc-
cessiuè, & hoc propter virtutem infinitam agen-
tis: & etiam quia sic decebat ex parte Filij assu-
mentis naturam humanam; non enim erat con-
gruum, vt assumeret corpus humanum, nisi for-
matum, & perfectum, vt dictum est. Hoc est quod Greg.
ait D.Gregor. 18. Moral. cap. 35. *Angelo nuntian*
te, & Spiritu Sancto adueniente, mox Verbum in
vtero, mox intra vterum Verbum caro. Vbi nota
pro declaratione huius sententiæ, ly, *Mox*, quan- 81
doquè dicit breue tempus, iuxtà illud Tobiæ 11. Tob. 11
Mox aperientur oculi eius. quandoq; instans, vt i- Tob. 3.
bidem cap. 3. *Asmodaus occiderat eos mox, vt in-*
gressi fuissent ad eam. & hoc modo accipitur in
hac sententia. Rursus in eadem sententia nota,
ly, *Angelo nuntiante, & Spiritu Sancto aduenien-*
te, & accipias vtrumquè simul, & coniunctim, ita
vt licèt Angelus nuntiauerit, antequàm Spiritus
Sanctus aduenirer: tamen Verbum caro factum 82
non est, nisi tunc primò quando nuntiationi An-
gelicæ simul, coniunctus est aduentus *Spiritu San*
cti. Hoc autem tunc fuit, quando *Beata Virgo* cō-
sensum præbuit, obsequiumq; Deo in his, quæ ab
Angelo audierat, spopondit dicens. *Ecce ancilla*
Domini fiat mihi secundum verbum tuum. In eo-
dem enim instanti, quo istius sententiæ, (quæ tem
pore mensuratur) protulit vltimam litteram, sci-
licèt, ly, *tuum*; mox aduenit Spiritus Sanctus, de
quo Angelus ipse prædixerat, *Spiritus Sanctus*
superueniet in te. & sic in illo tunc eodem instan- 83
ti factum est, quod dicit Diuus Gregorius. *Et*
Verbum in vtero, & intra vterum Verbum caro.
Et hinc habes declaratam illam sententiam,
quam Io. Baptista Domini protulit dicens, vt ha- Io. 1.
betur Ioan. 1. *Qui post me venit, ipse est, qui ante*
me factus est. Equidem non est dubium, quia de
Christo, vt homine loquitur Ioannes: nam in-
quantum Deus genitus est, non factus; & intendit 84
dicere, quòd licèt ipse Ioannes Baptista Chri-
stum tempore præcesserit priùs nascendo, & e-
xeundo ab vtero, comparando tamen conceptio
nem conceptioni *secundùm se*, Christi conceptio
præfertur, vtpotè quæ fuit in instanti, & illa Ioan
nis in tempore, modo quo in alijs hominibus, qui
successiuè formantur, & organizantur, indè ani-
mantur. Vndè simùl intendit declarare; & de fa-
cto declarat Christum non purum hominem, nec
virili semine conceptum, siquidem si sic pariter
successiuè, vt ipse formatus esset, ac conceptus;
verùm quia in instanti; ideò & etiam non virtu-

perfectâ ætate decentem quantitatem, non est dubitandum quin in sui animatione potuerit habere tantam quantitatem, quòd in ea potuerit saluari species humana. Hæc omnia clauduntur in d. respon. D. Tho.

Et ex his solis argumentum, quod fundatur in auctoritate D. Augustini, qui in exponendo verba Ioan. 4. *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc*. in 4. de Trinit. dicit. *Hic numerus perfectioni Dominici corporis congruit*. Et in lib. D. August. Io. 4.
98 83. quæstionum. *Non absurdè quadraginta sex annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius figurabat; vt quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Dominici perfectione*. Hæc August.

Cui argumento occurrit D. Thom. quæst. citata, artic. 1. ad primum. Ad primum dicendum, quòd *verbum Augustini vtrobiq; non refertur ad solam formationem corporis Christi, sed ad formationem, simul cum determinato augmento, vsquè*
99 *ad tempus partus. vnde secundùm rationem illius numeri dicit perfici tempus nouem mensium, quo Christus fuit in vtero Virginis*. Quid (quæso) clarius potuit dici. Vbi Caietanus in responsione ad Caiet.
primum, inquit. *aduerte, quòd Magister Senten in 4. distinctio. 3. exponit Augustini auctoritatem non de formatione in se, sed in sua manifestatione*. Et iam idem reddit responsio auctoris obscurior, quæ de augmento illius formationis exponit. Augmentatio enim formatorum manifestauit formationem latentem priùs ob paruitatem. Quarè
100 breuitèr dicit, quòd *formatio Dominici corporis in illo primo instanti fuit perfecta essentialiter, non tamen fuit perfecta quantitatiuè*. hoc est. quòd licèt habuerit in primo instanti omnia mébra, & lineamenta, non tamen in quãtitate quam habuisset, si in quadraginta, & sex diebus fuisset corpus illud formatum, sed ad tantam quantitatem peruenit spatio quadraginta sex dierum: & propterea tot dies in Dominici corporis perfectione interuenisse dicuntur. Hoc (inquam) verum est de perfectione quantitatiua formationis corporis, & non de perfectione essentiali ipsius formationis. & ideò licèt inter formationem corporis Christi, & aliorum sit differentia temporis, quia Christi in instanti formatum est, aliorum ve
101 rò intra quadraginta sex dies: inter perfectionem tamen quantitatiuam solitam perfici in quadraginta sex diebus in corporibus masculorum, & respectu corporis Christi, & aliorum nulla est differentia, quia in Christi corpore, sicut in aliorum hominum corporibus perficiendis quadraginta sex dies consumati sunt. Hæc autem Caietani solutio, siuè declaratio (vt ait Medina) necessariò à nobis amplectenda est. Nam si corpus Christi in primo instanti habuisset quantitatem, quam alij habẽt in quadraginta sex diebus, exisset ex vtero ante nonum mensem: cæteri siquidèm infantes post animationem non sunt in vtero materno, nisi per septem, aut octo menses, vt dictum est.

Et ex hac mirabili doctrina corollariè deducimus singularitatem Virginis Matris suprà alias 102
Matres, quia Beata Virgo per totos nouem menses habuit Christum animatum anima rationali verum Deum, & verum hominem in suo vtero, Per quod valdè dignificatur illius maternitas, etiam in hoc.

Et hoc est, quod declarauit Hier. 31. illis verbis: *Creauit Dominus nouum super terram, fæmina circumdabit virum*. Nomine siquidèm viri (vt Hier. 31.
etiam in humanis patet) intelligitur non tantum homo masculus, sed & anima rationalis, vsusquè 103
liberi arbitrij, sapientia, virtuteq; præditus. Quarè per, ly *nouum*, intelligitur, *Mysterium Incarnationis*, vbi sunt nouitates tùm ex parte agentis, 104
tùm ex parte prolis conceptæ, tùm ex parte modi concipiendi. Ex parte quidem agentis conceptionem, quia non virtute ordinaria seminis humani, sed virtute Spiritu Sãctis supernaturaliter facta est. Ex parte prolis conceptæ, quia non purus homo, sed verus Deus homo concipiebatur. 105
Ex parte etiam modi, tùm quia in instanti, non successiuè (vt consuetum est) proles concepta deducebatur ad perfectum: tùm ex parte corporis, quia in primo instanti formatum: tùm ex parte animæ, quia in eodem primo instanti corpori infusa est plena virtutibus, vsuq; liberi arbitrij. qua ratione dicitur. *Mulierem circumdedisse virum*. 106
quod facit sensum, *Fæmina circumdabit virum*, idest non prius circumdabit, quin sit vir, idest vsu liberi arbitrij præditus, qui concipitur.

Hinc habes vlteriùs veritatem consideratione dignam, quòd aliud est loqui de Christo filio nato ex Virgine per comparationem ad matrem, 107
aliud de illius conceptione. Siquidèm de filio loquendo, non dicimus, quòd Christus homo sit 108
filius, partim naturalis, partim supernaturalis, sed absolutè, quòd est filius naturalis Beatæ Virginis; at loquendo de illius conceptione dicimus, quòd simpliciter est miraculosa, & supernaturalis, sed secundùm aliquid naturalis. Si enim consideremus id, quod est ex parte materiæ conceptus, quam mater ministrauit, totum est naturale: 109
Si verò consideremus id, quod est ex parte virtutis actiuæ, totum est miraculosum. & quia vnumquodq; magis iudicatur secundùm formam, quã 110
secundùm materiam; & similiter secundùm agẽs, 111
quàm secundùm patiens, indè est, quòd conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa, & supernaturalis, sed secundùm aliquid naturalis. Et hoc est, quod dicit Ambrosius lib. de Incarnatione 2. *Multa in hoc Mysterio, & secundùm naturam inuenies, & vltrà naturam*. Quia ergo per Ambr. 113
istam miraculosam assumptionem non est factũ, quòd Christus accipiendo sic naturam humanam viueret supernaturaliter; sed solummodo factum 112
est, vt acciperet supernaturaliter naturam humanam, in ea tamen & secundùm eam postmodum vi-

dum quòd decebat eam habere in conceptione, tam
nobili. In hoc tamen non est simile, quia vir non
dat nouam potentiam mulieri concipiendi: nec ele-
uat supra naturam; sed excitat, & adiuuat ad ex-
eundum in operationem sibi debitam. Non sic est in
proposito, quia ipsi Virgini collata fuit virtus su-
129 *pra naturam. Vnde aliquid potuit Virgo Beata,*
quod numquam potuit aliqua fœmina. Et inten-
dit iste Sanctus, & Seraphicus Doctor magnifica
re conceptionem hanc, & partum virginalem.
Quarè quæstione prima eiusdem articuli in cor-
130 por.habet hæc alia verba. *Et ideò si velimus sen-*
tire rectè, & loqui; veriori modo fuit Virgo mater
Christi, quàm sit aliqua mater filij sui. Et sic ad-
mittit, quòd Virgo Beata aliquo modo coopera-
ta fuerit Spiritui Sancto, modo declarato.

Et ad aliud argumentum amplius dicit, Quan-
do datur potentia ad actum excedentem termi-
nos naturæ, tunc non solùm potentiæ collatio est
131 mirabilis; sed etiam exitus illius potentiæ in actũ
est mirabilis: sicut si detur lapidi potentia viden-
di. (intelligas tamen nomine potentiæ, non sub-
stantiam virtutis generatiuæ, sed posse expeditè
generare, salua virginitate,) quod subdit his ver-
132 bis. *In generatione mulierum sterilium, sicut Sa-*
ra, & Elisabeth, solum fuit miraculum in restitu-
tione potentiæ, in hoc quod est ibi sterilis fœcunda-
ta; sed non fuit ibi miraculum in executione, quia
non simul mansit sterilitas, & fœcunditas: imò fœ-
cunditas abstulit sterilitatem. Hoc autem fuit sin-
133 *gulariter admirabile, quòd fœcunditas Virginis*
Mariæ non abstulit Virginitatem, sed virginitas
excludit fœcunditatem. Quarè plus fuit, quàm su-
scitare mortuum, ipso enim resuscitato operatio-
nes exercere naturales non est admirabile. Non
sic est in Virgine concipiente conseruata virgini-
tate.

Hæc præfatus Doctor. Cuius verba volui in-
serere, quia mihi placent; & dùm loquimur de
principali titulo nostræ Matris, iustum est, vt
quantum possibile est, illum gloriosum, & admi-
rabilem commonstremus.

Aliqua tamen mihi videntur pro Tyronibus,
& his, qui non sunt plenè instructi animaduerte-
re, ne illos contingat errare in re tàm graui.

Primò ergò animaduertendum circà huiusmo
di Doctoris dicta, quòd piè semper omnia inter-
pretanda sunt ad mentem, & intentionem dicen
134 tis. Non enim quando dicit, quòd Beata Virgo su
scepit potentiam generandi, intelligendum est
aliter, quàm vt diximus in declarando superiùs
auctoritatem consimilem D. Damasceni, nimi-
rùm quòd ideò dicitur suscepisse à Spiritu San-
cto, quia illo superueniente, talis potentia suo iun
cta est actui.

Secundo, cum asserit hic Doctor Sanctus, quòd
135 cooperata est Spiritui Sancto, intelligendum est
suo modo. quemadmodum enim vbi passiuè tan-
tùm concurrere debuit, excessit alias matres in
136 hoc, quòd habuit agens nobilissimum, & infinitæ
virtutis agens in materia ab illa præparata, ità
in illis actionibus, in quibus debuit actiuè se ha-
bere, absq; dubio cooperata est Spiritui Sancto;
non quidèm addendo virtutem, sed quatenus ele
uabatur mirabiliter ad idem suum opus natura-
le præstandum excellentiori modo, quo & possi- 137
bile erat, & decens tanto partui, siuè proli. Nec
enim vmquàm illam deseruit Spiritus Sanctus,
qui ideò eidem superuenit, vt fœcundaret illam.

Tertio cum audis, quòd veriori modo fuit Ma 138
ter Christi, quàm sit aliqua mater filij sui; expo-
ne, *excellentiori modo.* & quia Virgo concepit: &
quia Virgo peperit: & ex nobiliori virtute acti-
ua, quàm esse posset semen virile. Et hoc eodem
modo intellige dictum, quòd (inquam) *accepit*
potentiam ad actum excedentem terminos natu- 139
ræ. Quis (quæso) maior excessus, quàm concipere,
& parere Deum, & hominem, & quòd Virgo in
æuum permaneat?

Et si his addas, quòd continuit Christum ve-
rum Deum, & hominem animatum anima ratio-
nali per nouem menses, vt superiùs diximus ex
D. Thom. doctrina; non erit mirum, quòd conce-
datur ipsam fuisse etiam in aliquo veriori modo
mater, quàm aliæ matres suorum filiorum: non
quòd aliquod discrimen essentiale sit, nec quoad 140
locum conceptus, vel materiam suppositam con-
ceptioni inter ipsam, & alias matres, sed in mul-
tis superadditis in modo, & circumstantijs, alijs-
què respectibus ad agens, & prolem secundùm
se; vt meritò (quasi careamus proprijs terminis
ad hanc conceptionem, & partum exprimen- 141
dum) dicamus vno verbo, quòd veriori modo
fuit mater, &c. Vt enim optimè dicit Hector Pin Hector
tus in suis semper admirandis annotationibus ex Pintus.
Hebr. super cap. 7. Isai. loco eius, quod nos legi- Isa. 7.
mus. *Ecce Virgo concipiet, &c.* pro *Virgo, ait, est in* 142
Hebr. Alma, quod deriuatur à verbo Alam, quod
significat latère, vel abscondere, vndè significat
non quamcumq; virginem, sed eam, quæ est abscon-
dita, de cuius integritate nemo dubitare possit, &
quæ est non vetula, sed adolescentula. Ideò Lati-
nus Interpres in primo Cant. can. vertit. Adolescen Cant. 1.
tulæ dilexerunt te, vbi in Hebr. est Alamoth, & in
Commentario Hebraico exponitur Betheloth. & in
Prouerb. cap. 30. vbi scriptum est. *Tria sunt dif* Prou. 30.
ficilia mihi, & quartum penitus ignoro, viam aqui
læ in cælo, viam colubri super terram: viam nauis
in medio mari: & viam viri in adolescentia; pro
adolescentia, debet esse, *adolescentula,* siuè, *in Vir*
gine: est enim in Hebraico idem vocabulum, Al-
mah: & ità habent nonnulli codices Latini; sed vi-
tio typographorum effectum esse existimo, vt pro,
adolescentula, deprauatè scriberetur, adolescentia.
Hoc Mysterium ait: Salomon sibi fuisse occultum, 143
& arcanum. Quis est hic homo, cuius viam in vir-
gine adolescentula, & abscondita ignorabat Salo-
mon, nisi Christus de Spiritu Sancto conceptus, &
de Virgine Sanctissima Maria admirabiliter na-
tus? Hanc vnicam, inexplicabilemq; generationem
non

non poterat humano intellectu percipere Salomon. Quamuis enim intelligeret concepturam esse vir-
144 *ginem, Emanuelemq; parituram, viam tamen, & inenarrabilem modum comprehendere nequaquam poterat.* Hæc ille. Vides ergò causam, quarè sic di-
145 uersi diuersimodè dixerunt, & scripserunt propter altitudinem latentis mysterij. Quarè modo vera dicantur, non est cur blasphememus epiteta specialia, maximè Doctorum approbatorum.

Aliquo igitur modo potest admitti ista cooperatio Beatæ Virginis cum Spiritu Sancto modis
146 declaratis; sic tamen quòd numquàm concedamus ipsam cooperatam fuisse, vel ad conceptionem propriè loquendo, nec ad vnionem Verbi cum natura humana; quia hoc totum omninò fuit Spiritu Sancti.

Vtrùm Beata Virgo per vteri ostium pepererit Christum.

Alia adhuc maior sese offert difficultas, Vtrùm quemadmodum Virgo Beata cõcepit Christum Dominum non in alia parte corporis sui, quamuis nobiliori, sed in loco communi, in quo
147 & aliæ mulieres concipere solent: item dicendum sit de illius partu, seù parturitione, nùm (inquam) per vteri ostium illum enixa sit, an verò per ali-
148 quam aliam corporis partem. Siquidem nec defuerunt hæretici errantes in hoc meritò damnati, de quibus non est meæ intentionis sermonem habere. quarè in hoc remittimus Lectorem ad ex
D.Tho. position. super 3. par. D.Thom. quæst. 28. art. 2. Quod necessariò inuestigandum mihi videtur est
149 de quadam opinione, quam retulit mihi quidam emeritus prædicator, qui credens se rem magnã narrare dixit, se inter concionandum prędicasse, quòd non per claustra pudoris, sed per alias nobiliores corporis partes B. V. putà per pectus, per mammillas, per oculos, &c. quasi indecens sibi videretur, quòd per vteri ostium exierit; subdẽs se in hoc auditoribus valdè, ac valdè præstitisse. De quo grauiter ego dolens dixi, quæ mihi videbantur dicenda animo placato: & persuasus est. & huius consimilem, vel non valdè dissimilem o-
Abulē. pinionem habet Abulen. 1. in Paradoxa 1. à cap. 56. vsq; ad cap. 68. & super Matth. cap. 1. quæst. 49. Is tenet, quòd Christus prodijt per totum vte-
150 rum Virginis per vmbelicum, & circa penetratiuè. Verum, vt accommodatior sit noster discursus, faciliéq; habeantur, quę dicturi sumus occasione huius quæsiti.

Sciendum quòd Durandus in 4. distinctio. 44.
151 quæstio. 6. scribit, quòd Christi corpus primum fuit in vtero matris, & postmodum ex vtero trãslatum est ad lucem, & extra vterum sine hoc, quòd esset in medio. Et huius opinionis funda-
152 mentum est, quia Durandus existimat implicare contradictionem, quòd duo corpora sint simùl. Ex qua opinione sequitur, Christũ nõ magis per ostij vterum, quàm per genu, aut oculos exisse, vel prodijsse. & hoc modo, vt refert Medina, qui- Medi-
dam Concionator in habendo sermonem publicè prædicauit Vallissoleti, & coactus est errorem recantare. na.

Caietanus in exponendo illa verba: *Pariet autem filium, &c.* exponit, *Pariet, non emittet quali-* 153
tercumq; sed pariet naturali opere materno per genitalia. Contra quem insurgit Catherinus inqui- Cather.
ens Caietanum excludere opus supernaturale, & sentire cum Erasmo de apertione claustrorum in Virgine contra Ecclesiæ sententiam, & diffinitionem.

Sed reuera in hac animaduersione errat ipse Catherinus contra fidem, vt ostendemus in- Cather.
feriùs. errat

Durandus qui suprà, aliam refert opinionem, grauiter.
quam minimè improbat, videlicèt, quòd facta
fuerit Diuina virtute virginalis claustri dilatatio 154
absq; corruptione, & dolore aliquo: sicut fieret in statu innocentiæ in fœminis parturientibus,
iuxtà doctrinam Augustini 14. de Ciuitate Dei, Aug.
cap. 26. De quo modo videndus est D.Thom. 1. D.Tho.
par. quæst. 98. art. 2. ad vltimum. Verùm ex hac opinione duo sequuntur, primo, quòd B.V. non habuit in suo partu aliquid speciale, sed tantùm
quòd commune fuisset statui innocentiæ. Secun- 155
dò, quòd verè non fuisset Virgo. Vt enim videre est in D.Thom. 2. distinctio. 20. quæstio. 1. ar. 2. ad primum: quo dicebatur, quòd in statu innocentię non fuisset generatio per coitum, quia hoc repugnat virginitati, quæ non potest esse sine corruptione, corruptio autem procul ab illo statu fu-
isset. Respondeo dicit. *Ad primum ergò dicendum* 156
quòd ad perfectionem virginitatis duo concurrunt scilicet integritas corporis, cum integritate mentis: quorum alterum, scilicet integritas mentis honorabilius est, reliquum virginitati essentialius. Dicendum ergò, quòd in omni concubitu soluitur
virginitas quantum ad integritatem carnis, etiam 157
in primo statu sed integritatem mentis contingit solui dupliciter, vel quantum ad habitum, & sic
soluitur per illicitum concubitum, qui tollit habi- 158
tum castitatis: vel quantum ad actum, & sic in statu post peccatum soluitur etiam per concubitum matrimonialem, eò quòd propter vehementiam delectationis, ratio in ipso actu absorbetur. In primo
verò statu neutro modo integritas mentis soluta 159
fuisset, sed solum integritas carnis, cui praponderasset fœcunditas prolis. Non fuisset igitur in illo statu virginitas, & tamen sine corruptione, & dolore fuisset partus. Et sic non est admittenda hæc opinio.

Nec opponas, quòd D.Thom. 1. par. q. 98. art. D.Tho.
2. ad quartum dicit, nimirùm quòd *ibi esset gene-*
ratio sine corruptione, & dolore nulla facta læsione 160
integritatis. Nam hæc verba, si sanè intelligantur, non negant in illo statu futuram relaxationem, & extensionem claustri mulieris; sed negant *læsionem aliquam*, quæ in illo statu esse non poterat manente iustitia originali, quamuis non maneret

neret integritas carnis, quæ importat inexperien
tiam venereæ delectationis, & est propria virgi-
num. Vndè ex his colligitur veram esse sententi-
161 am Doctorum, qui docent, quòd homines in illo
statu innocẽtię semper ex qualibet coniunctione
D. Bonauen. generarent prolem. Ità docet D. Bonauent. 2. di-
stinct. 20. art. 1. quæst. 1. & alij quamplures. & ra-
tio est manifesta, quoniam illi homines coniunge
rentur semper secundùm rectum dictamen ratio
nis, & sola intentione generandi prolem, sed nul-
lum esset impedimentum, & nullus naturalis de-
fectus ex parte viri, vel fœminæ. Quam verita-
tem probat Aegidius eadem dist. 20. ar. 1. q. 3. plu
Aegid. ribus alijs coniecturis, ergo, &c.

Verùm redeamus ad Abulensem, qui duobus
citatis locis tenet quòd non per genitales partes,
sed per vmbelicum, & totam latitudinem vteri
exierit. Cuius verba maximè, quæ habentur quę-
Abul. stio. 49. super primum cap. Matthæi, referre in-
tendo, non alia de causa, nisi vt apertè videatur,
quomodo non subsistens, sed voluntaria sit hæc
opinio, & valdè remota à vera laude, quæ debe-
tur tantæ Virgini, de qua incessanter canit Eccle
sia, quòd *Virgo fuerit ante partum, in partu, & post partum.* Inquit ergò

Considerandum primo, quid sit virginitas in
162 partu. De virginitate namq́, quæ est ad concipien-
dum, vel in conceptu planum est, scilicèt, virginem
dicimus eam, quæ sine semine virili, & sine apertio-
ne claustrorum concipit: & propriè ista virginitas
est quædam priuatio coitus. In partu tamen non
apparet, ita quid sit virginitas: nam si mulier fuit
Virgo in concipiendo, manifestum est, quòd non o-
portet, quòd cognoscatur, vt pariat. Et sic videtur,
quòd quæcumq́, est virgo in conceptu, est virgo in
partu: maximè quia certum est nullam fœminam
dum parit cognosci posse. Dicendum autem, quòd
ad virginitatem propriè dictam requiritur propo-
situm perpetuò abstinendi à delectatione venerea,
cum corporis integritate. Integritas autem corpo-
ris est virginitas. Et quando dicimus aliquam esse
163 virginem in conceptu, aut partu, vel post partum:
loquimur de ista integritate corporis. Isti autem
integritati opponitur ruptio, vel apertio claustro-
rum fœmineorum: cum illa naturaliter conclusa
sint, & infertur quædam violentia carni, siuè natu
ræ in ruptione: cum sit quædam continui diuisio.
Sunt autem duæ aperturæ claustrorum muliebriũ.
prima est ad concipiendum. Nam cum fiat concep-
tus per mixtionem seminum, & non possent com-
164 misceri sine quadam ruptura fœminei genitalis,
tollitur integritas corporis ad conceptum. Secunda
apertio claustrorum est in partu. nam tunc necesse
est aperiri claustra fœminea, vt fœtus in lucem pro
deat. Et ista tollit integritatem corporis. Dicẽdum
autem, quòd per vtramq́ istarum tollitur virgini-
tas, cum vtrobiq́ tollatur integritas corporis, quæ
vocatur materialiter virginitas, & magis adhuc
in secunda, quàm in prima ruptura: nam maior est
necessariò secunda ruptura, quàm prima, quæ fit,
vt emittatur infans in lucem: & ob hoc in partu 165
multa periclitantur, nulla in conceptu. Itèm quia
est magis necessaria ista secunda apertio, quàm
prima, quia potest fieri conceptio sine aliqua aper-
tione naturaliter, & tamen non potest fieri partus
sine ruptura. Vndè potest contingere purè natura- 166
liter, quod aliqua mulier totaliter virgo, concipiat,
scilicet, quæ sit virgo corpore, & mente. Mente qui-
dem, scilicèt, quòd proposuerit numquam experiri
delectationem veneream: corpore autem, quia à
nullo viro tacta est, & claustra fœminea integra
manent, & tamen concipit ex semine virili. Sicut 167
ponit Sanctus Thomas exemplum in quodam quo-
libeto de puella pubere iacente in lecto cum patre,
vbi nullus fuit actus, & tamen concepit de semine
patris. Et hoc pater nesciuit, & ipsa etiam non sen
sit, quia vtroq́ dormiente accidit humorem mascu-
linum defluere in genitale fœmininum. Quod sa-
tis quilibet excogitare potest. Ista tamen non pote-
rat parere sine ruptura claustrorum, ideò magis
necessarium est virginitatem perire in partu, quã
in conceptu. quia sicut mulier aliqua dicitur virgo
in conceptu, quia ad concipiendum claustra aperta
non sunt: ita dicitur virgo in partu, scilicet, quia 168
in partu claustra non rumpuntur. Ideò non otiosè
dictum est de Domina nostra, quod fuit virgo ante
partum, & in partu, scilicet, quia maius miracu-
lum fuit ipsam manente virginitate parere, quam
cum virginitate concipere. Habuit tamen vtrum-
què: nam in conceptu fuit Virgo, quia in nullo co-
gnita est; & quod maius est, quia sine semine fuit.
In partu autem, Virgo stetit, quia nullam ruptu-
ram passum est genitale eius potius quam cum v-
rinam emitteret. Hoc autem fuit, quia Christus
prodijt de vtero eius non determinatè per genita- 169
le, sed per totam latitudinem vteri, quanta erat
latitudo fœtus. Nam qui intrauit ad discipulos ia-
nuis clausis, non rumpens ianuas, sed transiens per
solidum ianuarum, non obstante sibi corpore, sed
facta penetratione dimensionum, potuit exire de
vtero Virginis non rupto vtero nec aperto: quia si-
ue rumperetur, vt fit in omnibus, siue aperiretur,
vt quidam volebant, semper esset ablata integri-
tas, quia genitale fœmininum naturaliter clausum
est. & parum infra. Istam virginitatem in partu
necesse est poni in Domina nostra, nam Isaias il- Isa. 7.
lam prædixit, scilicet, Ecce Virgo concipiet, & pa-
riet, ergò sicut in virginitate concepit, ita in virgi-
nitate peperit. Hæc ille.

Vbi vides pie Lector, quòd iste aliàs excellen-
tissimus Doctor, vt illius opera attestantur, cæcu- 170
tijt in medio ipso lumine, & cum intentione lau-
dandi virginitatem Mariæ, eam dehonestat; nec
virginem declarat in partu, quam tamen virgi-
nitatem ipse magnificare intendit. Vbi (quæso)
est ista virginitas in partu, quæ, vt ipsemet ait,
consistit in omnimoda claustrorum integritate, si 171
per claustra non est egressus Dominus? Equidèm
sicut laudamus virginitatem in conceptu, quia;
non obstante, quòd in loco naturali conceperit,
nihilo-

Sexto ex cap.67. respondens cuidam obiectioni, cur magis ponamus primum modum existentiæ Christi in hostia, quàm secundum, dicit. *Necessarium est illa corpora solida, per quæ transeunt corpora gloriosa, tantæ quantitatis esse, quanta*
188 *sunt corpora gloriosa transeuntia, aut stantia in illis; quia cum corpora ista in quantitate diuisibili sint, qualibet pars gloriosi corporis tantam quantitatem requirit, quanta est ipsa pars corporis gloriosi: quod non debet admitti in hostia propter multa inconuenientia, quæ sequerentur*, vt patet.

Ex his omnibus præmissis, ceù fundamentis, deducit suam opinionem hisce verbis in cap.68. Quarè inquit.

Ex prælibatis ergò deducitur Christum nullo a-
189 *lio modo in hostia esse posse, quàm indiuisibiliter, & non eo modo quo corpora gloriosa per alia corpora solida transeunt. Sic quoq; inducitur Christum*
190 *natum ex vtero Virginis, non indiuisibiliter prodijsse, sed modo diuisibilis quantitatis: sicut transeunt corpora gloriosa per alia corpora solida omninò obstantia. Ex quo identidem necessaria illatione concluditur Christum de Virginis vtero, nul-*
191 *latenus in lucem prodijsse per eum locum, quo cætera humana corpora de fæminino vtero expelluntur. Omnes autem per genitale vas fæmininum emittuntur in lucem: ex quo necessarium est tantam fieri genitalis vasis apertionem; quanta est fœtus magnitudo nascentis. Et quia in vtero virginali nulla fuit virgineorum claustrorum apertio: & corpus Redemptoris nostri exiuit de Virgi-*
192 *nis vtero sub tanta magnitudine, quanta erat quantitatis cum in vtero erat: necessarium erat non nasci per genitale vas Dominæ nostræ. Si forsasse corpus Redemptoris nostri indiuisibiliter prodijsset ex vtero, quemadmodum in hostia est, poterat per vas genitale Virginis emitti: licèt apertio claustrorum nulla sequeretur: sicut in alijs corporibus sequi solebat fœminis. Sed non natus fuit indiuisibiliter, vt in præpositis probatum est; sequitur ergò Dominum Iesum per genitale Virginis vas non fuisse in lucem emissum. Erit ergò dicendum* Christum *Dominum secundùm totam suam quantitatem de vtero prodijsse, scilicet, quòd quan-*
193 *tus erat Redemptor noster in vtero, tantus natus est, nulla facta diminutione in corpore suo, aut ad indiuisibile redeundo. Et quia corpus Dominicum in vtero Virginis satis magnam occupabat quantitatem; necessarium est, quòd in exitu tantam quantitatem occuparet in partibus vteri Virginalis: ità quòd si corpus illud trium palmorum in*
194 *longitudine foret, tres palmos longitudinis in vtero Virgineo in exitu occuparet: Si autem latitudo vnius palmi esset, tantum de latitudine in partibus vteri occuparet. Quà ex re necessarium erat*
195 *ipsum per vmbilicum, & per totum ventrem, atq; alia natum fore hæc omnia occupando, nihil tamen de illo, aut diuidendo, aut rumpendo. Et sic decen-*
111 *dum est non magis Dominum Iesum per vas genitale Virginis natum, quàm per vmbilicum, quàm per alias vteri partes: sed per omnes illas natus est.*

Hæc sunt verba tanti Doctoris circà hoc quæsitum. vbi videre est, quòd supposita veritate, quam omnes Doctores Catholici admittunt. nimirùm quòd Christus exierit a Virginis vtero, non indiuisibiliter, sed penetratiuè, sibi absurdum, & inconueniens est, imò impossibile, quòd potuerit exire ex solo vteri ostio: stante quòd tale ostium nullo modo potuit esse capax tantæ latitudinis, & grossitiei, quæ posset adæquate pene- 196
trari à Christi corpore. Et (ni fallor,) tenet iste Doctor, quòd Christus Dominus erectus corpore, modo quo existimatur situm fuisse in vtero virginis, penetrando omnes, & singulas partes sibi ex directo oppositas, in lucem prodierit. Quare difficultas apud ipsum est, & quia existimauit corpus Christi competentis magnitudinis, &
quia omninò corpus penetratum necessariò de- 197
bet, vel æquari, vel excedere corpus, quod ponitur penetrare. Et si his addamus illud, quod in dies experimur in parturientibus, quæ (sint fœtus cuiuscumq; paruitatis esse possint) nihilominus
(in primis partibus saltèm) videmus eas dolere, 198
& cruciari plus, & minus pro magnitudine corporis exeuntis, sic tamen quòd data quacumque paruitate (nisi sit aborsus) adhuc dolet. Quòd si vlterius contemplemur, quòd Beata virgo, & ipsa fuit non excedentis, sed mediocris magnitudinis, & in ætate sexdecim annorum circà (vt com- 199
muniùs creditur) & ex aduerso, quòd corpus Christi fuit in illa quantitate, quæ sibi meritò congruere debebat ad commensurationem, & proportionem eius quantitatis, quam habiturus erat in sua virili, & perfecta ætate. Nec insuper credendum est, quòd facta sit in tali exitu aliqua
illius Sacratissimi Corporis compressio, (vt ali- 200
qui falsò opinati sunt.) Et adhuc non est credendum, quòd Christus fame (vt aiunt) pressus, non peruenerit in vtero ad quantitatem sibi debitam ad quam peruenisset si mater sua sæpissime non esurisset, vt contingit in multis pauperculis mulieribus, quæ propter famem, & alias incommo-
ditates, quas patiuntur, multoties non sortiuntur 201
illam quantitatem, ad quam sunt naturaliter dispositi per ordinem ad vigorositatem virilis seminis, & aliorum concurrentium ad fœtus prolisq; fomentum. Hæc enim, & similia, nec sunt di-
cenda, nec somnianda. Licèt namq; B.v. vitam 202
duxerit pauperem, vt alibi dicemus, non tamen tales sustinuit inedias, vt posset aliquid necessarium ad debitam sustentationem sui, & filij sibi deesse. Imò, vt superiùs deducebamus ex Diuo Augustino, corpus Christi perfectum fuit in sua quantitate tunc sibi debita cum adhuc existeret in vtero. Si igitur ista sunt vera, & rationi conso-
na, valdè apparens est hæc Abulen. opinio, quòd 203
Christus nascendo non exierit præcisè per genitale virginis, vtpotè incapax tantæ magnitu-

dinis, etiam suppoſita penetratione corporum.

204 Et (ni fallor,) hic Doctor, licèt ex ſuis verbis non videatur totaliter excludere exitum Chriſti per vas genitale Matris, quin ſaltem aliquam illius partem contigerit: ſtante tamen quòd exierit ſolum per partes ex directo oppoſitas ſecundùm ſitum, quem habebat in vtero, vix percipi poteſt, quòd aliquam talem partem, nec minimam penetrauerit.

Ferdin. Velloſ. Quarè, vt benè probat Ferdinandus Velloſillus in ſuis Aduertentijs Theologicis in Beatum
205 Ambroſium ad 13. quæſitum, pag. 34. licèt mens, & intentio Abulenſis Catholica cenſenda ſit, modus tamen loquendi illius periculoſus eſt, & ideò cauendus; quia affirmare videtur Chriſtum per locum non conſuetum natum fuiſſe, quod pertinaciter aſſerere hæreticum eſt.

Vt igitur plenam iſtius quæſiti veritatem habeamus, quattuor adhuc breuiter præſtanda à nobis ſunt, Deo dante, & Virgine ipſa opitulante.

Primò oſtendemus, quomodo Chriſtus in exitu ſuo ab vtero Matris ſemper magis illum purificauit.

Secundo, quid de fide tenendum ſit circa huiuſmodi quæſitum.

Tertio, qualiter cogitandus ſit à nobis (modo quo imbecillitas noſtra excogitare valet) exitus Chriſti ab vtero Matris.

Quarto, Satisfiet difficultati, & rationi, in quā præmit præfatus Doctor.

Super omnia autem, pie Lector, tenere debes, & plus quàm certò firmiter credere illam præclaram D. Auguſtini ſententiam epiſtol. 3. quæ
Aug. habetur in Concilio Toletano 11. in principio, de hoc ſpeciali miraculo, nimirùm. *Si haberet exemplum non eſſet ſingulare, fateamur ergò Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe.* Et illud eiuſdem Auguſtini contra Fœlicianum, cap. 8. *Hoc fides credat, intelligentia non requirat: neque autem non inuentum putet incredibile, aut non repertum non credat ſingulare.*

Quòd igitur non imminuta, ſed magis aucta fuerit puritas B. V. in pariendo Chriſtum, in primis extat ſententia Gregor Niſſeni in vita Moyſi, inquientis. *A Virgine Deitatis lux aſſumpta carne illuxit hominibus, eamq́ omninò incorru-*
Aug. *ptam ſeruauit, Virginitatis viriditate nullo pa-*
206 *cto commutata.* Et Auguſtinus ſermone 15. de tempore. *Creuit in eius partu integritas corporis, potius quam decreuit: & virginitas ampliata eſt, potius quam fugata.* Et Pet. Chryſol. ſermo. 142. *Qui ingreditur, & egreditur, & introitus ſui, & exitus nulla veſtigia relinquit, Diuinus habitator eſt, non humanus.* Et infra. *In tuo conceptu, in tuo*
Guaric. *partu, creuit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas roborata.* Guaricus homil. 2. de laudibus Virginis
Nicephor. *Nequaquàm Rex gloriæ vincula laxauit, aut dilatauit.* Et Nicephorus Conſtantinopolitanus in epiſtola ad Leonem, quæ habetur in Concilio Epheſino tomo 5. cap. 22. ſic inquit. *Virginem, quæ ſupernaturaliter, & ineffabiliter pepererat, poſt partum virginem conſeruauit, virginitate illius ſecundùm naturam nulla ex parte demutata, aut labefactata.* & Proclus. *Natura portas reſerauit* Proclus *Emanuel, vt homo, ſeu virginitatis clauſtra non violauit, neq́ perrupit, vt Deus: ita enim ex vtero eſt egreſſus, ſicut per aurem ingreſſus: ita natus, ſicut conceptus, qui impatibiliter fuerat illapſus, impatibiliter eſt elapſus.*

Vndè D. Thom. 3. par. quæſt. 28. art. 2. *Abſquè* D. Tho. *omni dubiò aſſerendum eſt Matrem Chriſti etiam in partu virginem fuiſſe. Nam Propheta non ſolum dicit, Ecce Virgo concipiet; ſed etiam addit, & pariet filium. Et hoc quidem conueniens fuit pro-* 207 *pter tria. primo, quia ſic congruebat proprietati eius, qui naſcebatur, qui eſt Verbum Dei: verbum autem non ſolum in corde concipitur abſq́ læſione, ſeu corruptione, ſed etiam abſq́ corruptione procedit. Secundo, quia veniebat ad tollendam noſtram corruptionem. Tertio, quia cedebat hoc in Matris honorem.* Quarè Auguſtinus in quodam ſermone de Natiuitate Domini. *Fas non erat, vt per eius aduentum violaretur integritas, qui venerat ſanare corrupta.* & ſic patet primum.

Secundum punctum quatuor aſſertionibus expeditur.

Prima aſſertio. De fide eſt, quòd *Chriſtus ſit* 208 *conceptus de Spiritu Sancto, & natus ex Maria Virgine.* Hæc patet tum ex Symbolo, tùm ex dicto Iſa. 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & cætera.*

Secunda aſſertio. De fide etiam eſt, quòd Virgo Beata, ſicut verè concepit, ità verè eumdem Chriſtum peperit: patet & ex dictis authoritati- 209 bus, & ex illa, quæ habetur Matth. 2. *Pariet au-* Matth. 2. *tem filium.* & infrà, *Non cognouit eam, donec peperit filium.* & Luc. 2. *Completi ſunt dies, vt pare-* Luc. 1. *ret, & peperit filium ſuum primogenitum.* & in Concilio Lateranen. ſub Martino I. conſult. 5. Concil. can. 3. diffinitur. *Beatam Virginem verè, & pro-* Later. *priè fuiſſe Dei genitricem, quia veraciter ipſum Deum concepit, & incorruptibiliter genuit.* & in Concilio Calcedonen. act. 5. in confeſſione fidei, Concil. vbi etiam approbatur epiſtola 11. Leonis ad Fla- Calced. uianum, in cuius cap. 1. ad propoſitum loquitur, dicens. *Non ita intelligenda eſt illa generatio ſingulariter admirabilis, & mirabiliter ſingularis, vt per nouitatem creationis proprietas remota ſit generis.* quæ verba tàm ad conceptionem, quàm ad partum accommodantur.

Tertia aſſertio. De fide eſt conſequentèr, quòd 210 Beata Virgo quemadmodum verè concepit in vtero, & loco naturali generationis, quòd etiam eodem modo, & eadem parte, qua reliquæ mulieres pariunt, peperit. patet, quia par ratio eſt de conceptione, & partu. & vlteriùs, natiuitas, & partus correlatiua ſunt: vndè Chriſtus Ioan. 18. *Ego in hoc natus ſum.* Iſa. 9. *Paruulus natus eſt* 211 *nobis.*

nobis. & in prima epistola Cyrilli, quæ in Concilio Ephesino habetur, dicitur. Concil. Ephes. *Verbum Dei sustinuisse dicimus generationem carnalem carnis suæ natiuitatem suam faciens*: & ideò verè prodijsse ex Virgine, & natum esse carnaliter. & Damasc. Damasc. lib.4. cap.15. *Conceptio quidem per aurem contigit; procreatio autem per eam partem, qua fœtus in lucem oriri consueuit*. Ratio huius est, vt eleganter notat Franciscus Suarez tomo 2. in 3. par. D. Franc. Suarez Thom. super quæst. 35. disputat. 13. sectio. 1. quia hoc est de ratione veri partus, veræq; natiuitatis: 212 & quia Deus non tantùm voluit fieri homo, sed etiam filius hominis, & fœminam quamdam voluit esse veram Dei Matrem: non essent autem vera Mater, & verus filius, nisi esset verus partus, & Nazian. vera natiuitas. & ideò Nazianzenus oratione 51. quæ est epistola 3. ad Cledon. ait, Christum *Diuino modo genitum esse, quia sine opere viri, & humano, quia iuxta pariendi consuetudinem*. & 213 idem oratione 16. de amore paup. rum. *Voluisse Deum non tantùm naturam, sed etiam natiuitatem nostram honorare, & ideò vtramq; assumpsisse cum omni proprietate, absq; macula tamen, vel indecentia prout Deum decebat*. & tandem hic est communis consensus totius Ecclesiæ, & rectè sentientium. Ex qua veritate deducit Ferdinandus Vellosillus loco citato in suis Aduertentijs Ferdin. Vellos. Theologicis: Rectam fuisse damnationem Magi- 214 stri de Alcaraz Pinciæ factam, eò quia inter concionandum publicè in festo quodam Annuntiationis ausus fuit affirmare, Virginem Mariam oculis concepisse, & oculis peperisse, quia oculus est pars dignior, & subtilior hominis.

Et certè si ità non dicatur, est in libertate omnium asserendi pro libito, & pro qua parte illis melius visum fuerit: & nulla erit firmitas huius veritatis. Similis error circa conceptionem fuit damnatus Romæ præsente Caietano, vt ipsemet Caiet. refert 3.p q.31. ar.5. contra quemdam, qui asserebat concepisse in corde.

Quarta assertio. De fide etiam tenendum est, 215 Beatam Virginem non per dilatationem membrorum, & vasis genitalis Christum peperisse, modo quo fuissent partus in statu innocentiæ, vt Aug. vult Augustinus 14. de Ciuitate Dei. & approbat D.Thom. 1. par. quæst. 98. art. 2. Et hoc, quia non fuisset perfecta virginitas in Virgine. vt enim be- D.Tho. nè animaduertit D.Thom. 22. quæst. 152. art. 1. & 216 quodlib. 6. art. 18. Licèt virginitas, vt ad mores, & virtutem pertinet, non amittatur, nisi per voluntariam claustri virginalis ruptionem, aut seminis resolutionem: tamen vt solùm dicit corporalem virginitatem, siuè integritatem, amittitur per quamcumq; ruptionem claustri virginalis, si- 217 uè voluntariè fiat, siuè licitè, siuè illicitè: quia hæc virginitas in sola ipsa naturali perfectione, & corporis integritate consistit. Et quia Beata 218 Virgo per nullam vim, & inuoluntariam coactionem, nec per concubitum, nec per aliquem extraordinarium modum, vt solet interdum hæc integritas auferri per instrumenta artis medicinæ, necessitatis causa, suam naturalem amisit integritatem, & perfectionem; ideò nec etiam per hunc 219 modum dicendum est illam peperisse. Quapropter Durandus, qui in 4. distinct. 44. quæstio. 6. in solutione primi, hanc recitat opinionem, nec improbat, omninò vitandus est. Nam, vt dictum est superiùs, in hoc non excederet Beata Virgo statum innocentiæ, & priuilegium iustitiæ originalis. & quod vrget contra hanc opinionem est, quia si hoc ponatur, iam non manerent claustra 220 pudoris in ipsorum primæua dispositione, contra illud, quod habetur in Hym. de Natali Dom.

Veni Redemptor Gentium,
Ostende partum Virginis:
Miretur omne sæculum,
Talis decet partus Deum. Et infra.
Aluus tumescit Virginis
Claustra pudoris permanent.

& in prosa. *Sicut Sydus radium, profert Virgo filium pari forma*. & habetur in Concilio Lateranensi sub Martino I. can. 3 his verbis. Concil. Later. *Si quis non confitetur verè, & propriè Dei Genitricem Sanctam, semperq; Virginem immaculatam Mariam in vltimis sæculorum absq; semine concepisse ex Spiritu Sancto, & incorruptibiliter enixam esse, & indissolubili permanente, & ante, & post partum eiusdem virginitate, sit condemnatus*. Quarè Medina Medina in suis legitimis, & non vulgaribus Commentarijs ad 3.p. D.Thom. quæst. 28. ar. 2. refert, quòd Compluti quidam, qui ausus est prædicare hunc modū, ab Inquisitoribus reprehensus est. D.Tho.

Nec obstat, quod dicit D.Th. quodl. 6. ar. 18. quòd si aperiantur claustra alicuius Virginis nō per concubitum viri, sed via alia, manet virgo: quarè si hoc verū est, potuit claustris ruptis parere salua virginitat.

Iam ad hoc responsum est ex alio D.Th. d. 22. loco vt supra. Et certè aliter non potest congruè intelligi auctoritas, quæ communiter affertur ad hoc propositum Ezech. 44. Ezech. 44. *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam; quoniam Dñs Deus Israel ingressus est per eā*. & illud Cant. 4. Cant. *Hortus conclusus, fons signatus amica mea*.

Quoad tertium punctum, qualitèr cogitari debeat egressus Christi ab vtero Matris. Dicendum 221 quòd fuit modus omninò ineffabilis, & tamen Deo possibilis, quia *non est impossibile apud Deum omne verbum*. vndè Ioannes de Neapoli ar- Ioã. de Neap. guens contra omnes tenentes partum Virginis fuisse per relaxationem membri, & non per penetrationem: ingeniosissimè, inquit, ex illo dicto Euangelico. Matth. 19. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum*. arguit sic. 222 Apud Deum possibile est diuitem intrare in regnum cœlorum, ergò etiam camelum, idest Christum per foramen acus, idest ex Virginis vtero transire, & nasci. & ex Concilio Talensi. Concil. Talens. *Quid incredibile si contra vsum originis*

nis naturalis peperit Maria, & virgo permanſit,
quando contra vſum naturæ, mare vidit, & fugit:
atq; in fontem ſuum Iordanis fluenta remearunt?
Non ergò excedit fidem, quòd Virgo peperit, quando
legimus, quòd petra vomuit aquas, & in muri ſpe-
ciem maris vnda ſolidata eſt. Non excedit fidem,
quòd homo exiuit de Virgine, quando petra fontem
profluum ſcaturiuit: ferrum ſuper aquas natauit.
Ambulauit homo ſuper aquas; ergò ſi hominem vn-
da portauit, non potuit hominem Virgo generare?
atq; hominem de quo legimus, Mittet illis Domi-
nus hominem, qui ſaluos faciet eos, & notus erit
223 *Dominus Aegyptijs? In veteri itaq; teſtamento vir*
ga Hebræorum per mare duxit exercitum: in nouo
Teſtamento Virgo Regis aula cæleſtis electa eſt ad
ſalutem.

Verùm quia ſpopondimus nomen aliquod da
re huic ineffabili tranſitui Chriſti ex vtero Ma-
tris in ſua natiuitate. Dicendum quòd fuit per pe
D.Tho. netrationem. Sic D.Thom. in 4. diſt. 44. quæſt. 2.
art. 2. quæſt. 3. vbi quærit, vtrùm duo corpora
per miraculum poſſint eſſe in eodem loco, nimi-
rùm proprio, vbi in argumento. Sed contra, in-
224 quit, *Beata Virgo filium miraculosè peperit, ſed in*
illo partu oportuit duo corpora eſſe ſimul in eodem
loco, quia corpus pueri exiens clauſtra pudoris non
fregit, ergò poteſt miraculosè fieri, quòd duo corpora
Aug. *ſint in eodem loco.* & Auguſtinus ſuper Ioan. *Moli*
corporis, vbi Diuinitas erat, oſtia clauſa non obſti-
terunt; ille quippe non eis apertis intrare potuit,
quo naſcente virginitas Matris inuiolata perman
ſit. & Dionyſ. in quadam epiſtola ad Caium.
Dion. *Chriſtus ſuper hominem operabatur ea, quæ ſunt*
hominis: & hoc monſtrat Virgo ſupernaturaliter
concipiens, & aqua inſtabilis terrenorum pedum
ſuſtinens grauitatem.

225 Hoc omninò clarum, & expreſſum habes in 3.
Reſpon. Matut. Natiu. Domini, quo dicitur. *De-*
ſcendit de cælis verus Deus à Patre genitus, in-
troiuit in vterum Virginis, nobis vt appareret vi-
ſibilis indutus carne humana à protoparente edi-
ta: & exiuit per clauſam portàm Deus, & homo,
lux, & vita, conditor mundi. Tamquàm ſpon-
ſus, &c.

Hoc autem non implicare contradictionem,
226 vt exiſtimat Durandus, aperta ratione oſtendit
D.Thom. loco vt ſuprà; quia diſtinctio duorum
corporum in ſitu, vt patet ad ſenſum, dependet à
principijs eſſentialibus rei, ſicut à cauſis proxi-
mis; à Deo autem, ſicut à cauſa prima. At cauſa
227 prima poteſt rem cõſeruare in ſuo eſſe diſtincto
ceſſantibus cauſis ſecundis, vt dicitur in lib. de
cauſis. quarè Deus poteſt facere, quòd duo corpo
ra ſint diſtincta inter ſe, abſq; eo quòd habeant
diuerſum ſitum: & ſic dempta diuerſitatè ſitus,
omninò erunt in eodem loco proprio.

Hoc eſt, quod communiter dicitur, & tenet Ec
cleſia, quòd Chriſtus egreſſus ſit ab vtero Virgi-
nis penetrando corpus Beatæ Virginis, & clau-
ſtra pudoris ſine aliqua vi, & fractura; ſed ſalua
omni integritate, modo quo, vt inquit Gregor.
ſuper Ioan. 19. ad diſcipulos ingreſſus eſt ianuis Greg.
clauſis: & modo quo aſcendit in cœlum infracto
cœlo, &c.

Et quia tranſire de vtero èxtra vterum non eſt 228
extra rationem motus localis, quod vt clarum
tibi ſit nota duo dicta D.Thom. 3. par. quæſt. 57. D.Tho.
vbi agit de Chriſti aſcenſione in cœlum, in art. 2.
vbi quærit, nùm virtute propria, arguendo con-
tra tertio loco dicit, hoc non potuiſſe, quia aliter
motus, vel aſcenſio Chriſti in cœlum fuiſſet in
inſtanti. Reſpondendo dicit, *Ad tertium dicen-*
dum, quòd etſi virtus Diuina ſit infinita, & infi- 229
nitè operetur quantum eſt ex parte operantis, ta-
men effectus virtutis eius recipitur in rebus ſecun
dùm rerum capacitatem, & ſecundùm Dei diſpo-
ſitionem: corpus autem non eſt capax, vt in inſtan- 230
ti moueatur localiter; quia oportet, quòd comme-
tiatur ſe ſpatio, ſecundùm cuius diuiſionem diui-
ditur tempus, vt dicitur 6. Phyſic. & ideò non
oportet, quòd corpus motum à Deo moueatur in
inſtanti, ſed mouetur ea velocitate qua Deus
diſponit. & in artic. 3. vbi quærit, nùm aſcen-
derit ſuper omnes cœlos, pariter in reſponſione
ad tertium, quo quærebatur quomodo duo cor-
pora poſſint eſſe in eodem loco, & an de extre-
mo ad extremum perueniatur pertranſito me-
dio, dicit. Ad tertium dicendum, quòd *quamuis* 231
de natura corporis non ſit, quòd poſſit eſſe in eodem
loco cum alio corpore: tamen hoc poteſt Deus face-
re per miraculum, quòd in eodem loco poſſit eſſe cum
alio corpore, ſicut & fecit, vt corpus Chriſti de clau
ſo vtero Beatæ Virginis exiret, quod intrauit ia-
nuis clauſis ad diſcipulos, ſicut dicit D.Greg. Cor- D.Greg. hom. 26 in Euangel.
pus ergò Chriſti ſimul poteſt eſſe cum alio corpore
in eodem loco, non ex proprietate corporis, ſed per
virtutem Diuinam aſſiſtentem, & hoc operantem.
& vult dicere D. Thom. quòd Chriſtus fereba- 232
tur in cœlum non raptim, aut imperceptibilitèr,
ſed ſenſìm, vt intuerentur eum Diſcipuli euun-
tem in cœlum, donec *Nubes lucida ſuſciperet*
eum ab oculis eorum, vt dicitur Act. 1.

Imaginandum ergò, quòd Chriſtus Dominus 233
noſter hoc proportionali modo exierit à loco ma
tricis, prodieritq; in lucem ſucceſſiuè, & paula-
tim penetrando partem poſt partem corporis B.
Virginis perueniendo ad oſtium vteri, donec e-
grederetur, ſic quòd quemadmodum in ſua mo-
roſa, prout dicebatur, aſcenſione in cęlum viden
tibus diſcipulis, conſolabatur eos ex tali viſione:
ſic indubiè, & piè credendum eſt, quòd paulatim
penetrando corpus Beatæ Virginis, vſq; ad oſti- 234
um exitus, non mediocri, ſed ſuperabundo gau-
dio illam repleuerit. Vndè illa iubilationis vox
D.Bernardi de partu Virginis. *Egredere fili mi,* D.Ber.
&c. & ex hac conſideratione pia, & tuta collige,
quòd Beata Virgo in pariendo Chriſtum nõ me- 235
rè paſſiuè, ſed aliquo modo agendo, & quaſi im-
pellendo

pellendo (vt verbis vtar Suarez) concurrisse ad fœtum emittendum. Hoc enim ad partus, & natiuitatis veritatem pertinet, quoniam aliàs non peperisset Virgo Christum: volo dicere, quòd B. Virgo eum impulsum, vel efficaciam, quam aliæ matres solent in suo partu ad emittendam prolem adhibuit. vndè canit Ecclesia. *Enixa est puerpera Regem, &c.* Intellige tamen, quòd huiusmodi impulsus, & efficientia fuit sine vllo labore, aut violentia, præsertim cum Diuina virtute factum sit, vt sine vlla resistentia, vel repugnantia

Aug. id fieret. vndè August. lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 8. dicit. *Illi soli non credunt, qui etiam Dominum Iesum per integra virginalia matris enixum, & ad discipulos ostijs clausis ingressum non credunt.* Sic ergò se habuit virtus Diuina, vt non excluderet virtutem virginis. & quia potissimè comparanda est virtus Diuina in hoc; dicendum illud aliud D.

Aug. August. epist. 120. cap. 12. super illud Psalm. 21. *Tu es, qui extraxisti me de ventre. Quid est,* (inquit.) *tu es, qui extraxisti me de ventre? Si ad ip-*

236 *sum Iesum de Virgine procreatum refertur; an mihi significare voluit partum Virginis seruata virginitate mirabili? vt cum Deus fecisse dicitur, quod illic mirabiliter factum est nemini incredibile videatur?* Patet igitur modus, & simùl non patet, quò Christus exijt ab vtero Matris. Est quidem ineffabilis, vt dictum est, nec plenè exprimi potest.

Hinc habes quomodo declares diuersas Sanctorum Patrum sententias circà hoc mysterium. & duas, vel tres pro nunc in exemplum ducimus.

D. Hier. Prima est D. Hieronym. Dialog. 2. contra Pelagianos. *Solus Christus clausas portas vuluæ virginalis aperuit, quæ tamen clausæ iugiter perman-*

237 *serunt.* Quomodo (quæso) clausæ sunt, & simul

Euthi. apertæ? Secunda est Euthimij super Luc. 2. *Solus Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter conseruauit.* Tertia,

D. Ambros. D. Ambrosij super Lucam. *Qui vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est, qui aperuit Matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret.*

238 Pro quarum intelligentia sciendum est. primo, quòd aperire vuluam aliquãdo dicit exitum prolis cum reali reseratione claustri ipsius, quo modo omnes nascendo adaperiunt illam, dempto Christo. Aliquando dicit solùm exitum prolis ex claustro ipso manente clauso; quo modo Christus solus nascendo adaperuit ipsam. & hoc in Scripturis non est insolitum: quia tunc fieri iudicantur quando fieri videntur, licèt non realiter fiant, vt quando columba visa est descende-

239 re de cœlo super Christum, visi sunt cœli realiter aperiri, non tamen realiter aperti sunt. Similiter licèt Stellæ non sint realiter casuræ de cœ-

240 lo, tamen quia ex quibusdam signis illarum videbuntur multis cadere de cœlo: ideò absolutè di-

Matth. 24. citur Matth. 24. quòd *Stellæ cadent de cœlo.* & sicut hæc omnia, quamuis absolutè dicta sint, relinquuntur tamē Ecclesiæ secundùm verum eorum sensum interpretanda. Intantum igitur dicitur aperuisse vuluam, inquantum ab illa exiuit, vel quia ex tali exitu manifestatus est mundo, seù visum est, quòd aperuerit vuluam.

Sciendum secundo, quòd quandoq; aperire 241 sumitur pro fœcundare, quemadmodum & claudere pro infœcundam reddere, iuxtà illud, quod pluribus in locis habetur. *Et clauserat Dominus vuluam eius.* vt patet Genes. 20. 29. & 30. & 1. Gen. 20. 29. & 30. Reg. 1. Quarè quandoq; ex hoc, quod dicitur, *Aperire vuluam*, significatur quod *fœcundauit, &c.* Auctoritates ergò prædictæ indicant solùm 1. Reg. 1. exitum sine reseratione claustri: & quòd per talem exitum ab vtero manifestatus est mundo. 242

Nunc superest vt quarto loco satisfaciamus rationi in quam præmit Abulen. Siquidem inquit ille. *Naturales viæ strictiores sunt, quàm vt intra se possint capere corpus pueri, nisi vel ipsæ dilatentur, vel corpus quasi comprimatur, aut quid aliud huiusmodi, quod proculdubio vergeret, vel in dedecus Matris, vel in Filij indecentiam, quæ à Catholico non sunt admittenda.* Hęc illius est difficultas principalis, quæ anxiauit illum.

Verùm hæc ratio (pace tanti viri) nullius est 243 momenti, si dicatur, vt dicendum est in consimilibus, quòd (inquam) iste partus fuit ineffabilis, & tamen modo, & per viam consuetam, & quòd *non est impossibile apud Deum omne verbum.* Et plus potest Deus facere, quàm nos intelligere valeamus. quare *captiuandus est intellectus in obse-* 244 *quium Christi.*

Dicatur secundo ſtãte quòd ab hoc partu omnis immunditia absuerit, nec illi adhæserint illæ partes menstrualis humoris, de quibus iam ad e- 245 iusdem Abul. mentem diximus, quæ solent densate, & concretè complicare prolem in exitu illius ab vtero: Forsan non est cur imaginemur tantam grossitiem corporis Christi, quin potuerit *Speciosus forma præ filijs hominum*, penetrando meatus exire sine occupatione alterius partis, vt vel sic dicatur *tamquam sponsus egressus de thalamo suo, &c.*

Dicitur tertio cum peritissimo Suarez, quòd 246 *si necessarium fuit secundum aliquas partes sui corporis quasdam alias Virginei corporis penetrare, ita factum esse; quia hoc neq; imperfectionem includit, neq; veritati partus, & natiuitatis derogat. Sed in hoc Mysterio securius, magisq; Christiana modestia consentaneum est, fateri ineffabili, & incomprahensibili modo Christum exiuisse de vtero Matris: quàm talem modum particularem cu-* 247 *riosius inquirere.* Hæc ille. Et certè nullo modo dicendum est, quòd per aliam viam fuerit illius egressus: hoc enim contrariatur non solùm fidei, 248 vt dictum est, sed etiam rationi. Ex quo enim potuit penetrare sine læsione omnem, & quamcumquè aliam partem corporis Beatæ Virginis, non est ratio, quarè non debeamus admittere, quòd penetrauerit vias naturales salua illius munditia,

& perfecta Virginis integritate conseruata. vndè
Amb. Ambrof.episto.81.inquit. *Christum exisse de vte*
249 *ro Virginis, sicut aqua exiuit de petra*. & August.
Aug. in lib.contra quinque hæreses,cap.6.dicit, Deus creator hominis. *Quid est, quod te permouet in mea natiuitate? Non sum libidinis conceptus cupiditate, ego matrem de qua nascerer feci. Si solis radius cloacarum sordes siccare nouit, eis inquinari non nouit; quantò magis splendor lucis æternæ*
Simile. *quocumq; radiauerit mundare potest, & ipse pollui*
250 *non potest?* & hæc sufficere debent homini Christiano. & ista sint satis pro declaratione secundi puncti principalis. In quo diutiùs laborauimus, vt pluribus satisfaceremus in materia valdè desiderabili. vbi & illa Ruperti Abbatis Tuicensis congruere videntur carmina, prout in prologo illius super Cant.habetur.

Fœmina mente Deum concepit,corpore Christum.
Integra fudit eum,nil operante viro.

Hæc de secundo quæsito.

QVAESITI TERTII SVMMAE.

1 *HAeretici falsò innixi negant Virginem Deiparam esse.*
2 *Erroris Photini,& Nestorij circà maternitatem Virginis.*
3 *Veritas firmiter tenenda, quòd filius Dei naturam non personam assumpsit.*
4 *Assumptionem ad personam terminari necesse est.*
5 *Sacra Scriptura, vel Doctores Sancti cum dicunt Deum hominem assumpsisse, quomodo intelligendi.*
6 *Sanctos decent aliqua,quæ non decent omnes.*
7 *Assumptio in facto esse habet hominem pro termino.*
8 *Anathematizantur, qui Christum duos filios asserunt.*
9 *Christus dicendo se esse principium declarat se personam diuinam.*
10 *B.V.verè mater Christi.*
11 *In Christo vna tantùm personalitas, & filiatio.*
12 *Nomen Deus supponit pro tribus personis.*
13 *Fœmina ex qua homo nascitur,quarè mater dicatur.*
14 *B.V.mater Christi,quia ministrauit materiam ex qua corpus eius formatum est.*
15 *Anima hominis à solo Deo accipitur.*
16 *Masculus dat formam,fœmina corpus.*
17 *Corpus Christi Dei dicitur, quia in vnitate filij Dei assumptum.*
18 *Errans circa humanitatem Christi necesse est, quòd erret circa maternitatem Virginis,& è contra.*
19 *Deus ex adiuncto notionali, vel personali supponit ita pro vna persona,quod non pro alia.*
20 *Dicendo quod B.V. sit mater Dei fit suppositio pro filio.*
21 *Hæreticum est negare Virginem & Christiperam & Deiparam.*
22 *Veritas fidei si habeatur ex sensu Sacræ Scripturæ sufficit.*
23 *Quòd Christus sit verus Deus habetur ex Sacra Scriptura.*
24 *Declaratio plana,quarè B.V.sit,& dicatur mater Dei.*
25 *Pater, & mater, licèt non producant animam rationalem,verè tamen dicuntur generare.*
26 *Dubitare quod B.V.non sit mater Dei,est dubitare quod cęterę matres non sint verè matres suorum filiorum.*
27 *B.V.mater Dei dicitur non causa, nisi cum additione.*
28 *Deceptio occulta Nestorij circà verbum Christotocon.*
29 *Matrem Christi, & Dei indistinctè dicimus de B.V.*
30 *Idiomatum communicatio in Christo.*
31 *Duæ natiuitates in Christo.*
32 *Relationes filiationis in Christo duæ.*
33 *Christus filius realis,& naturalis B.V.non tantum per realem relationem.*
34 *Actio virilis seminis terminatur ad esse personale.*
35 *Contradictionem non implicat Christum habere patrem in terris contra Medinam.*
36 *Virtus actiua viri non attingit animam rationalem in se.*
37 *Deus de potentia absoluta potest impedire, ne sequatur effectus actionis causæ secundæ.*
38 *Deus de potentia absoluta potest omnem hanc naturam suppositare.*
39 *Pater nullus potest esse Christi conseruata virginitate.*
40 *Magnificatur virgo mater, ex hoc quia patrem virginem Christus habere non potest.*
41 *Maria Virgo Esther assimilatur.*
42 *Deus potentiam suam exercuit in exornando Matrem.*
43 *Dæmon quid possit circa semen humanum.*
44 *Christus si corpus suum de manu, vel pede formatum haberet non diceretur filius Virginis.*
45 *Ad virginitatis perfectionem tria requirũtur.*
46 *Assidua voluntas non experiendi venerea formale in virginitate.*
47 *Passiones sensitiuæ materia sunt virtutum moralium.*
48 *Effractio claustri pudoris per ferrum per accidens dicitur tollere virginitatem.*
49 *Mulier non potest salua perfectione virginitatis esse mater,nisi miraculosè.*
50 *Potest virgo salua virginitate concipere naturaliter.*
51 *Vir absq; seminis resolutione, nec naturaliter, nec miraculosè pater esse potest.*

Pater,

12 Pater, & mater dari possunt etiam naturaliter salua virginitate formali.
13 Resolutio seminis ex viro non congruit actioni Spiritus Sancti.

Beata Virgo non solùm Christi mater, caeterùm & Dei dicenda est.

NVnc tertio loco principaliter videndum est quomodo B.V. non solùm mater Christi, sed mater Dei dicenda sit, vt Christotocon, & Theotocon meritò appelletur, seù Christipara,
1 necnon Deipara, non enim defuerunt Hæretici calumniantes, quòd B.Virg. non mater Dei sed Christi tantùm dicenda sit moti in speciali hac ratione. Quia circà diuina mysteria nihil asserendum est, nisi quod ex Sacra Scriptura habetur, atqui sic est quòd in Sacra Scriptura numquàm legitur, quòd sit mater Dei, vel Dei genitrix, sed tantùm quòd sit mater Christi (siquidem hoc nomen Christus non personam diuinam in se importare videtur, sed vt humanitati vnitam) quo stante vtiq; concedi potest, quòd mater sit Christi, at numquàm Dei, quia hoc nomen Deus hypostasim diuinam per ordinem ad subsistentiam in diuinitate secundùm se importare videtur, & hæc obiectio fuit Nestorij, vt benè aduertit D.
D.Tho. Tho. 3.p.q.35.ar.4.ad 1.

Radix autem istius erroris, & aliorum circà hanc materiam est, quia vel considerabant Chri-
2 sti humanitatem prius conceptam, vel etiam natam, antequàm vniretur personæ filij Dei, & sic errauit Photinus; vel quòd humanitas non fuit vnita filio Dei in persona, qui error fuit Nesto-
3 rij. Tota ergò vis, & declaratio huius veritatis pendet in hoc, vt sciamus, & firmitèr credamus, quòd filius Dei non assumpsit hominem in indiuiduo, vt quoddam per se subsistens, sed naturam humanam: persona enim est inassumptibilis, vt
D.Tho. docet D.Thom. 3.par. quæst.4.art.2. Et ratio est, quia quod assumitur præintelligitur assumptio-
4 ni, & sic non potest esse terminus assumptionis. Constat autem, quòd assumptio terminata est ad personam. vndè si aliquas auctoritates quandoq; reperiamus, vel in Sacra Scriptura, vel in Sacris Doctoribus, ex quibus videatur affirmari, quòd filius Dei assumpserit hominem, cautè accipiendæ sunt non in sensu, quem faciunt, sed in sensu,
Ps.67. in quo fiunt, verbi gratia, Psalm.67. dicitur. *Beatus homo quem elegisti, & assumpsisti, &c.* Et il-
Li 2. de agone Christ. lud D. Augustini dictum. *Filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est.* Huiusmodi auctoritates piè exponendæ sunt, vt dicamus *hominem assumptum,* quia eius natura est assum-
5 pta: vel quia assumptio terminata est ad hoc, vt *Filius Dei sit homo.* Sic D.Thom. art.3. quæst. vt supra. Et secundùm rei veritatem huiusmodi lo-
6 cutiones sunt impropriæ, & aliqua decent Sanctos, quæ non decent omnes; multum namq; & in bonum, & in malum sensum valet qualitas vitæ, probis enim magis, & faciliùs de omnibus simpliciter credimus præcipuam enim mores fidem faciunt, vt patet Rethor. 1. Cauendæ igitur à nobis Aristo. Reth. 1. c. 2.
sunt huiusmodi locutiones, & glosandæ si quæ inueniuntur dictę à Sacris Doctoribus, altero duorum modorum, vel intelligendo quoad naturam, vel accipiendo assumptionem non in fieri, sed in facto esse, quia (inquam) assumptio in facto esse 7
habet hominem pro termino, quia videlicet hoc effecit assumptio, & ad hoc terminata est, vt filius Dei esset homo. & quòd talis sit intentio Sanctorum Patrum habes ex D. Damasceno, qui in D. Damasc.
Epistola ad Paulinum dicit, quòd *Christus suscepit integrum hominem sine peccato.* & nihilominus idem Damascenus ad eundem Paulinum quasi declarans se, ait. *Anathematizamus eos, qui duos filios esse asserunt, vnum ante sæcula, & alterum post assumptionem carnis ex Virgine.* Dum enim 8
inquit Christum non esse duos filios, manifestat se intellexisse, ly, *integrum hominem,* idest, integram humanitatem. Quarè in Ephesina Synodo. Synod. Ephes.
Credimus in Dominum nostrum Iesum Christum de Virgine Maria natum: quia ipse est Dei sempiternus filius, & Verbum, & non homo a Deo assumptus, vt alter sit præter ipsum. Et in Concilio Constantinopolitano quinto Can. 5. dicitur. *Si quis* Concil. Constá.
non confitetur Dei Verbum carni substantialiter vnitum; & propterea vnam eius subsistentiam, vel vnam personam: & ità Sanctam Calcedonensem Synodum vnam Domini nostri subsistentiam confiteri, talis anathema sit. Neq; enim adiectionem personæ, vel subsistentiæ Sancta Trinitas suscepit ex Incarnato vno de eadem Trinitate Deo Verbo. Certè si hominem assumpsisset (propriè loquendo) duas personas, siuè duas subsistentias haberet Christus, quod est hæreticum. Hoc declarauit ipsemet Christus Ioan.8. quando interrogantibus Io. 8.
Iudæis. *Tu quis es?* Respondit. *Principium, qui, & loquor vobis.* Clarum namq; est, quòd Iudæi tunc interrogabant de Christo, vt homine, idest secundùm humanitatem. Si ergò persona sua fuisset entitas creata, vt in cæteris hominibus, nullo modo potuisset dicere se esse *principium*, sed duplici iure debebat dicere se esse principiatum: & quia fuisset quid creatum: & quia quid productum per principia speciei, vt patet in alijs. At dicendo se esse *principium*, declarat se nullam aliam habere 9
personam, nisi Diuinam, cui competit esse *principium*, quæ non solùm in Diuina, sed etiam in humana natura subsistebat; & hoc valdè nota. Ex 10
hoc enim vno fundamento habes, quòd B. Virgo sit vera Mater Christi secundùm illius temporalem natiuitatem, iuxtà illud Matth. 1. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.* & in Symbolo. *Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.* & D. Athan. *Homo ex substantia Matris in sæculo natus.* & quia, vt dictum est, Mat. 1. Symb. fidei. D. Athan.
in Christo vnica est tantùm personalitas, & vna 11
filiatio subsistens in duabus naturis Diuina, & humana. Hoc autem nomen Deus cum sit concretum

tum naturæ Diuinæ, possitq; supponere pro qua-
12 libet persona Diuina, & ex consequenti etiam
pro filio inquantum subsistit in natura humana,
ratione cuius subsistentiæ fit communicatio idio
matum; relinquitur quòd B.V. non solum sit ma-
13 ter Christi, sed etiam mater Dei. Fœmina enim
ex qua aliquis homo nascitur mater illius dici-
tur, ex eo quòd materiam ministrat humano con
ceptui. Cum igitur V.B. materiam ministrauerit,
vt superiùs ostendimus, conceptui filij Dei: om-
ninò mater filij Dei dicenda est. Non enim refert
ad rationem matris, quacumq; virtute materia
14 ministrata ab ipsa, formetur. Non enim minus
Mater est, quæ materiam ministrauit Spiritu San
cto formandam, quàm quæ ministrat materiam
formandam virtute virilis seminis. Nec refert,
quòd ex ea non sit assumpta Diuinitas, sed caro
sola, (vt dicebat Nestorius manifestè vocem su-
am ignorans.) Non enim ex hoc aliqua dicitur
alicuius Mater, quia totum quod in ipso est ex ea
sumatur; homo enim constat ex anima, & corpo-
re, magisq; est homo id quod est secundùm ani-
15 mam, quàm id quod est secundùm corpus: anima
namq; cuiusuis hominis à solo Deo accipitur se-
cundùm veritatem; & si esset ex traductione, vt
16 cæteræ formæ naturales, sumeretur à patre non
à matre, nàm secundùm Philosophum, masculus
dat formam, fœmina corpus. Sicut igitur cuiusli-
bet hominis mater aliqua fœmina dicitur ex hoc
quòd ab ea corpus eius sumitur: ita Dei mater B.
Virgo Maria dici debet, quia ex ea assumptum
est corpus Dei; oportet autem dicere, quòd sit
17 corpus Dei si assumitur in vnitatem personæ fi-
lij Dei, qui est verus Deus. Quarè confitentibus,
quòd natura humana sit assumpta à filio Dei in
vnitatem personæ, necesse est dicere, quòd B.V.
sit Mater Dei. Ideò enim Nestorius negauit illam
esse Matrem Dei; quia negauit vnam personam
esse Dei, & hominis Iesu Christi. Namq; huma-
nitas Christi, & maternitas Virginis, vt dicit D.
D.Tho. Thom. 2. Sentent. distinct. 4. quæst. 2. art. 2. in cor-
18 por. Sunt adeò connexa, vt qui circa vnum erra-
uerit oporteat circa aliud errare: vndè quia Ne-
Error storius circa humanitatem errabat aliam asserēs
Nestor. in Christo esse humanitatis, & Diuinitatis perso
nam, oportebat ipsum dicere, Virginem non ma
trem Dei, sed hominis; quia secundùm eum, De-
us, & homo non est vnus Christus.

Verùm dices, Saltem non mater Dei, sed filij
Dei dicenda est. Si enim dicatur, quòd sit Mater
Dei, insinuari videtur, quòd sit etiam Mater tri-
um personarum in Diuinis, cum vnaquæq; illa-
rum sit vnus, verus, & idem Deus.

D.Tho. Sed, vt, inquit, D. Thom. ibidem, hoc est trepi-
dare timore vbi non est timendum. Concedimus
19 quidem, quòd hoc nomen Deus, sit commune
tribus personis; sed ex adiuncto notionali, vel
quouis alio spectante, ita ad vnam personam,
quòd non ad aliam, trahitur prædicatio ad sup-
ponendum pro vna persona, quòd non pro alia:
vt si dicam, Deus generat, intelligo Patrem tan-
tùm: itèm si dicam, B. Virgo est Mater Dei, intel-
ligo quòd sit Mater filij Dei, quem in vtero con-
cepit, & genuit præstando omnia, & singula, quæ 20
cæteræ matres præstare solent in conceptione,
& generatione suorum filiorum. Sicut si dicatur,
Homo currit, nullo currente nisi Petro, supponit
ità pro Petro, quòd non pro Ioanne, vel Franci-
sco.

Dicendum igitur, quòd B.V. Maria sit vera, &
naturalis Mater Christi, & Dei; quia id quod est 21
generatum, & natum ex ea est Deus: ex conse-
quenti, quòd sit non solum *Christotocon*, seu *Chri
stipara*, sed *Theotocon*, & *Deipara*. & negare hoc
est hæreticum. vndè inter cap. Cyrilli approbata Cyril.
in Ephesina Synodo dicitur. *Si quis non confite-* Ephes.
tur Deum esse secundum veritatem Emanuel, & Synodo
propter hoc Dei genitricem Sanctam Mariam, (ge
nuit enim carnaliter carnem factam ex Deo Ver
bum) *anathema sit.* Hoc idem ab Ecclesia in col- Ecclesia
lecta. *Deus qui de B. Maria Virginis vtero, &c. ve-
rè eam genitricem Dei credimus*, vt, ly, *verè*, cadit
non solum super credimus, sed & super, ly, *verè* Nota,
genitricem Dei, &c. & in Salutatione Angelica, ly, verè
Sancta Maria *Mater Dei*, ora pro nobis, &c.

Nec perturbare debet obiectio à principio fa 22
cta, quòd (inquam) nullibi in Sacra Scriptura re-
periatur, quòd sit Dei genitrix appellata. Non
enim est necesse, quòd omnis veritas de fide ha-
beatur expressa de verbo ad verbum. Satis enim 23
est, quòd habeatur secundùm sensum. Cum enim
in Sacra Scriptura apertis verbis habeatur, quòd
sit Mater Christi, siuè Mater Iesu, vt patet ex lo-
cis allegatis; in eademq; Scriptura habeamus,
quòd Christus sit verus Deus, hoc sufficit. vndè Rom.9.
Rom. 9. *Ex Iudæis est secundùm carnem Christus
qui est super omnia benedictus Deus.*

Nec refert, quòd Diuinitas non habeat initi- 24
um à Virgine: cum enim dicimus, quòd est mater
Dei, facimus sensum, non quòd sit mater Diuini-
tatis, sed personæ habentis Diuinitatem, & hu-
manitatem, est mater secundum humanitatem.

Nec insuper necesse est, quòd produxerit, siuè
generauerit personam Diuinam secundùm quòd 25
in se est. Sicut enim pater, & mater verè dicun-
tur generare hominem, non quia producant *ani-
mam intellectiuam*, sed quia stante naturali ordi-
ne illa verè mater hominis est, quæ materiam ui-
rili semini tamquàm actiuo principio disponen-
dam sufficienter ministrat pro actuali coniunctio
ne ad animam humanam. Ità stante ordine super
naturali Diuinæ prædestinationis, iuxtà illud Isa.7.
quod dicitur Isa. 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet
filium*; stante (inquam) hoc ordine, illa uerè Ma-
ter Dei erit, quæ materiam uirgineam à Spiritu
Sancto tamquàm actiuo principio formandam
sufficienter ministrat pro actuali coniunctione
ad personam Diuinam, imò in persona Diuina. 26
Quarè dubitare, quòd Virgo Beata non sit uerè
mater Dei, est dubitare quòd cæteræ matres non
sint

ſint uerè matres hominum,ſed beſtiarum,aut animalium,cum non producant animam intellectiuam. Vndè in prima Epheſina Synodo,& Calcedonenſi,dicitur. *Magna & Sancta Synodus,Sanctiq; Patres non dubitauerunt Sanctam Virginem dicere Theotocon;non quia Verbi natura,Deitasq; in Sancta Virgine ſumpſit exordium, ſed quòd ex ea natum ſit Sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui ſubſtantialiter adunatum Dei Verbum,carnaliter natum eſſe dicitur.*

Epheſ. Synodo

Nec iterùm inferas ex hoc,quòd B.V.eſt Mater Dei,quòd ſit cauſa Dei eo modo, quo cæteræ
27 matres dicuntur, & ſunt cauſa ſuorum filiorum: Siquidem filius Dei habet in cœlis patrem, ſed non cauſam, & habet in terris matrem, ſed non cauſam. Ratio eſt, quia filius Dei eſt prima cauſa,& ideò non habet cauſam.Poſſumus tamen dicere,quòd eſt cauſa Chriſti,*inquantum homo*,ratione humanitatis, quam aſſumpſit Deus. Sicut cum aſſerimus aliquam fœminam eſſe matrem Epiſcopi,non aſſerimus illam fuiſſe cauſam Epiſcopi, ſed fuiſſe cauſam hominis, qui eſt Epiſcopus.

Duo circa ſupradicta animaduertenda ſunt ſecundùm D.Bonauent.*3*.diſtinct.4.art.*3*.quæſt.*3*. Primum eſt, quòd Neſtorius malluit uocare Bea
28 tam Virginem *Chriſtotocon*,quia,ut uidere eſt in Sacra Scriptura,& nos adnotauimus articu.præcedenti, hoc nomen *Chriſti*, magis communicatur creaturis,quàm hoc nomen Dei. Quia ergò negabat Diuinitatem in Chriſto, ſub quodam locutionis colore uerum dicendo intendebat inducere ad ſuum errorem. Cum enim Dauid, & alij Reges Iſrael dicerentur Chriſti, iuxtà illud, *Nolite tangere Chriſtos meos*,&c. ſic paulatim occulto ueneno uocabat Virginem Beatam matrem Chriſti,ut inſinuaret eum purum hominem.hinc
Damaſ. eſt,quòd Damaſcen.lib.*3*.orthodo.fidei,cap.12. inquit.*Theotocon*,ideſt Dei genitricem.*principaliter, & verè Sanctam Mariam prædicamus Virginem, Chriſtotocon autem, ideſt Chriſti genitricem non dicimus Virginem*. Non certè intendit D.Damaſcenus negare eam eſſe Chriſti genitri-
29 cem, eò quòd hoc ſit falſum, ſed quia hæreticus ſub illo uerbo abſcondebat uenenum. Verùm nunc, quia error iſte extirpatus eſt, communiter eam uocamus,& matrem Chriſti,& matrem Dei quando imploramus oculos miſericordiæ ſuæ ad nos conuerti.

Secundum animaduertendum eſt, quòd Mater Dei non ideò dicitur Beata Virgo, quia ſit
30 Deo conſubſtantialis, aut quòd ipſa genuerit Chriſtum ſecundùm diuinitatem, vt nos etiam paulò ante dicebamus; ſed propter idiomatum communicationem, & propter Myſterij Incarnationis expreſſionem, & propter ipſius Virginis honorificationem. vndè non valet, Non eſt mater Dei ſecundùm diuinam naturam, ergò non eſt mater Dei, eſt enim fallacia, ac ſi argueretur. Non prædicatur de illo per ſe, ergo non prædicatur de illo aliquo genere prædicationis.Quarè benè D.Bonauent. *Abeat,inquit,impius Neſtorius in interitum quem fecit. Acclamamus nos B.Virgini,O mater Dei,O Dei,& Chriſti genitrix.* D.Bonauen.

Sunt igitur duæ natiuitates in Chriſto,diuina, & humana;vnum autem,& idemmet ſuppoſitum quòd ſecundùm vtramq; generationem dicitur naſci,& generari.Siquidem eadem Verbi perſo- 31
na,vt ſubſiſtens in natura diuina ſimpliciter dicitur generari ſecundum æternam generationem: vt verò *in tempore miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, & factum ſub lege*, vt inquit Apoſto- Gal.4.
lus, ac eò vt ſubſiſtens in natura humana dicitur generari carnaliter, & ſecundùm naturam humanam. Et hinc ſequitur, quòd duæ ſint relationes 32
filiationis in Chriſto diuerſarum rationum, modo quo duæ natiuitates in ipſo ſunt diuerſarum rationum:non tamen vtraq; eſt realis,ſed tantùm illa ſecundùm quam reſpicit patrem in diuinis; illa verò ſecundùm quam reſpicit matrem eſt rationis,cum perſona Chriſti,quæ eſt terminus maternitatis,incapax ſit vt recipiat aliquid reale de nouo. Et nihilominus eſt filius realis,& naturalis 33
matris, tùm quia mater realiter eundem genuit ſecundùm naturam humanam, & eadem mater reali relatione maternitatis refertur ad filium. In qua re nobis non eſt cur immoremur, cum quæ dicta ſunt ſufficere poſſint pro veritate,& in ordine ad noſtram intentionem, ne digredi videamur. Si tamen horum plenam notitiam habere vis,vide D.Tho.*3*.p.q.*35*. per totam, & ibidem D.Tho.
Expoſitores.

Vtrùm de potentia Dei abſoluta, potuerit Chriſtum habere patrem in terris.

Dubium reſtat arduum, & omninò difficile, Quæſitum.
nùm quemadmodum Chriſtus Dominus habuit matrem naturalem in terris,modo, & rationibus declaratis, ità poſſit habere patrem naturalem pariter in terris,& ſecundùm naturam humanam ſicùt diximus de B.V. Ratio difficultatis eſt, quia 34
actio virilis ſeminis terminatur ad eſſe perſonale hominis; namq; generatio per ſe non terminatur ad humanitatem, niſi tamquàm ad formam, ſed ad perſonam ſubſiſtentem in natura humana. Et quoniam nulla creatura poteſt efficere, quòd eſſe perſonale Verbi diuini communicetur naturæ humanæ:hinc eſt,quòd nulla creatura poteſt eſſe pater Chriſti:non ſic de fœmina,quæ merè paſſiuè concurrit ad prolis conceptionem.

Hanc difficultatem mouet Medina *3*.p.quæſt. Medin. opinio.
31.in exponen.art.4.& eam inſolutam relinquit, licèt ex verbis eius videatur flectere in partem negantem victus ratione dicta;quarè dicit,fortaſſis eſſe impoſſibile, quòd Chriſtus Dominus habeat patrem naturalem in terris.

Mihi verò videtur, quòd ſi ſermo ſit de poſſe Dei abſoluto, & per ordinem ad virtutem ſuam infinitam, quòd vtiq; poſſet. Ratio eſt, tùm quia hoc

35 hoc non videtur implicare aliquam contradictio
nem; tùm quia licèt persona, vel suppositum sit
per se terminus vltimus generationis, vt dicit
hic Doctor, nihilominus clarum, & euidens est,
imò & de fide, quòd animæ nostræ creando in-
funduntur, & infundendo creantur. Cum igitur
anima intellectiua veniat deforis, nimirum à Deo
& in tantum homo dicitur generare hominem,
inquantum agit ad vltimas dispositiones per or-
dinem ad quas illicò introducitur anima; non ta-
men virtus actiua viri attingit animam intellecti
36 uam in se: nam Deus de potentia absoluta posset
non obstante tali virilis seminis actiuitate, non
introducere animam, sed relinquere operatio-
nem naturæ cassam, & sine effectu; loquendo sem
per de posse Dei absoluto, secùs per ordinem ad
37 vniuersum, & secundum legem ordinariam. Stan
te ergò hoc, quod verissimum est, & à nullo nega-
ri potest, nescio videre cur non possit Deus sua
potentia absoluta, immediatè facta animatione
conceptus præueniendo propriam personalita-
tem, ipsemet filius Dei personare eandem natu-
ram eo modo quo diximus, & philosophati su-
mus de actione Spiritus Sancti in formando, & a-
nimando corpus Christi, sic quòd in eodem in-
stanti illa humanitas fuit personata à Verbo, &
præuenta propria personalitas. Hoc enim modo
38 Deus (de potentia sua absoluta loquendo) posset
omnem, & quamcumq; naturam hanc, assumere,
præueniendo propriam personalitatem, vt di-
ctum est.
Cæterùm quidquid sit de posse Dei absoluto
39 per ordinem ad hoc quod est personare naturam
hanc, etiam quæ fuerit producta virtute actiua
virilis seminis: clarum tamen est, & apertum, &
ratione irrefragabili deductum, quòd nullus po-
test esse, nec naturaliter, nec miraculosè pater cu
iuscumq;, siuè etiam Christi conseruata virgini-
tate. Non dico formaliter, sed materialiter, vt di-
cit omnimodam integritatem. de qua materia, &
D.Tho. quęsito pertractat D.Thom. quodlib. 6. art. 18. &
quia doctrina est præclara, & valdè admirabilis,
& simùl curiosa, nec omnes habent quodlibeta
40 D.Thom. & vlteriùs declaratio huius quæsiti val
dè adhuc amplius magnificat Virginis materni-
tatem: ideò decreui de verbo ad verbum inserere
huiusmodi articulum, vt sic pro libito vnusquis-
què legens possit conuictus rationibus à D. Tho.
adductis, consensum præstare veritati, & sic lau-
dare opus Dei in Virgine matre, & Dei genitri-
ce, in qua, & per quam non solùm egit, quæ po-
tuit absolutè, sed quæ congrua erant. & hinc rur-
sus appareat, quàm rectè cecinerit in suo Canti-
co hæc Virgo Beata, dicens. *Quia fecit mihi ma-*
gna, qui potens est. Hæc enim est illa pulchra Est-
her, de qua dicitur, quòd *placuit oculis Assueri*
Esther *Regis Esther, & extendit contra eam virgam au-*
5. *ream, quam tenebat manu*. Eodem planè modo
41 Virgo Sanctissima potentissimi Regis, idest Dei
oculis placuit, atq; ita placuit, vt ex tot fœmina-
rum millibus, in matrem illam elegerit. extendit
ergò contra eam virgam, quam tenet manu, hoc
est, extendit sceptrum, & potentiam suam ad e-
xornandam matrem suam. *Extendit*, inquam, *sce* 42
ptrum, & brachium, quia non contracta, sed ex-
tensa potentia, ac extenso brachio ad exornan-
dam, vt tantæ rei dignitas postulabat, & matrem
Dei decebat. *Fecit*, inquit, *mihi magna, qui potēs*
est, idest extensa potentia me decorauit, vt simùl
Virgo essem, & Mater Domini, quod nulli, nec
fœminæ, nec viro concedetur, & viro nullo mo-
do concedi potest. Quærit ergò D.Thom. in dicto
loco citato.

Vtrùm aliquis possit esse naturaliter, vel miracu-
losè simul virgo, & pater. quarè dicit

Deinde quæsitum est circà corpora hominis, v-
trùm Sanctus aliquis possit esse naturalitèr, vel
miraculosè simùl virgo, & pater. & videtur, quòd
hoc possit esse miraculosè, quia pater, & mater si-
mùl sunt generationis principia: sed aliqua mulier
miraculosè fuit simùl virgo, & mater. ergò pari ra
tione aliquis vir miraculosè potest simul esse virgo
& pater.
Itèm, *Videtur quòd hoc possit esse absq; miracu-*
lo, quia Dæmon incubus potest furari semen viri
virginis in somnis polluti, & transfundere in ma-
tricem mulieris, ex quo quidem semine potest con- 43
cipi proles, cuius pater non est Dæmon incubus, sed
ille ex cuius semine generatur, quod agit in virtu-
te eius à quo est resolutum. ergò *videtur quod e-*
tiam absq; miraculo possit aliquis simul esse virgo,
& pater.
Sed contrà. *Mulier absq; miraculo non potest*
simùl esse virgo, & mater, ergò, *pari ratione, nec*
vir absq; miraculo potest esse simul virgo, & pater.
Itèm, *videtur quòd nec per miraculum, quia si*
filius Dei, qui est natus miraculosè de Virgine, ex
aliqua parte corporis virginalis carnem assum-
psisset, quàm ex illa, vndè mulier naturaliter con-
cipit, putà de manu, aut pede, non diceretur filius
Virginis, sicut nec Eua dicta est filia Adæ, quam-
uis sit formata de costa ipsius: sed non posset con- 44
tingere salua virginitate viri, quòd ex eadem par-
te corporis, & in eodem loco prolem generaret, si-
cut naturaliter generatur: ergò, *nec etiam mira-*
culosè fieri posset, quòd aliquis simùl esset virgo,
& pater.
Respon. *Dicendum, quòd ad huius euidentiam*
videre oportet quid ad virginitatem requiratur.
Requiruntur autem tria ad eius perfectionem, quo
rum primum est principale, & formale, scilicet ele-
ctio, siuè intentio voluntatis, sicut & omnibus mo- 45
ralibus; vndè istud ex necessitate ad virginitatem
requiritur, quòd adsit alicui assidua voluntas nun-
quam experiendi delectationem veneream. Secun-
dum autem est materiale, scilicet passio appetitus
sensitiui, scilicet delectatio, quam quis experitur
in actu venereo, cuius priuatio requiritur ad per- 46
fectam

fectam virginitatem materialiter. Nam passiones sensitiuæ sunt materia virtutum moralium. Si ta-
47 *men præter electionem propriæ voluntatis hoc contingat; puta, cum quis in somno polluitur, vel cum mulier per violentiam ab hoste opprimitur, non perit virtus virginitatis, vt patet per August. in* 1.
Aug. *de Ciuitat. Dei. Tertium autem est, quasi per accidens, & concomitanter se habens ad virginitatem, scilicet corporalis integritas. Vndè si claustra pudoris aliter corrumpantur, quàm per venereum actum, putà, si obstetrix, vel medicus ferro incidat ad sanandum, nihil virginitati deperit,* sicut August. dicit in 1. de Ciuitate Dei.
48 *Sic ergò si virginitas accipiatur secundùm perfectum suum esse, prout ad virginitatem tria prædicta concurrunt mulier quidem salua virginitate non potest esse mater, ità quòd concipiat, & pariat, nisi miraculosè, quia proles egredi non potest, cum hoc quòd permaneant claustra pudoris inuiolata, nisi per miraculum, sicut accidit in matre Dei. Posset tamen for-*
49 *tè absq; miraculo mulier salua omnimoda virginitate concipere, sicut dicitur accidisse de quadam puella pubescente, quam propter pudoris custodiam in lecto suo pater habebat, qui dum somno pollue-*
50 *retur, semen ad matricem descendit, & puella concepit. Vir autem absq; omni seminis resolutione non potest esse pater, neq; naturaliter, neq; miracu-*
51 *losè, quia si de corpore eius proles aliter miraculosè formaretur, non posset dici pater. Si verò virginitas largiùs accipiatur, pront solùm requirit interiorem electionem mentis, sic patet de muliere quidem quòd naturaliter potest esse mater, virginitate tali manente, sicut si aliqua per violentiam*
52 *opprimeretur ab hoste, & indè conciperet, & multò magis hoc posset miraculosè fieri. Vir autem salua tali virginitate posset esse pater naturaliter propter pollutionem nocturnam, quæ quocumq; casu ad matricem mulieris perueniret. Non autem ità congrueret, quòd miraculosè vir fieret pater, sicùt quòd virgo fieret mater, tùm quia virgo miraculosè facta est mater, Spiritu Sancto formante corpus prolis ex purissimis sanguinibus eius, vt* Damascen. dicit. *Resolutio autem seminis, sine qua vir pater esse non posset, non congruit operationi Spiritus Sancti: tùm quia vir in generatione*
53 *est, sicut agens, mulier sicut patiens. Deo autem competit agere, & non pati: vndè magis congruit, vt Deus miraculosè suppleat id, quod deest ex parte viri, quàm id, quod deest ex parte mulieris. Et per hoc patet respōsio ad obiecta. Hæc quoad tertiū.*

PVNCTI TERTII SVMMA.

QVo ad tertium non est opus, vt deducamus conclusiones responsiuas per ordinem ad quæsita proposita, cum iam abundè pateant ex supradictis, in quibus etiam habentur probationes pro iisdem conclusionibus, necnon deductiones, ac manifestationes earumdem quantum sufficere potest, & necesse est. Et hæc de tertio.

PVNCTI QVARTI SVMMA.

1 *NOn est necesse, quòd B. V. in omnibus Christo conformetur per ordinem ad titulos.*
2 *Titulus virginis est præconialis.*
3 *Titulus Dei maternitatis præcedit titulum virginitatis.*
4 *Titulus B. V. quòd sit mater Christi, & Dei.*
5 *Qualiter exponendum D. Damasceni dictum contra Nestorium.*
6 *Idem filius Dei subsistit in duabus naturis.*
7 *Deus pater non dicitur genitor Christi hominis & quarè.*
8 *Beat. Virg. non potest dici mater Trinitatis, & quarè.*
9 *Mater non concurrit ad conceptionem actiuè propriè loquendo.*
10 *Generatio propria viuentibus, quid, & qualis.*

QVo ad quartum breuitèr ad argumenta in principio posita respondetur.

Ad primum enim dicitur, quòd licèt *B. V.* compassa sit Christo, & tunc nimirùm in Christi passione suam ipsius animam pertransiuit gladius doloris. Qua de causa dicitur plusquā martir, vt suo loco ostendemus, nihilominus nullus sibi debetur titulus triumphalis cū sola Christi mors fuerit in nostram salutem, & redemptionem, nec est necessarium, quòd in omnibus conformetur Christo cum alia sint propria Christo, vt redemptori, alia B. V. vt matri illius. & sic eius titulus erit præconialis, & non triumphalis. 1 2

Ad secundum dicitur, quòd verè titulus virginitatis maximè commendat virginem, quæ prima fuit ad vouēdam virginitatem, & quam multæ aliæ post eam secutæ illam imitatæ sunt, præcellit tamen titulus maternitatis Dei, qui titulus soli virgini, & non alteri conuenit, nec conuenire potest. 3

Ad tertium dicitur, quòd verè illius titulus est quòd dicatur mater Christi, & Dei, ad id, quod 4
obijcitur ex D. Damasceno, *non dicimus eam Christotocon.* Patet ex dictis in corpore articuli, non enim negat quòd simplicitèr, & absolutè non pos 5
sit, & non debeat vocari *Christotocon*, sed non concedit sic illam vocari secundùm intentionem Nestorij, qui sub hoc nomine intendebat illam non debere vocari *Theotocon*, Ad id ēt, ꝙ opponiť nō deberi illā vocari *Theotocon*, i. *Deiparam*, pariter 6
patet, non enim sequitur, quòd diuina essentia habeat initiū essendi ex virgine, cæterū quod idem filius, qui subsistit in vtraq; natura secundum alteram naturam, nempè humanam ex illa initium sumpserit. Ad id, quod secundo allegatur, quòd 7
pari ratione Deus pater deberet vocari pater, & geni-

genitor illius hominis. dicendum quòd potest dici, non tamen consueuimus vti tali vocabulo; quia talis appellatio non facit ad expressionem
8 piæ fidei, sicut illa, qua appellamus virginem *Mater Dei*. Ad aliud tertio obiectum, quia sic deberet dici mater Trinitatis, patet quod, ly, Dei in tali appellatione supponit tantùm pro persona filij, & non quauis alia modo, quo quando dico Deus generat supponit tantùm pro patre.

Ad quartum, & vltimum dicitur, quòd ad esse matrem non requiritur, quòd concurrerit actiuè ad conceptionem formalitèr sumptam, licèt actiuè se habuerit in antecedentibus, & consequenti
9 bus talem conceptionem, vt dictum est.

Ad instantiam de tinea respectu ligni, lecti, aut scamni, vel etiam de carne nostra ex qua ver-
10 mes generantur dicimus; quòd non est par ratio, quia *generatio propriè est origo uiuentis à uiuente principio coniuncto in similitudinem eiusdem speciei, & natura*, quæ conditiones desunt maximè vltima omninò necessaria.

Est ergò B.V. vera, & naturalis mater Dei rationibus dictis, & hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Pharisæi miraculis Christi, & inuidebant, & opponebant.*
2 *Inuidus magis cruciatur, cũ maiora uidet bona.*
3 *Fratres Ioseph cur ei inuidebant.*
4 *Deus per fœminam uilem, & abiectam excruciat inuidos Pharisæos.*
5 *Marcella pedisequa Martha laudat Christum.*
6 *Mulier, qua extollens uocem laudauit Christum cognouit qualis uirgo mater esset secundum Bedam.*
7 *Extollentia uocis signum intimi affectus.*
8 *Beatitudo Virginis per uentrem, & ubera declaratur.*
9 *Mulieres quas partes corporis laudare soleant.*
10 *Laudatur mater uirgo per exteriora corporis, & quarè.*
11 *Principium, & organum peccati uenter est.*
12 *Laus uentris in Virgine, quasi epilogus uirtutum omnium illius.*
13 *Christi responsio non euacuat laudes datas suæ matri à muliere.*
14 *Quinimò assertiuè non contradictiuè accipiendum est.*
15 *Loquendi modus Sacra Scriptura ualdè notandus circà dictiones comparatiuas.*
16 *Negatur aliquid, quandoq; per comparationem, ad aliud non absolutè.*
17 *Maria Virgo B. quia concepit, & peperit. At beatior, quia custodiuit uerbum Dei.*
18 *Maternitas Mariæ non profuisset sine fide.*
19 *Maternitas Virginis titulus colligens omnem uirtutem, & bona omnia.*
20 *Iustorum mors initium securitatis, at in Virgine Maternitas securitatem parit.*
21 *Maria V. cur beatam se dicat prædicaturam ab omni generatione.*
22 *B.V. bis, & duplici iure mater Dei.*
23 *B.V. uoluntas Dei appellatur.*
24 *Maternitas spiritus præcellit maternitatem carnis.*
25 *Maternitas carnalis soli V. Mariæ datur.*
26 *Summa omnium est spiritualis coniunctio cum Deo.*
27 *Voluntatem Dei faciens qua ratione mater, soror, & pater dicatur.*
28 *Patris mẽtio quarè non fiat per ordinem ad eos, qui obediunt Deo.*
29 *Historia ualdè pulchra in Virginis encomium.*
30 *Romani rapiunt uirgines Sabinenses, easq; ducunt in uxores.*
31 *Mulierum Sabinensium factum pro sedãdo prælio inter Romanos, & Sabinenses.*
32 *Pax inter Romanos, & Sabinenses ex prudentia mulierum.*
33 *S.P.Q.R. quomodo diuersa significatione deseruiant, & Romanis, & Sabinensibus.*
34 *Bellum ingens inter Deum, & hominem.*
35 *Deus quasi rapuit de medio tantarum mulierum uirginem prælectam.*
36 *Interpellatio V. ad Deum pro nobis.*
37 *B.V. excitat peccatores, ne amplius peccent.*
38 *Potens ualdè Virginis oratio pro nobis.*
39 *S.P.Q.R. retinet Deus, & nos peccatores diuersa ratione.*
40 *Trahimur à Virgine, & ad Virginem semper.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum. Pro Concionatoribus in speciali occurrit illa mulieris ignotæ sententia, quæ intra plebis multitudinem dùm Christus reuincebat Pharisæos suis, & signis, & doctrinis repugnantes, ipsa apertis, & validis vocibus ipsius Christi, ac Saluatoris nostri declarauit incarnationem. vt vel sic, iuxtà illud Psalm. 8. *Ex ore infantium, & lactentium laudes* Psal. 8.
sui perficeret, idest ex ore simplicium, & indoctarum personarum. *Factum est*, inquit Lucas cap. Luc. 11
11. *Cum hæc diceret extollens uocem quædam mulier de turba dixit; Beatus uenter, qui te portauit, & ubera, quæ suxisti, &c.*

Pro cuius eximiæ laudis declaratione plura à 1
nobis aduertenda sunt. primo, quòd Pharisæi Christi audientes doctrinam, & videntes miracula, & inuidebant, & opponebant: Deus autem magis voluit illorum, contra se, excitare inuidiam, eosq; torquere adaugendo benedictiones Chri-
sti. *Proprium namq; inuidi est magis cruciari cum* 2
maiora uidet bona in eo qui inuidetur. Genes. 37. Gen. 37
legitur, quòd inuidebant filij Iacob Ioseph, eò
quod maiori amore illum pater prosequeretur, 3
& immisit in illum Deus somnia, quibus ipsi magis

gis torquebantur. Non contentus ergo Deus, vt
Ioseph à patre plus alijs amaretur, duobus etiam
somnijs ostendit eum præponendum esse Regno.
Sic nunc cum inuiderent Christi miraculis Pha-
risæi, vt vehementiùs interiùs torquerentur su-
scitauit spiritum cuiusdam mulieris, quæ alta vo
ce in Christi laudes prorupit. & hoc per infirma
mundi, & debilia, idest per fœminam vilem, &
4 abiectam, quæ nec ab Euangelista Luca, qui solus
huius præclari facinoris mentionem facit, nec
proprio eam manifestat nomine. Ex quo insinua
tur, & quòd fuerit plebea, & quòd inter viles per
sonas existebat. vndè ait. *Mulier quædam de tur-*
ba; licet aliqui velint hanc mulierem fuisse *Mar-*
cellam, quandam pedisequam *B. Marthæ*, ità Ly-
5 ranus. & venerabil. Beda in Lucam secundum D.
Beda. Thom. in Cathena, vult hanc fœminam cognou-
D.Tho. isse qualis esset Virgo, quam ipsa effusa voce
6 laudabat. Vndè inquit. *Magna deuotionis, & fi-*
dei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis, & Phari-
sæis Dominum tentantibus simùl, & blasphemantibus,
tanta eius incarnationem præ omnibus sincer-
itate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & præ-
sentium procerum calumniam, & futurorum con-
fundat hæreticorum perfidiam.

7 Extollens igitur vocem in magni, ac intimi af
fectus signum, quia, vt inquit Euthimius, *iam in*
eius animum Christi sermo descenderat: Et quid
clamat? *Beatus*, ait, *venter, qui te portauit, & vbe-*
8 *ra, quæ suxisti.* (Synecdoche est,) qua pars pro to
to ponitur; voluit enim inferre matrem Christi
beatam esse, & hanc per ventrem, & vbera descri
bit, eas nominando partes, quæ Christo maximè
seruierant, ventrem qui concipiendo, gestando,
& edendo in lucem: & vbera, quæ lacte editum
9 aluerunt. Etenim solent mulieres eas potissimum
partes, & in laudem, & in vitium nominare. Sic
Luc. 23. dicitur. *Ecce venient dies in quibus dicent*
Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & v-
bera quæ non lactauerunt.

10 Verùm quòd secundo diligentiùs animaduer-
tendum est, quòd Diuino consilio, quodamq; Spi
ritu Sancti instinctu non interiores animi virtu-
tes, sed exteriora tantùm laudauit. Nàm interio-
ra animæ huius *B. Virg.* ità sunt mirabilia, & diui-
na, vt silentio magis inuoluenda essent, relinquẽ-
do intellectui cuiuslibet illa speculandi. Sic enim
Cant. 4. Cant. 4. legimus, quòd postquam Sponsus perfe-
ctionem capillorum eius, oculorum, oris, colli, &
manuum laudauit, concludit dicens. *Absq; eo,*
quod intrinsecus latet. In exprimendo tamen ven
11 trem omnia vnico verbo dixisse videtur. Nàm
principium, & organum peccati venter est, in
quo omnis concipitur in peccato, & maledictio-
nem ab ipso ventre secum trahit. Vndè Psalmi-
Ps. 57. sta. *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt*
ab vtero, locuti sunt falsa. Et alio loco suæ conce
ptioni in vtero. Omne tribuit peccatum; *ecce in*
Ps. 50. *iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis conce-*
pit me mater mea. ac si diceret matrem tuam bea

tum habere ventrem fateor, qui te de Spiritu Sã
cto concepit, & ipsa sine peccato actuali semper 12
fuit, & ab omni originis macula mundata, vt vir-
go, & mater tua esse posset namq; illa beata, quia
te beatum concepit, & peperit hic enim fons, &
origo omnis suæ benedictionis, quod etiam ipsa
in suo Cantico fatetur, *ecce enim ex hoc beatam*
me dicent.

Nec te moueat Christi responsio, qua dicitur. 13
Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custo-
diunt illud. ly, enim, *Quinimò*, non contradicto-
riè, sed assertiuè accipiendum est; ac si diceret.
Non tantum est illa beata, quæ me portauit in v-
tero suo; imò etiam beati illi sunt qui audiunt 14
verbum Dei. Cauendum ergò à Caluini inter-
pretatione, qui putat hanc phrasim negare, quod
dictum fuerat, & affirmare quod dictum non fue-
rat. Etenim ignorantia hæc grammaticalis; &
perinde ac si dicatur, *imò potius*. Qui autem dicit,
potius, vtrumq; & quod dictum est, & quod di-
cendum, affirmat. Verùm dicendum dicto præpo
nit, vt si aliquo dicente, Bonum est argentum, re-
spondeas, imò potius aurum; non negas, sed affir-
mas argentum esse bonum: cæterùm aurum me-
lius esse dicis. Quemadmodum illud. *Misericor-*
diam volo, & non sacrificium, Matt. 9. Non ex hoc Matth.
dicto colligi potest Deum nolle sacrificium, sed 9.
minus quàm misericordiam velle. Simile aliud 15
habetur Matth. 10. *Non enim vos estis, qui loqui-* Matth.
mini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vo- 10.
bis. Non certè ex hoc dicto sequitur non fuisse
Apostolos, qui loquerentur, sed *Spiritum San-* 16
ctum, potiùs fuisse, qui in ipsis loquebatur. est igi-
tur negatio non absolute, sed comparatione alte
rius. Atq; ad eundem modum intelligenda sunt
verba Christi hoc loco. Non quidem negat bea-
tum fuisse Matris suæ ventrem, sed potius beati
sunt *qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*
Simile ad istud reperitur dictum Matth. 12. vbi Matth.
cum quidam illi concionanti diceret *Ecce mater* 12.
tua, & fratres tui foris stant quærentes te. Re-
spondit. *Quæ est mater mea, & fratres mei?* &
extendens manum in discipulos suos, dixit, *Ecce*
mater mea, & fratres mei: Quicumq; enim fecerit
voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ille meus
frater, & soror, & mater est. Minimè enim ex toto ex
hac auctoritate negat matrem, & fratres, sed
præponit facientes Dei voluntatem; & in propo
sito nostro, qui auditores sunt verbi Dei, & simùl
factores. Ex qua expositione habes Matrem fuis- 17
se vtiq; beatam, quia concepit, & peperit Chri-
stum; at beatior, quæ credendo custodiuit in om-
nibus verbum Dei, iuxtà illud quod B. Virgini
dixit B. Elisabet. *Beata quæ credidisti, quoniam*
perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino.
Dicendum igitur cum Diuo Augustino de san- D. Au-
cta virginitate, cap. 3. quòd *beatior fuit Maria* gust.
percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo car-
nem Christi. & itèm, *Materna propinquitas nihil* 18
Maria profuisset, nisi fœliciùs Christum corde.

S quàm

quàm carne gestasset. & tractat.10.in Ioan.exponendo hæc verba Christi. *Quinimò Beati qui audiunt verbum Dei, &c.* interpretatur sic. Hoc est dicere. *Mater mea, quam appellasti fælicem, vndè fælix, quia verbum Dei custodiuit, non quia in illa Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; sed quia custodiuit ipsum verbum Dei per quod facta est, & quòd in illa caro factum est.* Hæc Augu. & intendit, quòd si per impossibile carnaliter tantùm concepisset, & generasset, parum sibi profuisset. Verumtamen simplicitèr, & absolutè
19 *Deipara* dicitur beata, eò quòd *Mater sit*, quoniā Dei Matris titulum, mandatorum omnium obedientia, gratia summa, admirabilisq; virtutum
D. Damasc. omnium chorus, summaquè gloria comitatur. Quamobrem Damascen. Virginis conceptum omnium Virginis bonorum initium, & fontem appellat in oratio.1. de Dormitione Deiparæ. *Quamuis*, inquit, *omnibus Dei seruis, quorum mors beata dicitur, ab ipso vita fine istud comparetur, vt Deo grata eorum vita iàm in tuto sit, eoq; nomine mors eorum fælix habeatur; mors enim eos perficit, beatosq; ostendit, id videlicèt ipsis afferens vt in eorum virtutem nulla iam mutatio cadat,*
Ecclef. 11. iuxta illud Scripturę Ecclesiast.11. Oraculum, *Ante mortem neminem beatum dicas. Minimè ta-*
20 *men hoc in te vsurpabimus ò Virgo: neq; enim mors tibi beatitudinem attulit, nec migratio perfectionem conciliauit, nec rursus hoc tibi afferi vita discessus, vt iàm periculi nihil extimescas; omnium enim bonorum, initium, mediū, et finis, ac securitas itèm; & vera confirmatio in illa seminis expertè conceptione, in illa diuina inhabitatione, in illo deniq; à labe omni remoto partu posita fuit.* Quid clarius dici potest? Quarè Luc.2. *Ecce enim ex hoc*
Luc.2. *beatam me dicent omnes generationes*; idest ex hoc tempore quo Deum concepi, propter admi-
21 rabilem hunc conceptum beata à cunctis dicar
Damas. generationibus. vndè idem Damascen. eodem loco addit. *Verè à te ò Virgo non à morte, sed ab ipsa conceptione dictum est fore, vt te generationes omnes beatam dicerent.*

Duplici ergò iure B.V. Mater Christi est, & quia carnalitèr genuit illum, & quia in custodiendo Dei voluntatem in omnibus omnes antecelluit: & sic vtramq; cognationem carnalem, & spi-
22 ritualem in summo gradu habuit. vndè & bis Mater Dei Virgo est, tùm carne, tùm spiritu. Quod
Guarinus Abbas. præclarè Guarinus Abbas sermon.4. de Assumptione, declarat dicens. *Mariam qua secundùm carnem Mater erat, alia quoq; ratione matrem sibi Iesus probat; quandoquidem & ipsa voluntatem Patris in tantum faciebat, vt de ipsa prædica-*
Isa.62. *ret pater.* Isa.62. *Vocaberis voluntas mea. Igitur*
23 *vbi eam filius negligere videtur, ibi amplius honorasse inuenitur, dum ei, scilicet, materni nominis honor duplicatur, pro eo quod eundem filium, quem aluo gestauerat incarnatum, etiam nunc animo gestauerat inspiratum.* Sic ille. & Iustinus martyr. q.
Iustin. Mart. 136. *Non Matrem debito honore fraudat Domi-*

nus; sed docet qua (vt ita dicam) ex Maternitate Virgo sit beatissima. Si enim is qui verbum Dei & audit, & seruat Dei est, & frater, & soror, & mater, quorum vtrumq; in eius Matre inerat, perspicuum est Matrem ipsius in hac Matris ratione beatam dici oportuisse.

Et si quæras, quæ maternitas sit excellentior 24
carnis, an spiritus. Respondendum, quòd indubiè maternitas spiritus præcellit. Hoc August. de sancta Virginitate, cap.5. *Sancta*, inquit, *Virgines cū Maria Matres Christi sunt, si Patris eius faciunt* 25
voluntatem, qui in cælis est. Maternitas ergò carnalis solius est Mariæ Virginis, nec alteri vnquā dabitur, spiritualis communis omnibus facientibus Patris cœlestis voluntatem.

Et si vlteriùs quæras, quarè matris, fratris, & sororis mentionem facit, & non patris. Respon.
His verbis Dominus summam esse docet spiritualem Sanctorum cum Deo coniunctionem, quemadmodum summa est matris, fratris, & sororis cognatio, atq; coniunctio. Gregor. in hom.3. in Euan Greg. 26
gel. *Sororem, & fratrem Domini Christianum efficit fides viua credendo, matrem verò prædicando; quoniam qui concionatur Christum velati concipit, & cordis vtero generat, paritq; cum loquitur, quasi enim parit Dominum quem cordi audientis infuderit, & mater eius prædicando efficitur, si per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur.* D. Hieronym. Matth.12. *Isti sunt mater* D. Hieron. 27
mea, qui me quotidiè in credentium animis generant: isti sunt fratres mei, qui faciunt opera Patris mei. O admirandam virtutem (exclamat Euthimius) *qua ad se accedentes ad tantum extollit* Euthi.
honorem, vt ipsos Christi faciat esse cognatos. & Chrysostom. homil.45. in Matth. *Vna*, inquit, *sola, & vera, & communis nobilitas, atq; necessitudo* Chrys.
cum Christo est, vt voluntatem Dei facias. Nullam autem mentionem patris facit, & quia ipse 28
Christus non habuit, nec habere potest patrem in terris, vt dictum est superius; & quia virtus actiua generationis spiritualis principalis residet in Deo, qui solus confert gratiam, quæ semen est bonorum omnium operationum, iuxtà illud Io. 1.Io.3.
qui habet semen Dei in se non peccat; quia semen Dei in illo est.

Pro complemento huius nostri discursus, recole candide Lector, historiam, quæ habetur in 29
gestis Romanorum, quam videre potes in Summa Prædicantium Philippi Diez, verbo, *Mariæ Virginis intercessio*; ibi enim narrat quomodo Romulus post ædificatam Vrbem, cum se videret, & suam Ciuitatem sine mulieribus, ex quibus possent procreare sibi filios, decreuerunt Romani, ne Roma Vrbs nouiter ædificata remaneret sine habitatoribus, quasi in lætitię signum conuiuium permagnificum disponere, ad quod conuenirent confinitimi habitatores, videlicèt Sabinenses populi vnà cum suis vxoribus, filijs, & filiabus. Cum verò essent in medio conuiuij omnes Romani 30
per vim, & violentiam rapuerunt omnes filias virgines,

virgines, quas & in vxores acceperunt, & ex eis filios. Hac de re valdè, ac valdè indignati Sabinenses grandem exercitum, & potentem collegerunt, & sic post lapsum temporis conuenerunt pro oppugnanda Ciuitate Roma, animo illam funditùs euertendi. Et quia iam maior pars illarum filiarum filios genuerant; videntes exitium, & ruinam, vel suorum coniugum, vel parentum,
31 & consanguineorum, ipsæ mulieres Sabinæ accipiẽtes in vlnis paruulos suos ab ipsa Ciuitate Roma exierunt, & sese in medio vtriusq; exercitus se locauerunt aspicientes hinc & hinc, & alta voce acclamantes, primo Sabinis dicebant. En ò Sabini quid facitis? cesset obsecro prælium hoc cruentum, fitq; inter vos pax. Nàm si Romanos interficitis, profectò generos vestros, & viros filiarum vestrarum, & parentes nepotum vestrorum interficitis. Rursus ad Romanos versæ dicebant, extinguatur obsecro ò Romani incendium iræ vestræ; si enim Sabinos interimitis, auos filiorum vestrorum, & patres vestrarum vxorum interimi
32 tis. Fuerunt hæ rationes tantæ efficaciæ, vt proiectis armis ab vtraq; parte, sese ad inuicem amplexati sunt in signum pacis, & amicitiæ. Quo inito fœdere ex populis Sabinorum, & Romanorum factus est vnus populus: hoc tantùm discrimine intercedente, quòd vterq; eorum sua signa, & stemmata retinere volebat. Stemmata Romanorum erant quædam Aquilæ cum litteris *S. P. Q. R.* & hæ litteræ erant pariter signa Sabinorum. & licèt facta sit super hoc controuersia, nihilominus vir quidam *verè prudens, & sapiens*, ad tollendas discordias suggessit Senatui Romano, quòd vterq; populus, & æquè benè poterat reti-
33 nere eadem signa, & easdemmet litteras, si tamẽ significatio esset diuersa. quod consilium, & placuit, & ab omnibus fuit acceptatum. Quarè Sabinenses dictis quatuor litteris significare volebãt hoc. *Sabinis populis quis resistet?* Romani verò, *Senatus, Populusq; Romanus*. & hoc modo pax vndiq; secuta est inter istos populos.
34 Non dissimile quoddam (quantum suffert applicatio) secutum est inter Deum, & hominem. Siquidèm inter hominem, & Deum bellum graue constitutum erat, vt (inquam) absq; vllo timore in dies semper maiora committeret peccata homo, ageretq; contra Deum: & vice versa Deus contra hominem. Quarè Deus Paradisum, quem ab initio propter hominem præparauerat, vt pa-
Matth. 24. tet ex dicto Matth. 24. *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum vobis paratum ab origine mundi:* videns illum hominibus vacuum, quid fecit? quasi rapuit de medio tantarum mulierum Virginem sibi acceptissimam, eamq; in matrem
35 sibi elegit, & omninò beatam fecit. Vndè Virgo hæc de nostro genere nata quotiescumquè peccamus conuersa ad Patrem iustè iratum contra
36 hominem, dicit. *Placare, placare, obsecro, mitigeturq; ira tua, ò æterne Deus, namq; si homines interficias, parentes quidem meos, & temporales patres vnigeniti Filij tui interficis.* & rursus ad nos homines, *O peccatores iã nõ vltra Deũ offendatis,* 37
nec vestra superbia persequamini; arma culparum vestrarum per pœnitentiam proijcite, neq; ampliùs bellum Deo vestro, & Sponso animarum vestrarum, nec non fratri secundùm carnem inferatis.
O quàm potens hæc oratio. *Monstra*, iugitèr huic 38
Virgini dicamus, *te esse Matrem, sumat per te preces.*
Retineat Deus litteras *S. P. Q. R.* & significent, *Sanctus, potens qui regnat.* Nos paritèr easdem 39
teneamus cum alia tamen significatione dicentes. *Salua populum, quem redemisti.* & sic per hanc Virginem matrem semèl, bis, & centies beatam nobis fit vera pax cum Deo. *Trahat nos Virgo ad* 40
se, trahat nos ad Deum; vt cum Matre iucundari valeamus in filio, qui semper sit benedictus. Amen.

Hæc de præsenti quæsito numquàm satis dicta sufficiant.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm Papæ conueniat aliquis titulus specialis, & maximè quòd dicatur Beatissimus.

ET videtur quòd non. Primò quia Christus Mar. 10. docuit honores esse fugiendos, & omninò vitandos à suis discipulis. quarè obmurmurantibus illis contra duos fratres: qui primatum quærebant, dixit. *Scitis, quia hi qui* Mar. 10
videntur principari gentibus dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum: Non ità est in vobis; sed quicumq; voluerit maior fieri erit vester minister: & quicumq; voluerit in vobis primus esse erit omnium seruus. vbi Chrysostom. *Hoc verè magnum, & mirabile est, si is qui verè magnus est nihil de se magis sentit, aut loquitur, sed vltimum se omnium indicat.* ergò nullus honoris titulus exhibendus est *Papæ*, qui omnibus maior est.

Præterea secundo, Si aliquis titulus sibi debetur, certè nullus alius esse debuit, quàm hoc, quòd dicatur *Sponsus Ecclesiæ*, quia Prælati propriè Spõsi sunt suarum Ecclesiarum, vt in cap. sicut alterius vxor, 7. quæst. 1. Vbi Beatus Calixtus Papa dicit. *Sponsa vxorq; Episcopi dicitur eius Ecclesia, vndè in eius signum portat annulum.* Quapropter in electione Summi Pontificis per Cardinales vice totius Ecclesiæ fit matrimonium spirituale inter Papam, & vniuersalem Ecclesiam: vt apertè colligitur in cap. Ecclesiæ meæ, distinct. 97. Hinc extra de immunitate Eccles. in cap. quoniam, in 6. dicit Papa. *Nos iustitiam nostram, & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolẽtes negligere. &c.* ergò nullo modo debet vocari Beatissimus, sed Sponsus.

Præterea tertio. Vocare Beatissimum, qui nec Beatus est, adulationis magis est, quàm honoris: sed iuxtà illud Eccles. 11. *Ante mortem neminem beatum dicere debemus.* ergò.

Et confirmatur, quia aliqui sunt meliores, & perfectiores, quàm Papa: sed supra Beatissimum non restat aliquis maior, vel melior. ergò.

Sed contra est illud, quod ex D. Hieronym. habetur in 2. prologo super Matthæum. ibi enim scribens ad Papam Damasum vtitur hoc verbo, pro titulo Epistolæ. *Beatissimo Papa Damaso.* Hieronymus, & in cap. Constantinus, distinct. 96. Imperator vocat Syluestrum *Sanctissimum, & Beatissimum,* constat autem quòd D. Hieronym. rectè scripsit, quia erat vir Sanctus, & nisi conuenienter hoc fieret, non fecisset. Item Damas. erat vir Sanctus, sicut patuit ex euentu cum sit canonizatus, & si hoc non fieret rectè, non permisisset, & tamē permisit, vt patet in exemplo D. Gregor. qui licèt potuerit vocari Papa vniuersalis, tamen ex humilitate non permisit, vt habetur dist. 99. c. eccè. quarè non est dubitandum, quia iste titulus iustè sibi conueniat.

Respondeo seruato ordine, prout in superioribus articulis.

PVNCTI PRIMI. SVMMA.

1 *Papa an conuenienter hic titulus, quòd dicatur Beatissimus, & Sanctissimus conueniat.*

QVo ad primum nihil occurrit notandum circa titulum. Supponimus enim inuestigare aliquid speciale soli Papæ congruens, saltem ex accommodatione, & vsu, & tota difficultas est non de quocumquè titulo, sed de hoc, quod dicatur *Beatissimus, & Sanctissimus.* & quęnam sint causæ huius denominationis, & appellationis. Hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *Homo homini multa exhibet in genere honoris.*
2 *Debitum duplex in exhibendo honorem alteri.*
3 *Præuentio in honorando alterum semper bona.*
4 *Legale debitum quodnam sit in honorando alium.*
5 *Honor subditorum qualis erga superiorem, & in quibus consistat.*
6 *Senes honorandi, & quarè.*
7 *Dignitas sui natura indicat virtuosum habentem illam.*
8 *Dualus actionibus, verbis (inquam) & factis declaratur honor subditorum ad Prælatum.*
9 *Præeminentia status vindicat sibi honorem tamquam debitum.*
10 *Potestas duplex, Regalis, & Pontificalis.*
11 *Papa vtramq; potestatem, & regalem, & pontificalem colligit.*
12 *Pontifices sibi caueant ne abutantur sua potestate.*
13 *Regula à Prælatis obseruanda in vsu propriæ potestatis.*
14 *Papa eum cuius est Vicarius omnino imitare, & sequi debet.*
15 *Petro diligenti cur Dominus oues suas commiserit.*
16 *Papa negligens cateruatim alios in ruinam trahit.*
17 *Papa locus, regula Sanctitatis, & norma morum est.*
18 *Hæresis est, quòd Petri sedes licentiam det peccandi.*
19 *D. Petrus quantum fuerit ex parte sui, dignitatem cum innocentia transmisit.*
20 *Benefacere præsumendus est Papa, cum non constet de malis.*
21 *Nomina cur aliquibus in natiuitate imponuntur, aliquibus verò mutantur.*
22 *Romano Pontifici cur nomen mutatur.*
23 *D. Petro quarè nomen mutatum, & quale sibi impositum fuit.*
24 *Causæ diuersæ assignantur mutationis nominū Summis Pontificibus.*
25 *Nomen cui Pontifici primum fuerit mutatum post Petrum variæ opiniones.*
26 *Causæ tres secundum Archidiaconum, quarè Pontificibus mutentur nomina.*
27 *Ioannem XII. fuisse primum cui nomen immutatum fuit opinio probabilior.*
28 *Nomen Beatissimus pluribus de causis congruit Papæ.*
29 *An Papa debeat se vocare Beatissimum, & Sanctissimum.*
30 *Papa duobus nominibus liberè se nominat, videlicet seruum, & sponsum, & quarè.*
31 *Papa quarè non simpliciter seruum, sed seruum seruorum se nominat.*
32 *Seruitus duplex coacta, & libera.*
33 *Seruus vndè dictus, & qua origine.*
34 *Christus nos filios vocat, at nos eius serui nominamur.*
35 *Seruitus nostra ad Christum, cum libertate est, & quomodo.*
36 *Seruit nobis Christus, & nos illi, & quomodo.*
37 *Papa nobis, & nos illi seruimus, & quomodo.*
38 *Humilitas vera ministerium plurium est.*
39 *Papa in laboribus gloriari debet.*
40 *Gregorius Magnus primum se seruum seruorum appellauit.*
41 *Papa nomine Sponsi quarè vtatur, licèt non familiariter.*
42 *Arguitur à diuersis, quod Papa non debeat vocari Sponsus.*
43 *Sponsi nomen de Christo, Papa, & alijs dicitur diuersa tamen ratione.*
44 *Christus, quia Sponsus principalis fœcūdat per interio-*

interiorem actionem, alij per exteriorem.
45 Papa non sibi, sed Christo generat filios.
46 Papa verè paranymphus dicitur, & quarè.
47 Sponsi an plures eiusdem Ecclesia, & quomodo.
48 Ministrorum Regis, & Papa latum discrimen per ordinem ad suas cooperationes.
49 Papa cum hoc quod Sponsus est Ecclesia minister dicitur, & quomodo.
50 Discrimen inter nomina Beatissimus, & Sponsus.

QVo ad secundum. Pro huius veritatis declaratione, quæ satis curiosa est, nec facilè, aut forsan, nec sufficienter est pertractata, cum Dei auxilio, vt aduersantium ora obstruamus aliqua dicenda sunt à nobis in communi circà titulorum honores, aliqua in speciali de honore exhibito Romano Pontifici.

Et quidem in communi sciendum est, quòd multa sunt, quæ sibi inuicem exhibent homines
1 ex quodam debito, prout declarat Apostol. Roman. 13. dicens. *Reddite ergò omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; & cui honorem, honorem.* Ex qua sententia patet, quòd honor computatur inter ea, quæ exhibentur ex quodam debito. Verùm
2 cum debitum sit duplex, aliud morale, nimirùm ex quadam vrbanitate, & ciuili conuersatione; aliud legale circa honorem exhibendum hoc duplex debitum in ordine ad diuersos, siuè diuersas rationes inuenimus. Cum enim idem Apostolus Roman. 12. inquit. *Honore inuicem præuenientes.* & D. Apostolus Petrus 1. epist. 2. *Omnes honorate, fraternitatem diligite.* haud dubium, quod loquuntur de honore exhibendo ex quodam morali debito per ordinem ad cõuersationem Christianam, secundum quam ex charitate inuicem nos honorare debemus: vel etiam ex humilitate quosq; præuenire in honorando, quasi meliora
3 sentiamus de proximis nostris, quàm de nobismetipsis. At honor, qui debetur Prælatis, & Superioribus, alijsq; quomodolibet habentibus dominium, non ex debito morali, & politico tantùm,
4 sed ex legali debito consurgit. Est autem legale debitum, quando aliquem tenemur honorare, & is, qui honoratur non tenetur vice versa rehonorare. De quo honore idem D. Apostolus Petrus 1. sua epist. 2. *Deum timete, & Regem honorificate.* & iterùm. *Subiecti estote omni creaturæ propter Deum, siuè Regi tamquàm præcellenti, siuè Ducibus tamquam ab eo missis, &c.* & hic honor consistit non solùm in actionibus, & verbis, sed etiam
5 in reali subiectione, & obedientia, quam debet omnis subditus ergà suum Prælatum, vel Principem. Generalitèr tamen loquendo etiam secundùm hoc legale debitum debemus honorare omnem virtuosum, & bonum. Vt enim docet Aristo. in 1. & 9. Ethicor. *Secundùm veritatem soli boni sunt honorandi. & honor est præmium virtutis.*

Rom. 13.
Rom. 12.
D. Pet. 1. c. 2.
D. Pet. 1. c. 2.
1. & 9. Ethic.

Hac ratione honoramus senes, quia propter illorum maturam ætatem præsumuntur, & pruden- 6
tes, & virtuosi. Vndè Sapien. 4 dicitur. *Senectus veneranda*, & infrà quasi reddendo rationem, *Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senilis vita immaculata.* hac eadem prorsus ratione honoramus, & honorare debemus quoscumq; status, 7
& dignitates, vel præeminentias; non quòd huiusmodi faciant hominem virtuosum, sed quia indicantur sedentes in dignitatibus debere esse virtuosi. Quarè sic honorando declaramus quid exigat status ille, & quàm venerabilis sit locus, quem tenent homines, qui sunt in aliqua præeminentia constituti. & hic honor est excellentię, qui tantùm habentibus dominium præstatur. & in duobus modis reperitur exhibitus (quantum sit ex dispositionibus exterioribus pensandum) actionibus, videlicet assurgendo, discooperiendo 8
caput, genuflectendo, & huiusmodi, vt in superioribus dictum est; & verbis. & tunc verbis honoramus, quando pro posse declaramus id, quod est intimum, & proprium meritis, ac ministerio, seù dignitati personarum, quas honorare intendimus. Sic enim varios, & diuersos titulos dare solemus dominis spiritualibus, & temporalibus, vt patet, & magis nos dicemus infrà. & ex his clarè deduci potest, quòd, & quomodo tituli honorabiles secundùm cuiusq; dignitatem, meritum, & officium sint iustè, & ex debito exhibendi. & non est res noua, quòd titulis reuereantur, qui sunt in aliqua dignitate constituti, tùm quia status ille sibi vindicat talem honorem; tùm quia homines 9
præeminentes modis dictis præsupponuntur, & præsumuntur, vel præsupponi, & præsumi debet boni, & virtuosi secundùm quod exigit locus, ad quem assumpti sunt: quidquid sit de subsistentia rei, & integritatis, quàm præsupponimus, siuè præsumimus. Et hæc sint satis dicta pro nunc in communi ratione, & causa titulorum honoris.

Iàm aggrediamur declarare, quæ in speciali, & immediatè faciunt ad propositum nostrum; de honore (inquam) exhibendo per titulos Summo Pontifici. Qua occasione recolenda sunt ex parte quæ diximus quæst. 1. art. 4. Vbi quæsitum est de Auctore scientiæ Canonicæ. Siquidem licèt detur distinctio potestatum, quòd alia est *Re-* 10
galis, ad quam omnes sæculares potestates reducuntur: alia *Pontificalis*, nomine cuius omnem spiritualem potestatem intelligimus: ambæ tamen colliguntur in Papa, cumulatissimèq; in illo repe
riuntur collatæ ei immediatè à Deo. & qui con- 11
tra hanc veritatem diceret esset hæreticus. ita D. Thom. contrà errores Græcorum, cap. 23. conclusio. 35. & in 3. par. quæst. 8. art. 6. & in tractat. de Regimine Principum. hoc idem in Extrauagan. *Vnam sanctam. de Maioritat. & obedient.* & August. de Ancona, quæstio. 5. art. 8. & D. Anton. 3. tit 22. cap. 3. Quarè August. sermo. 16. de verbis Domini. *Cœpisti habere fratrem tuum tamquàm publicanum ligas eum in terra, sed vt iustè alli*

Sap. 4.
D. Tho.
Aug. de Ancon.
D. Anton.
D. August.

ges, vide: nam iniusta vincula disrumpit iustitia. Cum autem correxeris, & concordaueris eum fratre tuo, soluisti illum in terra; cum solueris in terra, solutus eris in cœlo. & Gregorius homil. 26. in Euangel. *Ipse ligandi, atq; soluendi potestate se priuat, qui hanc pro suis voluntatibus, & non pro subiectorum moribus exercet.*

D.Gregor.

12 & Leo Papa in sermo. 3. sui Anniuersarij, ait. *Manet ergò Petri priuilegium vbicumq; ex ipsius fertur æquitate iudicium, nec nimia, vel seueritas, vel remissio: vbi nil erit ligatum, nil solutum, nisi quod Beatus Petrus, aut soluerit, aut ligauerit.*

Leo Papa.

Quapropter cum iuxtà Domini præceptum sua vtitur potestate, considerandum quod dicit Gregor. hom. 26. in Euangel. *Iudicare de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum causis sua, vel odia, vel gratiam sequuntur.*

D.Gregor.

13 & paulò inferiùs dans regulam Prælatis, quòd ipsi delinquentes non absoluant, nisi prius viderint peccatum à Domino esse remissum; ità dicit. *Tunc vera est absolutio Præsidentis cum æterni sequitur arbitrium Iudicis; quod benè quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quæ videlicet demonstrat, quia prius mortuum Dominus suscitauit, & viuificauit, dicens. Lazare veni foras: & postmodum is, qui viuens fuerat egressus, à discipulis est solutus.* & in fine concludit. *Priuilegium omninò meretur amittere, qui per missa sibi abutitur potestate.*

hac de causa Episcopus, siuè Prælatus quicumquè dicitur esse in Ecclesia, & vice versa Ecclesia in illo. est nimirum Prælatus in Ecclesia per gubernationem, & protectionem. Ecclesia in illo per obedientiam, & protectionem, vt dicitur 7. q. 1. c. scire.

Pontifex ergò cum Deo seruit eius mandata custodienda mandat. Vndè Fabianus Papa episto. 2. omnibus Episcopis. *Qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Euangelia, nec contra Apostolos, nec contra Prophetas, vel Sanctorum Patrum instituta aliquid vllo modo agere consentit; & indè Dei mandata custodit, ampliat, & interpretatur, & ex causa limitat.*

Fabian. Pap.

D. Thom. in quodlib. 4. artic 13. & 22. quæst. 89. art. 9. ad tertium. & 4. Sent. dist. 18. q. 1. ar. 1. q. 3. & D. Anton. loco vt suprà, cap. 6. §. finali.

D.Tho

Ex his ergò patet, quòd Papali vtitur potestate, quando Christi Saluatoris cuius Vicarius in

14 terra est constitutus, vestigia imitatur. Cum igitur Christus, vt Patris faceret voluntatem, & vt mundum saluaret, de cœlo descendit, & non solùm verbo, & exemplo, sed suo proprio sanguine animarum saluti consuluit: & ità Papa, vsquè ad sanguinem populorum salutem procurare tenetur, vt sic domino lucrum faciat. Vndè Bernard. ad Eugenium, lib. 2. cap. 6. *Curat itaq; Papa animarum salutem verbo doctrinæ, exemplo bonorum operum, & iustitiæ subsidio*: vt ipse Papa testatur in cap. 1. de officio de leg. lib. 6. & cap. 1. de homicid. eodem lib. 6. & cap. Cum plantare, de priuilegijs. & cap. fratrum. distinctio. 86. Quarè

D.Bernar.

Petro diligenti Dominus oues suas commendauit, & hoc specialiter commisit cum dixit. *Pasce oues meas.* 15 quod non solùm de verbo, & cibo intelligendum venit; sed etiam vt illas *ducat, reducat, tueatur, eisdem præsit, eas regat, & castiget. Ducit ad Christi legem, reducit ab erroribus, tuetur Religionem Christianam, præest vti pastor, & præsul vniuersalis Ecclesiæ, regit vti Dominus, castigat vti iustus index.* ex Gregorio lib. de cura pastorum, & Chrysostom. lib. 2. de Sacerdotio debet ergò diligere Deum, populiquè salutem summoperè quærere, qua nil gratius reddi potest.

D.Chrysost.

Ità Bonifacius Martyr in 3. parte. de quo in cap. Si Papa, distinctio. 40. *Si Papa suæ, & fraternæ salutis negligens deprahenditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus, qui magis officit sibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus.*

Bonif. Pap. & mart. 16

hinc necessariò deducere debemus, quòd locus, in quo stat, Sanctus est, & regula totius Sanctitatis, & norma omnium bonorum morum. 17 Vndè licèt quandoq; aliqui Pontifices mali sint, (& vtinam numquam mali fuissent) non est cur nos non debeamus omni honore debito sedentem in Sanctitatis throno reuereri, & honorare. dùm enim Papa fideliter agit circà Dei mandata, sic maiori Sancta Sedes exaltatur honore. Indè dicitur, quod *Papa, aut Sanctus est, aut præsumendus*; eò quòd non sine Dei voluntate sedet in Sancta Sede Apostolica, & tenet loca Sanctorum, & Ecclesiam Sanctam regit, & Summi Dei constitutus est Vicarius in terra. hinc Simmachus Papa. *Quis enim dubitet Sanctum esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ à loci decentia præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat:* ita habes distinct. 40. cap. non nos.

Sym. Papa.

Vbi Summus Pontifex respondens quibusdam hæreticis, qui ausi fuerant dicere, quòd Papa non potest accusari, nisi de hæresi, 18 quia Sedes Petri dabat licentiam peccandi simùl cum priuilegio dignitatis. Quos Simmachus Papa reprehendendo dicit. *Non nos Beatum Petrũ, (sicut dicitis) à Domino cum Sedis priuilegijs, vel successores peccandi licentiam indicamus suscepisse.* quasi dicat, Absit vt talem errorem asseueremus, & tantam blasphemiam proferamus. *A Domino enim, qui peccata prohibet, punit, & odit, non potest talis licentia haberi; nec talis licentia potuit esse à B. Petro.* quarè subdit. *Ille meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ transmisit ad posteros,* idest post Apostolicam dignitatem per bona merita sibi acquisita, & collata à Domino *perennem*, idest firmam, atq; perpetuam, quia vt dicitur Luc. 22. *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* & Matth. 16. *Super hanc ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* cum hæreditate innocentiæ, idest innocentia

Luc. 22 Matth. 16.

nocentia quasi hæreditate, scilicet vt successores eam haberent quasi iure hæreditario transmissam, idest transmissa est, vel transmisit, volunta-
19 te, verbo, opere, & exemplo. quasi dicat, Petrus merito suorum actuum præditus Apostolica dignitate cum innocentia; quasi quamdam hæreditatem transmisit ad successores, non peccandi licentiam. Vndè subditur, *quòd illi concessum est pro actuum luce*, idest per lucida opera, siuè per bonos actus.) *ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illustrat*, i. omnibus successoribus hoc idẽ pertinet, vt qui pares sũt dignitate, sint, vel præsumantur pares in innocentia, & integritate, vt exponit Hug. & Archidiaconus. Quarè sequitur. *Quis enim Sanctum dubitet, &c. Benefacere ergò semper præsumitur, quotiescumq; non male agere constat. Semper enim in dubio pro ipsius fa-*

Hug. & Archid.

20 *cto præsumitur*. & licèt hoc certum sit etiam de quolibet Sacerdote, vt 11. quæst. 3. absit. & 41. distinct. cap. 1. & 16. quæst. 1. cap. si clericatus. tamen magis præsumitur pro Papa, vt 93. distinct. cap. 1. Vndè sacrilegij instar esset disputare de facto suo. 17. quæst. 4. §. qui autem. Illustrat ergò Petrus sua innocentia, & integritate suos successores, quia dat eis occasionem benè viuendi. vt habetur dist. 81. c. valet.

21 Et hæc vna de causis est, quarè Pontifici nomen in sua promotione mutatur, nam teste Diuo Thoma super epistolam ad Roman. lectio. 1. nomina quibusdam à principio natiuitatis imponuntur ad designandam gratiam, quam à principio consequuntur. Vt patet de Ioanne Baptista Luc. 1. quibusdam mutatur ad designandum profectum virtutum, vt patet de Abraham, Genesis 17. & de Petro Matthæi 16. hoc certè fit, vt notat Ioannes Andr. in procem. super 6. vt simùl cum nominis mutatione hominis mutationem factam esse ostendatur, qui cum prius esset purus homo nunc vicem gerit Dei in terris, vt Eccle-

D. Tho. Luc. 1. Gen. 17 Matth. 16.

22 siastica beneficia cap. vt nostrum. tum ad Christi imitationem, vt cap. significasti, de elect. & 2. q. 1. cap. Deus omnipotens, qui nomen commutauit Petro cum prius vocaretur Simon. 21. distin. cap. in nouo. Romanus autem Pontifex vicem Petri gerit, cap. per venerabilem, qui fil. sunt legit. licèt aliæ causæ assignentur huius mutationis à diuersis, quæ tamen in radice conueniunt. Nam Bellarm. de Romano Pontif. lib. 1. cap. 17. plures enumerat. primo ex intentione Chrysostomi in Ioannem, qui inquit, quod Deus nunquam nomina noua imposuit, nisi vrgentibus causis, vt ostenderet speciali priuilegio illos esse ex ista mutatione ornatos. At cum Deus soli Petro mutauerit nomen eo indè vtens, sic illius prærogatiuam specialem demonstrauit. licèt & filijs Zebedæi aliud indidisset nomen, quod pronomen potiùs appellandum est, quo tamen ipsi vsi nó sunt. Secundo, vt eo nomine Petri officium, & dignitas ostenderetur, auctoritate Sancti Leonis in sermo. 3. de Anniuersario Assumptionis, inquientis.

Chrys. Leo Papa.

Dùm à Christo Petro dicitur. Sicut meus Pater tibi manifestauit dignitatem meam, ità & ego tibi 23
notam facio excellentiam tuam; quia tu es Petrus. idest, *cum ego sim inuiolabilis petra, & lapis singularis, qui facio vtraq; vnum, & fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere; tamen tu quoq; petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.*

Alij alias insuper assignant causas huius mutationis nominis, & in particulari quòd fuerit etiam ad fugiendum quorundam nominum turpem notam, quod etiam tangit Ioan. Andr. in citato procem. ad 6. Decretalium, his verbis. *Præterea equum fuit mutationem fieri, quia posset promotus turpe originale nomen habere.* sicut legitur de Sergio II. qui antea os porci vocabatur, vt inquit Abbas in cap. cum secundum, de probationibus, num. 1. & Ioan. Roffensis contrà assertiones 24
Lutheri art. 5. de primatu Petri. & D. Antoninus 3. par. tit. 21. cap. 21. & Bibliotheca Sancta, lib. 8. Vndè & volunt hunc primo sibi nomen mutasse; quod tamen Pannuinus in annot. ad Platinam confutare videtur, dicens. *Quæ hic Platina ex Martino tradidit Sergium II. primum fuisse qui nomen mutauerit, apud neminem auctorum veterum inueni. Imò ex Anastasio Bibliothecario, qui hoc tempore vixit, contrarium magis elicitur, cum multo etiam ante Pontificatum Sergium vocatum fuisse constet. Fortè Sergij pranomen semper habuit, Os porci verò cognomen, & Pontifex factus cognomen, pranomine tantum retento, omisit, sed ista nec sic concinnata mihi quadrant, cum ante Pontificatum Octauianus diceretur.*

Alphonsus Giaconius vltimus Scriptor de vita, & gestis Pontificum, ità scribit. *Sergium hunc II. primum fuisse, qui nomen mutauerit Pontificatu inito, cum antea Os porci vocaretur, apud nemi-* Giaconius.
nem tamen veterum inuenitur; imò ex Anastasio 25
Bibliothecario contrarium elicit, qui hoc tempore vixit, cum scilicet ante Pontificatum Sergium vocitatum. Adrianus III. inuenitur nomen primum permutasse, cum antea Agappitus diceretur ann. 884. Anastasius ille Bibliothecarius, qui supra de Ioanne XII. à Platina 13. nuncupato dicit. *Ioannem hunc XII. ab omnibus Scriptoribus præter vnum Platinam appellari obseruaui, quem primum esse inueni, qui nomen in Pontificatu mutauerit; nàm cum antea Octauianus vocaretur, vt Gulielmus Bibliothecarius scribit, gentili nomine omisso, tamquam parum Maiestati, & Religioni Pontificia idoneo, se Ioannem appellauit; cuius exemplũ sequentes Pontifices qui deforme, & parum conueniens tanto Magistratui nomen habuere, sensim & paulatim secuti, leuem consuetudinem tamquàm in legem perpetuam transtulerunt. Cæterùm hanc rem Romani Pontifices, & maximè ex Germania lecti, Bruno, Cherebertus, Guidegerus, Poppo, alius Bruno, Geberardus, Federicus, Gerardus, Cadelus, Anselmus, Hildebrandus, & similes maximè confirmarunt*

firmarunt Barbarorum nominum deformitate cõmoti. hæc Anast. hoc idem prorsus asserit, & approbat supranominatus Alphonsus Giacconius vltimus Scriptor.

D. Anton. Et D. Antoninus 3. par. tit. 23. cap. 8. circa medium, habet hæc verba. *Notandum etiam, quòd post Petrum Apostolum primum Summum Pontificem alij succedentes ei in Papatu retinebant sibi nomen proprium prius habitum in baptismo; sed post 400. annos ab Incarnatione, & vltra ordinatum fuit, quòd in creatione Summi Pontificis mu-*
26 *taretur nomen proprium. Quod rationabiliter factum est triplici causa, vt notat Archidiac. super 6. in principio. primo exemplo Christi, qui Summo Pontifici, quem suum Vicarium dereliquit in terris mutauit ei nomen proprium; nam prius vocabatur Simon, vt patet Matth. 16. vbi Christus ei dicit. Beatus es Simon Bar Ionà, idest filius Ioannis.* & Ioannis vltimo. *Simon Ioannis diligis me plus his? Sed Christus mutauit ei nomen vocans eum Cepham, idest Petrum, vt patet Ioan. 1. quando Andreas fratres eius adduxit eum primo ad Iesum. Secunda ratio est ad innuendum, quòd totus debet innouari in re, & Sanctitate conuersationis, sicut mutatur in nomine, quicquid est in eo de veteri homine, idest defectuositatis, & passionum totum à se auferat, & exuat, induens nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & Sanctitate veritatis. Tertia ratio est ob quamdam decentiam nuncupationis ipsius. Nàm aliquando assumebantur aliqui, qui nuncupabantur nominibus non decentibus, sicut dicitur de quodam Papa Leone, qui prius dicebatur Os porci, quando verò creatus est Papa immediatè affertur coram eo,* (vt dicitur) *tabula Summorum Pontificum prædecessorum, & vnum ex illis ad beneplacitum assumit. Verum est quod ex nominibus eorum, qui fuerunt ante Syluestrum Papam penè nulli nuncupantur, nisi Clemẽs, & Alexander; sed ex nominibus eorum qui fuerunt post Syluestrum, & eo nomine nuncupantur cum numero successionis in tali nomine. Vndè sub nomine Ioannis fuerunt XXIII. vltimus vocatus est Ioannis Vigesimus tertius, & sic de alijs.* hæc D. Anton.

Nota diuersitatẽ scriptorum

Verùm quicquid sit de veritate huiusmodi, quis (inquam) primus fuerit, qui sibi mutauit no-
27 men, ego sum in sententia, quòd habuerit inchoationem à Ioanne XII. vt dictum est. Nec aliqua propter hoc admiratio esse debet, quòd non illico post Beatum Petrum consenserint Summi Põtifices in talem nominis mutationem. Nam in dies suscipit Ecclesia secundùm incrementa temporum, & nouas cognitiones ad illius vtilitatem, quod remanet firmum, & irrefragabile est illud, quod paulò ante dicebamus, nimirùm quòd tales mutationes ordinantur ad indicandam Sanctitatem, iustitiam, omnimodamq; integritatem, quæ esse debet in Summo Pontifice. Quarè August. in Ioannem, cap. 21. loquens de Petro. *Ideò, ait, eum voluit alium prius vocari, vt ex ipsa commutatione nominis, Sacramenti energia commendaretur.* & Chrysostom. ibidem. *Nam quibus a prima ætate debebat virtus clarescere, ex tunc nomina susceperunt, quibus autem postea debebat augeri, nuncu patio posita est.*

Ex quibus omnibus magis te roborare debes in hanc veritatem, quòd titulus proprius, & principalis, qui Summo Pontifici debetur est, quòd 28
diximus ad D. Hieronymi mentem, quòd dicatur, *Sanctissimus, & Beatissimus.* Nullus enim alius titulus intimius potest declarare auctoritatem ministerium, ordinabilitatem ad veram beatitudinem, locum, & eminentiam Summi Pontificis, quàm hic, qui simùl magnificat Summum Pontificem, eundemq; corrigit, & animaduertit quale, quantumq; sit onus illius, & quomodo sit reddi-turus rationem omnium sibi commissorum, suæ, scilicet curæ, & pastorali officio, ne ab eo ad quẽ potissimùm vocatus est sine diuertat; simùlq; pereat cura gregis suæ. Vndè, si fas est loqui, nec per diem, nec per noctem quiescere debent Summi Pontifices, sed iugitèr nulla interposita quiete laborare.

Et adhuc magis cum omnium oculos ad se cõuertat, secumq; ferat quocumq; pergat plenitudinem potestatis, secundum illud. *Vbi Papa, ibi Roma.* imò & Curia Romana, vt patet cap. execrabilis, de præbend. & dignitat. in 6. inter gloss. §. Romanæ Ecclesiæ, & ex Gulielmo, extra de præben. c. præsenti, in 6. quare & sanctitatem secum ferre debet.

Hæc autem non ideò sunt à nobis dicta, & ad- 29
ducta, vt insinuemus Papam se vmquàm hoc titulo seipsum vocare: neq; enim vmquàm ipse se in suis dictis, vel litteris reperies se *beatum*, *aut beatissimum* vocare: Ambitiosa enim, & sibijpsi adulatoria forsàn hæc esset suijpsius nominatio. Sed cum hoc stat, quòd iustè, & pie annuit, & acceptat se vocitari hoc nomine, memor propriæ obligationis, & supereminentis dignitatis proprij officij, ac ministerij per ordinem ad bonum commune totius Ecclesiæ.

Duo autem sunt nomina, in quibus non erube- 30
scit ipse Summus Pontifex se palàm, & familiaritèr vocare, & vno familiarius altero. & quęnam ista sunt? Audi. *Seruus seruorum Dei, & Sponsus Ecclesiæ,* vt in cap. quoniam, extra de immunitate Ecclesiarum, lib. 1. Primum ad sui humilitatem, secundum ad significandum ardorem affectus sui ergà Sponsam Ecclesiã sibi commissam: vndè quasi zelotypus propriæ vxoris excommunicat, qui impediunt super causis, quæ ad forum Ecclesiasticum de iure, vel consuetudine pertinent, litteras à Sede Apostolica impetrari, vel super ipsis coram ordinarijs, vel delegatis Ecclesiasticis litigari: vndè dicit. *Nos iustitiam nostrã, & Ecclesiæ Sponsæ nostra nolentes negligere, &c.* vbi Sponsum se vocat.

In primo fatetur se velle imitari eum Dominum, cuius est Vicarius, nimirùm in humilitate, qui

qui ait Diſcipulis. *Qui maior eſt veſtrum ſit mini*
ſter: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed
Matth. *miniſtrare.* Matth 20.& in vltima cœna quaſi te-
20. ſtando dicit. *Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui*
miniſtrat.

Verùm quod circa hoc valdè, ac valdè animad
uertendum eſt, quòd non ſimpliciter ſe ſeruum
31 dicit, ſed quod ſit *Seruus ſeruorum Dei*, quaſi de
his, quæ foris ſunt nihil ad eum, 2.quæſt.1.multi.
§.quid enim mihi, vel quia his non ſeruit, qui
Deo non ſeruiunt, ſed illos iudicat: his autem, qui
ſeruiunt, ſeruit. de officio legati in 6. cap. officij.
Vel ſeruorum Dei, ideſt Apoſtolorum Petri, &
Pauli, quorum vices gerendo ſeruire ipſis dici-
tur. 1.quæſt.7.quoties. Seruitus namq; duplex eſt
32 coacta, vt cum mancipium, non tàm vltrò, quàm
metu ſeruit, quomodo dicuntur ſeruiſſe ſub lege
veteri. Alia ſeruitus libera eſt, modo quo filij ſer-
uire dicuntur, quod diſtingnens Chriſtus diſci-
pulis, dicit. *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos*;
Io.8. quos enim filius liberauerit verè liberi ſunt. Io.8
Vndè quia verbum ſeruio à ſeruiendo dictum eſt
ab actu nimirùm ſeruitutis, & a ſeruando, modo
33 quo ſecundùm iura antiquitùs in bello captis vi-
ta ſeruabatur, & ſecundùm Philoſophos, qui ab
elegantioribus doctrina, & moribus inſtituuntur
eorum ſerui nuncupantur. quibus de cauſis nos
omnes ſerui Chriſti ſumus, vt potè qui ab eo, &
redempti ſumus, & ab eodem ſaluberrimis inſti-
34 tutis gubernamur. Licèt autem Chriſtus nos fi-
lios vocet, noſtra tamen modeſtia exigit, vt ſer-
uos nos appellemus. qua de re Apoſtolus ſe ſer-
uum Ieſu Chriſti appellat. vbi duo dicit, *Ieſu*, &
Chriſti, per, ly, *Ieſu*, declarat ſe ſeruatum, ac re-
demptum per *Chriſti Sanguinem*, in omnibuſq;
obſequium præſtitiſſe ſibi in ſpectantibus ad ſa-
lutem. per, ly *Chriſti*, quod idem eſt quod vnctus,
35 ſuam erga illum ſeruitutem verè liberam eſſe re-
cognoſcit, ex hoc quia *vnxit eum Deus oleo lætiti-*
tiæ, & gratia ſua. Reges autem inungebantur an
tiquitùs. ergò Reges ſimus, vt liberi ſeruiamus. &
quia ſeruus quidquid eſt Domini ſui eſt; tunc ve-
rè ſeruimus Domino, quando ex toto Domini ſu
mus: ità vt cum Paulo ſinguli dicamus. *Gratia*
36 *Dei ſum id quod ſum*. Primò igitur nobis ſeruit
Chriſtus, vt indè nos vice verſa, *Seruiamus illi in*
ſanctitate, & iuſtitia omnibus diebus vitæ noſtræ
Hoc pari, & proportionali modo nos ſeruimus
Papæ noſipſos illi committendo, & in omnibus
37 obediendo. Ille vice verſa onera noſtra portan-
do, necnon opportuna, & ſalutaria remedia præ-
bendo: & ideò ſe *ſeruum ſeruorum Dei*, appellat,
vt omnium (inquam) incommoda ſuſtineat ad
Dei honorem. & demùm ſe vocat *ſeruum ſeruo-*
Baſil. *rum Dei*, ex humilitate: vndè Baſilius. *Non extol-*
lat præſidentem dignitas, ne ab humilitatis beati-
tudine corruat. & illud, *Nouerit quòd humilitas*
38 *vera miniſterium plurium eſt. Sicut enim qui plu-*
ribus miniſtrat vulneratis, & abſtergit cuilibet
ſaniem non ſumit miniſterium in cauſam elatio-
nis: ſic multò magis cui commiſſæ ſunt curæ frater
norum languorum ſit omnium miniſter, redditurus
pro omnibus rationem, cogitare debes & eſſe ſolli-
citus, & ſi qui maior eſt, fiat ſicuti miniſter.

Et Bernard. lib. 2. ad Eugen. de conſideratione
Quis, inquit, *ſe iam titulo hoc in gloria putet? quo*
ſe prior Dominus Eccleſiæ præſignauit, meritò Pau
lus in eo gloriatur, dicens. *In laboribus plurimis*, 39
in carceribus abundantiùs, in plagis ſuprà modum
in mortibus frequenter, quoniam id glorioſius prin
cipatu. Si gloriari oportet gloria Sanctorum tibi
præfigitur, Apoſtolorum proponitur gloria. parum
nè illa tibi videtur? quis mihi tribuat ſimilem fie-
ri in gloria Sanctorum? quid Apoſtoli? quid Prophe
tæ? delegauere tibi, tranſmiſere tibi. Agnoſce here-
ditatem tuam in Chriſti cruce, in laboribus pluri-
mis. Fœlix qui dicere potuit: plus omnibus laboraui.
Si labor terret, merces inuitet. Hæc Ber-
nardus.

Seruum ergò *ſeruorum Dei*, ſe libenter, & fre- 40
quenter nominat, quia hoc nomen illius propri
um. Vt autem legitur in Chronica Martiniana.
B. Gregorius Magnus primus huius nominis, ſe
ſeruum ſeruorum appellauit, quæ clauſula habe-
tur 1.quæſt 3. Saluator. & de ſentent. excommu-
nicat. relatum in fine. & ex his etiam magis pate-
re poteſt, quàm conuenienter ſibi conueniat titu
lus ſupradictus.

Sciendum tamen, quòd etiam Imperator ſe
ſeruum vltimum Eccleſiæ vocat, vt patet C. de
offic. præfect. prætor. l. quas gratias. §. 1. ibi enim
poſt enarratas victorias quas ſibi Deus dedit. vt
tandem Aphricam ſuo ſubijceret Imperio. Ca-
tholicoſq; vi detentos inter inimicorum manus
inde liberaret in hæc tranſit verba. *Quo ergo ſer-*
mone, aut quibus operibus dignas Deo gratias age-
re valeamus, qui per me vltimum ſeruum ſuum Ec
cleſiæ ſuæ iniurias vindicare dignatus eſt, & tan-
tarum prouinciarum populos à iugo ſeruitutis eri-
pere? vbi gloſſ. nota hic, quod vocat ſe Imperator
vltimum ſeruum minimum; ſic Papa dicit in Re-
ſcriptis, *ſeruus ſeruorum Dei*. & infrà eadem l.§.
hoc etiam deprecantes exoramus Sanctæ, & glorio-
ſæ ſemper Virginis, & Dei Genitricis Mariæ preci-
bus, vt quidquid minus, & Reipublicæ noſtræ per
nos vltimos ſeruos ſuos reſtituat in ſuo nomine.
Deus, & dignos nos faciat ſeruitium eius adim-
plere. ex quibus verbis gloſſ. in Extrauagan. exe-
crabilis. de præben. & dignitat. in 6. §. Cardinali-
bus tamen. cap. deducit, quòd Imperator ſe ſer-
uum vltimum vocat per quandam ſubordinatio-
nem ad Papam, in ordine ad ſeruitium Eccleſiæ.
Vndè ait. *Ordo enim ſeruiendi eſt in humana crea-*
tura, & inferior Superiori deſeruiat, aliter vniuer-
ſitas nulla poterit ratione ſubſiſtere, niſi ex diuer-
ſitate graduum ordo diuerſitatem in ea ſeruaret,
vt patet d.89.c. ad hoc.

Appellat ergo Papa ſe *ſeruum ſeruorū Dei*, mo
do, & rationibus, vt ſupra, de qua etiam re, vide
quæ tradit Ioann. Andr. in proœmio ſuprà citato

ſuper 6. Decret. ibi, *ſeruus ſeruorum Dei*, nam qui Deo non ſeruiunt, magis iudicat, vt patet 2. quæſtio. 1. cap. multi. §. quid enim mihi. At Imperator ſe *ſeruum vltimum* vocat. & minimum, prout dictum eſt. Cardinales verò magis ſeruitores dicuntur, vt videre eſt in dicta Extrauaganti §. citato. & ibidem in gloſſ. ea certè ratione, quia membra principalia ſunt Papæ qua ratione, & in illis crimen læſæ Maieſtatis committi dicitur, vt patet C. ad leg. Iul. Maieſt. l. quiſquis, & ext. de pœnit. c. Fœlicis. in 6.

Poſſumus etiam non incongruè dicere, quòd ideò ſe ſeruum appellat, eo modo quo quandoq; ex nimia humilitate ſe vniuerſalem Papam negat. vt diſtinct. 99. cap. eccè. Vndè, & ſe aliquando iudicio ſæculari ſubmittit. 2. quæſtio. 7. cap. Noſti. & voluntariæ purgationi. 2. quæſt. 5. cap. Mandaſtis. Cæterum de his magis alibi, & opportuniùs.

Quibus autem rationibus, vltrà rationem aſſignatam, ipſemet ſe vocet Eccleſiæ Sponſum, licèt non tàm familiariter, ſed tantùm occaſione data, vt iam diximus, operoſiùs inquirendum eſt. & hic enim titulus ſibi conuènit, & intimè oſtendit ſui obligationem in fide ergà ſuam Sponſam Eccleſiam, vt in hoc videatur intercedere diſtinctio inter titulum *Beatiſſimus*, vel *Sanctiſſimus*, & hoc quod dico *Sponſus*; quia ille eſt etiam honoris, & vniuerſaliter reſpiciens Papæ miniſterium; at nomen *Sponſus*, eſt amoris, & dilectionis, & obligationis tantùm. Sunt autem qui inuehunt contrà, nec ſuſtinent quòd Papa aliquo modo Sponſus dicatur Eccleſiæ.

41

Io. 3. Et primo arguunt ex illo Io. 3. *Qui habet ſponſam ſponſus eſt*: ſed ſolùm Chriſto coniungitur

42 Eccleſia per fidem, ſecundùm illud Oſeæ 2. *De-*

Oſea 2. *ſponſabo te mihi in fide*. ergò.

Præterea Bernardus ſcribens Eugenio lib. de conſid. vocat Papam *Paranymphum*, & amicum ſponſi, non autem ſponſum, ergò

Vlterius ſponſus eſt, qui de ſponſa ſua ſuo nomini filios generat, ſed Papa non generat de Eccleſia filios ſuo nomini, vndè non dicuntur à Petro Petrini, ſed à Chriſto Chriſtiani. ergò

Ampliùs. Vnius ſponſæ vnus debet eſſe ſponſus, iuxtà illud Gen. *Erunt duo in carne vna*. ergò reſpectu Eccleſiæ vnus eſt Sponſus Chriſtus. Nàm vt dicit Calixtus, & habetur in cap. ſicut in vnaquaquè Eccleſia, 21. quæſtione ſecunda. *Eccleſia Chriſti vxor, & Sponſa debet eſſe, non ſcortum*, ergò

Nec valet, inquiunt iſti, qui aduerſantur, ſi dicatur, quòd Papa ſit Sponſus miniſterialis; quia licèt ex commiſſa plenitudine poteſtatis aliquis ſit ſupremus Vicarius, aut miniſter alicuius Regis, non audet tamen vſurpare quomodolibet Regium nomen, nec ſe nominare ſponſum vxoris domini ſui.

Demùm quod adhuc vrget, ſponſa, ſiuè vxor eſt ſubiecta ſponſo, ſiuè viro, vt habetur Epheſ. 5. vbi inquit Apoſtolus. *Sicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ità & mulieres viris ſuis in omnibus*. at conſtat, quòd vniuerſalis Eccleſia non eſt Papæ ſubiecta cum ſit miniſter eius. ergò Eph. 5.

Hanc difficultatem hoc loco admouimus, & quia fauet propoſito noſtro, & quia clarum ſenſum multorum ex dictis nobis aperit. quòd ſi potiora volueris, vide Turrecr. in ſumma de Eccleſ. lib. 2. c. 28. & deinceps.

Ad ſupraadducta autem argumenta, vt reſpondeamus, notandum quid D. Thom. in tractat. ſuo D. Tho. contra impugnantes Religionem occaſione huius materiæ dicat *Sponſus Eccleſiæ*, inquit, *propriè loquendo Chriſtus eſt*, de quo dicitur Ioan. 3. *Qui* 43 *habet ſponſam ſponſus eſt. ipſe enim de Eccleſia nomini ſuo filios generat. alij autem dicuntur ſponſi, ſicut miniſtri ſponſi exteriùs cooperantes ad generationem ſpiritualium filiorum, quos quidem non ſibi, ſed Chriſto generant: qui quidem miniſtri intantum ſponſi dicuntur, inquantum Vicem veri ſponſi obtinent. & ideo, Papa qui obtinet Vicem veri ſponſi in tota Eccleſia, vniuerſalis Eccleſiæ ſponſus dicitur.* Hæc D. Thom. loco citato. Vndè ad argumenta ex hoc vno fundamento facilè reſpondere eſt, ſi benè, & cautè animaduertantur omnia. quarè

Nota, ly. exterius.

Ad primum dicitur, quòd ſolus Chriſtus propriè loquendo eſt Eccleſiæ Sponſus, ſicut is quo Sponſa fœcundatur, & cuius nomini Eccleſia filios generat: nihilominus tamen Prælati inquantum vt miniſtri Chriſto exteriùs cooperantur 44 per diſpenſationem Sacramentorum, ſiuè diuini Verbi ad generationem ſpiritualium filiorū Dei ſponſi dici poſſunt. & breuitèr influxus interior ſoli Chriſto competit, exterior etiam Papæ, & miniſtris ex directione in agendis. &c.

Ad ſecundum licèt poſſet negari conſequentia, Bernardus non vocat illum ſponſum, ergò nō eſt ſponſus. Verùm reſpondendo dicimus, quòd 45 Papa non propriè ſponſus dicitur generans ſibi filios per interiorem influxum, ſed tantùm ſecundùm exteriorem influxum non ſibi, ſed Chriſto 46 generat filios. dicitur tertio, quòd verè paranymphus eſt: *para* enim idem eſt, quod iuxtà, & *nympha*, idem quod ſponſa, quaſi ſponſam coniungens, ſiuè deſponſans viro, ex hoc quia generat Chriſto filios ſpirituales, vt dictum eſt. & ſic vtrumq; dicimus: hac ratione, inquit S. Tho. in 4. D. Tho. diſtinct. 28. Epiſcopus cui cura Eccleſiæ committitur, virgines deſponſat non ſibi, ſed Chriſto, quaſi ſponſi *paranymphus*, & amicus cenſetur.

Ad tertium dicitur, quòd verè non generat Papa nomini ſuo filios, ſed Chriſto, inquantum tamen aliqualiter generat per inſtructiones, & regimen exterius ſponſus dici poteſt. Qua ratione Paulus inquit. *In Chriſto enim Ieſu per Euangelium vos genui.* 1. Cor. 4.

Ad quartum cum dicitur, quòd vnius ſponſæ vnus eſt ſponſus. Reſpondetur, quòd licet Parochus ſit ſuæ Eccleſiæ ſponſus, & Epiſcopus ſuæ 47 Diœceſis,

Diœcesis, & Papa omnium; non sequitur, quòd plures sint eiusdem sponsæ, sponsi; sed omnes cooperantur Papæ, & Papa Christo, qui est verus sponsus. ita D. Thom. loco citato in corpore art. sic quod omnes cooperantur Christo vero, & principali sponso.

Ad illud dictum, quòd Papa, neq; ministerialis sponsus dici potest. Dicimus quòd nõn est par
48 ratio de ministro Regis, qui nullo modo dici potest sponsus, cum nullo modo cooperetur ad generationem filiorũ Regis, Papa verò, & cæteri ministri q a cooperãtur ad generationẽ spirituale filiorum Christi aliquo modo dici possunt, & congruè, quòd sint eiusdem Ecclesiæ sponsi; non ponẽtes tamen in numerum cum Christo, quia eiusdem Christi cooperatores sunt, vt dictũ est.

Ad quintum, & vltimum dicitur, quod Summus Pontifex est pastor, rector, & caput vniuersalis Ecclesiæ: & eo modo, quo oues subijciuntur pastori, & subditi rectori, & corpus capiti, sic Ecclesia subijcitur Summo Pontifici. Nec sequitur, est illius minister, ergò subditus. Nàm minister quidam dicitur adiuuans ad salutem, & hic non
49 est minor, nec subijcitur ei cui ministrat, vt patet
Heb. 11 de Angelis, qui dicuntur *Missi in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*. Heb. 1. & Christus pariter dicitur minister, non tamquã inferior, sed tamquàm maior adiuuãs, & causans nostram salutem. & hoc modo Papa ministrat Ecclesiæ cooperando illi per exteriorem dispensationem verbi, & Sacramentorum. Secùs de eo, qui ministrat virtute alterius quasi dependens in auctoritate, & potestate ab illo, modo quo Apostolus per comparationem ad Christum se illius
1. Cor. 4. ministrum vocat, dicendo. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi*. 1. Cor. 4.

Ex his igitur accipe, quam dispar ratio sit huius tituli *Beatissimus*, & alterius videlicet, *Sponsus*: hic enim magis conuenit Christo, alius verò secundùm nominis accommodationem propriè Papæ, quò plenè deducitur sui ministerij Sãctitas in cooperãdo saluti animarũ. Hęc de secundo.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Papa congruè Beatissimus, & Sanctissimus dicitur.*
2 *Homo spiritualis quot modis dicatur, & qualitèr iudicet omnes, & ipse à nemine iudicetur.*
3 *D. Paulus Festum Optimum vocat.*
4 *Iudex quicumq; Optimus dici potest, quia Optimi Dei Vices gerit.*
5 *D. Lucas Theophilum principem in Antiochia optimum vocat.*
6 *Sancti dicuntur Christiani omnes, & quarè.*
7 *Beatissimum Papam vocamus, non tamen eum credimus in gratia confirmatum.*
8 *Papæ ministerium est ordinate ad sanctitatem.*
9 *Papa acceptat vocari Beatissimus, vt sui ministerij memoretur.*
10 *Gubernatoris ars non proprium, sed alienum bonum est.*

QVo ad tertium. Conclusio responsiua ad quæsitum. *Congruissimè Papa titulus assignatur, quòd dicatur Beatissimus, & Sanctissimus, non obstante quòd in rei veritate, quandoq; in illo non adsit integritas, & innocentia siuè sanctitas.* 1

Probatur authoritatibus, rationibus, & inductionibus, prout in præcedenti puncto abundè deduximus.

Probatur secundo, auctoritate Apostoli 1. Corinth. 2. vbi inquit. *Quòd spiritualis homo iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur*, cum ergò vt à posteriori arguamus, Summus Pontifex à nemine iudicari possit in terris, sed à solo Deo iudicetur, & ipse iudicat omnia, vt patet cap. vnam Sanctam Ecclesiam, de maior. & obed. in Extrauag. comm. in 6. §. Nam veritate testante, ergò relinquitur, quòd ipse non solùm sit spiritualis, sed spiritualissimus, ac eo Sanctus, & Sanctissimus. 1. Cor. 2.

Pro cuius declaratione, nota cum glo. ibidem, quòd ille spiritualis homo dicitur, qui habet sanam mentem, & sanum iudicium, sicut ille est sanus corporalitèr, qui habet sanum gustum, & sanum iudicium de saporibus, vndè ille est spiritualiter sanus, qui habet sanam mentem, & habet sanum, & rectum iudicium de agibilibus: quemadmodum ergò ille solus sanus est corporalitèr, qui potest rectè alia corporalia iudicare, ita ille solus sanus est spiritualitèr, qui potest omnia iudicare, tàm spiritualia, quàm corporalia, siquidem supponimus, quòd corporalia spiritualibus subiecta sint, vt patet eodem cap. & nos latiùs ostendemus in sequentibus, idem igitur est esse spiritualem, & esse sanum spiritualiter, & sic quicumq; est spiritualis habet sanam mentem, & habet rectum iudicium de rebus, & è contra, qui habet gustum infectum atra bili, dulce iudicabit amarum, & proportionaliter habens infectam mẽtem, & prauum habebit iudicium de agibilibus, ac eo in suo iudicio poterit ab omnibus alijs, qui sani sunt iudicari, & reprehendi, quia certè iudicabit esse faciendum, quod non est faciendum, iuxtà illud, 2

Dicit Amor cæcus, dedecus esse decus.

Itaque spiritualis homo, & habens sanam mẽtem iudicat omnes, & ipse à nemine iudicatur, vt optimè inducit Apost.

Sciendum tamen, quòd duplex est spiritualitas, quædam personalis, & quædam secundùm statum, idest ratione status, quarè duplex pariter erit iudicium, videlicet correctionis, & auctoritatis. Generalitèr ergò deducendo per ordinem ad auctoritatem D. Apostoli, dicimus quòd spiritualis personalitèr homines iudicare dicitur, quia homines malè agentes potest corrigere corre-

ctione

ctione fraterna, & ipse à nemine iudicatur, quia cum sit spiritualis, ex consequenti bonus, & sanctus, nil agit reprehensione dignum. Spiritualis autem secundùm statum, & qui est in statu eminentissimo, vt est Papa, ipse iudicat omnes iudicio auctoritatiuo, & à nemine iudicatur cum ipse sit supremus in auctoritate iudicandi, quarè hac ratione loquendo de spiritualitate secũdùm statum ipse Papa non solùm est sanctus, sed etiam sanctissimus, & spiritualissimus qua ratione eum quilibet nominat, & nominare debet *Sanctissimum Patrem*.

Personalitèr ergò possunt esse, & fortè sunt sanctiores Papa, & spirituaiores illo, cæterùm secundùm statum nullus est, itá spiritualis, nec itá Sanctus, quia auctoritatiuè iudicare respicit spiritualitatem, & sanctitatem secundùm statum.

Probatur tertio, ex cap. Sancta Romana, de Religiosis domibus, in 6. Vbi in glos. Ecclesia Romana, quandoq; appellatur Sancta vt hic, & 12. dist. cap. præcep. & distinct. 15. cap. Sancta, & dist. 19. c. in memoria. Quandoq; Sacrosancta, vt in proœmio lib. 6. & hoc ideò quia Sacro cruore Apostolorum Petri, & Pauli consecrata, de elect. cap. fundamenta, & de Reliq. & vener. Sanct. cap. 1. lib. 6. & 21. distin. cap. quãuis. Cum ergò vt dicebamus puncto secundo, ipse Papa sit sponsus totius vniuersalis Ecclesiæ modo, & sensu dicto relinquitur ex quo habet sponsam sanctam, imò & sanctissimam, ipse etiam debeat dici, & *Sanctus*, *&* *Sanctissimus*, Hinc est, quòd Papa, vt alibi etiam diximus à papè, quod est interiectio admirandi dicitur, quia verè admirabilis est, quia Vices Dei in terris gerit. Vndè & Anglicus in Poetria noua Papam dicit, *Stuporem mundi*, & circa finem. §. qui maxima rerum, *nec Deus est, nec homo, sed quasi neuter inter vtrumq;* quæ certè de Papa ratione officij, ac ministerij proculdubio intelligenda sunt.

Act. 26 Probatur quarto exemplo D. Pauli, qui vt habetur Act. 26. quando Festus ad ipsum dixit. *Insanis Paule, multa te littera ad insaniam conuertunt*. D. Paulus respondendo. *Non insanio*, in-
3 quit, *optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis ver-*
Lyran. *ba loquor*. Vbi Lyranus. *Non ex adulatione hoc dixit, sed quia talis erat modus loquendi cum reuerentia locum Imperatorum tenentibus*. & Hugo. *Loquitur vt plures non secundùm sensum suum, sed inquantum Iudex, quia tenebat locum optimi*
4 *Dei*. & si hoc fuit licitum D. Paulo, licet Festus esset vir malus, referendo ad dignitatem, & officium; cur non magis licitum, imò debitum nobis erit *Beatissimum*, ac *Sanctissimum*. Papam nostrũ vocare, & honoris titulo reuereri? Hoc idem Lucas scribens Theophilo principi in Antiochia,
5 dicit. *Optime Theophile*, Quòd si his addas illud
Philip. 4. Apostoli Philippen. 4. qui loquens de fidelibus, ait. *Salutate omnem Sanctum in Christo Iesu*. & infrà. *Salutant vos omnes Sancti, maximè autem*
6 *qui de Cæsaris domo sunt*. Vbi eos Sanctos vocat, qui Christi sanguine sanctificati sunt, iuxtà illud Hebr. 13. *Vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est*. Si (inquam) omnes fideles Sanctos appellat, quarè non *Sanctissimum*, & *Beatissimum*, appellabimus Papam, qui non solùm Christi sanguine sanctificatus est, sed principalis administrator est Sacramentorum, quæ virtutem habent sanctificandi: & cui toto conamine incumbit cura salutis omnium: & qui Vicarius est eius, qui dicitur, & est *Sanctus Sanctorum*, nimirùm Christi? Hebr. 13.

Fallimur ergò cogitantes, quòd hoc, vel his titulis affirmare velimus Papam verè sanctum, ac beatum esse modo quo sancti, ac beati dicuntur, 7
qui clarè vident Deum. Hoc nos non somniamus sed declaramus illius officium verè sanctum esse, 8
excedereq; omnem sanctitatis gradum in statu viæ: in omnibusq; & per omnia illius ministerium ordinari ad veram sanctitatem, quæ consistit in vnitate amoris, & concordiæ, & cooperationis, vt habes à D. Thom. Philip. lect. 4. & quòd ratione status sibi debetur *conuersationis sublimitas*, *doctrinæ fæcunditas*, *&* *spiritualis consolationis vtilitas, quæ propria sunt Sanctis*, vt habes ex D. Thom. Hebr. 12. lectio. 1. & vlteriùs quòd habeat *carnis macerationem, spiritus deuotionem, & affectus pietatem*. quæ omnia Sanctum decent, vt ex D. Tho. Psal. 36. D. Th.

hinc est, quòd Papa non renuit, sed annuit, & quasi gratanter suscipit huiusmodi honoris, ac reuerentiæ titulum, memor non dignitatis, ceù causa elationis, sed officij, ac ministerij. & sæpissimè 9
intrà semetipsos Summi Pontifices dolent, & gemunt, suspiria emittunt, ac in lachrymas erumpunt, vt in speciali legimus de Clemente IIII. & Adriano III. quibus ipsa Sedes aculeis plena videbatur, memores proculdubio illius Apostoli dicti. *Vide ministerium, quod accepisti à Domino, vt illud impleas*. Nam *Gubernatoris ars*, vt inquie- Colos. 4
bat Seneca, *alienum bonum est*; non proprium. Et 10
vt inquit Chrysost. *Grandis dignitas est sacerdotum, sed grandis ruina si peccat*.

Porrò cum idem sit esse optimum quod beatissimum (si meram veritatis significationem spectemus) non est cur anxiemur in huiusmodi tituli appellatione. Namq; si Iudici sæculari hoc congruere potuit, vt ex vsu Apostolorum Pauli, & Lucę induximus; multo incomparabilius hoc decens erit ei, *Qui sedet super thronum iudicans æquitatem*, vt *de vultu*, non proprio, *sed Dei iudicium illius prodeat*. Consentit itaq; Papa huic titulo, quia par est, vt consentiat, recordeturq; sui muneris, & officij.

hinc vlteriùs collige quàm sit iustum, & ex omni parte debitum, vt omni die affectuosis orationibus deprecemur pro domino Papa ne ex *beatissimo*, fiat miserrimus, & ex *sanctissimo* Diabolus, per societatem si cõtingat Papã (quod Deus auertat) damnari, de qua oratione, quomodo, & qualiter fienda, vide in Appendice. hæc de tertio.

PVN-

PVNCTI QVARTI.
SVMMAE.

1 Papa titulis humilitatis vtitur honoris verò tantùm acceptat.
2 Nomen sponsi est dilectionis, & mera obligationis.
3 Papa ratione Status, nullus melior esse præsumitur in terris.

QVo ad quartum breuitèr ad argumenta dicitur.

1 Ad primum, quòd aliud est loqui de titulo, quo ipse vtitur, aliud de eo qui sibi ab alijs ex debito datur. primus debet esse humilitatis, secundus qui est honoris si dignitas loci hoc præse ferat acceptandus est ab ipso. Quod improbatur à Christo est, quòd quis sibi honoris titulum non quærat.

2 Ad secundum dicitur, quòd titulus sponsi magis propriè conuenit Christo, nec est ita vniuersalis, vt nomen *Beatissimus*, nomen enim sponsi est dilectionis, & merę obligationis, non vniuersaliter, vt dictum est.

Ad tertium similiter dicendum, quòd, ly, *Beatissimus*, sumitur non per ordinem ad id, a quo nomen impositum fuit, cæterùm pro causa honoris, et reuerentiæ, quam habemus ad personam respiciēdo sedem, in qua sedet, et officium, quod exercet.

3 Ad confirmationem admittitur, quòd aliqui sunt meliores secundum se, non tamen ratione status, et officij. hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI
SVMMAE.

1 Orandum pro D. Papa, & quali oratione.
2 Titulus Psalmi 40. qui assumitur in oratione pro Papa, qualis sit.
3 Choræ ambitio contra Moysen, & Aaron declaratur Numer. 16. & propter illam consumptus.
4 Choræ interpratatio, & significatum.
5 Psalmus 40. totus est de Christi Passione, & Resurrectione.
6 Allegationes Sacræ Scripturæ etiam à Christo, & Euangelistis quandoq. fiunt non secūdùm verba, sed sensum.
7 Christus quomodo beatus, & simul egenus, & pauper.
8 Pauper, & egenus quomodo differunt.
9 Beati dicuntur, qui non scandalizantur in Christi paupertate, & egentia.
10 Benedictiones multæ his, qui non scandalizantur in Christi paupertate, & egentia.
11 Christus optimè intellexit super paupertate, & egentia generis humani.
12 Beatius est dare non petenti, quàm petenti tantùm.
13 Christus quarè in iudicio, maximè de operibus misericordiæ interrogabit.
14 Christus quomodo benedictus, eò quia intellexit super egenum, & pauperem.
15 Causa adaptationis Psal. 40. in orando pro Papa exprimuntur.
16 Papa nullo modo vacillare debet in intelligendo Christum egenum, & pauperem pro nobis factum.
17 Deum deprecamur, quòd viuificet Papam, & quomodo.
18 Papa imitari debet Christum, etiam in sanguinis effusione pro salute animarum.
19 Pontifex vndè dictus.
20 Pro Papa orandum ne in elatione cadat.
21 Pro Papa orandum, ne succumbat in oneribus.
22 Temporalia qualitèr ministrare debeat Prælatus Ecclesiæ, & maximè Papa.
23 Documentum Vrbani Papæ circà administrationem temporalium.
24 Papa debet suis subditis spiritualia, corporalia vltra temporalia.
25 Papam qualitèr conseruari à Deo deprecamur.
26 Apibus quomodo comparetur quilibet nostrum.
27 Status diuitiarum, & honoris omnibus periculosus.
28 Pictura status honoris, & diuitiarum ex Fulgentio, & Homero.
29 Prælatis maximè cauendum ne dominentur more dominorum sæcularium.
30 Applicatio picturæ honoris ad existentes in dignitate.
31 Fælicitas Fortunæ instabilis est.
32 A Leonibus quatuor trahi dicuntur existentes in honore, & gloria, & quomodo.
33 Pro omnibus orandum, at magis pro Papa, & quarè.
34 Titulus Papæ est causati ad causam.
35 Titulus Papæ exequialis, præconialis, & triumphalis, diuersa ratione.

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum pro Concionatoribus in considerationem ponimus labores, & vigilias ipsius Summi Pontificis, ipsiusquè pericula, quapropter non solùm ipse orare, & deprecari Deum debet pro ipsius Summi Pontificis incolumitate, sed & alios hortari, vt abundè, ac familiaritèr omnes orent pro Domino Papa.

Hinc enim ortum habuit illa vniuersalis, quæ (inquam) in omni Ecclesia fit oratio desumpta ex Psalm. 40. vbi dicto à Sacerdote. *Oremus pro Domino Papa*. illicò respondetur à Choro, *Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.* Ps. 40. 1

Certè duo ex hoc loco aduertenda, ac adnotanda

tanda sunt. primum, quarè magis verba huius
psalmi,quàm alterius in orando pro Domino Pa
pa assumimus. Secundum sensum eorum ad in-
tentionem deprecantium pro illius salute. hoc
enim eget declaratione, ex quò concludit inten-
tum nostrum.

Pro declaratione ergò primi sciendum quòd
2 hic psalmus habet hunc titulum. *In finem,intelle*
Num. *ctus filijs Choræ.* Vt enim videre est Numer. 16.
16. Chore fuit, qui propter ambitionem insurrexit
contra Moysen, & Aaron, & acceptis thuribulis
3 cum ducentum quinquaginta, qui sibi adhæse-
runt volebat adolere incensum coram Domino.
vndè propter talem temeritatem vnà cum suis
sequacibus fuit diuino igne consumptus: non
tamen omnes filij eius sibi adhæserunt; quarè à
Moyse fuerunt in ministerium domus Domini
1.Par. assumpti,vt habetur 1.Paralipomenon 15.Inten
15. dit ergò Dauid per hunc psalmum dirigere in
finem,idest Christum istos filios Choræ,qui non
sunt secuti patris nequitiam:& sic dicitur. *Intel-*
4 *lectus filijs Choræ.* Secundùm verò Doctores om
nes *Chore*,idem est quod *Caluaria*,quæ significat
locum, in quo Christus passus est: & sic à primo
ad vltimum iste psalmus dirigit in Christum fi-
lios passionis suæ, idest qui credunt in Christi
passionem, nec non resurrectionem; siquidem i-
ste psalmus secundùm sensum litteralem totus
est de Christi passione, ac eius gloriosa resurre-
ctione. quod patet ex Christi testimonio, qui in
5 cœna loquens discipulis de sua proditione, in-
quit. *Vt impleatur Scriptura. Qui manducat pa-*
nem mecum leuabit calcaneum suum contra me.
Quæ verba(quoad sensum)sunt eadem cum ver-
bis, quæ dicuntur in hoc psalmo. *Etenim homo*
pacis meæ, in quo speraui,qui edebat panes meos,
magnificauit super me supplantationem Christus
enim refert,vt plurimum sensum locorum Scri-
pturæ, quemadmodum Euangelistæ referunt ea-
dem secundùm sensum, non secundùm verba.
6 Christus igitur est iste Beatus, de quo dicitur in
hoc psalmo. Nam fuit Beatus inquantum Deus
beatitudine essentiali,& in anima ab instanti suæ
conceptionis, & in spe merito passionis quoad
corpus,& vires inferiores.Et ipse dicitur egenus
7 & pauper. Vt enim dicunt Grammatici, pauper
est qui paruum habet de facultatibus, egenus ve-
rò qui nihil prorsus; & Christus fuit vtrumquè;
8 pauper in vita,vt patet in illius natiuitate,& con
uersatione:egenus vero in morte,quando denu-
datum eum crucifixerunt, nec habuit qui sibi
porrigeret ciathum aquæ in sua ardenti siti, &
quia videndo ista credebant eum purum homi-
nem,ideò benè dicitur,quòd *beatus est*,quicum-
9 què super hunc *pauperem,& egenum* benè,& re-
ctè *intelligit*,idest ita credit humanitatem, quod
pariter confitetur Diuinitatem, & vice versa.
Qua ratione dicebat Christus post multa perpe-
Matth. trata miracula. *Et beatus est homo,qui non fuerit*
11. *scandalizatus in me:* sic quòd propter diuinita-
tis insignia non negat in eo veram humanitatem
nec propter humanitatis humilia,& abiecta non
negat in eo veram Diuinitatem:& quicumq; per
fectè, & plenè credit, benedicitur illis quatuor
benedictionibus,quæ sequuntur. *Dominus conser-* 10
uet eum, nimirùm in tali cognitione, & fide, se-
cundum Hieronym.& Gloss. *& viuificet eum*, id
est transferat illum de morte ad vitam. *& faciat*
illum beatum in terra per merita,& in spe. *Nec*
tradat eum in animam, idest voluntatem, & li-
bertatem *inimicorum eius*.hæc est prima expofi-
tio litteralis. D.Dionysius adhibet secundam pa Dionys.
riter litteralem, nimirùm quòd Christus,qui est Carthu.
beatus modis dictis,verè intellexit miserando su 1
per genus humanum, quod propter peccatum fa
ctum erat egenum ex spoliatione gratuitorum, 11
& pauper ex debilitatione in naturalibus donis;
nàm, vt est vulgatum venerabilis Bedæ dictum,
per peccatum *spoliamur gratuitis, & debilita-*
mur in naturalibus. & benè notandum est ver-
bum *intelligit*; siquidem beatum est dare petenti
eleemosynam,sed beatius etiam non petenti,iux 12
tà illud Eccles. 23. *Frange esurienti panem tuum,* Eccles.
& egenos,vagosq́; induc in domum tuam. Qua ra- 23.
tione maximè insistet Christus in iudicio in ope 13
ribus misericordiæ,tacendo per comparationem
alia opera licèt bona.

Et ad hunc sensum sequuntur dictæ quattuor
benedictiones: & quòd Dominus propter hoc tu 14
tauit Christum benè intelligentem, & miseran-
tem super genus humanum,& conseruauit illum
in sua passione,ne ob hoc extinguerent Iudæi no
men illius quemadmodum illorum erat inten-
tio: imò viuificauit resuscitando; nec non illius
beatitudinem toti mundo notam fecit, vt licèt
fuerit in manus inimicorum numquàm tamen
traditus est in animam, & voluntatem eorum,
ità vt possent ad nihilum redigere nomen illius,
iuxtà illud,quod machinabantur,dicentes. *Veni-* Hier.
te eradamus eum de terra viuentium, & nomen 11.
illius non memoretur vltrà. hæc pro psalmi decla
ratione.

Redeuntes igitur ad id,quod præcipuè inten-
dimus,dicimus quòd duplex est causa appropria 15
tionis verborum huius psalmi magis,quàm alte-
rius quando oramus pro Domino Papa. prima
est,quia ipse qui alios solidare debet in fide,ma-
ximè fidelis esse debet, iuxtà illud, quod dictum
fuit Petro. *Et tu aliquando conuersus confirma*
fratres tuos.quarè non debet vacillare in intelli-
gendo Christum verè egenum, & pauperem fa- 16
ctum pro nobis.Quapropter rogamus,vt Domi-
nus conseruet eum in tali soliditate.& quia fides
sine operibus mortua est,magisq́; mouent exem-
pla,quàm verba,hocq́; totum præstatur per gra-
tiam iustificantem, & viuificantem; ideò subdi-
mus. *Et Dominus viuificet eum*.qua viuificatione
beatus fit in terra, idest Ecclesia militante per 17
spem,& in terra viuentium in coelo per consecu-
tionem præmiorum, vt tandem omninò liber
euadat

euadat ab inimicis, sic quòd licet oppugnatus,
numquàm tamen expugnatus existat.

Alia causa sumitur in ordine ad alium sensum
. Nam cum Christus maximè intenderit super sa-
18 lutem generis humani, vsq; ad sanguinis effusio-
nem,vt iam superius declarauimus;hoc idem præ
stare debet Summus Pontifex,videlicet,quòd sit
Pontifex, & quòd inter Pontifices sit Summus.
Episcopi, & quicumq; alij Prælati sunt Pontifi-
19 ces, quia pontem ferunt boni regiminis, & insu-
per pontem faciunt pro tuto transitu animarum
Iud.7. ipsis subiectarum,dicentes illud Gedeonis, *Quod
me videritis facere hoc facite*. At magis Summus
Pontifex hoc dicere,& facere tenetur; debet e-
nim omni sollicitudine pascere sibi commissos
populos doctrina,verbo,exemplo,& omni bono
regimine. hæc quoad primum.

Quo verò ad secundum,qualis intentio sit de-
precantium in tali oratione, quam corde, & ore
exhibent Deo pro ipso Domino Papa, iam satis
videmur dixisse. Sed addimus, quòd Ecclesia vi-
det, & optimè intuetur, quàm grauia sint ipsius
Papæ pericula, cum propter animi elationem in
20 eo,quòd se in maxima dignitate constitutum vi-
det, facilèq; ductus spiritu superbiæ, & eleuatus
2.Reg. 1. dicere posset illud Adoniæ 2.Regum 1. *Ego re-
gnabo*. compatiens tanto periculo deprecatur
pro illo. Insuper videns Ecclesia,quam periculo-
sum sit omne regimen,maximè animarum, cum
D.Gregor. *ars sit ars regimen animarum*,vt inquit Gregor.
in suo pastorali;ita vt quemadmodum inquit Iob
Iob 6. *6. Eccè gigantes gemunt sub aequis*.quam senten-
tiam exponens idem D.Gregor.qui supra dicit.
*Illis populis quisq; mente supponitur,quibus digni
tate præsupponitur. Vndè Sancti,quia onus sen-
tiunt,quantumcumq; digni sunt scientia, vel vir-
tute, in prælationibus sciunt non esse fælices, sed
miseros se reputantes gemunt*. Quam miseriam
sensit Moyses,qui Numer.11.dixit Domino. *cur
afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gra-
tiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi
populi huius super me? Non possum solus sustinere
omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sin
21 aliter videtur tibi obsecro,vt interficias me,& in-
ueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar
malis*.Et quid mirum si sancti hæc sentiunt spiri
tuali illuminatione, cum quidam viri hoc idem
viderunt per rationem? Cum enim cuidam gen-
tili oblata esset vestis Imperialis cum corona,re-
spiciens vestem, ait. *O pannum magis nobilem,
quàm fœlicem,quem si quis attendat quantis sol-
licitudinibus periculis,& miserijs sis refertus,nec
Aug. iacentem in luto tolleret*.Quarè August. *Locus su-
perior etsi administretur vt decet,tamen indecen-
ter appetitur*.

Debet namq; Prælatus quilibet, & magis Pa-
pa, & temporalia, & corporalia, & spiritualia
suis subditis,sic vt nihil sibi retineat. Debet (in-
quam)temporalia administrare,& pro loco,tem
22 pore, & occasione conformiter ad regulam D.
Vrbani Papæ,cuius dictum vt in eius legenda ha Vrban. Pap.IV
betur fuit. hic de bonis Ecclesiæ attributis scri-
psit his verbis. *Ipsæ res fidelium,quæ Domino offe-* 23
*runtur non debent in alijs vsibus, quàm Ecclesia-
sticis,& Christianorum fratrum,vel indigentium
conuerti;quia vota sunt fidelium, & pretia pecca-
torum,ac patrimonia pauperum* Quoad corpora- 24
lia patet exemplo Christi Ioan.13. *Si ego Domi-
nus,& Magister laui pedes, exemplum dedi vobis,
vt ita & vos faciatis*. De spiritualibus non est
dubitandum. Vndè Apostolus Hebr. vltimo. Hebr. vlt.
*Ipsi peruigilant quasi reddituri rationem pro ani
mabus vestris*.

Cum ergò in tàm grandi, & magno sint peri-
culo, piè, & sanctè oramus pro ipso, vt *Dominus
conseruet eum*, idest totum seruet in anima, & 25
corpore: quòd si contingat ipsum labi in aliquã
culpam,illa non sit mortifera: quòd si mortifera
Dominus illicò dando illi dolorem,& contritio-
nem *viuificet illum*,reducendo ad statum gratiæ.
hoc autem maximè necessarium est Summo Pon
tifici ratione oneris, & officij, quòd diutius non
maneat in peccato mortali; vt enim refert Aui-
cenna tertio de animalibus. Si apis præcidatur
viuit,dum tamen caput pectori sit iunctum; si au
tem caput à pectore separetur, confestim mori-
tur. sic spiritualiter, nam veluti apes sunt omnes
fideles, quia secundùm Isidorum apis dicitur ab Isid.
A,quod est sine, & pes, quasi sine pedibus, sic e-
nim nascitur,postmodum cursu temporis pedes,
& pennas accipit. Sic & nos primo nascimur filij
iræ non habentes pedes, quibus rectè possimus 26
incedere, nec alas quibus possimus in altum sur-
gere,quia nec iusta opera, nec sancta desideria à
nobis ipsis præstare possumus, sed postmodum
hæc à Deo recipimus,qui *operatur in nobis velle,
& perficere*.Coniungitur autem istarum apum ca
put pectori quamdiù anima nostra per gratiam
Deo adhæret, vndè quidquid nobis accidat, so-
lùm quòd vnio maneat, viuimus: si autem talis
vnio perdatur,statim animæ mors sequitur;ideò
dicitur Deuteronom. 4. *Vos qui adhæretis Deo,* Deut.4.
viuitis. Et sic nos viuificat Deus quando per gra
tiam nos iustificat.quare dicimus. *Dominus con-
seruet eum & viuificet eum*, modo quo petebat
Dauid Psal.118. *Secundùm misericordiam tuam* Ps.118
viuifica me. Casus autem in peccatum est omni-
bus grauis, sed in Summo Pontifice miserabilis,
non solùm ratione ingratitudinis, & ministerij
sui,necnon sedis;sed quia grauiores sibi crescunt
occasiones in malum,& ruinam sui,& totius Ec-
clesiæ si illicò non resurgat,ac denuò viuificetur.
Nàm status diuitiarum, & honoris omnibus est
periculosus,vt patet;at Summo Pontifici magis, 27
cum sit in supremo honore constitutus.

Vt enim narrant Fulgentius, & Homerus in
Scintillario Poetarum, Status diuitiarum,& ho-
noris apud antiquos figurabatur ad modum va- 28
gæ mulieris habentis coronam in capite, oculos
tamen velatos, sceptrum regale in vna tenens

manu, in altera pauonem, varijs veſtimentis induta, ſedens in curru, quem trahebant quattuor Leones truculenti, & immaniſſimi.

hanc imaginem hoc loco ponimus non ſolum vt more noſtro immiſceamus, aliqua moralia pro commoditate concionatorum; cæterùm vt ipſi ad omnes, & quoſcumq; quomodolibet exi-
29 ſtentes in dignitate præeminenteſq; diuitijs, & honore dirigere poſſint ſermonem eiſdemq; aperire vitia, quæ facilè ex honorum, & diuitiarum occaſione enaſci poſſunt in cordibus humanis, maleq;, ac peſſimè affici relinquendo, pro nunc quomodolibet exiſtentes in dignitate Eccleſiaſtica, vt potè qui ſcire poſſunt, & facilè quid illorum dignitati, honori, ſtatui, ac officio, ſiuè miniſterio congruere poſſit, neq; enim noſtrum eſt noſtros quouis modo redarguere Iudices, & Dominos, quos ſemper colimus, & veneramur, quarè in communi hæc pauca ſubijcimus per ordinem ad dictam figuram, ſeù imaginem ſtatus diuitiarum, & honoris declarandam, & manifeſtandam.

Diximus ergò, quòd pictura honoris, & diui-
30 tiarum pingebatur ad modum mulieris vagæ, quia adamantur more talium mulierum. Vt autem mulier vaga ſimul fragilis eſt, & inconſtans, habenſq; multos amatores, quos tamen non diù amat; ità diuitiæ nunc huic, nunc illi coniunguntur, & tamen in fine vtrumq; derelinquunt. Cæca figurabatur, quia diuitiæ non plus reſpiciunt perſonam pauperis, quàm perſonam diuitis: nàm quandoq; filius pauperis ad dignitates tollitur, filius diuitis fame moritur. Coronam habet in capite, quia homo diues honoratur, & pauper in hoc ſeculo communiter contemnitur. Sceptrū tenet in manu, in ſignum quòd ſicuti Regi obediunt omnia, ita & pecuniæ. Pauonem portat in manu, hæc enim eſt pauonis proprietas, quando cantat leuat caudam, anteriora ornat, poſteriora deturpat: ita diues quamdiu viuit omnia ſua ſunt in ornatu, & ſplendore; ſed reſpiciendo caudam poſteriorem, ſcilicet mortis, nudus, & ſpoliatus ad infernum deſcendit turpitèr. Varia veſte induitur, quia diuitiæ in varijs inueniuntur, vt in mercenarijs, & alijs. In curru ſedet, nam ſicut in rota currus illa pars, quæ nunc eſt ſuperior, nunc eſt inferior, & è conuerſo: ità mundani iam diuites fiunt pauperes, iam pauperes diuites. & ideò concludendum eſt, quòd omnis fœlicitas fortunę
31 eſt inſtabilis. Quod vidimus, & experti ſumus tēporibus noſtris, quando exiſtimabatur turris ædificata, vſq; ad cœlum de repente ruit, & funditus ſubuerſa, & congregatio plurium annorum in momento diſperſa eſt. vndè quidam dixit.

O Fortuna breuis, cuinis das munera queuis
Sed cui vis tu diuitias quoq; diuidis, vt vis
Das cui vis quid vis, nec differs tempore quo uis
Sed cui vis aufert qualibet hora breuis.

32 Quomodo autem quatuor Leonibus trahatur iàm dicamus. Diuitibus namq;, & exiſtentibus in gloria, & honore, quatuor vitia prædominantur, quæ ſunt obliuio, ingratitudo, contemptus, & ſuperbia. Obliuio maximè apparet in his, qui ex pauperibus fiunt diuites; ſtatim enim obliuiſcuntur, miſeriæ præcedentis, ac ſi numquàm fuerint pauperes, vel in miſeria poſiti, quòd ingratitudo regnet in talibus, non eſt cur de illa dicamus. De contemptu pariter ſilendum eſt; quandoq; enim qui ex vili ſtercore nati ſunt, & proprios parentes, & conſanguineos odio habent, nec volunt vocari talis familiæ. De ſuperbia tandem patet, adeò fit illis propria, quòd ſi loquitur quis in tali ſtatu poſitus ſuperbè verbum illius, vſq; ad nubes pertranſit; magnificatur, & extollitur, ità quòd numquam ſeipſos, raro proximos, & vt in pluribus Deum ignorant.

Hæc ſint dicta per occaſionem, non applicando magis ad vnum, quàm ad alium ſtatum honoris, ſibi enim vnuſquiſq; videat. Cæterùm quod facit ad nos eſt conſiderare pericula exiſtentis in maxima dignitate. quarè cum teneamur ſubleuare noſtris orationibus omnem, & quemcumquè magis, tamen eum qui in maiori periculo eſt 33
& qui laborat, & eſt in officio per ordinem ad nos noſtramq; ſalutem, vti de Summo Pontifice diximus. Pro quo orandum, quòd non ſolum *Dominus viuificet eum*, ſi contigat ipſum cadere, ſed quod *beatum faciat*, ideſt ſicut ſibi nomen Beatiſſimi pro titulo datur ratione ſedis, & miniſterij, quia magnum locum Beatiſſimi Dei, & Chriſti tenet, ità in rei veritate ſit ipſe beatus in ſpe pro hac vita, & ex cauſa meritorum, & tandē in re. Ne quandoq; dicat inimicus *praualui aduerſus eum*. Et ſic concludendo dicamus in oratione pro Papa, *Nec tradat eum in animam*, & poteſtatem *inimicorum eius*. Et hanc orationem frequentare debent, qui amant ſalutem, & propriam, & communem.

Ex his denuò magis, ac magis confirmamus ſententiam noſtram, quòd meritò *Beatiſſimus*, vocatur. Pro cuius vera beatitudine omnes orare, & deprecari tenentur.

Et ſi tandèm quæras qualitatem huius tituli, 34
iam ex dictis patere poteſt, quòd eſt cauſæ ad cauſatum. Quia (inquam) beatitudo eſt cauſa finalis omnium, quæ agit Pontifex, nec aliquid agere debet, niſi per ordinem ad illam. Eſt etiam cauſati ad cauſam, quia beatitudo exprimitur quaſi effectus laborum Pontificis; ſi tamen laborat, prout laborare tenetur, Chriſto, non ſibi. Poteſt etiam dici titulus triumphalis, quia ordinatur ad triumphum in cœlo: & præconialis, quia verè in laudem, & honorem, ac reuerentiam ſpecialem Summo Pontifici debitam eſt inuentus.
Tandèm poteſt dici exequialis, ſiuè memorialis; 35
quia hic titulus ſemper memorat Pontifici quid agere debeat, & propter quem finem, quia ſolus Deus eſſe debet, vt ſemper cum illo ſit. Amen. hæc de toto quæſito dicta ſufficiant.

ARTI-

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm DD. Cardinalibus aliquis titulus specialis conueniat.

ET videtur quòd non. primo vt habetur 2. quæst.7.cap.quamquàm. *Episcopatus est maior Præsbyterio, & Augustinus maior Hieronymo*, vt ibidem inducitur, quia Augustinus Episcopus, & Hieronymus Præsbyter Cardinalis. quod etiam Gloss. expressè dicit. ergò iam Cardinalibus non conuenit titulus specialis, quo videantur supereminere Episcopis.

Secundo, si aliquis titulus specialis illis deberetur, equidem vnus illorum esset, qui exprimuntur à Constantino, vt habetur distinctio.96. cap. Constantinus. nimirùm vt possent effici patritij, & consules; sic enim inquit Constantinus ibidem his verbis. *Viris autem Reuerendissimis Clericis in diuersis ordinibus eidem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ seruientibus; illud culmen singularitate, potentia, & præcellentia habere sancimus, cuius amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari, idest Patritios, atq; Consules effici, nec non & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari.* Constat autem, quòd huiusmodi tituli non sunt quid magnum; tùm quia magis sæculares sunt, quàm Ecclesiastici; tùm quia indistinctè conferuntur Clericis inseruientibus Romæ, & non solùm Cardinalibus; tùm quia habent originem ab Imperatore temporali, & mundano, ergò, &c.

Tertio, Si dicatur, quòd talis titulus sit hoc, quod dico, *Cardinalis*. Contra, quia nec iste titulus est specialis; nam & Ecclesia Compostellana in Hispania suos Mitratos Cardinales Præsbyteros habet; nec non Ecclesia Rauennaten. & vt habetur 21.qu.1.cap.Relatio. ibi *Sibi Cardinalem*. Gloss. inquit, idest *proprium Episcopum*. ergò iste non est titulus specialis.

Quarto præterea, talis titulus omninò deberet non solùm dignitatem, sed etiam perfectionem exprimere: at constat, quòd Cardinales, vtpotè curam animarum minimè habentes (quantum sit ex necessitate) nec videntur esse in aliquo statu perfectionis, nec ad illum obligari; imò nec aliquam specialem iurisdictionem habere, ergò, &c.

Sed contra est, quod dicit Nicolaus III. & habetur de elect. in cap. fundamenta, lib.6. Ibi enim loquens de Cardinalibus, ait. *Decet namq; ipsi Romano Pontifici per fratres suos Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui sibi in executione officij Sacerdotalis coadiutores assistunt, libera prouenire consilia, &c.*

Itèm Anacletus Papa, & habetur distinct.22. cap. Sacrosancta Romana, ait. *Apostolica Sedes Cardo, & caput omnium Ecclesiarum à Domino, & non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic huius Sanctæ Sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, Domino disponente, reguntur.* Cum igitur DD. Cardinales sint cooperatores Papæ in bono regimine totius vniuersalis Ecclesiæ, Romanaq; Ecclesia cardo aliarum dicitur, relinquitur, quòd meritò illius consiliarij assistentes, & cooperatores, Cardinales vocentur. hicq; sit illorum principalis titulus claudens omnem, & quemcumq; alium, ergò.

Respondeo seruato ordine, prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI.

SVMMA.

QVo ad primum nihil occurrit circà titulum tantùm scias, quòd præcipua causa dubitandi est per ordinem ad nomen, & titulum quo Cardinales dicuntur. hęc de primo.

Et quoniam huiusmodi materia valdè difficilis est propter varias scribentium opiniones. Nàm, vt benè refert Bellarminus in suis controuersijs, tomo primo de Clericis, lib.1.cap.16. Non solùm Theologi, sed Canonistæ, & Historici scripserunt: & vt mihi videtur, aliqui non distinguunt inter officium Cardinalatus, & nomen ipsum, hinc in varios labuntur errores. Quarè omittendo multa, quæ forsitan vana, vel non necessaria sunt ex omnibus, quæ dicuntur, & adducuntur ab illis, adhærentes maximè doctrinæ Ioan. à Turrecrem. lib.1. cap.80. & Aluaro de planctu Ecclesiæ, lib. secundo, cap.16. & Diu. Antonin. tertia parte, titulo vigesimoprimo, cap. primo, & ex recentioribus Rodulpho Cupers, in cap. oportebat, distinctio.79. in verbo Cardinalibus, per plures artic. & Isidoro Mosconio de maiestate militantis Ecclesiæ, lib.1.cap.5.& 6. Ad quattuor quæsita reducimus totum negotium, quasi ad quattuor principalia fundamenta, vt videlicet, primo declaremus DD. Cardinalium institutionem, & originem, à quo scilicet, & quomodo habuerint originem, aut instituti fuerint. Secundo quænam sit illorum dignitas, & præeminentia realis, nec non per ordinem ad nomenclaturam, siuè nomen ipsorum. Tertio, nùm censendum sit eos esse, & obligari ad statum perfectionis. Quarto deducemus excellentiam, ac specialitatem, quam in titulo meritò sibi vindicant super omnes post Papam.

Et ad prolixitatem, & confusionem euitandam vnicuiquè quæsito, siuè fundamento præmittemus sigillatim, & seorsum suas summas, prout præstitimus in duobus immediatè præcedentibus articulis.

Bellar. *Turrecrem. lib.1. Summæ de Eccl.* *Aluarus Pelag.* *D. Anton.* *Rodul. Cupers.* *Isidor. Moscon.*

QVAESITI PRIMI SVMMAE.

1 Cardinalium status, an aliquo modo præfiguratus in veteri testamento.
2 Præfecti Regionum in Ciuitate Roma, vndè, & quarè dicti.
3 Cardinalium subscriptiones quomodo antiquitùs fiebant.
4 Nomina sustinent ad rerum diffinitiones, & quandoq; ab eorum effectibus desumuntur.
5 Effectibus variatis, & nomina ipsa variantur quandoq;.
6 Vnum caput dari in Ecclesia necesse est.
7 Successio in Sede Petri qualitèr intelligendá.
8 Comparatio populi Israel cum populo Christiano, quàm aptè accipienda sit.
9 Moyses, & Aaron figura fuere Christi, & Petri, & multiplex eorum comparatio.
10 Didracma Christus pro se, & Petro tantũ quarè solui iusserit.
11 Christus ascensurus in cœlum Petro successoribusq; suas commisit oues.
12 Moyses quarè Sacerdotes Leuitici generis sibi adiunxerit.
13 Sacerdotes Leuitici generis non omnes, sed principales per capita domorum, vsq; ad nu. 70. assumebantur.
14 Seniores populi, vndè dicti, & quarè sic denominati.
15 In concilio contrà Christum aderant seniores populi, & præcipui Sacerdotes.
16 Iudicium omne senioribus, & præcipuis sacerdotibus relinquebatur.
17 Cardinales assistunt Papæ, consuluntquè in arduis.
18 In consistorio secreto solus Papa cum Cardinalibus conuenit.
19 Iudiciorum triplex genus, olim in Israel.
20 Non obediens iudicio Sedis Apostolicæ excommunicatus est, & damnandus.
21 Cardinalium officium perpetuo assistere Summo Pontifici.
22 Cardinalium institutio de iure diuino est.
23 De iure diuino aliquid esse contingit multipliciter.
24 Christus quomodo disposuisse dicatur de regno Dei cum Apostolis modo quo cum ipso dispositum fuit qualiter intelligendum.
25 Regnum duplex à Christo cum Apostolis dispositum est.
26 Christi Apostoli quomodo participes Regni cœlestis, & militantis Ecclesiæ.
27 Ecclesia, & ipsa incrementa suscipit pro occasione, & diuersitate temporum.
28 Temporum diuersitas triplex consideranda per ordinem ad Apostolos.
29 Cardinalatus officium, quando, & qualitèr functi sunt Apostoli.
30 Apostoli non solùm Christo, sed etiam Petro ante diuisionem astiterunt.
31 Cardinales qualitèr sedere in circuitu Apostolici Throni dicantur.
32 Cardinalium conditiones quænam esse debeant
33 Apostoli Episcopi officio functi sunt in eorum diuisione.
34 Apostoli primo astiterunt Regimini totius Ecclesiæ, indè in partem sollicitudinis transierunt.
35 Episcoporum nullus olim assumebatur ad Cardinalatum, non tamen è contra.
36 Conradus Sueuus Episcopus Mugontinus ex Episcopo primo assumptus in Cardinalem.
37 Cardinales quandoq; à loco sic denominati.
38 Apostoli officium, vt sic aliud ab officio Episcopi.
39 Pastoris nomine Episcopos communitèr intelligimus.
40 Cardinales cur Apostoli non dicantur.
41 Ecclesia quarè Apostolica dicatur.
42 Apostoli vtroq; munere Cardinalis (inquam) & Episcopi diuersis temporibus functi sunt.
43 Apostoli primò Cardinales, quàm Episcopi fuerunt.
44 Pastoris officium post Christi passionem tãtum institutum fuit.
45 Apostoli priùs Cardinales Orbis, quàm Vrbis, & prius Petrus Papa Orbis, quàm Vrbis.
46 Inuestitura Papæ per quæ verba fiat.
47 Papa inter Cardinales se connumerat, & quarè.
48 Munus Apostolicum, & Episcopale simùl in Papa.
49 Petrus coadiutores sibi adiunxit Linum, Cletum, & Clementem.
50 Apostoli non simùl instituti in Sacerdotes, & in Episcopos.
51 Ouium nulla distinctio fit, sed omnes in vniuersum commissæ sunt Petro.
52 A Petro non à Christo immediatè alij Apostoli instituti sunt in Episcopos.
53 Assistendi officium præcessit Episcopatum in Apostolis.
54 Papæ magis necessaria est assistentia plurium pro recto Regimine, quàm fuerit Moysi, & quarè.
55 Petrus Christum imitatus est pro posse in omnibus.
56 Nomina Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, licèt non à principio munus tamen ipsorum semper extitit.
57 Pontificale munus sine subsidio administrari nequit.
58 Plurium coadiunatio, & consilium, maximè necessarium bono Regimini publico.
59 De Petro credendum, quod sollicitus fuerit post dispersionem Apostolorum alios sibi adsciscere socios.
60 Clemens qualitèr, & qua ratione institutus,

at declaratus in successorem à D. Petro.
61 Clemens cur cesserit Papatui.
62 Cardinalium tria principalia officia sunt, & quodnam eorum præstet.
63 In Papæ electione olim non solùm Cardinales, sed & alij admittebantur.
64 Cardinalium officium, aliud viuente Papa, aliud ipso vita functo.
65 Cardinales, assistentes, consiliarij, & cooperatores, quarè dicti.
66 Cardinales Papæ assistunt ad consulendum, non ad authorandum.
67 Cardinales cooperatores per ordinem ad diuersa dicuntur, & sunt.
68 Cardinalium olim erat martyrum gesta conscribere corporaq; eorum intra cæmeteria recondere.
69 Cardinalium dignitas maxima.
70 Cardinalium triplex ordo, & quarè.
71 Cardinalium paritas, & disparitas, qualiter accipienda.
72 Cardinales necessarij per ordinem ad bonum publicum Ecclesiæ, & fidelium.

De Cardinalium institutione, & origine.

QVo ad secundum, Quattuor quęsita à nobis ordinate proponenda, & declaranda sunt & quidèm, quod attinet ad eorum institutionem, & originem. Sciendum, quòd tota difficultas videtur in hoc consistere, tùm quia Cardinalium nulla sit mentio, nec in nouo, nec in veteri testamento; tùm quia non videntur instituti à Christo, nec tempore Apostolorum; tùm quia omnium ministrorum Ecclesiæ institutio habetur inchoata, vel figurata in veteri testamẽto, & in nouo consummata, vt dicitur cap. Decretis, distinctio. 21. Statûs autem Cardinalium, nec
1 præfiguratus legitur in veteri testamento: imò videtur institutus à B. Pontiano Papa, qui fuit anno Domini 221. vel, vt alij dicunt, tempore Cleti, vel tempore Higinij Papæ facta diuisione pareciarum in Ciuitate Roma ab Euaristo; aut vt alij demùm, quod longè post, videlicet, quòd tantùm temporibus Syluestri Papæ post factam donationem à Constantino Imperatore anno salutis 314. Vndè aiunt ipsum Collegium Cardinalium instituisse ad similitudinem Romanorum Procerum. Nàm Ciuitas Romæ erat distincta in plures Regiones, quibus singulis præficiebatur vnus pro incolumitate totius Ciuitatis, vndè ta-
2 les præfecti Regionum vocati sunt Cardinales: & in suis deliberationibus, seù diffinitionibus causarum se subscribebant hoc modo, videlicet, A.S.A.E. Cardinalis Regionis primæ, vel secundæ, &c. Postmodum labente tempore non à Regionibus, sed à tumulis Martyrum suas accipiebant denominationes, & ab ipsis tumulis se sub-
3 scribebant, verbi gratia, dicendo, A. Presbyter Cardinalis Tituli Sancti Laurentij.

Verùm quicquid sit de hoc, nos non quęrimus præcipuè de nomine; nàm de illo suo dicemus loco: sed quærimus de Cardinalium officio, quale sit, & vbi, vel quando, & quomodo institutum. neq; enim hoc nomen Papa fuit ab initio. Nomina autem sustinent ad diffinitiones rerum, vt in- 4
quit Aristot. 1. Perhierm. Et quamplurima nomina rerum ab earum effectibus nascuntur. l. manumissiones. ff. de iustitia, & iure. & nomine tantùm carere debet, qui illius caret effectu. l. cum precibus. C. de probationibus. Et res, quæ nomine carent, pariter & notitia carere necesse est. Ità enim nominamus, quemadmodum & cognoscimus, & vice versa. Quarè nullum inconueniens, quòd se- 5
cundum varietatem temporum facta mutatione in effectibus, pariter & in nominibus facta sit.

Vt igitur altiùs, quàm possibile sit manifestemus officium Cardinalium fuisse ab initio non solùm institutum à Christo, sed verè in sua figura præcessisse in veteri testamento; pro certo supponendum est. Necessarium esse vnum dari ca- 6
put in Ecclesia, & hoc natura ipsa satis demonstrat, vt patet in multis ramis arborum habentibus ordinem ad vnam radicem: & in diuersis membris ad vnum caput: & in multitudine apum ad vnam primam: & in gregibus ad vnum pastorem, & sic de singulis. Imo & ipse Aristot. tum 1. Poster. t. 16. & 18. 8. physic. t. 34. 2. Metaphy. t. 5. 2. Ethic. cap. 2. & S. Thom. p. 1. quæstio. 2. ar. 1. & 1. con. Gent. cap. 13. & in ipsis causis subordinatis agnouerunt, & affirmarunt vnam primam ne detur progressus in infinitũ in illis. Namq; necesse est dari vnum ad quod fiat recursus pro determinandis litibus fidei, & ad congregandum Concilia pro opportunitate, & occasione; & ad sedandas lites, & controuersias inter membra Ecclesiæ, &c. ergò vnum est caput in Ecclesia. Quarè August. de fide ad Petrum. *Tenet me in Ecclesiæ* D. August.
gremio ipsa Sedes Petri (cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit) vsq; ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum. Quæ successio non in Petri persona tantùm, sed in suis successoribus intelligitur, non in quocumquè alio. quod maximè patet, quia aliæ Sedes, putà Pauli, Ioannis, Iacobi, Apostolorumq; aliorum minimè fuerunt, nec sunt manutentæ, sic 7
quòd ad ipsas fiat delatio. Et sic intelligitur illud, quod Mar. 13. habetur. *Non præteribit gene-* Mar. 13
ratio hæc (nimirùm Christianorum successorumquè Petri) *donec omnia fiant.* Multa etenim prædixit Christus, quæ hactenus, nec ab initio sunt impleta, sed in dies implentur.

Et quia, vt inquit Apostolus Hebr. 10. *Lex ve-* Hebr.
tus vmbram erat habens futurorum bonorum. & 10.
1. Corinth. 10. *Omnia in figura contingebant illis.* 1. Cor.
Imaginandum est, quòd quemadmodum popu- 10.
lus Israel populum Christianum figurabat; & 8
iter illius per desertum multis laboribus sociatùm figura erat itineris Christianorum ad cœlum: ità ductores illius populi erant figura ducto-
rum

rum populi Christiani. Vt enim lucente Sole quandoq; in vmbra alicuius arboris benè expansi, licèt onusti folijs, ac pomis omnia dearticulatè repræsentantur: sic euenit in proposito nostro. Per Pharaonem ergò Diabolum, per Aegyptum
8 peccatum, per exitum ab Aegypto, exitum à peccato, per ductores Moysen, & Aaron, iuxtà illud Psalm. *Deduxisti populum tuum in manu Moy-*
9 *si, & Aaron.* Christum, & Petrum optimè intelligimus. Et quòd ità intelligendum sit, patet ex quatuor. primo, quia licèt Moyses, & Aaron ambo essent Sacerdotes, nihilominus solus Moyses à Deo fuit cōsecratus; Aaron verò à Moyse cum filijs suis, quorum ipse erat Summus. Similiter Christus à Deo immediatè vnctus est in Sacerdotem, secundùm illud. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* & iterùm, *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Petrus verò à Christo. secundo, quemadmodùm Aaron erat caput aliorum comparatione, non per comparationem ad Moysen; sic Petrus in ordine ad alios est caput, nō per ordinem ad Christum. Et quia pro solis capitibus fiebat solutio nō pro alijs, Christus statere ex pisce deducto, vt patet Matth. 17. pro se, & Petro soluit, non pro alijs, ad insinuandum, quòd vterq; erat caput; Christus in his, quæ sunt ad Deum, Petrus in his, quæ sunt ad populum. Quarè August. lib. quæstionum veteris, ac noui testamen. quæst. 75.
10 inquit. *Didrachma, capitum solutio intelligitur.* Et post pauca. *Saluator cum pro se, & Petro dari iubet, pro omnibus exoluisse videtur.* Tertio, nàm Exod. 4. dicitur. *Ipse*, nempè, *Aaron, loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent:* Sic Christus fuit pro Petro ad Deum cum orauit pro illo, vt non deficeret fides illius. Luc. 22. *Sathanas expetiuit, vt cribraret vos, sicut triticum; ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Cur (quæso) non pro alijs dicitur rogasse? certè vt insinuaret omnes clausos in Petro capite. Et Petrus erat os Christi in his, quæ ad populum Quarè subditur. *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quarto, Sicut Moyses conscensurus montem, vt loqueretur cum Deo commisit vices populi Aa-
11 ron: Sic Christus ascensurus in cœlum Petro, successoribusq; suis commisit oues. Et vt Moyses orabat Deum pro populo; sic Christus Patrem in cœlis interpellat pro nobis Aduocatus apud Patrem existens. Vndè Hebr. 9. dicitur. *Vt appareat vultui Dei.* & 1. Ioan. cap. 2. *Vt sit pro nobis Aduocatus apud Patrem.* Vndè Christus specialiter Petrum interrogat, an ipsum plus cæteris diligeret: & respondenti, quòd sic ter, addit, ideò *pasce agnos meos.*

Ps. 76. *Ps. 44.* *Ps. 109* *Matth. 17.* *D. August.* *Exo. 4.* *Luc. 22* *Heb. 9.* *1. Io. 2.*

His addamus quintam considerationem concludentem propositum nostrum, quòd sicut Moysi præceptum fuit, vt Sacerdotes Leuitici gene-
12 ris sibi adiungeret, quatenùs sibi in eius Regimine sociati illi assisterent consulendo, & cooperando, nec non minores causas diffiniendo, cuius exemplo alij populorum iudices futuri, ac successuri cautè in omnibus se haberent. Ita Christus Apostolos sibi adsciuit pro tali munere subeundo. Quod vt clarius fiat, attende verba Dei ad Moysen, vt habes Deuteronom. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem: causam, & causam: lepram, & lepram: & iudicium inter portas videris variari*, idest varias esse sapientum sententias: *venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi iudicij veritatem; & facies quæcumq; dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisquè eorum sententiam, qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo suo, decreto iudicis morietur.* Ex quibus verbis habemus quomodo voluerit Moysen habere cooperatores, qui etiam haberent causam iudicij: & consulere debebant quid pro conditione causarum opus esset, & vnà cum præside, nimirùm Summo Pontifice, maximè in grauioribus, determinarent quid agendum, vel sequendum. Et isti Sacerdotes erant non omnes Leuiti- 13
ci generis descendentes ab Aaron, sed principales desumpti per capita domorum, vsq; ad nume- 14
rum septuaginta senum: qui ideò dicebantur seniores populi, sic denominati non ab ætate, sed à peritia legis, vel sapientia: & horum consilio omnia ardua fiebant. Quod clarè habemus in Christo Saluatore nostro, quando coegerunt consiliū omne pro illo condemnando. Interfuere enim in eo consilio, vt in Euangelio dicitur, seniores po- 15
puli, & hi erant præcipui Sacerdotes per capità domorum, vt dictum est: & adhuc interfuere Scribæ, non quia ad eos spectaret aliquod iudicium, sed quia erant veluti notarij, & sapientes in lege. Hinc est, quòd Caiphas auditis accusationibus contrà Christum, & verbis Christi confitentis se esse Deum, surgens dixit. *Quid adhuc egemus testibus? nùm audistis blasphemiam?* Tunc pariter concilium assentiendo damnationi ipsius Christi, vna voce dixit. *Reus est mortis.* Vbi pa- 16
tet, quæ, & quanta fuerit illorum auctoritas, & in consulendo, & in iudicando. De qua re vide expositores super dictum consilium contra Christum. Et adeò voluit Deus venerari locum istum, nimirùm vbi congregabantur dicti præcipui Sacerdotes (sumendo locum pro locatis) quòd qui ausi fuissent rebellare morte erant afficiendi.

Deuter. 17. *Marc. 14.*

Hæc autem verba Innocentius Tertius, vt videre est, extra qui filij sint legitimi, cap. per uenerabilem. de verbo ad verbum (vt ità dicam,) accommodat ad Sanctam Sedem Apostolicam, videlicet ad Papam vnà cum Cardinalibus, quo- 17
rum est assistere, consulere, & cooperari, nec non sententiam ferre in arduis. Vndè inquit Sanctus iste Pontifex in dicta Decretali. *Sanè cum Deuteronomium, lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur in nouo testamento*

testamento debeat obseruari; locus enim quem ele-
git Dominus Apostolica Sedes esse cognoscitur. (no
mine autem Sedis Apostolicæ intellige Conci
storium, non publicum, in quo omnes quomo-
dolibet pro suis causis interuenire possunt, sed
18 secretum, in quo solus Papa cum suis Cardinali-
bus conuenit, in quo officia dispensat, Cardina-
les creat, nec non Prælatos Ecclesiæ disponit, &
ardua quæquè pertractat.) sequitur. *Cum enim*
Petrus vrbem fugiens exiuisset, volens eum Domi
nus ad locum, quem elegerat reuocare interroga-
tus ab eo, Domine quo vadis? Respon. Venio Ro-
mam iterùm crucifigi; quod intelligens pro se di-
ctum, ad locum ipsum protinus est reuersus. Sunt
autem Sacerdotes Leuitici generis fratres nostri,
qui nobis iure Leuitico in executione Sacerdotalis
officij coadiutores existunt: Is verò super eos Sa-
cerdos, siuè Iudex existit, cui Dominus inquit in
Petro: Quodcumq; ligaueris super terram erit li-
gatum & in cælis. eius Vicarius, qui est Sacerdos
in æternum secundùm ordinem Melchisedech con-
stitutus à Deo Iudex viuorum, atq; mortuorum.
19 *Tria quippe distinguit iudicia. primum inter san-*
guinem, & sanguinem per quod intelligitur crimi-
nale, & ciuile. Vltimum inter lepram, & lepram,
per quod Ecclesiasticum, & criminale, id est secun-
dùm Canones notatur. Medium inter causam, &
causam, quod ad vtrumq; refertur, tàm Ecclesiasti
cum, quàm ciuile. In quibus cum aliquid fuerit
difficile, vel ambiguum ad iudicium est Sedis Apo
20 *stolicæ recurrendum. Cuius sententiam, qui super-*
biens contempserit obseruare, mori præcipitur, id-
est per excommunicationis sententiam velùt mor
tuus à communione fidelium separare. hæc ibi.

Quid (quæso) clarius potuit explicari? Non
sunt hæc verba priuati Doctoris, sed ipsius
Summi Pontificis, cuius est interpretari verba
legis, Sacramq; Scripturam secundùm verum
21 sensum. Cum igitur officium DD. Cardinalium
sit perpetuò assistere Summo Pontifici, consule-
reque in causis grauioribus spectantibus ad bo-
num commune totius Ecclesiæ, relinquitur quòd
ex prædicta figura veteris testamenti habeatur
clarè, & apertè origo, & ratio originis ipsorum,
sicq; illorum institutio fore, & esse de iure Diui-
22 no; nàm de iure Diuino est, quòd antiqua lege fi-
guratum est, & in noua consummatum, & perfe-
ctum. vt habetur cap. Decretis. 21. distin. & cap.
humanum genus, distinct. 1. Et vlteriùs illa de iu
re Diuino censentur, quæ ex traditione Aposto-
lica habentur: siquidèm talia, quæ ab Apostolis
23 sunt instituta, vel tradita, creduntur à Domino
D. Augu-st. deriuata, Augustino teste lib. 3. de Baptism. par-
tuul. Exemplum huius habemus in Sacramento
extremæ Vnctionis à D. Iacobo Apostolo in for-
ma, & substantia Ecclesiæ exhibito, vt patet Iac.
5. cum tamen re vera dicendum sit, quod D. Ia-
cobus fuerit promulgator huius Sacramenti,
Mar. 6. Christus verò institutor, vt ex illo Mar. 6. colligi
tur, ibi. *Vngebant multos ægrotos oleo, & sanaban*
tur. Hoc eodem prorsus modo experimur circa
institutionem Cardinalium. Quod vt aperiamus
constetq; nos neutiquàm sine fundamento, & ra-
tione loqui; attendenda in primis sunt verba
Christi Saluatoris nostri Luc. 24. quando conten
dentibus discipulis quis illorum videretur esse
maior, post reprehensionem ipsis factam, quòd
minimè more gentium erant regnaturi, sed mini
strando, & se humiliando, subdit. *Vos estis, qui per* Luc. 24
mansistis mecum in tentationibus. (vsq; enim ad
illud tempus sustinuerant tentationes, & pericu-
la cum Christo.) *& ego dispono vobis, sicut dispo-* 24
suit mihi Pater meus Regnum, vt edatis, & biba-
tis super mensam meam in Regno meo, & sedeatis
super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.
Quæ verba à Lyrano, ità exponuntur. Hoc intel-
ligitur, inquit, dupliciter, vno modo de Regno Lyran.
militantis Ecclesiæ, cuius Regimen Christus tra-
didit Apostolis: alio modo de Regno triumphan 25
tis Ecclesiæ ad quòd erant Apostoli assumendi
post laborem vitæ præsentis. vndè ly, *sicut*, tripli
cem exercet comparationem. primo, secundùm
Bedam, quasi dicat. *Sicut Pater Regnum hac con-* Beda.
ditione mihi promisit, vt ad eum per varias tenta-
tiones perueniam, iuxtà illud Apostoli. *Propter*
quod & Deus exaltauit illum. Ità, ego quia in ten-
tationibus meis mecum permansistis, idem vobis
Regnum dispono. Secundo exercet comparatio-
nem auctoritatis, vt sit sensus: Qua auctoritate
Pater mihi Regnum dedit, eadem ego vobis il-
lud promitto. & simile dictum habemus Ioan. 21 Io. 21.
Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos, id-
est, qua ego auctoritate à Patre missus sum, ea e-
go mitto vos. Tertio exercet Regni similitudi-
nem, videlicet, quale Regnum Pater mihi dedit,
tale vobis ego promitto. Cum ergò Christo pro- 26
missum fuerit non solùm Regnum cœleste, sed e-
tiam militantis Ecclesiæ, vt in vtroq; essent par-
ticipes, vtrumq; pro loco, & tempore illis tribuit.
Et in signum elegit illos duodecim, quos & Apo
stolos nominauit, eosq; assistentes sibi, & coope-
ratores instituit, ac constituit, vt edant, & bibant
super eandem Christi mensam per administra-
tionem Sacramentorum, & omnium quouis mo-
do spectantium ad salutem animarum. Et quia
non eadem est ratio sumenda eorum, quæ fuerũt
à principio nascentis Ecclesiæ, & post successu
temporis; siquidèm incrementa susceperunt pro 27
occasione, vt dictum est, non enim fideles erant
in tanto numero tunc vt modò: indè est, quòd ij-
dem Apostoli diuersis officijs functi sunt, prout
temporum qualitas exigebat.

Distinguunt autem Doctores triplex tempus
Apostolorum. primum ante ascensionem Christi 28
ad cœlos, quo tempore tamen iam erat Colle-
gium Apostolorum, vt patet auctoritate indu-
cta. Secundum tempus accipiunt post Saluatoris
nostri ascensionem, ante tamen diuisionem, siue
separationem Apostolorum; nam Petrus, vt Do-
mini præceptum adimpleret, qui dixerat Mar. vl Mar. vlt.
timo.

timo. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*, in diuersas Prouincias Apostolos destinauit,& diuisit.

Asserunt ergò quòd his primis duobus temporibus Apostoli functi sunt vice Cardinalium quo
29 rum officium est assistere. quare quemadmodum tunc Apostoli Christo assistentes, vt illius mandata perficerent, & docerentur esse cooperatores in eius lege, ita Cardinales Christi Vicario assistunt,& eius persoluunt negotia,& in cap. fundamenta, de electio. inquit Bonifacius Octauus, & consimili modo astiterunt Petro ante diuisionem
30 consulendo, & cooperando, iuxtà illud quod Apocalyp.4. legitur. *sedes posita est in cœlo,& in circuitu eius sedilia vigintiquatuor*, idest, Sedes Apostolica in Cœlo militantis Ecclesiæ. Et supra Sedem sedens, nimirùm Summus Pontifex. & in circuitu eius sedilia viginti quattuor. & super thronos viginti quattuor seniores, idest Cardinales sedentes, amicti stolis albis. & in capite eorum omnes coronæ aureę.

Apoc.3

In qua sententia, vt declarat Turrecremata, non tantùm DD. Cardinales describuntur ab officij dignitate, ex hoc quia dicuntur in circuitu
31 Apostolici throni sedere, vt potè eius consiliarij,& cooperatores Supremi Pontificatus; sed etiam describitur quid in illis pro qualitatis dignitate exigatur. Namq; Cardinales debent ha-
32 bere discretionis maturitatem, in hoc quòd vocantur *seniores*; nec non animi tranquillitatem, in hoc quòd describuntur *sedentes*: debent gaudere puritate vitæ, cum referantur *amicti stolis albis*, & demùm esse illustrati Sapientiæ claritate, ex hoc quòd dicuntur habere *coronas aureas*.

Io. Turrecrem.

Tertium verò tempus, videlicet, post factam
33 diuisionem Apostolorum in diuersas mundi partes, assignant eisdemmet Apostolis, vt tamen repræsentant statum Episcoporum, quorum non est habere curam vniuersalis Ecclesiæ, cum vt sic sint assumpti in partem sollicitudinis. cap. in nouo testam. distin. 21.& cap. quorum vices, distinctio. 68.

Ex quo facto colligitur, quòd ijdemmet Apostoli, qui primò inseruiebant sub statu, & condi-
34 tione assistendi in Regimen totius Ecclesiæ, transierunt quandoq, ad partem sollicitudinis in determinatis locis. Vndè, vt benè adnotat Mosconius lib. 1. cap. 5. de Maiestate militantis Ecclesiæ, ab initio non assumebantur in Collegio Cardinalium Episcopi, & primus Episcoporum, qui fuit assumptus ad Cardinalatum fuit Conradus
35 Sueuus Episcopus Moguntinus creatus ab Ale-
36 xan. III. de anno Domini 1163.& tamen vice versa aliqui Cardinales consecrabantur in Episcopos, & eo casu denominabantur à primo titulo cui erant incardinati; siquidèm talis denomina-
37 tio erat à loco, vt vult Bellarminus, quarè necessariò sequebatur, quòd non ampliùs tali vterentur titulo. de quo magis dicemus inferiùs. Sic namq; congruebat illo tempore omnibus consi-

Ibid. Moscon.

Bellar.

deratis.

Patet ergò ex his quomodo figuratum optimè correspondeat figuræ,& quòd aliud officium 38
est Apostoli, vt sic, aliud Episcopi. Quod Apostolus satis manifestasse videtur Eph.4. dum inquit. Eph. 4.
Vnicuiq; nostrum data est gratia secundùm mensuram donationis Christi, propter quod ascendens in altum dedit dona hominibus: & ipse dedit quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores. Vbi Lyranus exponens, ly. Aposto Lyran.
los, ait, videlicet, *duodecim ad ordinandum,& regendam Ecclesiam*. Per Pastores autem intelligit, 39
secundùm communem expositionem, ipsos Episcopos. Et sic patet, quòd officium Apostolatus, & Pastoris, siuè Episcopi, licèt vtrumq; diuersis temporibus per eosdemmet Apostolos fuerit exercitum, distinguuntur.

Non est tamen facienda vis in verbo Apostoli, quasi vtrumq; officium non conuenerit Apostolis. Nec subinferendum est, quòd Cardinales potiùs Apostoli essent nominandi, quàm quocumq; alio nomine, ex quo enim Apostolicam represen 40
tant Ecclesiam, vt illius Canonici cap. cum Clerici, extra de verborum significatione. & in Clem. ne Romani, de elect. Et quia referunt Apostolos in eo statu, quo Domino ante,& post resurrectionem astiterunt,& D. Petro post Domini ascensionem. Nàm Apostolico nomine carere debent, cum careant effectu Apostolorum; Apostolus enim idem quod missus interpretatur; quarè verè Apostoli missi sunt per orbem terrarum, vt dictum est, ad docendum, & prædicandam fidem, & sic iura Apostolatus plenè exercuerunt, munus Episcopale per seipsos exercentes, iuxta illud Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittan-* Rom.
tur? Hac namq; ratione Ecclesia Apostolica di- 10.
citur, non solùm quia viuit Apostolicis traditio- 41
nibus, sed etiam quia de cœlo missa esse ostenditur, vt declarat Ioannes in sua Apocalyp. cap. 1. Apoc.
dicens. *Vidi Ciuitatem Sanctam Hierusalem no-* 1.
uam descendentem de cœlo, à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Quia ergò Cardinales qui post Apostolos fuerunt non sunt ad prędicandum missi, non est cur hoc nomine gaudere debeant. Apostoli igitur vtrumq; munus exercuere diuersis temporibus, & vtrumq; clauditur in eo 42
nomine, ac eo Cardinales, qui munus, nimirùm assistendi tantùm exercent, non debent vocari Apostoli, licèt reuera statum Apostolorum repræsentent quando erant assistentes Christo, vel Petro, vt dictum est. Quod etiam fit manifestum ex dicto Apostoli Galat. 1. illis verbis. *Nec veni* Gal. 1
Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, quo dicto declarat duo; primo, quòd doctrinam, quam prædicabat habebat per reuelationem Iesu Christi, & sic non sibi opus erat, vt accederet ad Apostolos, qui prius crediderant, & adhuc erant Hierosolymis. Secundo manifestat quomodo adhuc Apostoli alij erant cum Petro exercentes officium assistendi,& consulendi,& vt sic faceretur

Radul. Cupers tur se illis esse subiectum. Ità Cupers. loco cit. ar. 1. nu. 74. & 75.

Stante igitur supradicta distinctione, quam fecimus de varia temporum diversitate secundùm quam varia exercuerunt ipsimet Apostoli officia, vt iam declarauimus; Ioan. à Turrecrem. lib. 1. cap. 80. suæ Summæ de Ecclesia, deducit plura correlaria notatu, & scitu digna.

43 Et primum est, quòd Apostoli primò fuerunt Cardinales, quàm Episcopi, quia prius exercuerunt Cardinalatus officium, quàm Episcopale. patet hoc, quia Apostoli priùs fuerunt in statu Apostolico per Christum instituti, quàm in pastorali, quia ante passionem fuerunt omnes Apostoli, sed

44 post passionem institutus est Petrus à Christo omnium Pastor, cum dictum est sibi. *Pasce oues meas* & tunc tantùm status Pastoralis est ordinatus in nouo testamento, cum priùs esset status Apostolicus.

Secundum corollarium est, quòd Apostoli prius fuerunt Cardinales Orbis, quàm Vrbis: nam

45 sicut Petrus prius fuit Papa Orbis, idest vniuersalis ecclesiæ, antequàm Episcopus Ecclesiæ Romanæ per singularem administrationem; sic & Apostoli prius fuerunt Cardinales, quàm aliquis fieret Cardinalis Romanus, siuè Vrbis. & in si-

46 gnum huius distinctionis in inuestitura Papatus dicitur Papæ. *Inuestio te de Papatu Romano, vt præsis Vrbi, & Orbi.* In vtraq; verò tàm Vrbis, quàm Orbis præsidentia assistunt Papæ Cardinales, tamquàm speciales eius coadiutores; propter quod tamquàm Senatores, Consules, atquè Patricij Vrbis esse censentur. vt in cap. Const. distinct. 96.

47 Tertium corollarium est, quòd Papa etiam cóuenienter numerat se inter Cardinales. vt inquit Archidiaconus in cap. Sacrosancta, distinct. 22. Vndè & Apostolicum se nominat, cum prius fuerit Petrus in Apostolico statu, vt patet. quarè Pe-

48 trus, suiq; successores vtrumq; retinent statum, Apostolicum nimirùm, & Episcopale: Cardinales verò Apostolicum tantùm. & insuper status Episcopalis succedit in ordine Hierarchico statui Apostolico, idest Cardinalium; nàm priùs Apostoli fuerunt Cardinales, idest Petri coadiutores, quàm Episcopi. idest, antequàm diuisi per diuersas mundi partes incederent.

Indè est, quòd Petrus Saluatoris sequens vestigia, postquàm Apostolos per vniuersum mūdum ad prædicandum misit, sibi socios, & cooperato-

49 res adiunxit *Linum, Cletum, Clementem,* & alios in administratione Summi Sacerdotij, ne solus in tàm arduo regimine remaneret.

Quod vt clariùs percipias, attendere debes, quòd omnes quidèm Apostoli ordinati fuerunt in Sacerdotes immediatè à Christo in vltima coe-

50 na, quando Christus eis dixit. *Hoc facite in meam*

Luc. 22 *commemorationem*; non tamen eos immediatè instituit in Episcopos, sed tantùm Petrum, quem Pastorem, & Episcopum Orbis, & Vrbis constituit, vt dictum est, quando post trinam interrogationem sibi dixit. *Pasce oues meas.* Vndè Chryso- D. Chrysost.
stom. super Act. Apostolorum, cap. primo, dicit. *Petrus à filio super omnes, qui filij sunt potestatem accipit, non vt Moyses in gente vna, sed in vniuerso Orbe dicente Domino ipsi. Pasce oues meas; inter oues istas, & illas non distinguens, sed vniuersas* 51
eius oues commendat. Hæc Chrysostom. A Petro
autem alij Apostoli Episcopi instituti sunt, vt 52
constat de Iacobo Alphæi in Hierosolymorum Episcopo consecrato. vndè necessariò dicendum est, quòd actus, seù officium Domino assistendi
præcesserit Episcopatum quasi quoddam dignius, ac eo priùs institutum, quādo ante passionem 53
Domino continuo obsequio fuerunt assistentes. Institutio autem præcedēs secundùm iuris dispositionem venit præferenda, vt patet cap. 1. de maior & obed.

Vt autem non solùm auctoritatibus, inductionibus, & exemplis, pro vt hactenus fecimus, hanc DD. Cardinalium institutionem, & originem demonstremus; quinimò validissimis rationibus illius necessitatem suadeamus, in hunc modum arguamus.

Si Moyses Domini iussu in executione sui principatus habuit consilium Sacerdotum Leuitici generis, & hoc fuit sibi necessarium; cur non ma-
gis D. Petro cui maior cura commissa erat? & 54
sicut Domini fuit prouidere pro humana redemptione; quarè D. Petrus pro redemptis non debuit imitari, peragere, & decernere omnia, & singula, quæ pro salute populi redempti Dominum operatum fuisse viderat? Licèt enim non constet Dominum iniunxisse Petro, vt sibi assistentes retineret, nihilominus viso quòd Dominus ità fecerit, & ipse facere debuit. Imò si diligenter inspi- 55
ciamus, sufficienter, & apertè illud indicasse apparet; nàm Matth. 16. à Christo sibi insinuatum Matth. 16.
est, quòd esset futurus fundamentum Ecclesiæ. & clariùs quando dictum est sibi. *Tu me sequere*, Ioan. 3. Equidèm his verbis, adiuncto Domini e- Io. 3.
xemplo in electione Apostolorum sibi assistentium, satis videtur à Domino expressum; plus enim exemplo, quàm verbis exprimimus. l. si tamen. ff. de ædil. edict. l. repetendum.

Imò Petrus magis promulgator huius Diuini ordinis, quam inuentor censendus est, tùm ex actione Moysis, quæ tamquàm in figura præcesserat, tùm ex Domini actione. Diuino namq; iure, idest Ecclesiastico persuademur Concilium errare non posse, cum sit Ecclesia. cap. à recta. cap. pudenda. 24. quæst. 1. & cap. maiores, extra de baptismo.

Quarè Giaconius de vita S. Higini Papæ, ait. Giaconius.
Nomen Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, licèt 56
non statim à principio fuerit Romanæ Ecclesiæ, sed progressu temporis ortum; munus tamen ipsorum semper extitit cum pontificia Sede coniunctum pō-
tificatus namq; citra opem, subsidium, et consilium 57
multorum

multorum administrari nequiuit vmquàm. Vnus enim haud poterat tantam solus molem, & pondus sustinere, quin in partem ministerij nonnullos idoneos adsciscere, quibus cum ardua negotia Ecclesiæ pro tempore occurrentia tractaret, & pensum, cuiq; laboris impertiretur. Tales fuerunt apud Petrum Apostolorum Principem, Linus, Cletus, Clemens, Anacletus & Marcus Euangelista, atq; alij permulti, qui pontificatus eius munia, & onus subierunt, & coadiutores, & consiliarij in regenda, & administranda fuere. Qui, licèt nomen Cardinalium tunc insuetum haud habuerint; munus tamen, & officium genuinum, quod nunc Cardinales exercent, proculdubio præstiterunt. Hæc ille.

Naturali etiam lege conuincimur, quòd à pluribus quæritur, faciliùs inuenitur. cap. de quibus. 20. distinct. & cap. prudentia, & cap. res, extra de officio delegati. quia per ampliores homines veritas magis manifesta redditur, & quod plurium testimonio comprobatur præualet attestationi
58 pauciorum. vt cap. in nostra, extra de testament. & cap. si testes. & ibi glo. 4 q. 2. & 3. Quarè dicendum, quòd D. Petrus sicùt Domini præcepto monitus non est veritus sequi Dominum, vsquè ad Crucem. cap. Beati. 29. q. 7. etiam placuit imitari congregando assistentes sibi, Redemptorem Dominum secutus: vt sicut in principis personam transierat: ità principis in omnibus (vt par erat) personam gereret. Nàm quia vidit Christum Dominum duodecim Apostolos instituisse, quorum vnus proditor abierat, sollicitus fuit de substituendo alium loco illius, & fuit substitutus Matthias,
59 vt patet Act. 1. Cur pariter dispersis Apostolis per vniuersum Orbem non debuit alios loco ipsorum idem Domini institutum tenere? Non certè erat ignotum Petro, quod fecerat Moyses, qui vni tantùm nationi præerat, nec quod fecerat Dominus; quarè non est dubitandum quin & ipse hoc præstiterit. Quinimò adeò zelator fuit, vt imitaretur pro posse in omnibus Dominum, quòd videns se electum à Domino, & ipse elegit successorem sibi Clementem, vt patet cap. Si Petrus. 8. q. 1. Nec obstat, quòd electio huiusmodi non fuerit sortita effectum, quia post D. Petrum fuit substitutus Linus, vt patet in albo Romanorum Pon
60 tificum; nam vt refert Archidiaconus in d. cap. Si Petrus, ipse Clemens pontificatus iura exercuit pro ea imminenti necessitate propter quem Petrus illum subrogauerat: nàm necessitas de illicito quandoq; licitum facit. Cessante tamen necessitate cessit Papatui, ne alijs hoc in exemplum ce
61 deret cum Ecclesiæ damno, & iactura: & sic fuit electus Linus. Et quia non dicitur venisse qui non stetit. cap. si quis. el primo. 18. distinct. & cap. rursus. 11. quæst. 3. Ita Cupers loco citato, art. 3. nume. 33. Verior tamen, & tutior opinio est, quòd D. Petrus exemplo Clementis voluerit insinuare quales debeant esse, qui assumuntur ad Summum Sacerdotij, & Pontificatus gradum. Ita Turrecremata in Summa. Sic tamen, quòd reliquerit Ecclesiæ electionem liberam, prout factum fuit.

Rodul. Cupers

Turrecrem.

Ex omnibus huc usq; deductis colligamus tria principalia esse officia Cardinalium. primum est commune cum Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus cæteris, omnes enim Cardinales funguntur, aut Episcopali, aut Presbyterali, aut Diaconali officio. Secundum officium est Summum Pontificem eligendi. Tertium eidem perpetuò assistendi ad consulendum, & cooperandum in omnibus. Ità verò comparantur huiusmodi officia, quòd licèt omnia antiquissima sint, & inchoata tempore Apostolorum, non tamen æquè antiquum est, quòd Cardinales concurrerent ad electionem Papæ: nàm à tempore Apostolorum per multos annos, imò etiam per aliquot sæcula, quia pauci erant Presbyteri, & Diaconi, omnes simùl ad electionem Episcopi, & ad Concilia vocabantur, 63
neq; fiebat tunc distinctio Cardinalium à nō Cardinalibus; quemadmodum etiam in alijs Ecclesijs extrà Vrbem non fiebat distinctio Canonicorum a non Canonicis in ordine ad Episcopi electionem. Vndè Cyprianus quoties scribit ad Romanum Clerum, non scribit ad solos Cardinales, sed ad omnes Presbyteros, & Diaconos Romanæ Ecclesiæ: similitèr cum illi Cypriano respondent, Presbyteri omnes, & Diaconi respondent. Deindè temporis successu, cum Cleri multitudo creuisset, omnes quidem ad electionem faciendam vocabantur, sed non omnes ad Concilium, sed tantùm principales, qui Romæ, & alijs quibusdam in locis Cardinales dicebantur, vt constat ex Synodo Gregorij lib. 4. Registri, cap. 88. postremo neq; ad Concilia, neq; ad electionem Pontificis omnes Clerici admissi sunt, eò quòd nimis multi essent; sed tantùm Cardinales.

D. Cyprian.

Huiusmodi ergò Cardinales duplici funguntur officio, vno Papa mortuo, altero eo viuente. 64
Vacante enim Sede illum eligunt, vt in c. vbi periculum, de elect. lib. 6. nec non illius resignationem recipiunt, vt in c. 1. de renunt. in 6. declarant Doctores.

Viuente autem Papa triplex illorum status cōsideratur, ex eo quod Papæ assistunt, consulunt, & cooperantur, indè assistentes, consiliarij, & cooperatores dicti sunt. Gloss. in cap. Ministerium, 65
de officio Archid. & cap. Fœlicis, de pœnitentia, in 6. Vndè Bernardus in epist. 88. dicit. *Nulli dubium quin ad vos specialitèr spectet tollere scandala de Regno Dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas.* & infra. *Agitur pro loco quem tenetis, pro dignitate qua potimini, pro potestate quam accepistis.* hæc ille.

Assistunt autem Papæ in Concistorio, in quo ille residet, & ardua negotia Ecclesiæ cum illo tractant, & determinant, iuraq; populo reddunt. 66
Non tamen sic intelligendum est, quòd Papæ assistant autorando, sed consulendo, & coadiuuando. Ita Abbas in Clem. ne Romani.

Abbas.

Cooperatores etiam Papæ sunt, ac eò specialia

lia officia committuntur; sicut Camerarij, Vicecancellarij, Summipœnitentiarij, Præfecti signa-
67 turæ gratiæ, & iustitiæ. Et hinc apparet, quàm dispar sit nunc eorum officium ab eo, quod habuerunt in initio: Siquidèm tùnc vacabant, vt gesta
68 Martyrum conscriberent, quòd illorum corpora intra cœmeteria reconderentur, vt sacra facerét in eorum Ecclesijs, vel coràm Summo Pontifice, quemadmodum, vt modò fit, pontificali, vel sacerdotali fungerentur officio. Hiero. Manfredus decis. 106. *Hiero. Manfr.*

Et vt breuitèr illorum officium recolamus, o-
69 missis alijs dicamus, quòd nulla maior dignitas est in toto mundo citrà Papalem, vt magis declarabimus capite, & puncto sequenti.

Hinc insuper deducimus quomodo, & qua ratione diuersi Cardinales sint instituti, quia (inquam) alij Episcopi, alij Presbyteri, alij Diaconi.
70 Episcopi representant Apostolos Petro assistentes post ascensionem Domini. Presbyteri septuaginta duos, qui fuerunt designati per vniuersum orbem mittendi. Diaconi, qui communi voto Apostolorum fuerunt approbati, vt patet Act. 6. & ex his componitur Senatus Apostolicus. Vndè & hic triplex ordo clarè refert qualitates totius Apostolici status. & sic sacer ille Senatus Cardinalium 16. q. 1. Ecclesia habet.

Nec offendit disparitas, vt alij ex eorum nu-
71 mero sint Episcopi, alij Presbyteri, alij Diaconi; quia sicut communi Cardinalium nomine esse reperiuntur: ità communi pariter voto animi constant, vel constare debent; licèt quoad Sacramentorum administrationem Episcopi Presbyteris, Presbyteri Diaconis sint insigniores. Hos namquè Cardinales tantifecit Apostolus, vt Heb. 10. *Heb. 10* insinuatur, de Ecclesiæ inseruientibus, vt exemplaria censeantur cœlestium. & ad Roman. 13. *Rom. 13.* demonstrat D. Gregor. & habetur cap. singula. 89. distinct. ibi. *Singula Ecclesiastici iuris officia singulis quibusq; personis sigillatim committi mādamus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autèm membra non eūdem actum habent: ità in Ecclesiæ corpore secundùm veridicam Pauli sententiam in vno eodemq; spirituali corpore conferendum hoc officium vni alij committendum est. Nec enim quantumlibet exercitatæ persona vno tempore duarum rerum officia sunt*
72 *committenda: quia si totum corpus oculus vbi auditus?* Hæc ille. Sunt igitur instituti à Deo originaliter DD. Cardinales ob bonū publicum suæ Ecclesiæ, & fidelium, creueruntquè numero, dignitate, & officio pro diuersitate, & necessitate temporum. Sacerquè est illorum Principatus, ac Senatus: officiumquè illorum semper necessarium; & magis nostris temporibus. Verùm de primo quæsito, ac consideratione satis, superquè dictum sit.

QVAESITI SECVNDI SVMMA.

1 *Nominis est in cognitionem ducere, & vndè dicatur nomen.*
2 *Cardinales à Cardine dicti eò quod pondus Ecclesia sustinent.*
3 *Nomen Cardinalis quandoq; Episcopis attributum & quomodo.*
4 *Episcopi Romam accedentes, minimè nomine Cardinalis gaudebant.*
5 *Incardinari aliquem Ecclesia erat eundem principalem in illa facere.*
6 *Ecclesia principales, vbi baptisma conficiebatur Cardinales vocabatur.*
7 *Cardinales à loco denominati, et quomodo dicti.*
8 *Episcopi, qua ratione quandoq; Cardinales nuncupati.*
9 *Circa Cardinalis nomen varia opiniones, qua conciliantur per Giacconium.*
10 *Cardinalis nomen ab Euaristo, & Higino Pontificibus incohatum, & à Syluestro renouatum.*
11 *Cardinalis nomen quandoq; à loco, Ecclesia, patrimonijs, & pradijs denominatum.*
12 *Tituli v.g. Equitij, Vestina, Pamachij, Lucina, &c. vndè orti, & quid.*
13 *Ordinari ad titulum, siuè beneficij, siuè patrimonij quid, & vndè deriuatum.*
14 *Cardinales plures sub eodem titulo quid, & quare dicti.*
15 *Titulis, siuè pradijs, vno, vel pluribus se sustētabant fideles quamdiù latitabant ob metum principum.*
16 *Cardinalibus tituli SS. Martyrum, & Confessorum adiecti & quomodo.*
17 *Cardinalium prima dignitas post Papam.*
18 *Giacconij Historia Pontificum commendantur, & qua rè.*
19 *Cardinalium numerus prafixus per constitutionem Sixti V.*
20 *Cardinalium Episcoporum numerus, & tituli.*
21 *Cardinalium Presbyterorum, & Diaconorum numerus.*
22 *Cardinalium potestas in suis Ecclesijs titulatis.*
23 *Cardinalium tituli, omnes, & singuli declarantur per ordinem.*
Cancellaria dignitas, & ratio aperitur.
24 *Cardinales in suis Ecclesijs habet iurisdictionem Episcopalem.*
25 *Cardinales Diaconi, quam atatem habere debent.*
26 *Cardinalibus nomina quatuor, vsq; ad tempora Syluestri.*
27 *Antecessores Apostolorum quarè, & quomodo aliqui dicti.*
28 *Consiliarij, & cooperatores Cardinales quando, & quomodo dicti.*

De Cardinalium Dignitate, Praeminentia, & Nomenclatura.

ACcedamus modo ad secundum Quæsitum, siuè fundamentum declarandum, quatenùs habeamus omnia, quæ opportuna, & necessaria sunt pro DD. Cardinalium dignitate, præeminentia, & nomenclatura, siuè denominatione manifestanda. licèt enim ex dictis facile sit benè disposito deducere; quod intendimus, attamen in gratiam addiscentiū plura adhuc superaddimus, quæ non erunt aspernanda.

Et quia nomen in rei cognitionem ducit; vt enim refert Archidiaconus in cap. dictum, 1. q. 1. *Nomen ab onoma Græca dictione deriuatur*. quæ Latinè idem, quod nomen importat. & cum sit, ac esse debeat rei consonum, vt alias ostendimus nomen à vocabuli ethimologia deriuans eius est virtutis, vt *veriloquium*, dicatur. Bartol. in l. 2. ff. de tut. Archidiaconus in cap. placuit. 16. quæstio. 1. *Archidiac.* 1

Hoc ergò nomen Cardinalis, cum à cardine sit sumptum, eam retinet significationem, quòd inter Ecclesiæ Prælatos polleant præeminentia; quia cum Papa iurisdictione præemineat omnibus Episcopis. cap. cuncta. 9. quæst. 3. reuera ipso cardinis officio fungi constat, ex quo regiminis pondus totius Ecclesiæ super eis sustineatur; quemadmodum domus tutela sustinetur in ianuis à cardine eas regente, adeò vt aggressorum impetus nihil præualeat aduersus eam. Et quamuis hoc Cardinalium nomen alijs Episcopis adscriberetur, ceù principalibus in eorum Ecclesijs: attamen nec fuit retentum hoc nomen ab eis, & ipsis transeuntibus ad alia loca, & ipsam nomenclaturam variabant, quia nimirùm cessante ratione, & causa principalitatis, non erat cur nomen ipsum retinerent. Nec enim Romæ existentes, vbi solus Papa est principalis, Cardinalis nomine vtebantur; quia Episcopi in partem sollicitudinis, non in vniuersale regimen assumpti sunt. 2. quæst. 6. cap. decreto. Hoc igitur nomen Cardinalis, si vocem ipsam spectemus, dicendum cum Baronio in suis Annalib. tomo 2. pag. 438. B. ibi enim loquens de Numidio Presbytero, inquit. *Credimus Cardinalem vocem incardinari aliquem Ecclesiæ significare*, scilicèt, *principalem facere in ea Ecclesia, in qua est ascriptus*, ex vsitato sermone D. Gregorij. Et Baronius loco citato existimat nomen Cardinalis primò impositum esse

esse loco, & à loco deriuatum ad personas. Dice-
6 bantur enim tituli Cardinales quædam Ecclesiæ principales, vbi baptisma conferebatur, & dicebantur Ecclesiæ, vel tituli cardinales ad differentiam aliorum locorum Sacrorum minus principalium. Indè autem presbyter, qui eam Ecclesiam regebat, presbyter Cardinalis dicebatur.
7 Et pari ratione Diaconiæ Cardinales erant loca quædam principalia in Vrbe distincta, iuxtà numerum Regionum, & qui in eis residebant Diaconi, dicebantur Cardinales Diaconi, ab Ecclesia, videlicet Cardinali quam tenebāt. Sic etiam postmodum dicti sunt Episcopatus Cardinales,
8 & indè Episcopi Cardinales sex illi, qui ad eligendum Pontificem conueniebant, & eidem Pōtifici à consilijs erant, præter cæteros orbis Christiani Episcopos. Quòd autem à loco cœperit
Concil. Meldēsi hoc nomen cognosci potest ex Concilio Meldensi can. 54. vbi sic legitur. *Vt titulos Cardinales in vrbibus, vel suburbijs constitutos, Episcopus*
Io. Diaconus. *canonicè ordinet, & disponat.* Item ex Ioan. Diacono in vita S. Gregor. lib. 3. cap. 11. vbi sic ait. *Cardinales violenter in parœcijs ordinatos forensibus in pristinum cardinem Gregorius reuocabat.* vbi Cardinem vocat Cardinalem titulum, siuè Ecclesiam.

Verùm quod attinet ad originem huius nominis, cum multi scribentes in hac materia inter
9 seipsos dissideant, quasi nescientes accommodare diuersa diuersis, prout variè succedebant; ex cuius diuersitatis consideratione pro diuersitate temporum, & occasionum reuera omnes soluuntur difficultates: adducam verba prænominati
Giacon. Giaconij in vita S Higini, vt supra, ex quibus mihi videntur solui omnes difficultates, & insuper haberi responsionem, siuè conciliationem inter ea, quæ contradicere videntur. Inquit ergò.

Origo igitur vera Cardinalium ex antiquis curatoribus seù capitibus Regionum Vrbis Romæ pri-
10 *mitùs desumpta, & ab Euaristo, & Higino Sanctissimis Pontificibus inchoata, & à Beato Syluestro non tàm instituta, quàm renouata. Cæterùm factum est, succedentibus alijs post Euaristum, & Higinum temporibus vt se non amplius à Regionibus quibus præerant; sed passim ab Ecclesijs, & patrimonijs Ecclesiæ à pijs viris, & matronis poten-*
11 *tioribus in subsidium Presbyterorum, & Diaconorum legatis, discriminis se causa nuncuparent. Ex collationibus namq; & legatis virorum, ac piarum & potentiùm matronarum non solùm comperimus Ecclesiam Romanam fuisse ditatam, vt & Ammianus Marcellinus Ethnicus attestatur; verùm etiam Presbyteros, & Diaconos Cardinales suos titulos adeptos, vt quisq; in talibus domibus donatis habitabat, vel prædijs, aut alijs facultatibus relictis fruebatur. Hinc tituli orti Equitij, Vesti-*
12 *na, Pammachij, Lucina, Iulij, & Calisti, Damasi Papæ, Pastoris, Eudoxia, Emilianæ, Crescentianæ, Fasciola, Tigrida. Tituli autem huiusmodi nihil aliud erant, quàm redditus, vel prouentus ex villis, prædijs, fundis, aut agris à pijs, siuè viris, siuè fœminis ad alendos Ecclesiæ ministros relicti. In qua significatione dicitur quemquam ad titulum, siuè beneficij, siuè patrimonij ordinari, hoc est ad* 13
redditus, qui vel ex beneficio, vel ex patrimonio percipiuntur, in sustentationem ordinandi. Quando autem prouentus legatorum copiosi erant, & opulenti, tunc non vnus Cardinalis, sed duo, vel
tres præficiebantur; Titulo namq; Iulij vnico, tres 14
se Cardinales subscribunt, Paulus, Marcellinus, & Septimius. Titulo Equitij totidem, Fœlix, Sebastianus, & Adeodatus. Titulo Marcelli, Timotheus, & Venantius. Titulo Vizanthis duo Agatho, & Asellus. Huiusmodi autem forma tamdiù obseruata quamdiù Christiani intra cæmeteria, & occulta loca se abdebant Sacramenta ministraturi Baptis- 15
mi, & Eucharistiæ ob metum Principum, & Sacerdotum Gentilium, qui eos inquirebant, & morte etiam mulctabant. Postquàm autem Ecclesia sub principibus Christianis cœpit libertate frui, & templa publica in suis titulis, vel domibus legatis ædificari; tunc primum Cardinales titulis etiam SS. Martyrum, & Confessorum nomina adiecerunt
ità se subscribentes; Laurentius presbyter Cardi- 16
nalis S. Syluestri in Exquilijs titulo Equitij. Ioannes presbyter Cardinalis SS. Vitalis, Geruasij, & Prothasij titulo Vestina. Et sic de singulis qui ordo deinceps seruatus est. Hac autem vera est origo, & progressus Cardinalium, qui ad tantum splendorem, & auctoritatem peruenerunt, vt prima dignitas post Pontificiam habeatur, vt potè qui soli
nunc Papam creent, & ex illorum fermè collegio 17
eligendus assumatur. Hęc Giaconius. Cui credendum est, & quia vltimus Scriptor, & quia vidit omnes Scriptores antiquos, nullum prætermittendo. vndè in signum, non ipse, sed alij in lucem opus ipsum dederunt post multos labores mor- 18
te præuentus: ità tamen, quòd per quatuordecim annos continuos laborauerit. & reuera sic principales difficultates soluuntur circa hanc materiam excitatæ.

Et quia Cardinalium triplex est gradus, vt dictum est; quidam enim sunt Cardinales Episcopi, quidam Cardinales Presbyteri, & quidam Cardinales Diaconi, quorum numerus habuit va-
rietatem secundùm diuersitatem temporum, vt 19
videre est in historijs. Demùm Sixtus Quintus in Sixtus V.
Constitutione sua 50 quæ incipit, *Postquam verus*. in Bullario parte vltima, numerum præfiniuit, ne vllo vnquàm tempore vltra septuaginta esse possint. & hoc de consilio Cardinalium, imitans figuram septuaginta senum, quibus Deus auferens de spiritu, qui erat in Moyse dedit, vt sibi essent in regimine coadiutores, vt patet in lib. Num. cap. 11. horum ergò septuaginta Cardinalium sex sunt episcopi, licèt olim essent se-
ptem, videlicet, Ostiensis vnitus cum Velletren- 20
si, qui primus est in ordine, & dignitate præcedens omnes, & immediatè sequitur Papam. quod habuit ex priuilegio ecclesiæ Ostien. quia conse-

erat Papam, & vngit Imperatorem. Abbas in
Bartho. cap. Antiqua, lib. 6. de priuilegijs. Cassaneus in
Cassan. Catalogo glor. mundi, parte 4. consider. 12. ver-
sic. & aduerte. cap. cum venerabilis. de consuetu-
dine. &c.

Secundus est Portuensis, & S. Ruffinæ ob mar
tyrium, quod Ruffina in eodem loco passa fuit:
& secundùm obtinet locum. Tertius Tusculanen
sis. Sabinensis quartus. Prænestensis quintus, &
Albanensis sextus. Sic habes in Bullario Constit.
56. eiusdem Sixti Quinti. & sunt immediatè sub
Romano Pontifice, & non sunt in alia Prouin-
cia. & insuper secundùm anterioritatem creatio-
nis illorum, & ordinis sacerdotalis susceptio-
nem optantur inter præsentes in curia, quia in
optione absentes pro mortuis habentur, nisi ex
causa publica absentes, & extra Romanam Cù-
riam fuerint destinati. vt in Constit. Papæ Pauli
Quarti in Bull. Rom. cap. 8. & Ostiensi, qui Deca
nus existit præcipuus honor tribuitur. Habentq;
in eorum Episcopatibus ordinariam iurisdictio-
nem cum beneficiorum collatione.

Secundus gradus est Presbyterorum, quorum
21 numerus ad summum quinquaginta fuit stabili-
tus. vt in eadem Constitutione 50. Sixti V.

Tertius est Diaconorum, qui vltrà quatuorde
cim esse non possunt, vt in dicta Constitut. 50.

Singulis autem singulæ Ecclesiæ pro titulo
Cardinalatus a Papa conferuntur, & si Ecclesiæ
sunt collegiatæ, vel alia habent beneficia, ad eo-
rum collationem, quocumq; tempore, & quouis
22 modo vacent, ab ipsis Cardinalibus titularibus
personis sibi benè visis conferri possunt; quacun-
què reseruatione non obstante; quia in beneficijs
ab Ecclesijs Cardinalium dependentibus nulla
cadit reseruatio. cum Cardinales sub regulis Can
Felyn. cellariæ non comprehendantur. vt per Fel. in c.
in eos, nu. 2. de hær.

Quinquaginta verò Presbyteris Cardinalibus
qui secundùm ordinem constituunt, pluribus an-
23 tiquis titulis reformatis fuerunt pro titulis assi-
gnatæ Ecclesiæ, videlicet, Sanctæ Crucis in Hie-
rusalem. SS. Marcellini, & Petri. SS. Quatuor Co
ronatorum. SS. Ioan. & Pauli. S. Anastasiæ. S. Sa-
binæ. S. Stephani in Celio monte. S. Clementis.
SS. Nerei, & Archilæi. S. Susannæ. S. Pudentianæ.
S. Sixti. S. Petri ad Vincula. S. Martini in monti-
bus. S. Eusebij. S. Priscę. S. Vitalis. S. Marci. S. Mar
celli. S. Laurentij in Lucina. Basilicæ duodecim
Apostolorum. S. Laurentij in Damaso, quæ San-
ctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario pro tem-
pore existenti perpetuo concessa, & assignata est
ob reuerentiam D. Laurentij, in cuius ædibus po-
sita est Cancellaria. est autèm Cancellaria, ceù
organum Summi Pontificis, eò quòd ex ea qua-
lis fuerit mens illius optimè colligitur. Nuncupa
tur etiam stylus Romanæ Curiæ in omnibus cau-
sis, tàm spiritualibus, quàm temporalibus, & in
executione Apostolicarum litterarum idem Vi-
cecancellarius dicitur Iudex, quia dat formam
in omnibus expeditionibus. & appellatur nomi-
ne diminuto non Cancellarius, sed Vicecancella
rius, quia secundùm quosdam volebat in iurisdi-
ctione Regularum Cancellariæ contendere cum
Papa; quarè præcipuus Cancellarius est Papa,
cum ipse solus dictas regulas ordinet, statuat, au-
geat, & minuat pro libito: & sic in reuerentiam Pa
pæ Vicecancellarius tantùm nominatur.

Alij tituli sunt S. Sabinæ, S. Ceciliæ, S. Chriso-
goni, S. Praxedis, S. Mariæ Transtyberim, SS.
Quirici, & Iulitæ, S. Ioannis ante portam Lati-
nam, S. Agnetis in Agone, S. Laurentij in Palis-
perna, S. Thomæ in Parione, S. Syluestri in cam-
po Martio, S. Pancratij, S. Bartholomæi in Insu-
la, S. Matthæi in Merulana, S. Mariæ in Aracœli,
S. Mariæ in Via, S. Mariæ super Mineruam, S. Ma
riæ Angelorum in Thermis, S. Hieronymi Illyri-
corum, S. Honofrij in Ianiculo, S. Augustini, S.
Mariæ de Populo, S. Alexij in Arucentino, S. Bla
sij de Annulo, S. Mariæ de Pace, S. Saluatoris de
Lauro, S. Petri in monte Aureo, Sanctissimæ Tri-
nitatis in monte Pincio, & Sanctæ Mariæ Trās-
pontinæ.

Quatuordecim Diaconis Cardinalibus, q. ter-
tiū Cardinaliū ordinē tenent, fuerunt pro titulis
applicatæ Ecclesiæ, videlicet, S. Mariæ in Acqui-
no, S. Mariæ in Cosmeslin, SS. Cosmæ, & Damia-
ni, S. Mariæ Nouæ, S. Adriani, S. Mariæ in Via la-
ta, S. Mariæ in Porticu, S. Angeli in Foro pisca-
rio, S. Nicolai in carcere Tulliano, S. Mariæ in
Dominica, S. Eustachij, S. Viti in Maello, S. Aga-
thæ, & S. Georgij ad Vellatrum. vt in litteris e-
iusdem Sixti in eodem Bulla, c. 56. parte vltima.
In dictis autem titulis, alijsq; Ecclesijs sibi subie- 24
ctis Cardinales habent iurisdictionem Episcopa
lem, cap. hisq;, de maiorit. & obedien. & in Car-
dinalium promotione omnium Christianitatis
nationum ratio debet haberi. Concil. Trident. in
cap. 1. §. ea verò omnia, de reformat. sessio. 24. &
Sixtus Quintus in eadem Constit. 50. §. primum
igitur, & §. vt autem ipsi, in Bull. parte vltima.
sed nullus in Diaconum Cardinalem assumi po-
test, nisi saltem in vigesimo secundo suæ ætatis
anno fuerit constitutus: ità vt omninò intra an- 25
num ad sacrum Diaconatus ordinem valeat, &
debeat promoueri.

Hæc de titulis ipsorum. Nunc redeamus ad no
men Cardinalatus. Quatuor in vniuersum repe-
riuntur nomina, quibus ipsi DD. Cardinales ap-
pellati sunt, vsq; ad tempora sancti Syluestri; & 26
vt plurimùm sumebant denominationes ab eo-
rum officijs.

Primo ergò, & antiquiori nomine Sacerdo-
tum Leuitici generis sunt nuncupati, vt est text.
cap. per venerabilem, ext. qui fil. sint legit. quod
ex auctoritate veteris testamenti sumptum est,
vt latè demonstrauimus in primo capite huius
quæsiti.

Secundo aliqui ex nouo testamento vocarunt
illos, antecessores Apostolorum; ducti illa aucto- 27
ritate

ritate D. Pauli Galat. 1. quam paulò ante declarauimus: Neq; abij ad antecessores meos Apostolos. Ità Hieronymus Manfredus. sed certè hoc nomen potuit conuenire tantùm Lino, & Cleto, & alijs supranominatis, qui substituti sunt loco Apostolorum post illorum diuisionem per mundi diuersas partes: tunc enim asciuit sibi Petrus supradictos loco illorum quasi Apostolos repræsentantes. nec vlteriùs fuit hoc nomen extensum nec alitèr constare potest.

Tertio, Consiliarij fuerunt appellati, vt legi-
28 tur tempore Syluestri primi, qui in Ecclesia quinquaginta tres viros instituit, quibus Cardinalium officia demandauit, & Consiliarios appellauit. Ità etiam Gregorius in cap. Ecclesiasticis. 12. q. 2 Pelagius Papa in cap. Parochia. 16. quæstio. 1. & cap. conuenientibus. 1. quæst. 7. §. his ità. postmodum cooperatores, & coadiutores fuerunt nuncupati. vt in cap. fundamenta. de elect. in 6. dum dicitur. *Decet namq́; ipsi Romano Pontifici per fratres suos Ecclesiæ Romanæ Cardinales, qui sibi coadiutores existunt*, &c.

Vltimò, Cardinales dicti sunt: & tamquàm præcipuum, & excellentius hoc nomen retinuerunt;
29 Manfr. & vt inquit Manfredus decisio. 78. designat eorum præeminentiam, & eorum nobile describit officium. siuè autem origo talis nominis fuerit à loco, & indè deductum ad personas, vt vult Bellarm. siuè fuerit denominatio à persona, quæ erat principalis in loco, vt putà quando plures erant Presbyteri in eadem Ecclesia, principalis diceba tur Presbyter Cardinalis, & vbi plures Diaconi, primus eorum dicebatur Cardinalis Diaconus,
Pannu. vt tenet Pannuinus in suo tractat. de interpreta. vocum, siuè quouis alio dictorum modorum secundùm mentem Giaconij: hoc enim nihil refert ad nostrum intentum; aliud enim est loqui de nominis impositione secundùm id à quo nomen imponitur, aliud secundùm id ad quod significandum ipsum nomen impositum est: Constat autem, quòd hoc nomen impositum est ad significandam præcipuam dignitatem, quæ sit in mundo post Papam.

Et quia vt paulò ante dicebamus, *nomen tantò magis debetur rei, quantò rei nuncupatæ consonum ampliùs dignoscitur*. cap. cleros. 21. dist. & cap. si cupis. 16. q. 1. Cum igitùr constet in Ecclesia Cardinales primos Sacerdotum aliorum partes retinere; quia cum Papa vniuersæ præsunt Ecclesiæ, eundemq; eligunt; & ex eorum gremio eligitur, ab eisq; eidem electo assistitur, sequitur vt ex concurrenti tot causarum multiplici iure
30 vnicuiq; innotescat hos ipsos in quibus hæc iura sunt permanentia, præ cæteris principali aliquo nomine congruenti esse nuncupandos. vndè quia Cardinalis nomen, attentis, præmissis, naturali ratione conuenientius visum fuit illorum dignitati, & ideò ità vt præfertur Cardinales nuncupantur, cum nil deficiat quominus ità sint nuncupandi, argumen. cap. nullus. 17. distinct. Quod vt adhuc magis clarescat ad iam dicta alia superaddamus.

Cardo, vt benè notat Catholicon, dicitur illud in quo malus ostij firmatur in claudendo, & aperiendo. Vndè dicitur Prouer. 16. *Sicut ostium vertitur in Cardine, sic piger in lecto*. & dicitur cardo à cardiam, quod est cor; quia sicut cor hominem mouet, & regit: ità illud mouet, & regit ianuam. & propter hoc etiam quatuor virtutes dicuntur cardinales, quia per eas vertitur cor humanum, vt claudatur vitijs, & aperiatur virtutibus; quæ virtutes permaximè debent in Cardinalibus relucere, inhærentes firmiter ostio, quod est Christus, vt dicitur Ioan. cap. 10. *Ego sum ostium*. ac etiam Papæ, qui est Vicarius Christi; vt per consilia, & sancta opera eorum aperiatur fidelibus regnum cœlorum. Qua ratione eis adaptatur illa Sacræ Scripturæ sententia, quæ habetur 1. Regum 2. *Domini enim sunt cardines terræ, & firmauit super eos orbem*. Quam sententiam Turrecrem. & ferè omnes supracitati Doctores declarant, insinuando per illam officium, eminentiam, & dignitatem Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod etiam nos præstare intendimus, quibusdam alijs adiunctis pro maiori vtilitate legentium.

[Margin: Cath. cl. — 31 Prou. 16. — Io. 10. — 1. Reg. 2. — 32]

Primo ergò dicitur in hac sententia, quòd *Domini sunt cardines terræ*. per quod declaratur eorum institutio, quia non humana adinuentione, nec casu, sed consilio diuino, & Dei voluntate 33
pro communi regimine totius Ecclesiæ instituti sunt; vt vel sic dignoscatur, quia opus Domini sunt. *Domini* ergo *sunt*, quia habita ratione Collegij Apostolici à Domino ipso conditi, & instituti, tùm in principatu Moysis quoad figuram; tùm etiam quatenùs Apostolatus fuit eidem Domino assistens quoad veritatem, non secùs quàm ex Concilio Lateranensi in cap. per venerab. extra qui fil. sint legit. §. rationibus demonstratur.
Est enim Cardinalium status à Christo solo originaliter, & primordialiter institutus. cum namquè Christus Ecclesiam suam Sponsam varijs statibus, officijs, & gradibus, tamquàm splendentibus monilibus decorauerit, & miro ordine distinxerit, iuxtà illud Ephes. 4. *Alios dedit Apostolos, alios Doctores, &c.* optimè hinc cognoscimus, quòd hæc statuum, officiorum, & graduum, quibus Hierarchicè distincta est Ecclesia non ab humana dispositione principalitèr, sed ab ipso Christo Ecclesiæ capite, fundatore, atq; ordinatore ortum habet; & per consequens, quòd DD. Cardinalium status post Papalem ad ordinem hierarchicum Ecclesiæ ex institutione diuina pertinet, cum ipsi (quantum ad hunc statum) statui Apostolico immediatè succedant, quod Psal. præmonuit, dicens. *Deus in domibus eius*, idest in gradibus suis, videlicet, mirabili distinctione graduum *cognoscetur*.

[Margin: 34 — Eph. 4. — 35 — Ps. 47]

Additur, *Terræ*. Vbi Cardinalium iura ad vniuersi Christiani orbis curam extendi innuitur; 36
quia

V 3

quia sicut Papa est orbis Episcopus iuxtà Calcedonensis Concilij acclamationem ad Leonem Papam, ibi. *Sanctissimus, Apostolicus, & Oecumenicus*, idest vniuersalis *Patriarcha vibrat*, Attento quòd dictio hæc, *terra*, referatur ad homines, quorum incolatus est in terra patria communi; non certe ad terram elementum est hoc referendum: neque enim aliquid refert in tali significato. Verba namquè sunt interpretanda ad intellectum validum, & ad personas, de quibus exprimitur secundum eorum conditionem. Quarè sicut Papa reperitur Episcopus, & Pastor totius orbis terrarum sequitur, vt Cardinales velùt cum Papa comministrantes, cardinum munere fungantur ergà mortales ad animarum salutem perquirendam, quia sunt coadiutores Papæ in executione sacerdotalis officij. Et ità verificatur sensus verborum. *Domini sunt cardines terræ*.

Item, *Domini sunt*, idest esse debent amici singulares per vitæ perfectionem, vt sicut præcellunt alios in dignitate, ità excellant in sanctitate. Quas autem virtutes debeant habere ponit
37 D. Bernard. ad Eugenium Tertium, dicens. *Veniamus ad collaterales tuos, & coadiutores, hi seduli tibi ij intimi sunt. Quamobrem si boni sunt tibi potissimum sunt, & si mali aquè plùs tibi. Ne te dixeris sanum dolentem latera.* hoc est, *ne te dixeris bonum malis innitentem.* Verùm de bonitate, & perfectione Cardinalium erit in sequentibus sermo. (D.Bern.)

Per terram igitur vniuersam Ecclesiam intelligimus, de qua Ecclesiast. 1. dicitur. *Terra autem in æternum stat*. & propter bonorum operum multiplicem fertilitatem. Genes. 1. *Germinet terra herbam virentem, &c.* & propter sui humilitatem. *Cælum sursum, & terra deorsum*, ab omnibus conculcata, & subdita influxui cœlorum. cardines huius terræ sunt Cardinales, quia sicut in cardine vertitur totum ostium, ita in Cardinalibus vertùntur negotia consiliabilia Ecclesiæ, vel mundi. Adsunt Papæ, vt familiares, & consiliarij; ostendunt Papę diuersas vias super negotijs propositis super quibus consilium vult accipere, & postea ad ipsum Papam referunt pro diffinitione & determinatione. Ità D. Antonin. loco citato, cap. 1. (Eccl. 1. Prouer. 25. D. Anton.)

Vel secundum Aluarum, cardines dicuntur,
38 quia sicut ostium præest, & cardo subest: ità Papa præest, & Cardinales subsunt. sacer ergò ille Senatus Cardinalium. 16. q. 1. Ecclesia habet. à cardine nomen accepit, quasi se regant, & alios, 12. q. 1. duo sunt. (Aluar.)

Et posuit super eos orbem, idest mundum, iuxtà illud Psalm. 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ*, idest, mundi, *verba eorum*, vel *cælos*, quia per Ecclesiam, quam ipsi cum Papa regunt, peruenitur ad cœlos. Quibus verbis secundùm Turrecrema. ostenditur Cardinalium vniuersalis vtilitas, & auctoritas. Auctoritas nam
39 què DD. Cardinalium, non respicit tantùm Diœcesim vnam, aut prouinciam, sed vniuersum orbem, iuxtà verbum D. Gregor. cap. Decreto. 2. q. 6. Alij autem prælati assumpti sunt in partem sollicitudinis, isti verò in adiutorium gubernationis totius orbis. Vndè de illis conuenientissimè accipiendum venit illud Psalm. 44. *Pro patribus tuis* 40
nati sunt tibi filij, &c. idest, loco Apostolorum suppositi sunt Cardinales, qui sunt cōstituti principes mundi, & super omnem terram. Vndè Bernard. lib. 2. de consideratione ad Eugenium. *Hi quoq;, qui continuò tibi assistunt seniores populi, orbis iudices*. & secundùm August. de Ancona in lib. de potestate Ecclesiæ. *Cardinales assistunt Papa, sicut Apostoli Christo*. & sicut Apostoli sunt nuncupati Christi fratres, iuxta illud Psalm. 21. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* & principes *Constitues eos principes*. Ità Cardinales instituun-
tur in fratres Papæ, & principes mundi. Vndè 41
quando Papa facit aliquos Cardinales insignit eos duplici dignitate, dicens eis. *Estote fratres mei, & principes mundi.* (Ps. 18. Turrecrem. D. Bern. D. August. de Ancon. Ps. 21. Ps. 44.)

Et quamuis etiam Episcopi succedant loco Apostolorum, alio tamen modo, quàm Cardinales. Apostoli enim duplici modo se habuerunt ad Christum, vno modo vt ei præsentialiter assistentes, sicut fuit ante passionem, & ascensionem, vt
dictum est. secundo modo, vt missi ex præcepto 42
eius per orbem. quod fuit post aduentum Spiritus Sancti, quando dispersi per orbem diuiserunt se, accipiendo vnusquisquè Prouinciam, vel Regnum in sortem suæ prædicationis. Cardinales verò repręsentant Apostolos secundùm primum modum tantùm. & Episcopi secundum modum, sicut superiùs dicebamus.

Imaginandum quippè est, quòd sicut in Hie-
rarchia cœlesti aliqui sunt assistentes, alij missi 43
frequenter ad nos: ità nostra Ecclesiastica Hierarchia aliquos habet assistentes, vt Cardinales, aliquos Missos, vt sunt Episcopi. & quamuis communi lege hoc verum sit; tamen suborta causa non tollitur, quin Cardinales aliquando mittantur vt legati: & aliqui etiam Episcopi vocati, quandoque à Papa sint ei assistentes; sicut etiam Angeli assistentes aliquando mittuntur. Vndè Isa. 6. dicitur. *Volauit ad eum vnus de Seraphim, qui purgauit labia sua*. Seraphim autem est de ordine assistentium. & aliqui volunt, quòd Angelus missus ad Virginem fuerit de hoc ordine, & Apostoli non semper astiterunt Christo, sed vt Episcopi ministrantes in alijs actibus. (Isa. 6.)

Quomodocumquè autem, & qualitercumquè
mittantur alicubi Cardinales pro negotijs reti- 44
nent suum nomen, idest, semper dicuntur, & sunt Cardinales; nec suam, vel amittunt, vel minuunt principalitatem; & eo casu dicuntur Legati a la-
tere. Nam tria sunt genera Legatorum, quidam
dicuntur de latere, quidam missi, & quidam nati. 45
Legati de latere appellantur Cardinales, quia pars dicuntur corporis Papæ, vt omnes asserunt Doctor. scribentes in hac materia. & quod de latere

tere dicantur patet in cap. Eccleſia Senatum habet.16.q.19 & Abbas in cap.1.de off.deleg.cum enim ad Sedem Apoſtolicam non ſolum Vrbis negotia deferantur,ſed & totius orbis tamquàm flumina ad mare, ideò his exiſtentibus cauſis arduis, quæ de facili minori auctoritate expediri non poſſent, legati ad illam prouinciam, vel Regnum auctoritate Apoſtolica deſtinantur: illiſq; legatio committitur,qui & fidelitate,& experiētia,necnon gerendorum negotiorum ſciētia ſint
46 experti,& vices Papæ gerunt in loco commiſſo, & eiſdem honor,ſicut Papæ eſt exhibendus. glo. 2.in cap.qua de cauſa. 2.qu.4. & ordinarijs prouinciæ æquiparantur.cap.1.nouit.de iud.& ſumpſerunt originem ab antiquis proconſulibus Romanis, qui ad gubernandas prouincias populo Romano ſubiectas mittebantur, quia vices con-
47 ſulum gerebant. Ità & Papæ legati de latere dicuntur.vt in cap.legatos.de off.legati.lib.6. Aliquando tamen mittuntur pro aliquo tantùm particulari negotio.

48 Legati miſſi ſunt, qui communiter dicuntur nuntij,qui non ſunt Cardinales:& habent auctoritatem,& iuriſdictionem, prout illis committitur,& demandatur. Nàm hodiè neque legati à latere habent omnimodam auctoritatem,ſed ſecūdùm quod illis limitatur. Legati demùm nati dicuntur,qui habent legationis officium vigore di-
49 gnitatum ex priuilegio Apoſtolico indultum, vt Epiſcopus Cantuarienſis,& Eboracen.in Anglia Remen.in Francia,& in Italia Epiſcopus Piſarū, cap.1.de off.legati.

Verùm qui ſunt à latere extra Vrbem vtuntur
50 inſignibus,quæ illis tantùm conueniunt, ſicut eſt benedicere,& deferre Crucem ante illum;in cæteris autem legatis non Cardinalibus talia non conceduntur; ſed ſolùm eorum inſignia ſunt veſtes rubei coloris, frœnum, & calcaria deaurata. Abbas in cap.antiqua,de priuil.& cap.excommunicamus,de off.legati.§.ſupereſt. tenentq; legati à latere loca Apoſtolorum, & ipſius Pontificis perſonam repreſentant.

Cum igitur Dominus poſuerit ſuper eos orbem,habeantq; principalitatem in nomine, offi-
51 cio,& dignitate; ſintq; vnum cum Papa in vniuerſali regimine totius Eccleſiæ: non dubitandum, quin antecellant Epiſcopos. quia cum Papa regunt totum orbem.cap.Decreto.2.quæſt.6. comparanturq; ad Epiſcopos tamquàm regentes illorum, & iudices. *maioris autem dignitatis eſt, qui iudicat, quàm qui iudicatur*. cap.inferior.diſ. 32.& huius figura præceſſiſſe videtur. conſtat enim Sanctum Moyſem, cuius figura repreſentatur in Papa, Aaron ſacerdotem,quo refertur ordo Epiſcopalis,conſecraſſe,vt ſibi inferiorem,ac inſtruxiſſe non ſecus,quam videamus Papam regere Epiſcopos. cap.inter hæc.de pœnitent. diſtinct.3.

Nec his refragatur; Epiſcopos referri ſub nomine principum, ex quo Apoſtolorum loco ſucceſſerunt. cap.quorum vices.diſt.68. quia D.Petrus fuit Apoſtolorum princeps, & ſic ipſorum principum caput, Ioan.1. *Tu vocaberis Cephas*, Io.1.
quod *interpretatur caput*.cap.Sacroſancta.22.diſtinct.Quarè licèt omnes eſſent Apoſtoli, tamen Petro conceſſum eſt,vt omnibus præeſſet;Cardinales autem cum Papa vnum ſunt, & idem cor- 52
pus.cap.Fœlicis,de pœnitent.in6.Retento enim ritu Apoſtolicæ veritatis tempore ſurgentis Eccleſiæ, ſecundùm illud Act.1. *Erat multitudinis* Act. 1.
cor vnum, & anima vna. Vndè & ratione qua ſunt vnum, & ratione vniuerſalioris adminiſtrationis,& ratione qua illos iudicant,& non è conuerſo,omninò dicendum, quòd ſint maiores Car- 53
dinales,ſiuè epiſcopi,ſiuè presbyteri, ſiuè diaconi,ipſis epiſcopis non Cardinalibus. Vt enim Archidiaconus maior eſt Archipresbytero iuriſdictione,licèt non ordine;ità quicumquè Cardinalis etiam non epiſcopus quocumq; epiſcopo maior eſt auctoritate,& iuriſdictione. Qui autem maiori onere grauatur, & maiori dignitatis priuilegio ornatus cenſetur; vt patet in Patriarcha, vel primatu reſpectu Archiepiſcopi,& Archiepiſcopi reſpectu epiſcopi,&c.

& per hanc eandem rationem dicendum pariter,quòd maiores ſint primatibus,Patriarchis,& 54
Archiepiſcopis; cum iſti diſtinguantur tantùm penes iuriſdictionem maiorem, vel minorem. Nec aliqua illarum æquiparari poteſt iuriſdictioni Cardinalium, qui (vt pluries dictum eſt) ſunt vnum cum Papa in iudicando, & diſponendo orbem terrarum.

Hac eadem prorſus ratione conuincimur illos maiores eſſe quacumquè auctoritate temporali, cum ad ipſos vnà cum Papa ſpectet eoſdem do- 55
cere,& de ſpiritualibus inſtruere. quod officium ſacerdotum eſt præcipuorum, maximè Cardinalium. Quarè comparantur ad Reges,& principes tamquàm erga eos magiſtratum habentes. cap. quis dubitet.diſt.96.Neceſſe eſt enim terrena diuinis ſupponi.cap.ſuſcipitis.diſt.10. Cardinales enim tamquàm eccleſiam referentes, maiora iudicia exercent,quàm à terrenis principibus exerceantur,vt inſinuat Apoſtolus 1. Corinth.6. Vbi 1. Cor.
non ſolùm iudicaturos homines, ſed & Angelos 6.
docet. pro quo facit cap.92. præſulatus. 15.q.7. ibi Gloſſa,in verbo cœleſti,vbi dicitur,quòd *Cardinales aſſiſtunt Papæ verbo, & conſilio iure diuino*, vt in cap per venerabilem. ſæpius allegato. cum enim duplicem clauem Chriſtus commiſerit Petro,poteſtatis,ſcilicet,& diſcretionis, vt in 56
ſecunda Papa roboretur debet vti Cardinalium conſilio,iuxta illud D.Bernardi de conſiderat.ad D.Bern.
Eugenium. *Hi quoquè qui tibi continuo aſſiſtunt ſeniores populi,orbis iudices*.& deinceps inſinuans qui in Senatores ſint ſumendi ait. *Sapientis conſi-* Eccl.32
lium eſt, omnia cum conſilio facere, & in fine non pœnitebis. & hoc tibi perſuade, eos qui aſſumendi ſunt difficile in curia poſſe probari; & ideò ſi fieri poteſt, viros probatos oportet eligi, & non probandos:

dos: & ità quærendi sunt quibus, nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vtpotè iam probati. hæc ille.

Non igitur ambigendum quin Cardinales cũ ctis post Papam supereminneant, ex quo sunt cardines orbis terræ. Quod etiam alia ratione comprobari potest. Nam si electoribus Imperatorum aliqua principalitas debetur, multò magis ele-
57 ctoribus Papę, qui princeps est mundi, & cui post Deum omnes obedire tenentur. electores autem huiusmodi sunt ipsimet Cardinales. Qua ratione non immeritò adhuc glossare possumus, & *posuit super eos orbem*, idest electionem Romani Pōtificis, qui totius orbis habet regimen, & à quo Christiani orbis, post Deum, pendet salus. cap. si Papa, dist. 40.

58 & quia quãtò magis res aliqua supereminens est, tantò amplioribus, & præstantioribus titulis declaratur; ideò vt concludendo dicamus, Cardinales meritò, & iustè plura sibi acquisiuerunt nomina: vt quod vnum exprimere non sufficit, suppleri per aliud videatur. & vt in quodam veluti epilogo, dicamus, *Cardinales dicti sunt Vicemgerentes Apostolorum, filij primi gradus amoris, Pontifices filij summæ dilectionis, & fratres, imò pars corporis Papæ, cardines Ecclesiæ Dei, PP. spirituales, Consiliarij, coadiutores, & Papæ assessores, Reges, Patres conscripti in diademate principis* (principes enim sunt Senatores,) *Patritij Romani, luminaria Ecclesiæ, seniores populi, Stella fixa in cælo, illustres & illustrissimi, splendidissimi, reuerendissimi, potentissimi, lucernæ ardentes, candelabra lucis decoris & præstantia, Diui, & Venerabiles, & Religiosissimi.* Sunt Canonici vniuersalis ecclesiæ, repræsentant non solùm clerum Vrbis Romæ, sed & ipsam ecclesiam, & tandèm in illis residet Maiestas Reipublicæ Christianæ. Ita in Gloss. in cap. ministerium, de offic. Archipresbyteri in 6. Gloss. in Clementinis de schismaticis, in
Aug. de Ancon. versicu. bona memoria. August. de Ancona, quęstio. 101. art. 1. Pelagius lib. 2. cap. 16. & Moscon.
Aluar. Pelag. de Maiest. militantis ecclesiæ, lib. 6. cap. 5. ex qui-
Mosco. bus hæc verba desumpsimus, & desumere voluimus in honorem, decus, & supereminentiam Cardinalium Sanctæ Romanæ ecclesię, quatenùs euidenter patere possit quid in vnico Cardinalatus nomine claudatur.

Epilog. auctorũ Antecellit igitur status Cardinalium institutione, meritò, & honore omnem, & quemcumq;
59 alium statum; vtpotè qui sunt loco Apostolorum assistentium. cap. 1. de maiorit. & obedien.

60 Antecellit ratione sollicitudinis, & cooperationis, quia cæteri quicumq; sint in partem, idest priuatam, vel particularem curam assumpti sunt, Cardinales verò in plenam, & vniuersalem administrationem, cap. bonæ, extra de postulationibus, cap. Decreto, 2. quæst. 6. & in cap. qui se scit, eadem quæstio. & cap. per singulas prouincias, 9. quæst. 3.

61 Antecellit ratione præeminentiæ, honoris culmine, ac singularitatis potentiæ illis concessæ à Constantino, vt cap. Constantinus, dist. 96.

Antecellit ratione iudicij vniuersalis omnium aliorum indistinctè, quod cum Papa habent. *Maior autem est, qui iudicat, quàm qui iudicatur.* vt dictum est. & habetur in cap. inferior. dist. 21. 62

Antecellit, quia pars corporis Papæ dicuntur, & missi alicubi, de latere mitti dicuntur. vt in capit. Decreto. 2. quæst. 6. pars autem sequitur ipsum totum. 63

Antecellit pluralitate nominum, & multiplicitate attributorum, vt locis citatis immediatè. ergò nullo modo hæsitandum quin supereminneant. 64

Antecellit præfiguratione in antiquo testamẽto, & consumatione in nouo, vt declaratum est. & sic patet quid dicendum ad rationes dubitandi, quæ in principio quæsiti allatæ sunt. 65

QVAESITI TERTII SVMMA.

1 *STatus nomine quandoq; personæ conditionem indicamus.*
2 *Status nomine qualemcumq; corporis dispositionem insinuamus.*
3 *Status nomine gradum personæ manifestamus.*
4 *Status nomine, positionis differentiam secũdum naturæ modum cum quadam immobilitate propriè importamus.*
5 *Tria sunt de ratione status, prout in moralibus, & spiritualibus adaptatur.*
6 *Seruitus duplex peccati, & iustitiæ, libertas itẽ duplex.*
7 *Comparatio dictarum seruitutum, ac libertatum.*
8 *Homo naturali inclinatione propendit ad iustitiam.*
9 *Seruire potest aliquis, qui non est obligatus ad seruitutem, & è contra.*
10 *Solemnitas est de ratione status moralis, & spiritualis.*
11 *Status diffinitio completa, vt in spiritualibus dicitur.*
12 *Quæ in Deo vniformiter sunt, difformiter in creaturis necesse est esse.*
13 *Perfectio personæ, & status perfectionis valdè differunt, & quomodo.*
14 *Promittunt multi Deo multa qui tamẽ parum obseruant, & è contra.*
15 *In statu perfectionis quicumq; sunt tenentur ad illam, vel consequendam, vel communicandam.*
16 *Episcoporum, ac Religiosorum comparatio per ordinem ad perfectionem.*
17 *Statum triplicem consideramus in Ecclesia Prælatorum, Religiosorum, & Coniugatorum.*
18 *In agro, in lecto, & in molendino, quinam esse dicantur.*
19 *Status tres Ecclesiæ per Noe, Daniel, & Iob significan-*

Cardinales, an sint, & esse censeantur in statu perfectionis sic, quòd ad illum obligentur.

QVo ad tertium quæsitum, seù fundamentum, quòd reuera implicat doctrinam satis curiosam, simulq; vtilem, & necessariam ipsis DD. Cardinalibus aliqua ceù præambula præmittimus, vt vel sic planus sit iter ad ea, quæ intendimus. Quapropter in primis declarandum est, quid nomine status importetur, neque enim vniuoca est illius significatio, cæterùm proportione quadam dicitur. Sciendum ergò, quòd nomine status quandoquè personæ conditionem insinuamus, eo modo quo D. Anselmus distinguit status humanæ vitæ pro diuersitate meritorum, quemadmodum dicere solemus hominem beatum, vel minus beatum, miserum, vel minus miserum. Qua etiam ratione distinguere solemus status in statum innocentiæ, viæ, & damnationis, vel patriæ. Quandoquè nomine status significamus qualemcumquè corporis dispositionem, modo quo dicimus stare, qui rectus est. iuxtà illud Ezech. 11. *Fili hominis sta super pedes tuos.* Vel etiam firmitatem, iuxtà illud 1. Corinth. 15. *Stabiles estote, & immobiles.* & Gregor. super Ezech. *Lapis quadratus est*, idest quasi ex omni latere statum habet, *qui casum ex aliqua permutatione non habet.* & insuper quandoquè importatur gradus personæ secundùm dignitatem, quam habet; vt dicere solemus. Ille est in altiori statu, vel deteriori.

1 2 Ezech. 11. 1. Cor. 15. Greg. 3

Verùm nihil horum sufficit ad propositum nostrum, & ad veram rationem status. Quarè D. Thom. 2. 2. quæst. 183. propriè loquendo de statu, dicit, quòd *significat quamdam positionis differentiam secundum quam aliquid disponitur secundùm modum naturæ cum quadam immobilitate.* Est enim naturale homini, quòd habeat caput sursum, & pedes deorsum. & si ponatur quies in huiusmodi dispositione, tunc propriè stare dicitur; nam etiam qui recti sunt si incedant, & quouis modo moueantur minimè stare dicuntur. & quia sermonem habemus de statu non per ordinem ad Deum, sed ad cognitionem humanam; necessarium pariter est, quòd talis firmitas, & immobilitas innotescat hominibus per aliquod signum exterius. quarè tria in vniuersum requiruntur ad rationem status, prout sumitur in moralibus, & spiritualibus. primum, quòd is, qui stare dicitur, vel esse in statu, sit liber, & sui iuris, & non alterius, vt seruus. Est autem duplex seruitus spiritualis, & duplex libertas, videlicet, seruitus peccati, vt cum quis inclinatur ad malum; & seruitus iustitiæ, cum quis ex habitu iustitiæ inclinatur ad bonum. Similiter duplex est libertas, à peccato, videlicet

D. Tho. 4 5 6

videlicet cum quis ex inclinatione, quam habet ad malum non superatur ab eo propter iustitiam & virtutem, quæ est in eo. Libertas à iustitia è cõtra est, quando quis propter amorem iustitię non retardatur à malo. & de vtraquè seruitute, & li-
Rom. 6. bertate, ait Apostolus Roman. 6. *Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitia: Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem.* & ita comparantur huiusmodi seruitutes, & libertates, quòd quantò magis quis seruit peccato obediendo malis inclinationibus ad nutum, tantò magis est li-
7 ber à iustitia, idest, non fert illius iugum, vt secundùm illam viuat. & vice versa, quantò magis quis seruit iustitiæ obediendo illi, & rectæ rationi, tanto magis fit liber à peccato. & quia homo secundum naturalem inclinationem inquantum ho-
8 mo est, inclinatur ad iustitiam, peccatum autem est contra naturalem rationem, consequens est, quòd libertas à peccato sit vera libertas, quę coniungitur virtuti iustitiæ, quia per vtrumquè tendit in his, quod est conueniens sibi. Et è contra, seruitus peccati est vera seruitus, cui coniungitur libertas à iustitia. & ità seruitus iustitiæ, & libertas à peccato coniungit hominem in statu spirituali quoad Deum, qui intuetur cor. Secundum,
9 quod requiritur ad rationem status est obligatio, siuè absolutio. Non enim ex hoc, quòd aliquis seruit alicui efficitur eius seruus, seu conditionis seruilis, nam & liberi seruiunt in aliquibus.
Gal. 5. Galat. 5. *State, & nolite iterùm iugo seruitutis contineri sed per charitatem spiritus seruite inuicem.* Nequè etiam ex hoc, quòd quis desinit seruire efficitur liber, sicut patet de seruis fugitiuis: sed propriè ille est seruus, qui obligatur ad ser-
10 uiendum, & ille liber, qui absoluitur à seruitute. Tertium requisitum est solemnizatio quædam, sicut videmus in obligationibus ciuilibus, quæ dicuntur habere firmitatem, & perpetuitatem; tales enim obligationes solemnizantur, & patefiunt per instrumenta publica, & huiusmodi. quia loquimur de obligationibus per ordinem ad cognitionem humanam, & non per ordinem ad Deum tantùm, vt dictum est. Status igitur perfectionis importat talem obligationem. Vndè in pro-
11 posito sic diffiniri potest, *quod sit conditio personalis in ordine ad seruitutem spiritualem, vel moralem, cum obligatione, & immobilitate constante per aliquod signum exterius.*

Pro cuius maiori intelligentia, nec non sequentium cognitione animaduertendũ vlteriùs, quòd sicut in ordine rerum naturalium perfectio, quæ in Deo simpliciter, & vniformiter inuenitur, in vniuersitate creaturarum non potest, nisi diffor-
12 miter, & multipliciter reperiri. Ità & plenitudo gratiæ, quæ in Christo, sicut in capite adunatur, diuersimodè, & multipliciter redundat ad membra eius. & hoc est, quod dicit Apostolus Ephes.
Eph. 4. 4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consumationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi*, idest, Ecclesiæ, *ad circumuentionem erroris*. prætereà præ oculis semper habendum est, quòd hæc duo differunt, perfectio personæ, &
status perfectionis. Non enim quicumquè perfectus est dicitur esse in statu perfectionis; nequè è contra. namquè homo dicitur perfectus ex eo, quòd habet actum perfectum dilectionis, & gratiæ. In statu autem perfectionis esse dicitur ex eo, quòd obligat se ad ea, quæ sunt perfectionis cum aliqua solemnitate, vt dictum est. Vndè poterit esse, quòd aliquis sit in statu perfectionis, qui tamen careat charitate, & gratia: sicut mali Episcopi, & mali Religiosi. & è contra, aliqui sunt, qui habent perfectionem gratię, & dilectionis, & tamen non sunt in statu perfectionis, vt sunt sæculares perfecti: sicut fuit Ludouicus Sanctus Rex Francorum, & Carolus Magnus Rex Romanorum. Contingit etiam quandoquè, quòd aliqui obligant se ad aliquid, quod tamen non seruant: & è contra aliqui seruant id ad quod se non obligauerunt; vt patet in parabola Matth. Matth.
21. de duobus filijs, quorum vnus imperanti patri, & dicenti. *Vade in vineam, & operare*; respon- 21.
dit, *nolo*: postea iuit: alter verò dixit, *eo*: & tamen 14
non iuit. Sic, vt ait Origen. *Multi promittunt Deo* Orig.
multa facere, & parum operantur; & è contra, plures parum promittunt, & multa faciunt. & breuitèr, ille dicitur habere perfectionem, qui est in charitate, & gratia. & hæc perfectio est necessaria simpliciter volenti consequi salutem æternam ad quam vocatus est. Vndè Apostolus Co- Coloss.
lossen. 3. *Super omnia charitatem habete. quæ est* 3.
vinculum perfectionis. Ipsa etenim charitas, & gratia est, quæ vnit nos Deo vltimo fini; vt dicitur 1. Ioan. 4. *Qui manet in charitate in Deo ma-* 1. Io. 4.
net, & Deus in eo. Ille autem dicitur esse in statu perfectionis, qui voto, consecratione, aut quouis 15
alio modo se obstrinxit ad illam; quarè sic obligati tendere tenentur ad illam, siue consequendam, siue communicandam. Quod dicitur, quia non vniformiter aliqui obligantur ad illam. Vndè solet fieri distinctio eorum, qui dicuntur esse in statu perfectionis, vel quia sunt tamquàm in perfectione passiua, quia (inquam) amplectuntur statum aliquem, à quo si non diuertant ducuntur ad perfectionem, vt Religiosi, qui profitentur in Religionibus; constat enim quòd quando quis profitetur Religionem aliquam non illico se declarat esse perfectum. Episcopi verò è contra di- 16
cuntur esse in statu perfectionis, quia præsupponuntur perfecti, ac eo tenentur exequi, & facere ea, quæ sunt perfectionis.

Et quia triplicem statum consideramus in Ecclesia, videlicet, Prælatorum, Religiosorum, & 17
Coniugatorum; quorum trium statuum fit mentio Matth. 24. vbi dicitur. *Duo in agro duo in le-* Matth.
cto, & duo in molendino: vnus assumetur, & alius 24.
relinquetur, idest vnus saluabitur, alius damnabitur.

D. August. tur. In agro sunt, vt exponit August. super Psalm. 131. qui gubernant Ecclesiam, & ita Prælati. Vnde de Apostolo. *Vide si non in agro erat, qui* 18 *dixit, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit*. In lecto intelliguntur, qui amant quietem, sequestrati a tumultibus mundi, vt sunt Religiosi. In molendino existentes intelliguntur coniugati significati per molam, quæ de facili vertitur, quemadmodum coniugati, vtpotè existentes in sæculo, sunt subiecti varietatibus mundi. & hi tres status significantur per *Noe, Daniel,* 19 *& Iob.* vt patet Ezech. 14. Noe significat Rectores Ecclesiæ, quia ipse arcam in diluuio gubernauit. Daniel qui vitam quietam elegit in cœlibatu seruire Deo vxorem non quærens, erat vir Sanctus in cœlestibus desiderijs vitam agens; per quem significantur serui Dei in Religione viuen- Ps. 132. tes, de quibus dicitur. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* In nomine verò Iob, qui habebat vxorem, & filios, significantur boni coniugati. In his omnibus statibus intueris omnes conditiones assignatas diffinitionis de statu, modo quo de illo loquimur, & eo modo quo sumitur nomen Status 2. quæst. 6. Si quando. Semper enim importat ordinem ad aliquam seruitutem, vel libertatem cum obligatione signis exterioribus significata. Vndè Episcopi, qui obligantur ad perfectionis opera præstanda, cum solemnitate benedicuntur, & consecrantur. Religiosi, qui obligantur ad perpetuam continentiam, isti cum solemnitate emittunt votum, 20 & professionem. Coniuncti in matrimonio ad fidem seruandam obligantur cum solemnitate in faciem Ecclesiæ. Verùm dimisso hoc tertio statu, vt potè qui infimus est, & importans obligationem seruitutis carnalis, cum sit ad debitum carnale reddendum; omisso etiam pro nunc statu Religiosorum, quos constat adeò obligari per D. Dionys. votum ad Religionem, vt Dionys. 7. cap. cœlest. hierarch. de Religiosis loquens dicat. *Religiosos* 21 *alij quidem famulos Dei, alij Monachos nominant ex Dei seruitio, & famulatu, idest indiuisibili, & singulari vita viuentes, ipsos indiuisibilium sanctis conuolutionibus*, idest contemplationibus *ad Deiformem vnitatem, & amabilem Deo perfectionem*.

De primo ergò Prælatorum statu agendum Aug. est. Teste enim D. Augustino super Genes. ad literam, semper agens nobilius est patiente, & cau- 22 sa suo effectu. Quarè cum Episcopi, & Prælati se habeant, vt perfectores actiuè. Religiosi verò passiuè, quasi tendentes ad perfectionem, vt dictum est. Quod etiam Christus significauit cum iuueni Matth. 19. dixit. *Si vis perfectus esse*. Equidèm non dixit, quia perfectus es. At Episcopi, & Prælati tenen- 23 tur ea præstare, quæ sunt veri pastoris, vsquè ad positionem animæ per mortem. Quarè Grego- Io. 10. rius exponens illud Ioan. 10. *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis*, inquit ad Episcopos. *Audistis fratres eruditionem nostram, & periculum nostrum*. & parum infra. *Ostensa est nobis de contemptu mortis via, quam sequamur.* primum est *exteriora nostra misericorditer pro ouibus impendere: postremum verò si necesse fuerit, etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare*. & Apostolus 1. Timoth. vlt. *Certa certamen bo-* 1. Tim. vlt. *na fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus*, scilicet in tua ordinatione, vt ibidem dicit glossa. & D. Thom. 2. 2. quæst. 185. ponens D. Tho. differentiam inter statum Episcoporum, siuè Prælatorum, & Religiosorum, inquit. *Non est eadem ratio de statu Religionis, & de statu Episcopali, propter duo*. primò, *quia ad statum Episcopalem* 24 *praexigitur vita perfectio, vt patet per hoc, quod Deus à Petro exquisiuit si plus eum cæteris diligeret, antequàm ei committeret pastorale officium. Sed ad statum Religionis non praexigitur perfectio, sed via in perfectionem. Vndè & Dominus* Matth. 19. non dixit. *Si es perfectus, vade, & vende omnia, quæ habes:* sed, *Si vis perfectus esse. Et huiusmodi differentia ratio est, quia secundùm Dionys. Perfectio pertinet actiuè ad Episcopum sicut ad perfectorem: ad Monachum autem passiuè, sicut ad perfectum: requiritur autem, quòd sit perfectus aliquis ad hoc, vt possit alios ad perfectionem reducere.* Secundò, *non est eadem ratio vtriusq; perfectionis; quia Religiosus assumit se subij-* 25 *ci alijs ad spiritualia capienda, quod omnibus licet; sed qui ad statum Episcopalem sublimatur, vt alijs prouideat, quod præsumptuosum est appetere.*

Hac eadem ratione idem Dionys. de cœlesti D. Dionys. 26 hierarch. cap. 6. dicit, quòd *Ordo Diaconorum est purgatiuus*, habita ratione ad antiquorum Diaconorum munus, quorum fuit fidelem populum purgare reijciendo impios à fidelibus. *Ordo verò Presbyterorum est illuminatiuus*, quia Sacramentorum virtute homines ex tenebris ad lucem reuocantur. *Munus demùm Episcoporum est perfectiuum*, quia sunt ordinum capita. Archidiac. in cap. quia. distinctio. 5. Sunt enim prærordinatores omnium ad Ecclesiam pertinentium. cap. præelegisti. 25. distinct. & cap. omnes basilicæ. & c. nullus. 16. q. 7.

Hinc est, vt notat D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. D. Tho. 8. quòd Episcopus, & Curatus non comparantur sicut agens superiùs, & inferiùs, quia sic vterquè 27 posset esse perfectus in suo genere; sed comparantur sicùt agens principale, & instrumentale: vel sicùt agens perficiens, & adiuuans. ex consequenti effectus, qui producuntur non nisi principali agenti attribui possunt. & hinc insuper est, quòd Curatus non potest explere, non dico omnia Sacramenta; sed nec etiam omnia, quæ sunt necessaria ad ea Sacramenta, quæ illi conceduntur administranda. Siquidèm non potest Curatus consecrare oleum, seù chrisma necessaria ad baptismum, & extremam vnctionem; nec consecrare calicem, &c. & sic est minor simplicitèr in administratione Sacramentorum, & in excellentia

actuum

28 actuum reſeruatorum;vt ſunt conſecrationes vir
ginum, & Eccleſiarum, & in officio prædicatio-
nis,quòd ſoli Epiſcopo principalitèr, & propriè
1. Cor. conuenit, iuxtà illud Apoſtoli. *Væ mihi eſt, niſi*
9. *euangelizauero: neceſſitas enim mihi incumbit*,
&c. Nec iuuat dicere,quòd quando inſtituuntur
Sacerdotes,dicatur eis.*Oportet presbyterum præ-
dicare*,quia iſta eſt poteſtas quaſi paſſiua,ideſt,vt
ſibi poſſit committi officium prædicationis.

Hæc omnia hactenus ſint declarata,vt habea-
mus rationem communem ornatus, decoris, ac
perfectionis Eccleſiæ.& vlteriùs rationem ſtatus
de quo quærimus occaſione diffiniendi qualiter,
& quomodo DD. Cardinales ſint, vel eſſe cen-
ſeantur in ſtatu perfectionis. Tunc enim tantum-
modo erit ſi contingat illos habere aliquam obli
gationem ſigno publico manifeſtatam in faciem
Eccleſiæ, quòd ad talem ſtatum teneantur. &
quia vt ex dictis patere poteſt, ſunt de numero
Prælatorum cum cura illorum ſit circa regimen
29 totius Eccleſiæ, non eſt dubitandum quin ſermo
ſit de ſtatu perfectionis in eſſe perfecto, non in
tendentia ad perfectionem; ſic quòd teneantur
eſſe aliorum perfectores, & in ſuis actionibus ta-
litèr ſe exhibere,quòd ſint in ædificationem Ec-
cleſiæ,& non in illius ruinam,& ſcandalum.quo-
modo ergò, & qualitèr hoc verificari poſſit de
omnibus Cardinalibus non ſolùm Epiſcopis,ſed
etiam Presbyteris,& Diaconibus non ingrato di
ſcurſu oſtendamus.

30 Comparatio DD.Cardinalium ſecundum ſta-
tum perfectionis, vt notat Auguſtinus de Anco-
na, poteſt exerceri tripliciter, ſcilicet quoad or-
dinis poteſtatem,quoad loci dignitatem,& quo-
ad perfectiorem charitatem.

Quantum ad ordinem,planum eſt, quòd Dia-
coni Cardinales ne dùm epiſcopis, ſed nec qui-
31 buſcumquè presbyteris præferuntur, quia pote
ſtas ordinis pontificalis eſt maior ſacerdotali, &
ſacerdotalis diaconali; & ſic perfectiorem gra-
dum obtinet. Vndè Hieronymus,& habetur diſ.
93.cap.legimus. *Qui prouehitur de minori, vtiq;
ad maius prouehitur.* Quantum autèm ad loci di-
gnitatem, ficùt Romana Sedes eſt prior, & di-
gnior omni alia, & omnium Domina, & magi-
ſtra.cap.de Conſtantinopolitana.diſt.22.ità con
32 gruum eſt,vt clerici, & miniſtri illius Sedis qua-
dam ſingulari dignitate præ cæteris fulgeant:
ità vt Cardinales Romanæ eccleſiæ omnibus a-
lijs prælatis præferantur in honoris dignitate.
Quam eminentiam optimè declarat Conſtanti-
nus Imperator,vt habetur diſt.96.cap.Conſtan-
tinus,his verbis. *Viris autem Reuerendiſſimis Cle
ricis in diuerſis ordinibus eidem Sacroſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ ſeruientibus, illud culmen ſingula-
ritate,potentia,& præcellentia habere ſancimus,
cuius ampliſſimus noſter Senatus videtur gloria
adornari.* & infrà declarans maximam reueren-
tiam, quam ipſe & omnes habere debent Sum-
mo Pontifici per cuius reſpectum totus illius cle-
rus ſibi inſeruiens in curia decoratur; inquit.
*Congruum perſpeximus noſtrum Imperium, &
Regni poteſtatem in orientalibus transferri Re-
gionibus,& in Byzantiæ Prouinciæ optimo loco no-
mini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic
conſtitui imperium; quoniam vbi Principatus Sa-
cerdotum, & Chriſtianæ Religionis caput ab Im-
peratore cœleſti conſtitutum eſt,iuſtum non eſt, vt* 33
illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. hæc
Conſtantinus. Quæ verba mihi viſa ſunt ſanctita
te, & reuerentia plena, ac eò digna, vt de verbo
ad verbum infererentur pro hoc quæſito,vt ſem-
per magis pro conatu aperiamus magnificẽtiam
illius Sacri Senatus Apoſtolici.

Hinc ob priuilegium, & excellentiam digni-
tatis ſtatutum eſt, quòd qui inſequitur Cardina-
lem hoſtilitèr,vel capit,aut capere facit,vel per- 34
cuſſerit,vltrà excommunicationem,quam incur-
rit,etiam incidit in alias grauiſſimas pœnas,& ſi-
gnanter in crimen læſæ maieſtatis. Læditur enim
Papa læſo eius collaterali.6.quæſt.1.ſi quis. effi-
citur diffidatus, infamis, deteſtabilis, nec capax
alicuius hæreditatis, vel hæreditariæ ſucceſſio-
nis,bannitus,eius ædificia dantur in ruinam,bona
eius confiſcantur, feudis, & beneficijs omnibus
eſt priuatus,filij,& nepotes eius per rectam lineã
deſcendentes priuantur omni honore, dignitate
mundana,vel Eccleſiaſtica,excluduntur ab omni
actu legitimo,& plura alia,vt habetur de pœnis.
cap.Fœlicis. lib.6. & idem per omnia de his, qui
dederunt ad hoc conſilium,vel fauorem,aut man
dauerint, vel ratum habuerint ſi nomine eius eſt
factum,vel ſocij fuerint ad hoc.

Quantum ad tertium, ſcilicet perfectiorem Aug.
charitatem, idem Auguſtinus dicit,quòd habent de An-
ſe,ſicut excedentia,& exceſſa, quia in dilectione cona.
Dei videntur tenere perfectiorem ſtatum Cardi- 35
nales,quàm Epiſcopi. Repræſentant enim Cardi
nales ſtatum Apoſtolorum aſſiſtentium Chriſto,
& contemplationi vacantium. Vndè ſicùt Sera-
phim ardentes interpretantur,qui aſſiſtẽtes Deo
viciniores ſunt incenſi charitate Dei: ità Cardi-
nales ſtatum aſſiſtentium repræſentantes dicun-
tur eſſe ardentes in Dei charitate. Epiſcopi verò,
qui ſtatum Apoſtolorum repræſentant,vt miſſo-
rum per orbem ad prædicandum curam anima-
rum habentes,in charitate proximi dicuntur om
nes alios præcellere, & alios ad ipſam inflamma-
re. Sicùt ergò dilectio Dei eſt perfectior dilectio-
ne proximi: ità ſtatus Cardinalium,qui ordinan-
tur ad dilectionem Dei perfectior eſt ſtatu Epi-
ſcoporũ ordinato ad proximi dilectionem. quod
dictum intellige cæteris partibus. Verùm quam-
uis vnus ſtatus ſit perfectior altero, vt ſtatus Re-
ligioſus eſt perfectior ſtatu laicali, non indè ſe-
quitur, vt paulò ante adnotabamus,quòd quicun
què eſt in ſtatu perfectiori ſit melior omni eo,qui
eſt in ſtatu minus perfecto. Qua de re Concil.Tri Concil.
dentin.ſeſſio.24.cap.1. hortatur Cardinales eli- Trid.
gendos eſſe omnium virtute eminentiſſimos. Vn- 36
dè

dè *non electos, ſed electiſſimos, non doctos, ſed doctiſſimos, non dignos, ſed digniſſimos*; & demùm *ſicut potiſſimum in Eccleſia potiuntur gradum, ita his virtutibus ornatiſſimi Eccleſiam Sanctam adificent, & illuſtrent*. Ideò Bernard. ad Eugen. lib.
D. Bern. 3. de Cardinalibus loquens, ait. *Sint tales, vt prater Deum nil timeant, viriliter pugnent pro afflictis, iudicent in aquitate pro manſuetis terra ſint probati ad ſanctimoniam, parati ad obedientiam, manſueti ad patientiam, ſubditi ad diſciplinam, rigidi ad cenſuram, catholici ad fidem, fideles ad diſpenſationem, concordes ad pacem, recti in conſilijs, prouidi in iubendo, & diſcreti in omnibus*: hæc ille. Idem Bernard. in epiſtola 88. *Nulli dubium quin ad vos ſpecialiter ſpectat tollere ſcandala de Regno Dei, ſurgentes ſuccidere ſpinas, ſedare querelas*. & infra. *Agitur pro loco quem tenetis, pro dignitate qua potimini, pro poteſtate quam accepiſtis*.

D. Gregor. Et Gregor. in paſt. ait. *Quod ſumus profeſſione, actione potius, quàm nomine demonſtremus, vt nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane, & honor ſublimis, & vita proclinis; ne ſit Deifica profeſſio, & illicita actio; ne ſit Religioſus amictus, & irreligioſus proceſſus; ne habeatur in Eccleſia cathedra ſublimior, & conſcientia ſacerdotis reperiatur humilior.*

Io. Turrecr. D. Ioan. a Turrecremata in Summa de Eccleſia, cap. 80. habet hæc verba. *Cardinales in regimine, & gubernatione vniuerſalis Eccleſia Chriſti Vicario Summo Pontifici aſſiſtentes, in ſtatu perfectionis eſſe cenſentur: obligant enim ſe ex dilectione Dei perpetuò fidem Catholicam, ac Religionem Chriſtianam, vſq; ad ſanguinis effuſionem incluſiuè cum eorum, & totius Eccleſia principe Chriſti Vicario Summo Pontifice totis viribus*
37 *fideliter defenſuros. In cuius rei euidens teſtimonium capello rubeo quaſi profeſſionis ſua habitu; ſiuè ſignaculo praſtitis certis iuramentis ipſi Summo Pontifici, maximè de fideli aſſiſtentia in regimine vniuerſalis Eccleſia ab ipſo Chriſti Vicario publicè, & ſolemnitèr inſigniuntur. Dicendi ergò ſunt DD. Cardinales in ſtatu perfectionis eſſe, & tanto ſublimius pra cateris pralatis quantum bonum vniuerſalis Eccleſia ad cuius regimen, & ordinationem aſſumuntur, & pro cuius tuitione exponere animas ſuas ſe obligant perfectius: & per conſequens diuinius eſt bono particularium plebiū, quarum regimini intendere alij pralati obligantur* hæc ille.

38 Et reuera omnis ratio requirit, quòd qui eligunt caput totius Chriſtianitatis, & ex quorum gremio eligitur, & qui ſunt in oculis omnium, & quorum vitam maximè perſcrutantur hæretici, & qui repræſentant Apoſtolos, vt ſæpè dictum eſt, ſint omninò inculpabiles. & vtinam ſic ſemper ſint, quia Eccleſia iam omni ex parte ſanctitatem, & iuſtitiam redolebit.

Verùm quia aliquibus grauis valdè, & quaſi noua doctrina hæc apparet, dùm dicitur quòd ſunt, & obligantur ad ſtatum perfectionis, non quidem more Religioſorum degentium in clauſtro, ſed more Epiſcoporum; ad quem perfectionis ſtatum non ſolùm Cardinales Epiſcopi, ſed etiam Cardinales alij, ſiuè Presbyteri, ſiuè Diaconi ſint, obligantur; audiant verba Sacri Concilij Trident. dicta ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. Verba Concilij ſunt. *Ea verò omnia, & ſingula, qua de Epiſcoporum praficiendorum vita, atate, doctrina, & cateris qualitatibus, alias in eadem Synodo conſtituta ſunt, decernit eadem etiam in creatione Sancta Romana Eccleſia Cardinalium, etiam ſi Diaconi ſint exigenda, quos Sanctiſſimus Romanus Pontifex ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos reperierit, aſſumet. Poſtremò eadem Sancta Synodus tot grauiſſimis Eccleſia incommodis commota, non poteſt non commemorare nihil magis Eccleſia Dei eſſe neceſſarium, quàm vt Beatiſſimus Romanus Pontifex, quam ſollicitudinem vniuerſa Eccleſia ex muneris ſui officio debet, eam hic potiſſimum impendat, vt lectiſſimos tantum ſibi Cardinales aſciſcat*. hæc ex Concilio. Concil. Trid. 39

Sed redeamus; cum noſtrum magis ſit admirari, ac celebratos facere, qui vitæ ſanctitate, & doctrina in ædificatione præſtant: de quorum numero multi hodie in illo Sacro Senatu reperiuntur, quorum fama non latet, ſed latè patet. & noſtris temporibus inſonuit illa vox auribus, quòd qui viſus eſt paucis antea diebus nobiſcum conuerſari, modò regnet in cœlis in Sanctorum numerum relatus; cuius vitam plures, & valdè plures, & meritò imitantur: dico Beatum, & verè Sanctum Carolum, quem pro me aduocatum exoro apud Deum benedictum, quarè ex cordis intimo dicimus, 40
& dominus addat ad numerum iſtum.

Sunt igitur (nec ambigendum eſt de hac veritate) DD. Cardinales in ſtatu perfectionis, ad quam ſe obligant iuramento, ſi non voto, per ſignum rubei habitus: quatenùs præ oculis ſemper 41
habeant Chriſti ſanguinem, qui eos & ſpiritualiter, & corporaliter paſcit, cui corde, ore, & opere gratias referre debent cooperando, non diſſipando.

An autem ſit aliqua determinata forma, quæ ſeruetur in Cardinalium creatione, prout refert 42
D. Anton. 3. par. tit. 21. cap. 2. dicit, quòd Papa vtitur verbo hoc modo. *Eſtote Cardinales fratres mei, & principes mundi*. Moſconius. Si vnum Moſco.
tantùm dicit, *Creo N. in Cardinalem*. In cæremoniali legitur, prout refert idem Moſconius de maieſtate militantis Eccleſiæ, lib. primo, cap. quinto *Auctoritate Dei Patris omnipotentis, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra N. Epiſcopum* (& exprimitur dignitas quam habet) *aſſumimus in Presbyterum, vel Diaconum Cardinalem* 43
Sancta Romana Eccleſia. Deinde tranſmittitur Biretum, & dum recipiuntur ad oſculum pacis recipiunt Galerum; adeò quòd ſecūdùm quoſdam, non efficitur quis Cardinalis, per ſuſceptionem

X Bireti,

equorum, & ministrorum ne dignitas villescat, tamen oportet ista moderari, ad congruitatem, non ad superfluitatem habere. Cogitantes quale sit illorum minister um, secundùm illud Apostoli 2. Corinth. 6. *Exhibeamus nosmetipsos, vt Dei ministros, in tribulationibus, in angustijs, in scientia, in charitate, in verbo veritatis.* Hæc de puncto secundo dicta sufficiant.

2. Cor. 6.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Titulus proprius DD. Cardinaliū est, quòd dicantur Cardinales.*

2 *In nomine Cardinalis quasi implicatur omnis, & quæcumq; alia dignitas.*

3 *Cardinalibus cum scribimus nullum alium titulum, nisi per ordinem ad Ecclesias, quas habent damus.*

4 *Camerarij, vel Vicecancellarij, licèt sint aliqui Cardinales, non tamen eis pro titulis eorum vtimur.*

5 *Cardinales si delinquant non nisi à Papa iudicari possunt.*

6 *Cardinales purpura more Regum vtuntur.*

7 *Cardinalis nomen perfectionem, dignitatem, & eminentiam secundùm adaptationem importat.*

8 *Cardinales qui quandoquè fuerunt in alijs Ecclesijs per ordinem tantùm ad illam dicti sunt.*

9 *Cardinales Sancta Romana Ecclesia hi tantùm verè, & simpliciter Cardinales.*

10 *Cardinalis nomen in quibuscumq; alijs Ecclesijs à Romana deletum est ex diplomate Pij Quinti.*

11 *Papa solus, qui caput est Ecclesia veros creat Cardinales.*

12 *Titulo Cardinalium omnes alij tituli suffragantur.*

Conclusio.

Titulus proprius, & specialis DD. Cardinalium est, quòd dicantur Cardinales.

1 Probatur, tùm quia hic titulus secundùm vsus accommodationem colligit in se omnem eminentiam, & dignitatem, tùm quia ex hactenus dictis, & adductis cuilibet constare potest, quomodo per hunc titulum aliquid speciale ipsis tantummodo conueniens declaretur. Tùm ex deriuatione ipsius nominis, quia nimirùm à cardine dictum est.

Verum vt adhuc magis pateat insuper dicimus, quòd in hoc nomine exprimitur eorū principale officium, quod est assistere, nam vt dictum est denominantur à cardine, & cardo omnium Ecclesiarum est Romana Ecclesia, vt iam satis

2 patuit. In eo clauditur eorum obligatio, & perfectio, quia *Domini sunt cardines terra, & posuit super eos orbem*. In eodem implicatur omnis, & quæcumquè alia dignitas. & hinc est, quòd in scribendo DD. Cardinalibus nullum alium solemus 3
exprimere titulum, nisi per ordinem ad Ecclesias, quas habent in titulum pro distinctione Cardinalium inter se, non pro additione alicuius maioris dignitatis. Nàm licèt sint Camerarij, vel Vi 4
cecancellarij, aut quouis alio modo intitulati per ordinem ad singularia officia; quia omnis dignitas, & excellentia clauditur in hoc nomine, istorum nulla fit mentio. Vndè nulla maior dignitas hodiè reperitur in mundo, & summus est gradus post Papam; & quia cum Papa iudicant orbem, & à nemine, nisi à Papa ipsi iudicantur; & quia 5
eorum consilio totus mundus regitur; & quia sūt cardines, sub quibus vniuersi mundi machina voluitur; & quia in Ecclesia Dei tenent principatū, & quia Papæ membra appellantur; & quia Senatus illorum diuinus est; & quia loca Apostolorum tenent; & quia eligunt Pontificem, & in Pontifices eliguntur; & quia speciali ornamento decorantur vtendo purpura more Regum; & quia ma 6
ioribus negotijs præsunt; & quia Papa inter Cardinales se connumerat. Omnia (inquam) huiusmodi in hoc quod dico, Cardinalis, clauduntur, & implicantur; nec vno nomine congruentius exprimi posset. Namquè iuris dispositio est, *vt legis verba ad eum sensum adaptentur, ad quem ipsa adaptari possunt.* Adaptatur autem hoc nomen, ità quod perfectionem, dignitatem, & eminenti- 7
am, vt dictum est præseferat.

8 Nec obstat, quòd nonnullæ aliæ Ecclesiæ vltrà Romanam honore Cardinalatus voluerint suos Canonicos insigniri, sicùt Compostellana, Rauennaten. & similes, vt dicit Archidiacon. in cap. fundamenta. §. decer. de elect. in 6. & cap. Sacrosancta. dist. 22. Largo enim modo dicuntur huiusmodi Cardinales, quatenùs principales sunt in tali loco. Vndè distinguendo dicitur, quòd aliud est loqui de quomodolibet Cardinalibus, aliud de Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ di- 9
stinctio habetur à Doct. in cap. 2. de officio Archid. Rauennatenses enim Cardinales dicti sunt ex priuilegio Caroli tempore Leonis, qui paritèr ea nomina apud dictam Ecclesiam aboleri mandauit ann. 800. talitèr enim creuerat tale nomen, vt etiam dicerentur Cardinales Mediolanenses, & Neapolitanæ in Italia. Verùm Pius V. 10
in suo diplomate ann. 1568. 13. Kalendas Martij talia priuilegia (si quæ erant) abrogauit, & penitùs hoc nomen in omnibus alijs Ecclesijs præterquàm in Romana extinxit, & solummodo Cardinalis nomen competere voluit Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ à Papa creatis. cap. si quis penuria. in verbo electio Cardin. & cap. nullus. versic. presbyter. dist. 79. & cap. vbi periculum. §. nulli. de elect. in 6. & sic Papa solus, qui caput 11
est Ecclesiæ veros creat Cardinales, & nemini alio hoc competit, vt patet in dictis cap. supracitatis. & creantur in publico Concistorio; tū quia publi-

Archidiac.

Pius V.

ximus in corpore art. totus ordo presbyterorum excellit, vt ſic totum ordinem Diaconorum; & totus ordo Epiſcoporum, vt ſic excedit totum ordinem presbyterorum. Nàm hoc nomen, presbyter, quandoquè ſignificat ordinem, nimirùm ſacerdotalem, quandoquè ætatem, quandoquè verò dignitatem. Vndè licèt antiquitùs non fieret diſtinctio in nomine inter epiſcopum, & presbyterum, quæ tamen diſtinctio ſemper fuit ſecundùm rem; vt habes ex D.Thom. 2. 2. quæſt. 184. art. 6. ad primum, & Turrecrem. Summa de Eccleſia, lib. 1. cap. 79. tamen vt in textu dicitur, vſus obtinuit, quòd nomen epiſcopi præualeret, & ſic nomen epiſcopatus erat in vſu, vt importaret dignitatem; nomen verò presbyteratus ordinem. ſic habes diſt. 94. cap. legimus.

Quòd autèm in eodem textu ſubdatur de Auguſtino per comparationem ad Hieronymum non offendit. Siquidèm Auguſtinus inquantum epiſcopus maior eſt presbytero, vt ſic. quòd autè ſubinferatur ergò eſt maior etiam presbytero Cardinali, eſt voluntaria deductio: Nàm ſunt ſicut excedentia, & exceſſa, modo quo idem textus inſinuare videtur. inquit enim, *Tamen Auguſtinus in multis rebus minor Hieronymo eſt.* quod diuerſi gloſſantes dicunt, quòd Auguſtinus minor fuit ætate; vndè Hieronymus in quadam epiſtola ad Auguſtinum, dicebat. *Dimitte ſenem in cella ſua*; vel minor quoad ſcientiam, & notitiam ſcripturarum. nàm Hieronymus pollebat diuerſitate linguarum, quarum non pollebat Auguſtinus: vel vt dicit Hugo, & Gloſſ. *meritis*; quod Auguſtinus cauſa humilitatis dicebat ſic credendo, vt credere par eſt vnicuiquè perfecto minus ſentiendo de ſeipſo, 2. 7. quæſt. 2. cap. cum humilitatis, quod inferatur ab ipſomet Auguſtino, quòd Hieronymus fuerit minor Auguſtino inquantum presbyter Cardinalis, hoc eſt pro libito. Sed potiùs cum alijs dicendum, quòd ideò adhuc minor dicitur Auguſtinus Hieronymo, quia Hieronymus presbyter erat Cardinalis. hæc de primo.

Quoad ſecundum quid abſolutè dicendum, an Epiſcopus ſit maior Cardinali non Epiſcopo, qui non ſit Legatus. Breuitèr notandum, quòd quadruplex eſt maioritas in Eccleſia Dei, prima dicitur ex temporè, diſtin. 17. § hoc quoquè, & §. verum: ſecunda ex prærogatiua ordinis, extra de maioritat. & obedien. cap. ſtatuimus: tertia ex prærogatiua ordinantis, & ſtatuentis, extra de maioritat. & obedien. cap. per tuas. quarta eſt ratione dignitatis, & maioritatis officij, qua ratione Archidiaconus maior eſt Archipresbytero, ſcilicèt in dignitate, & officio, qui tamen minor eſt ordine, vt in cap. perlectis, diſt. 25. & in cap. 1. de offic. Archid. & ſic diuerſis reſpectibus vnus poteſt eſſe maior, & minor altero: imò idem poteſt eſſe æqualis, & inæqualis alteri; ſicut Petrus fuit maior Apoſtolis in dignitate, & officio; ſed in Apoſtolatu, & epiſcopatu fuit æqualis, diſt. 21. cap. in nouo. Abſolutè ergò, & ſimpliciter dicendum, vt in corpore art. puncto ſecundo deduximus, quòd quilibet Cardinalis etiam Diaconus maior eſt quocumquè epiſcopo, dignitate, officio, adminiſtratione, origine, inſtitutione, & iuriſdictione, & denominatione, vt abundè iam ſatis, ſuperquè diximus: ſecùs quoad ordinem, &c.

Quoad tertium de D. Hieronymo. Vtrùm dicendum ſit, quòd verè fuerit Cardinalis. Dico quòd verè, & realiter fuit Cardinalis, & dubitare de hoc eſt dubitare de luce Solis; niſi velimus, vel incertis authoribus adhærere, vel nobiſipſis nimiùm perſuadere.

Primò hoc habetur ex ſua hiſtoria, quæ fertur per vniuerſam Eccleſiam, & acceptatur, & recipitur ab omnibus Eccleſijs; in qua ſic dicitur. *Cum annorum eſſet triginta nouem Romanæ Eccleſiæ presbyter ordinatus eſt.* & hæc hiſtoria præferenda eſt authoritati Hug. in hoc. ſecundo, hoc idem colligitur ex picturis antiquis; communitèr enim per vniuerſum orbem, & omnem Chriſtianam Religionem depingitur Hieronymus cum Capello Cardinalatus. tertio arguitur ex cap. Eccleſia; 16. quæſt. 1. vbi ait Hieronymus, *Eccleſia Senatum habet.* vbi Archidiaconus dicit, quòd quidam intelligunt de Eccleſia Romana, quæ dicitur habere Senatum, idest Collegium Cardinalium, quod habet authoritatem Senatorum, diſt. 96. cap. Conſtantinus: & hanc ſententiam tenet Innocentius, extra de re iudic. Verbum autem prædictum eſt D. Hieronymi, qui in eadem ſerie paucis interiectis, ſubdit. *Nos Senatum habemus.* Vbi luce meridiana clariùs patet, quòd ipſe ſe inter Senatores numerat; quod reuera non faceret ſi ipſe non fuiſſet de Senatorum, idest, Cardinalium numero. quarto hoc idem habetur ex communi opinione, quia cenſetur ordinatus in presbyterum Romanæ eccleſiæ. Conſtat autem quòd presbyteri eccleſiæ Romanæ, prout tunc dicebantur, erant Cardinales, vt habes ex cap. Conſtantinus, diſt. 96. vbi ait Imperator. *Reuerendiſſimis Clericis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientibus, illud culmen ſingulari potentia, &c.* vt iam dictum eſt in corpore art. 5. Giaconius in vita S. Damaſi Papæ habet hæc verba. *Hoc eodem tempore Sanctus Hieronymus à Damaſo Papa presbyter Cardinalis creatur titulo Sanctæ Anaſtaſij ad Palatinas; deinde Sancti Laurentij in Damaſo nouæ à ſe Baſilicæ conditæ, iuxtà theatrum Pompeianum Quòd autem fuerit presbyter Cardinalis creatus conſenſit Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus ſcribens ad Auguſtinum de vita Beati Hieronymi: & Euſebius Cremonenſis, diſcipulus Beati Hieronymi ſcribens ad Theodemum Senatorem Romanum & Damaſum Epiſcopum Portuenſem. Sanctus itèm Petronius Epiſcopus Bononienſis, qui floruit ann. Chriſti 440. in tractatu Apophtegmatum ſelectorum Sanctorum Patrum, qui coæuus Sancto Hieronymo fuit, vtpotè qui ex hac vita migrauit ann. 472. Sanctus etiam Auguſtinus in ſermone 23. ad Heremitas, vel cuiuſcumquè authoritatis* ...

qui ille sit, & omnes fermè recentiores idem testantur, quos longum esset recensere. Inter quos est Nicolaus IIII. Pontifex Romanus, qui Sanctum Hieronymum habitu Cardinalitio qualis erat sua ætate, opere vermiculato fecit exprimi, ad Paulam, & Eustochium sermonem faciens. Accedit quòd à Paulino Episcopo creatus presbyter trigesimo anno. Antiochia, trigesimonono Romæ creatus; it idem presbyter, nequiuit fieri, nisi Romæ presbyter Cardinalis crearetur; nàm non potest idem creari Romæ, & Antiochiæ presbyter, nisi alter titulus presbyterij fuisset ordinis, alter dignitatis. Cuius rei argumentum nos peculiari libello edito, latissimè, & copiosè tractauimus, & comprobauimus Hieronymi Cardinalitium presbyteratum. hęc Giaconius, cui omninò assentiendum videtur, cum adducti authores sint graues, & antiqui, à quibus non est recedendum in consimilibus. quidquid dicant aliqui ex modernis Scriptoribus, & Bellarminus loco vt supra.

hæc tamen accipiantur dicta à me, vt potè qui huic opinioni, & sententiæ adhæreo, quòd si aliusmalit partem contrariam sustinere, & approbare. videat quæ dicuntur à tutissimo Baronio in suis Annalibus tomo quarto sub anno Christi 382. verbis enim emphaticis vsi sumus non ad impugnandum, sed ad significandum, &c.

Quarè hinc patet, quòd quicumquè Cardinalis maior est episcopo quocumquè modo dicto. & sic titulus Cardinalis, specialis est, & proprius.

Ad secundum dicitur, quòd nullus illorum titulorum, qui habentur in dict. cap. Constantinus, dist. 96. est præcisè titulus proprius, & specialis DD. Cardinalium, sed vnusquisquè eorum aliquod speciale, & determinatum eorundem exprimit officium, non tamen totum, quod continetur
11 in illorum eminentia, & dignitate. Sed titulus verus, & proprius, & secundùm significationem, & secundùm vsus accommodationem est hoc, quòd dicantur, & sint Cardinales. Quod quidem nomen Cardinalatus secundùm illius veram originem, vt benè aduertit Giaconius in vita Higinij Papę, vt supra dictum est, fuit primo desumptum ex antiquis curatoribus, siuè capitibus regionum Vrbis Romæ. Quæ quidem denominatio fuit ab Euaristo, & Higino Sanctissimis Pontificibus inchoata, & à B. Syluestro non tàm instituta, quàm renouata & optimis rationibus per tot successiones temporum approbata, & manutenta. Siquidèm nulla dignior, aut amplior potest secundùm propriam rationem dari, vel admitti denominatio.

Ad tertium dicitur, quòd quicumquè alij, siuè Canonici, siuè episcopi extra Vrbem, & ecclesiā Romanam dicti sunt Cardinales, fuit permissio ratione principalitatis in tali, vel tali loco, extra
12 quos nec nomen, nec rem retinebant. quarè simpliciter tantùm, & absolutè, & vbiq; locorum Sanctæ Romanæ ecclesiæ, verè, & propriè Cardinales dicuntur. Qui verò in ecclesia Compostellana Cardinales presbyteri initiati, & in ecclesia Rauennaten. (vt verbis vtar Aluari Pelagij) tales Cardinales sunt, ex priuilegio speciali. Sed hodiè, vt dictum est, iam nullus potest denominari Cardinalis, qui non sit S.R.E. vt patet ex diplomate Pij V.

Ad quartum dicitur, quòd in titulo Cardinalis, non solùm dignitas, sed etiam illorum obligatio ad perfectionem comprehenditur, per hoc 11
quòd à cardine, in quo vertitur ostium sumunt denominationem, secundùm mysticam interpretationem applicando nomen Ostij ad Christum, qui se ostium vocauit; & ex imitatione ad Papā. patet quòd tenentur ad perfectionem modo declarato. quod totum in hoc nomine clauditur, vt pluries dictum est.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *Ecclesia dignitas, & eminentia declaratur per thema ex Psal. 44.*
2 *Ecclesia vna est, & Reginæ comparata.*
3 *Ecclesia Regina multis de causis dicitur.*
4 *Pauperes in occulto regnare dicuntur, & quomodo.*
5 *Ecclesia quomodo adstare Deo dicatur.*
6 *De Ecclesia aliqui numero tātùm, aliqui etiam merito sunt.*
7 *Ecclesia in æternum stare, quomodo intelligatur.*
8 *Ecclesia à dextris stat, non à sinistris ad differentiam synagogæ.*
9 *Vestitus deauratus Ecclesiæ est præclara illius sapientia.*
10 *Ecclesiæ sapientia in documentis, Sacramentis, & tormentis martyrum est.*
11 *Ecclesiæ integritas ex proportione cum corpore humano accipienda est.*
12 *Ecclesia diuersis statibus, dignitatibus, & hominum conditionibus decoratur.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum, non est opus, vt immoremur studiosi enim Concionatores possunt colligere eos flores, qui sibi apti, & benè visi fuerint pro eorum intentione ex dictis in corpore articuli, maximè verò in tribus quæsitis pro puncto secundo. Verum pro seruando ordine adhuc aliqua pauca, & breuitèr adducimus.

Si namquè contingat Concionatorem habere
sermonem de DD. Cardinalibus. Poterit in genere assumere pro themate illam sententiā psalmi 44. vbi Sanctus Propheta de ecclesia sermonem habens, inquit. *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate.* In qua sententia secundum D. Anton. expositionem super prolog. 3. par. suæ Summæ declarat Regius Psaltes 1

D. Anton.

Pſaltes excellentiam, dignitatem, & eminẽtiam eccleſiæ in perfectione, ſcientia, & ordine. In primis enim Regina dicitur in ſingulari, quia vna
2 eſt Sacroſancta mater eccleſia. Vndè Cyprianus.
D.Cyp. Cant.6 *Vnam eſſe Eccleſiam in Cantico Canticorum Spiritus Sanctus ex perſona Chriſti Domini deſignat, & dicit, vna eſt columba mea, perfecta mea.* Quam eccleſiæ vnitatem, & beatus Apoſtolus docet, & Sacramentum vnitatis oſtendit, dicens.
Eph. 4. *Vnum corpus, & vnus ſpiritus, & vna ſpes vocationis noſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.* & hæc Regina dicitur, tùm quia deſponſata vero, & ſoli Regi Chriſto, de quo Apocalyp. 19.
Apoc. 19. *Ipſe eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium.* & A-
2.Cor. 11. poſtolus 2.Corinth. 11. *Deſpondi vos, nimirùm fideles omnes, qui ſunt in Eccleſia, Virginem caſtam exhibere Chriſto.* Quod Dominus promiſerat per Prophetam Oſeam.
Oſea 2. *Deſponſabo te mihi in*
3 *fidem.* Regina etiam dicitur eccleſia ratione promiſſionis, quia ſibi promittitur Regnum Cœlorum: vndè ipſe Rex Chriſtus dicturus eſt fidelib. *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum vobis paratum,*
Matth. 25. Mat. 25.

Regina inſuper ratione rectæ ſuę gubernationis, quia (inquam) benè ſe regit in ſuis actionibus, ſecundùm rationem agens, non paſſionibus ſuperata. Nàm vt dicit Nicolaus Papa.
Nicol. Papa. *Rex dici non poteſt, qui nullo ſalubri regimine corporis appetitus refrænat, ſed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit.* 2. quæſt. 1. ſcelus; etiam ſi haberet dignitatem temporalem. ſicut è contra, vt
4 Beda. dicit Beda. *Pauper in occulto regnat habendo Deum,* ſcilicet per gratiam. & quidam Sapiens, *Si animo,* ideſt ratione, *te rexeris, Rex eris, ſi corpore ſeruus.*

hæc ergò Regina *aſtitit,* ideſt ſtat ante Deum
5 ad ei obſequendum. ſtat recta, nec cadit in aliquod criminale; & ſi in venialia labatur, quæ potiùs ſunt impetus, & ceſpitationes ad cadendum quàm caſus; ſecundùm illud Pſalm. 117.
Pſal. 117. *Impulſus,* ſcilicet à Diabolo, *euerſus ſum* à ſenſualitate quaſi propinquus ad caſum, *vt* per complacentiam eius, *caderem* in mortale: *verùm Dominus ſuſcepit me,* ne caderem. Nàm, vt ait Apoſtolus.
Eph. 5. *Dominus elegit ſibi ſponſam Eccleſiam, non habẽtem maculam,* mortalis, videlicet peccati; *nec rugam*
6 erroris. Vndè Hieronymus.
D.Hieron. *Qui eſt aliqua ſorde peccati pollutus,* nimirùm mortalis, *de Eccleſia dici non poteſt, nec Chriſto ſubiectus.* de pœnitentia diſtinct. 1. eccleſia. Quamuis ergò aliqui de eccleſia cadant, alij tamen loco eorum reſurgunt, vt ſic ſemper eccleſia ſtare dicatur, ſecundùm illud. *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra au-*
Eccl. 1. *tem in æternum ſtat.* Modo quo Collegium ali-
7 quod ſtare dicitur, licèt ſibi ſuccedant, qui ſunt de Collegio. Stat eccleſia ante Deum, ſemper in mente eum habens, ac ſi videat illum præſentem; iuxtà illud.
Pſ. 15. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper.* Omnia enim quæ agunt fideles ſunt coram Domino, etiam ſi peccent; quia illicò pœnitent: modo quo Dauid dicebat. *Et malum coram te feci.* Non ſic peccatores qui fugiunt à facie Dei cum peccant, quia neſciunt ad pœnitentiam reuerti: ſicut legitur de Caim, de pœn. diſ. 1. c. & venit.

Aſtat non quouis modo, ſed à dextris: non à ſi- 8
niſtris, vt Synagoga, quæ ad temporalia reſpiciebat; ſed in ſpiritualibus ſe exercet, habendo intentionem in ſuis operibus non ad mundum, ſed ad gloriam Dei; ſic vt *neſciat ſiniſtra,* videlicet mundus, *quid faciat dextera,* ideſt homo ſpiritualis. Quarè in his verbis declaretur morum ſanctitas ipſorum fidelium, & eccleſiæ.

Subditur, *In veſtitu deaurato.* per quod decla- 9
retur eccleſiæ præclara ſapientia. Namq; ſapientia, vt aurum fulget, & in intellectu habentis illum. prout Sapien. 8. dicitur. *Præclaritas in com-* Sap. 8.
municatione ſermonum illius, & in conſpectu, ſeu opinione *hominum. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores.* Ibid. & inſuper deducit ad clarum Dei aſpectum. *Concupiſcẽtia Sapientiæ deducit ad regnum perpetuum,* cap. 6. Siquidèm vt ibidèm cap. 7. dicitur. *Sapientia* Sap. 6.
in animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei conſtituit. hæc autem eccleſiæ ſapientia mirabilis apparet, & in documentis, & in Sacramentis, & 10
in tormentis martyrum. Nulla enim maior ſapiẽtia, quàm in tentationibus, & aduerſitatibus victorem ſe conſtituere, iuxtà illud Boetij. *Hanc* Boet.
ſaltem, nullus potuit peruertere terror, ne noſtrum comites proſequerentur iter. Vndè Gregor. *Abel* D.Gregor.
eſſe renuit quem Caim malitia non exercet. 7. qu. 1. §. vlt.

Demum dicitur, quòd ſit circumdata varietate, nimirùm ſtatuum, officiorum, & graduum.

Imaginandum enim, quòd quemadmodum ad hominis complementum requiruntur partes integrantes, diuerſaq; officia in ordine ad diuerſos 11
actus, & tandèm proportio debita ad illius decorem, & ornatum, ſiuè pulchritudinem: ſic in corpore myſtico, quod eſt eccleſia, ad perfectionem illius ſumuntur diuerſi ſtatus: per ordinem ad actiones ſumuntur diuerſa officia: & demùm ad illius decorem diuerſi gradus accipiuntur, vt (inquam) aliqui maiores, aliqui minores ſint in ipſa eccleſia. Vt enim dicit Apoſtolus 1. Corinth. 12. 1.Cor. 12.
Diuiſiones gratiarum ſunt idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus, prout vult, & corpus non eſt vnum membrum, ſed multa, *& ſi totum corpus oculus, vbi eſſet auditus.* Idem autem Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus, & gratia gratum faciens eſt, quæ vnit in ordine ad eundem finem Deum benedictum. Circumdatur ergò varietate ſtatuum pro illius perfectione ipſa eccleſia, & diuerſitate officiorum pro regula a- 12
ctionum, & operationum, & tandèm diſtinctione graduum pro illius decore, & ornatu. Status autem ſolet diſtingui, in ſtatum incipientium, proficientium, & perfectorum, at quia duo primi ordinantur ad vltimum tamquam ad finem: Propriè

priè diuersitas status attenditur in hoc, quod est esse perfectum, de quo statu locuti sumus in tertio quæsito.

His præmissis poteris subsumere applicando in speciali ad statum DD. Cardinalium, assumendo sententiam iàm à nobis declaratam ex 1. Regum 2. *Domini enim sunt cardines terræ, &c.* declarando quòd Domini Cardinales sunt, qui potissimùm sua eminentia, dignitate, & authoritate vniuersam decorant ecclesiam colligendo in semetipsis officia potiora, & præstantiora. Quarè ista de toto quæsito dicta sufficiant.

1. Reg. 2.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm alijs, qui quomodolibet sunt in aliqua dignitate constituti, conueniat aliquis titulus specialis.

VIdetur quòd non, primo, Omnis dignitas quæcumque illa sit clauditur in Papali, vel Cardinalitia, vt ex cap. Constantinus, dist. 96. patet. ergò non restat aliqua specialitas alijs.

Secundo, Si alicui alteri dignitati à prædictis deberetur titulus specialis, hoc maximè conueniret dignitati Episcopali, eà ratione quia Episcopi successerunt loco Apostolorum missorum per mundum, vt patet cap. in nouo testamento, dist. 21. & cap. quorum vices, distin. 68. Sed Episcopi non distinguuntur à presbyteris, quibus nullus specialis titulus debetur, vt patet. ergò. Quòd autem non distinguantur patet primo authoritate D. Hieronymi super epistolam ad Titum, dicentis. *Olim idem presbyter qui Episcopus.* & postea subdit. *Sicut* ergò *Presbyteri sciunt se Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ità Episcopi nouerint se magis consuetudine, quàm dispensationis Dominicæ veritate presbyteris esse maiores.* hoc idem habetur 2. quæstio. 7. cap. quamquam; vbi sic dicitur. *Quamquam secundùm honoris vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus maior presbyterio sit, tamen in multis Augustinus Hieronymo minor est*: ergò

D. Hieron.

Tertio. Si dicatur, quòd potestatibus temporalibus conueniant tituli speciales. Contra potestati, quæ est contra Dei voluntatem non debetur titulus honoris, de quo in præsenti loquimur, sed talis est potestas temporalis. ergò probatur minor, primo ex Gloss. super illud Deuteronom. 18. *Cum dixeris, Constituam super me Regem* inquit. *Constituunt sibi Regem contra Dei voluntatem, non Deum, sed hominem.* Itèm super illud, quod sequitur ibidem. *Constitues eum, quem Dominus Deus tuus elegerit*, inquit. *Permittit, non committit.* Constat autem, quòd tantùm mala permittantur, hoc idem clarè habetur 1. Regum 8. in electione Saulis, vbi Dominus dicit, per Samuelem filijs Israel petentibus Regem: *Hoc proiecistis Dominum hodie, qui solus vos saluauit*. ergò

Deut. 18.

1. Reg. 6.

Sed contra est, quod habetur Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quos vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* & 1. ad Titum 5. *Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur*: & de potestatibus in genere Roman. 13. dicitur. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c. Non est potestas, nisi à Deo.* & Sapien. 8. in specie de temporali potestate, dicitur. *Per me Reges regnant, &c.* ergò omnibus potestatibus honoris titulus debetur.

Act. 20

1. Tit. 5

Rom. 13.

Sap. 8.

PVNCTI PRIMI. SVMMA.

QVo ad primum circa titulum non est immorandum, sed tantùm attendendum, quòd ratio dubitandi est fundata in Ecclesia supponimus duplicem necessitate dari potestatem, spiritualem, videlicet, & temporalem; de qua re abundè erit sermo puncto sequenti quæsito primo. Stante igitur tali potestatum diuersitate omninò quærendum est, an quemadmodum intrà latitudinem eiusdem spiritualis potestatis plures dantur tituli per ordinem ad diuersas dignitates, & officia, hoc idem censendum sit per ordinem ad potestatem temporalem, & quia vtramque indistinctè complectimur (nec enim satis sunt, quæ iam diximus) ideò in genere, & vniuersaliter vltrà ea quæ specialiter diximus de Papa, & Cardinalibus, quærimus de quibuscumque alijs quomodolibet aliter in quauis dignitate constitutis. Quarè hæc de primo.

QVAESITI PRIMI SVMMA.

1 *IN Dei Ecclesia potestates duæ spiritualis, & temporalis.*
2 *Figura duarum potestatum in Ecclesia habetur 3. Reg. 7.*
3 *Ecclesia militans per atrium, triumphans verò per templum Domini rectè significatur.*
4 *Potestas spiritualis per columnam nomine Ioachim congruè significata est.*
5 *Ecclesia Christi vxor fertilis in lateribus, & quomodo.*
6 *Ad diuersas potestates diuersitas officiorum, & dignitatum necessariò comitatur.*
7 *Ecclesia homini cuidam generali comparata, & quomodo.*
8 *Comparatio, & proportio inter corpus humanum, & Ecclesiam pulchrè, & abundè declaratur.*
9 *Ecclesia militans exemplata à triumphante in multiplici ordine.*
10 *Dei sapientia in rerum ordinata distinctione, maximè commendatur.*
11 *Ordinum, & officiorum diuersitas maximè suffragatur humanæ infirmitati.*
12 *Ordinum, & officiorum diuersitas occasio est proficien-*

proficiendi pluribus.

13 *Potestatis plenitudo in Principe non excludit ministrorum potestates.*

14 *Ecclesia status quasi medius inter statum naturæ, & gloriæ.*

15 *Ecclesia exercitui, corpori humano, et regno quare comparetur.*

16 *Caput vnũ dari in vtraq; potestate necesse est.*

17 *Impossibile est singulos habere omnia, quin alterius officio vnusquisq; egeat.*

18 *Deus in suis operibus repræsentatur non solùm secundùm id, quod in se est, sed etiam secundùm quod influit in alia.*

19 *Quid sub varietate officiorũ comprahendatur.*

20 *Diuisiones gratiarum sub officiorum varietate comprehenditur.*

21 *Distinctio vitæ in actiuam, & contemplatiuã, sub officiorum varietate est.*

22 *Administrationum diuersitas, sub varietate officiorum attenditur.*

23 *Officium vndè dictum secundùm Isidorum.*

24 *Ordinis rationem saluari, vbi nulla multitudo impossibile est.*

25 *Vnitate fidei, & charitatis salua in Ecclesia congruè officiorum diuersitas admittitur.*

26 *Membra sola, quæ diuisa sunt à corpore nõ gaudent illius vnitate.*

27 *Vna est via perueniendi ad finem vltimum, & tamen simùl plures, & quomodo.*

28 *In primitiua Ecclesia cur vnus plurium officio fungebatur.*

De necessitate pluralitatis diuersorum officiorum, ac dignitatum in Ecclesia Dei, per ordinem ad vtramq; potestatem sic in communi.

QVo ad secundum, dicendum, quòd in Ecclesia Dei duæ sunt potestates, vna spiritualis, temporalis altera. & ambæ sunt
1 necessariæ, vt dicit Vgo de S. Victore, parte 2. de Sacramentis. Cum enim homo sit compositus ex anima, & corpore, spiritu, & carne, necessarium fuit ad hoc, vt sufficienter prouideretur Christiano generi in vtroq; homine, quòd duæ huiusmodi darentur potestates, quarum vna ministraret terrenis, alia cœlestibus; vna temporalibus & externis, alia spiritualibus & internis. harum pote-
2 statum figura præcessit in veteri testamento 3. Regum 7. vbi dicitur, quòd *Salomon statuit duas columnas areas in porticu templi, cumquè statuisset columnam dexteram vocauit eam nomine Ioachim. Similitèr erexit columnam secundam, & vocauit eam nomine Booz.* pro huius figuræ intelle-
3 ctu sciendum, quòd Ecclesia militans significatur per atrium; triumphans verò per templum Domini. Cuius ratio est, quoniam sicut per atrium intratur ad templum, ità de militante Ecclesia transitur ad triumphãtem. In hoc igitur atrio Salomon noster Sapientissimus Christus, in quo

(margin: Vgo de S. Vict. — 3. Reg. 7.)

sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ, posuit duas columnas, videlicèt duas potestates spiritualem, & temporalem; vt vel sic tota Christiana Respublica fulciretur, & firmaretur. & quoniam spiritualia præferri debent temporalibus, meritò vna dictarum columnarum vocatur *Ioachim*, 4
quod interpretatur, præparans alijs firmitatem. ex quo designatur excellentia spiritualis potestatis, quia nisi virtutibus emineret, potestatibus alijs firmitatem non præpararet. Vndè Petro, qui in plenitudine potestatis spiritualis fuit constitutus, à Domino dictum est. *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Luc. 22

Hoc idem declarat Augustinus super illud Psalm. 127. *Vxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Vxor Christi*, inquit, *est Ecclesia, quæ fertilis est, non in omnibus, sed in lateribus domus*, ideſt, *Ecclesia Christi sunt, siuè laici, siuè clerici, qui adhærent ipsi.* & quoniam potestas est principium agendi; & *cuius est actus eius est potentia*, vt ait Aristot. de somno, & vigilia: ne-
cessariò ad huiusmodi diuersas potestates sequũtur diuersa officia in ordine ad diuersos actus: & 6
ex diuersitate officiorum in diuersis sequitur dignitatum pluralitas; quatenus sic omnia ordinatè fiant, & constituantur. Nam *quæ à Deo sunt ordinata sunt*, inquit Apostolus. Vt ergò & nos ordinatè procedamus in aperiendo veritatem huius quæsiti, & omnium quæ implicantur, quatuor breuitèr à nobis præstanda sunt. & quidem primò declarabimus necessitatem pluralitatis diuersorum officiorum, ac dignitatum in Ecclesia Dei per ordinem ad vtramquè potestatem sic in communi, secundo eas in speciali distinguemus, prout communiter sunt in vsu, tertio easdem ad inuicem comparabimus, quarto & demùm deducemus cõclusionem responsiuam ad quæsitum cum suis probationibus.

(margin: Psalm. 127. — 5 — D. August. — Lect. 1. apud D. Tho. — Rom. 13.)

Pro declaratione primi supponendũ est, quòd tangebamus in præcedenti articulo, nimirùm quòd ecclesia est quoddam corpus mysticum ha- 7
bens similitudinem cum corpore naturali ipsius hominis. hac enim ratione Glossa ordinaria super Psalm. 61. vocat totam ecclesiam hominem quendam generalem. & D. Thom. 4. Sentent. dist. 49. art. 3. ad quartum. Mysticam carnem appellat vnitatem ecclesiæ. & Gloss. interlin. super 1. Corinth. 12. *Omnes*, inquit, *fideles sunt Christus, vt non dicam corpus Christi, quia ipse Christus, tàm maiores, quàm minores sunt.* & iterùm Glos. ordin. ibidem. *Caput, & corpus dicitur Christus propter ineffabilem vnitatem capitis, & membrorum.* & August. in Ioan. 27. dicit. *Vnitas nos compaginat, & tamen ei vnitate coniungimur, vt ipse & nos simus vnus integer Christus.*

(margin: Gloss. ord. — D. Tho. — Interli. — D. August.)

Quemadmodum ergò ad complementum corporis naturalis diuersæ requiruntur partes integrantes, quæ ætherogeneæ nuncupantur, ideſt diuersarum rationum, vt sunt caro, ossa, nerui, sanguis, & huiusmodi, sine quibus nõ haberet suam perfectio-

perfectionem, nec esset corpus humanum; insu-
8 per in eodem corpore necessaria sunt diuersa mẽbra pro diuersis officijs in ordine ad diuersos actus, nam aliud est officium oculorum, aliud aurium, aliud manuum, aliud pedum, &c. Itèm necessaria est earumdem partium ordinata dispositio pro decore seruando in toto corpore, scilicèt, quòd caput sit sursum, pedes deorsum, ad latera manus, &c.

Sic omninò proportionaliter loquendo philosophandum est de Ecclesia Dei, quæ est corpus quoddam mysticum. Siquidem & multitudine partium, & varietate officiorum, & distinctione graduum constare omninò debet. quod apertè
1. Cor. 12. Apostolus declarat 1. Corinth. 12. dicens. *Si erũt omnia membra vnum membrum, vbi corpus?* vbi Gloss. quasi dicat. *Si omnia membra essent vnum membrum, non modo periret multitudo sensuum, sed etiam corpus. Ità si in Ecclesia omnes essent vnius officij, & dignitatis, non discernerentur membra, nec corpus.* hæc Gloss. Vndè sequitur Apostolus. *Nunc autem*, ne, scilicet corpus, pereat: *Multa quidem membra sunt, vnum autem corpus, quod ex omnibus constat.* Cum enim ecclesia militans exemplata sit à triumphante, secundùm il-
Exo. 18 lud Exod. 18. *Vide, & fac omnia secundùm exem-*
9 *plar, quod tibi monstratum est.* & Apostolus di-
Heb. 9. cat. *Omnia hæc exemplaria sunt cælestium*; consequens est, quòd quemadmodum illa mater nostra superna Hierusalem ecclesia triumphãs multiplici varietate ordinum, dignitatum, & officiorum, ac præmiorum distincta est; ità & ecclesia militans suo modo multiformi gratiarum, virtutum, & meritorum, nec non dignitatum, & officiorum varietate adornata distinguatur. sic enim
D. Tho. vt optimè docet D. Thom. 4. Sentent. distin 24.
10 quæst. 2. art. 1. quæst. 1. *Commendatur Dei sapientia, quæ in distinctione ordinata rerum maximè relucet, tàm in naturalibus, quàm in spiritualibus; quod significatur in hoc, quia Regina Saba videns ordinem ministrantium Salomoni, non habebat vltra spiritum deficiens in admiratione sapientiæ ipsius.*

11 Hac eadem diuersitate, & distinctione subuenitur infirmitati humanæ, quia per vnum non poterant omnia, quæ ad diuina ministeria pertinebant, expleri sine magno grauamine. & ideò distinguuntur ordines diuersi ad diuersa officia.
Num. 11. Quod patet per hoc, quod Dominus Numer. 11. dedit Moysi septuaginta senes populi in adiutorium. tertio, vt idem inquit Doctor Sanctus, per
12 hoc *via proficiendi hominibus amplior datur, dum plures in diuersis officijs distribuuntur, vt omnes sint Dei cooperatores,* quo nihil est diuini-
de Eccl. Hier. c. 3. p. 1. us, vt inquit D. Dionys. Sicut ergò in vno Regno, quamuis tota potestatis plenitudo resideat penès Regem, non tamen excluduntur ministro-
13 rum potestates, quæ sunt participationes quædam Regiæ potestatis: sìc in spiritualibus, quamuis plenitudo potestatis maneat in Summo Pontifice, deriuatur tamen ad alios per quamdam participationem, & communicationem. & hoc idem patet in ordinibus, vbi plenitudo Sacramẽti est in vno ordine, scilicèt sacerdotio; at in alijs quædam participatio ordinis. Quod fuit significatum in hoc, quod Dominus dicit Moysi Num. Num. 11.
11. *Auferam de spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentent onus populi.* & ideò omnes ordines sunt vnum Sacramentum.

Ex omnibus igitur istis patere potest, quomodo, & qualitèr sit necessaria multiformis, & ordinata distinctio non solùm statuum, de quibus diximus in præcedènti articulo, sed etiam officiorum, & graduum, seù dignitatum in Ecclesia Dei, cùm pro illius complemento, & integritate, tùm pro eiusdem decore, & magnificentia. Vndè 14
status Ecclesiæ, qui est medius inter statum naturæ, & gloriæ, & ipse ordinem habet. Constat enim, quòd in natura inuenitur ordo, quo quædam alijs superiora sunt: & similitèr in gloria, vt patet in Angelis.

Hinc est, quòd ecclesia quandoq; exercitui assimilatur. Cant. 6. quandoq; corpori humano, Cant. 6. & 7.
Cant. 7. aliquando Regno, Dan. 11. & alijs similibus, quę sine capite, & membrorum, siuè officio- 15
rum diuersitate, vel etiam graduum esse non possunt. Vndè in Concilio Tridentino sessio. 23 cano. 6. dicitur. *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, præsbyteris, & ministris, anathema sit.* Dan. 11 Concil. Trid.

Quapropter idem Vgo de Sancto Victore, loco vt supra, inquit. *Diuersi, ergò, sunt gradus, & ordines potestatum, sub vno tamen capite, vtrimquè distributi, & quasi ab vno principio deducti, & ad vnum relati. Terrena enim potestas caput habet Regem: Spiritualis potestas caput habet Summum Pontificem.* De quibus potestatibus habetur à Pelagio Papa ad Anastasium Imperatorem, cap. duo sunt, dist. 96. Vt ergò diuersitas statuum personarum differentias ostendit secundũ maiorem, vel minorem vitæ perfectionem; Nàm Episcopi perfectiorem vitam Regularibus, Regulares alijs laicis ducunt: sic diuersitas officiorum varietatem actionum, quæ sunt necessariæ in Ecclesia; & demùm pluralitas graduum, & dignitatum, illius pulchritudinem manifestat. Vgo de S. Vict. 16 Pelag. Papa.

Quarè Ambros. exponens illud Apostoli Roman. 12. *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent*; inquit. *Eccè humani corporis exemplo docet non posse nos singulos habere omnia; ac per hoc curam nostri inuicèm nostris officijs indigemus.* & D. Gregor. vt habetur in cap. singula. dist. 89. ait. *Singula Ecclesiastici iuris officia, singulis quibusquè personis sigillatim admitti iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ità in Ecclesia spirituali corpore conferendum est hoc officium vni, alij committendum est aliud.* Rom. 12. D. Ambrof. 17 D. Gregor.

Nec

Nec enim quantumlibet exercitata vni personæ, vno tempore duarum rerum officia committenda sunt; quia si totum corpus est oculus, vbi auditus? hæc ille.

D.Tho. Concludendum ergò cum D.Thom.loco cita
18 to quæst.1.art.1.quæst.1.in corpore. quòd Deus sua opera in sui similitudinem perducit quātum possibile est, vt perfecta sint, & per illa cognosci possit. & ideò vt in suis operibus repræsentaretur non solùm, id quod in se est, sed etiam secundùm quod alijs influit, hanc legem naturalem posuit omnibus, vt vltima per media perficerentur, & media per prima, vt Dionys.dicit. & ideò vt ista pulchritudo ecclesiæ non deesset, posuit ordinem in ea. & sic plenè constat quomodo, & qualiter sit necessaria varietas officiorum, ac dignitatum in ecclesia respectu vtriusquè potesta-
D.Hieron. tis. Qua de causa D.Hieronymus ad Rusticum, ponit in ecclesia Senatum, & habetur 16.q.1.*Ec-*
Isid. *clesia Senatum habet.* & Isidorus in illa ponit magistratum, vt habetur distinct.prima, cap.*Ius publicum.*& ibi Turrecrem.per plures art.

Nunc breuitèr antequàm accedamus ad secundum Quæsitum, duo adhuc consideranda sunt, quid (inquam) sub varietate officiorum cōprehendatur. & quomodo talis varietas officiorum, vel graduum, aut dignitatum minimè ecclesiæ vnitatem offendat.

Dicimus ergò, quòd sub varietate officiorum
19 comprehenduntur, primo distinctio gratiarum, quæ ad actiones necessarias in ecclesia dantur. de
1. Cor. 12. quibus Apostolus 1. Corinth.12. *Diuisiones gra-*
20 *tiarum sunt, idem autem spiritus; alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundùm eundem spiritum, alteri fides*, idest constantia fidei, vt inquit Gloss. *in eodem spiritu, alij genera sanitatum*, idest curandi infirmos in vno spiritu, *alij opera virtutum*, idest miraculorum. *alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonū. Hæc autem omnia operatur vnus, atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult.*

Secundo sub diuersitate officiorum comprehenditur distinctio, quæ attenditur secundùm vitas, videlicet actiuam, & contemplatiuam, quarum distinctio accipitur secundùm diuersa ope-
21 rationum studia. Vndè idem Apostolus loco vt suprà, *Diuisiones operationum sunt, &c.* Aliud enim operationis studium est in Martha, quæ sollicita erat, ac laborabat circa frequens ministerium, quod pertinet ad vitam actiuam; aliud in Maria, quæ sedens secùs pedes Domini audiebat verbum illius, quod pertinet ad contemplatiuā,
Luc. 10 vt habetur Luc.10.

Tertio sub officiorum distinctione comprehē
22 duntur officia ministeriorum, de quibus Apostolus vbi supra, *Diuisiones ministrationum sunt*. Quibus vt inquit Gloss. *alij alijs subseruiunt.* Ad quod videtur pertinere varietas, & distinctio, tàm ordinum Ecclesiasticorum, quàm dignitatum. Namquè secundùm Isidorum, *plurima offi-* Isid.
ciorum genera sunt; sed præcipuum id, quod in Sa- 23
cris, diuinisquè rebus consistit. Secundùm enim eundem Isidorum, *officium ab efficiendo dictum est, quasi efficium, vna mutata littera, ob decorem sermonis*. & sic patent in genere officia diuersa, & gradus qui sunt ad complementum, & decorem ipsius ecclesiæ. ex quo enim est ordo in ecclesia relinquitur quòd in eadem sit diuersitas, & pluralitas, cum non possit ratio ordinis saluari, 24
vbi nulla est multitudo, cum sit relatio inter diuersa, licèt nos vtamur hoc nomine pro eo à quo primo sumitur ratio ordinis, vt magis dicetur infra. & in his gradibus cognoscitur Deus semper mirabilis. Vndè Iob 31. *Per singulos gradus meos* Iob 31.
pronunciabo illum omnipotentem.

Quòd autem huiusmodi varietas, seù diuersitas officiorum, & graduum non offendat ecclesię vnitatem, pro qua rogabat Christus Ioan.15. Io. 15.
Rogo vt vnum sint, sicut & nos vnum sumus. patet primo in diuersitate membrorum in vno, & eodem corpore humano propter vnitatem spiritus, qui est in illo: sic salua vnitate fidei, & charitatis non repugnat in ecclesia esse pluralitatem 25
officiorum, & graduum. Imò sicut corpus naturale ex tali diuersitate membrorum perficitur: sic ecclesia ex sæpe dicta varietate. Quemadmodum enim natura nō facit per plura, quod potest facere per vnum: ita neq; per vnum facit, quod æquè benè debet fieri per multa. Vndè vnitas Spiritus Sancti viuificantis Ecclesiam, eandem cum tali varietate, & distinctione conseruat, & pacificat. Quapropter Apostolus dicebat. *Sollicitu seruare* Eph. 4.
vnitatem spiritus. & sicut sola membra diuisa à corpore recedunt ab illius vnitate: sic tantùm, qui abscedunt ab vnitate spiritus quærendo quæ 26
sunt propria, & non quæ sunt Dei, abscedunt à tali vnitate; ac eo pax perturbatur. hinc idem Apostolus ibidem. *Deus sic temperauit, vt non sit schisma in corpore, sed, pro inuicem sollicita sint membra*.

Secundo idem patet, quia licèt in via Dei, alius sic, alius sic vadat per varias, & diuersas vias, seù semitas incedendo, vt ad finem perueniat, vt 27
dicebat Augustinus, nihilominus semper vna est tantùm via communis, & regia, per quam omnes incedere debent, quæ est fides Christi, & obser- Matth.
uantia mandatorum, iuxtà illud. *Si vis ad vitam* 19.
ingredi, serua mandata.

Nec etiam offendit, quòd in primitiua ecclesia non essent gradus, vt modo; Siquidèm penuria, siuè paucitas fidelium fuit in causa, quòd in 28
paucis plures clauderentur ordines, sic quòd vnus fungebatur officio plurium, vt declarat Diu. D.Tho.
Thom. locis citatis, & Turrecremat. Summa de Turrecrem.
Ecclesia, libro primo, cap. septuagesimonono. Tunc enim tantùm erant Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, qui officijs omnium inferiorum fungebantur; imò Episcopi exercebant omnia munia inferiorum Sacerdotum. Demùm multiplicato

cato Clero, & officia magis distincta sunt pro maiori commoditate, & decore totius Ecclesiæ. hæc igitur dicta sufficiant de primo quæsito.

QVAESITI SECVNDI SVMMA.

1 *Ecclesia Dei ex vno tantùm hominum genere est, scilicet fidelium.*
2 *Christiani nominis origo, & Christianorum conditio.*
3 *Christiani primum dicti discipuli, & fratres sunt.*
4 *Christianorum genera duo, & quomodo inter se distincta.*
5 *Laici vnde dicti.*
6 *Religiosus quis dicitur pluribus modis.*
7 *Clericorum origo, & cleros ethimologia, ac significatio.*
8 *Clerici per tribum Leui figurati.*
9 *Leui tribus, licet non posset cum alijs diuidere, attamen in paternis succedebat.*
10 *Sortis vsus in electionibus, æterna prohibitione damnatus.*
11 *Clerici nunc non à sorte sed obsequio, & hæreditate dicuntur.*
12 *Religiosorum distinctio in Prælatos, Sacerdotes & alios inferiores.*
13 *Religiosorum distinctio figurata Num. 3.*
14 *Religiosorum distinctio, quando, & quomodo declarata in nouo testamento.*
15 *Episcoporum gradus in Apostolis repræsentatur.*
16 *Presbyterorum, siuè Sacerdotum multitudo per 72. discipulos manifestata.*
17 *Ordo graduum, & dignitatum in spirituali potestate qualiter accipiendus.*
18 *Episcoporum ordo quadripartitus est, in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos.*
19 *Ordinis nomen quandoq; pro Sacramento; aliquando pro officio, vel gradu.*
20 *Episcopatus an sit ordo, & quomodo.*
21 *Ordo vt Sacramentum est vnus ab alio necessariò non dependet.*
22 *Episcopus in quibus emineat Sacerdotibus.*
23 *Iuristarum, & Theologorum concordia circà Episcopatum, an sit ordo.*
24 *Patriarcharum alij principales, alij minus principales.*
25 *In vrbe olim quinq; Patriarchales Ecclesiæ, & quæ.*
26 *Romana Ecclesia cur modo inter Patriarchales minimè computetur.*
27 *Patriarchæ ethimologia, & origo.*
28 *Patriarcharum ordo quis, & vnde desumptus.*
29 *Patriarcha Constantinopolitanus, cur modo primus.*
30 *Constantinopolis Roma noua dicta, & quarè.*
31 *Patriarchæ, & Primates, an, & quomodo distinguantur.*
32 *Patriarchæ Constantinopolitani, & Alexandr. potestas.*
33 *Ad Patriarchas ab Episcopis fit appellatio intermisso Episcopo.*
34 *Ante Patriarcham crux defertur vbiq; ordinat præterquam in vrbe.*
35 *Archiepiscopi, & Metropolitani ijdem, & quarè sic dicti.*
36 *Archiepiscoporum eminentia, & potestas.*
37 *Palium quid qualiter contextum, eius vsus, & quomodo non transit personam.*
38 *Palio quomodo Papa, & alij vtantur.*
39 *Palium quibus verbis tradatur.*
40 *Palium nulli datur, nisi instantissimè petatur.*
41 *Dies qui nam sint in quibus palij vsus conceditur.*
42 *Gradus cur in Ecclesia multiplicati.*
43 *Episcoporum dignitas, & distinctio non ex Iudæis, sed ex Gentibus desumpta; & quomodo.*
44 *Abbates exempti, & alij Episcopo inferiores.*
45 *Protonotarij alij ordinarij alij supranumerarij, & quod illorum officium.*
46 *Distinctio graduum, & dignitatum temporalium quomodo in veteri, & quomodo in nouo testamento.*
47 *Habentium dignitatem, & iurisdictionem ordo, & distinctio.*
48 *De Imperatoris nomine, illius origine, & quis primo sic appellatus.*
49 *Nicanor iusto Dei iudicio captus, & occisus propter sui elationem.*
50 *Imperatores, quarè Cæsares, & Augusti appellati.*
51 *Regis nomen passim in scriptura habetur, & Deus sic se vocat.*
52 *Ducis nomen in scriptura, & vndè sic dictus.*
53 *Marchio, & Comes quomodo discriminentur, et vndè dicti.*
54 *Consules duos olim eligebant Romani, & quarè.*
55 *Principes; vnde dicti, & qualis dignitas.*
56 *Sacra Scriptura vsus circa nomen Principis.*
57 *Barones, vndè dicti, & qualis dignitas.*
58 *Satrapæ vndè dicti, & quod illorum officium.*
59 *Optimates vndè, & quarè sic dicti.*
60 *Magistratus vndè dictus.*
61 *Iudices vndè dicti.*
62 *Prætores vndè dicti.*
63 *Scribæ vndè dicti.*
64 *Nomina omnia importantia dignitatem cum iurisdictione cedere possunt in titulos.*

De distinctione, ordine, & nominibus dignitatum, tùm spiritualium, tùm temporalium, prout communiter sunt in vsu.

NVnc aggrediamur declarare secundũ Quæsitum distinguendo, vt spopondimus singulos

gulos gradus, maximè generales, qui sunt in vsu per ordinem ad vtramq; potestatem spiritualem & temporalem.

Et quidèm pro huius manifestatione habendum pro constanti est, quod Ecclesia Sancta Dei
1 ex vno tamquam genere, nimirùm fidelium constat,& componitur, qui Christiani dicuntur; quorum origo, vt in Actis Apostolorum dicitur, his
kap. 11 verbis describitur. *Et docuerunt turbam multam,*
2 *ita vt cognominarentur primum Antiochia discipuli Christiani.* Vndè hoc communi nomine omnes, qui Christi fidem sunt secuti, tamquàm Christi discipuli, Christiani sunt appellati: & tale nomen ad posteros transmiserunt. & horum Religio Sancta est, cum tales nihil ex suo arbitrio eligant, nec priuatam disciplinam teneant, sicut faciunt hęretici, vt docet
Isid. Isidor. lib. 18. ethimolog. cap. 3. Primò enim omnes fideles fuerunt dicti
3 discipuli, de consecrat. dist. 2. prima. vel fratres. 11. q. 3. ad mensam. Sed postquam Apostoli fecerunt Concilium Antiochenum dicti sunt Christiani. 24. q. 1. rogamus.

Fideles autem isti in duas species diuiduntur
D. Hieron. secundum Hieronymum, vt habetur 12. quæst. 1. cap. Duo sunt. his verbis, *Duo sunt genera Chri-*
4 *stianorum. Est autem vnum genus, quod mancipatum Diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit; vt sunt Clerici, & Deo dicati. Illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Aliud genus Christianorum est, vt sunt laici Gracè,*
5 *Latinè populus. ijs licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. Nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere. His concessum est ducere vxorem, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes super altare apponere, decimas reddere, & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint.* hæc ille.

Quæ diuisio olim fuerat Christianorum in primitiua ecclesia; modo autem quidam dicuntur
Bellar. *Religiosi*, quidam *sæculares*. Bellarm. in præfatio. tom. 2. de Cler.

Religiosus autem in iure multis modis sumi-
6 tur, & præsertim ad quattuor species reducitur. primo modo Religiosus sumitur largissimè omnis, qui sub Christiana fide viuit: & sic omnes fideles propter fidem Christi, Religiosi dicuntur.
Iac. 1. hac de causa appellatur Religio Christiana. Iac. in c. 1. *Si quis putat se Religiosum esse.* hoc est, fidelem, &c.

Secundo modo sumitur latè pro bono Chri-
Act. 2. stiano tantùm, vt dicitur Act. cap. 2. *Erant autem Hierosolymis viri Religiosi ex omni natione, qua sub cælo est.*

Tertio modo sumitur pro Clericis quomodolibet deputatis ad cultum, vel obsequium Dei. & demùm proprijssimè pro vouentibus, & ducentibus vitam regularem.

Hoc autem nomen Clericus à S. Matthia in- 7
choauit. Abbas in cap. nullus, de foro competen- Abbat.
ti. Ipse enim sorte electus est. & secundùm Hug. de Sancto Victore, in lib. de Sacrament. *Clericus dicitur à Græco vocabulo Cleros, quod Latinè interpretatum, sortem dicimus:* siuè quòd ipse sorte sit electus à Deo, & ad seruitium Dei: siue quia ipse Deus sors illius sit, & portionem aliam in terra habere non debeat, nisi Deum, & alia, quæ ad partem Dei spectant, vt sunt decimæ, & oblationes, quæ Deo offeruntur, quibus sustentantur. Fi- 8
guratum per Tribum Leui, quæ non habuit partem particularem in terra promissionis, modo quo aliæ tribus; vt in cap. Cleros. distinct. 21. Ratio huius erat secundum D. Thom. in 4. distinct. D. Tho.
24. quia tunc tribus Leui debebat docere, & instruere populum in spiritualibus, ac eo dispergenda per vniuersum populum; vndè non poterant diuidere cum alijs tribubus terram promissionis, sed contenta erat decimis, & oblationibus 9
ex Domini præcepto; poterant tamen succedere in bonis paternis si qui habebant, modo quo nostri Clerici sæculares. & retentum est hoc nomē, non ea ratione, quia per sortes eligantur; nam *vsus sortis in electionibus æterna prohibitione* 10
damnatus est. extra de sortibus, cap. Ecclesia, 2. Quomodo autem ex causa liceant sortes non est dicendum modo. Dicuntur ergo Clerici rationibus dictis, quia quasi gratiosa sorte destinantur ad Dei speciale obsequium & quia fruuntur hæreditate Domini, id est parte decima, & oblationibus, vt dictum est. Vide si vis Turrecrem. dist. 11
vt supra, cap. Cleros. Turrecrem.

Verùm quidquid sit de hac distinctione inter ipsos Clericos, loquendo de Religiosis in gene- 12
re, dicimus quod distinguuntur ad propositum nostrum in tres species, nimirùm in Prælatos, Sacerdotes, & alios inferiorum ordinum, vt in dict. cap. Cleros, distinct. 21. Et penes istos attenditur spiritualis potestas distincta per gradus, & ordines. qui gradus habentur figurati in veteri testamento, & in nouo expressi. Siquidèm in veteri, vt legitur Num. 3. ibi ponitur gradus Summi Sa- Num. 3.
cerdotis Aaron, & minorum Sacerdotum ministrantium Aaron. vbi dicitur. *Functique sunt Sa-* 13
cerdotio Eleazar, & Ithamar coram Aaron. Item ponitur ibi subministratio Leuitarum secundum gradus differentes. vndè ibi dicitur. *Dabis Leuitas Aaron, & filijs eius.* quibus traditi sunt à filijs Israel in ministerio.

In nouo etiam testamento pariter gradus in potestate spirituali describuntur. primo vbi gradus Summi Pontificis ordinatur, cum plenitudo potestatis clauium vni singulariter, scilicet Petro committitur, dicente Domino illi. *Tu es Pe-* Matth. 16.
trus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, Matth. decimosexto. Item cum eidem cu- 14
ra gregis Dominici vniuersalis iniungitur, dicente Domino illi. *Simon Ioannis diligis me plus his? pasce oues meas.* Ioan. vltimo. Cui in Eccle- Io. vlt.

Y sia

sia Romanus Pontifex in primatu succedit.

Secundo differentia gradus Episcoporum designatur in Apostolis, quorum locum tenent Epi
15 scopi, quibus à Domino dicitur. *Amen dico vobis quæcumq; ligaueritis super terram erunt ligata et*
Matth. *in cælo*, Mat. 18.
18. Tertio gradus presbyterorum accipitur, cum Dominus Discipulos septuaginta duos, qui mi-
16 noris ordinis Sacerdotum figuram gesserunt, de-
Matth. signasse legitur. *Qui eum præcederent in omnem*
10. *Ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus*, Math. 10. Sub potestate verò presbyterorum ordo Diaconorum, qui in Archidiaconis habent iudiciariam potestatem, designatur ab Apostolo 1.
1.Tim. Timoth. 3. vbi post descriptionem Episcopi, di-
3. cit. *Diacones si benè administrauerint, gradum bonum sibi acquirunt.* Quomodo autem in speciali singuli ordines sint instituti à Christo Domino nostro, vide Magistrum Sententiarum in citata
Magist. distinct. 24. 4. Sentent. in littera, & si vis, ibidem
Sent. D. Thom. commentaria. Quod nostrum est pro nunc exequamur reincipiendo, & dicamus, quòd in primo, & supremo gradu est Papa pastor vni-
17 uersalis, & caput Ecclesiæ, & à quo non minus, quàm à fonte omnis potestas spiritualis deriuatur, habens potestatem non solùm super corpus Christi verum cum omnibus alijs Sacerdotibus, sed & super corpus Christi mysticum. de quo & eius auctoritate satis sit dictum in superioribus.

Post hanc Papæ primariam potestatem, immediatè sequitur potestas DD. Cardinalium, de quibus etiam abundè diximus in præcedenti articulo.

Ad istos ergò sequitur tertius ordo, qui Episcoporum dicitur, & appellatur, & hic quadripar
18 titus est, nimirū in *Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos.* cap. Cleros, distinct. 21. §. ordo verò.

Vbi nota, quòd nomen ordinis potest accipi dupliciter, vno modo secundum, quòd est Sacra-
19 mentum: alio modo secundùm quod est officium, vel gradus potestatis respectu quarumcumq; Sacrarum actionum, vel officiorum. primo ergò modo accipiendo ordinem, prout est Sacramen-
20 tum, Episcopatus non est ordo. quod sic patet. Nam ordo, vt est Sacramentum ordinatur ad Eucharistiam conficiendam; sed Episcopus non habet potestatem superiorem quantum ad Sacramentum Eucharistiæ, sed quantam habet Sacerdos simplex. ergo, præterea, omnis distinctio graduum, & ordinum est propter altaris sacrificium in quo est consumatio omnis diuini cultus. ergò, cum peruentum est ad illam consumationem ibidem est status, sed per simplex sacerdotium peruenitur ad hoc, ergo vlterius non est aliquis ordo. Vlteriùs, vnus ordo non dependet a præceden
21 ti quantum ad necessitatem Sacramenti. at Episcopalis potestas dependet à Sacerdotali, nullus enim Episcopalem potest suscipere dignitatem, nisi præhabeat Sacerdotalem, vt patet. ergò

Sumendo verò nomen ordinis, prout significat officium, siue gradum potestatis respectu quarumcumquè Sacrarum actionum, Episcopatus est ordo. patet hoc. primo auctoritate Isidor. in Isid.
cap. cleros, distinct. 21. qui Episcopatum numerat inter ordines. Secundo confirmatur ratione, quia Episcopus ex sua ordinatione, siue consecratione habet ampliorem potestatem in collatione Sacramentorum, & executione Sacrarum actionum, quàm simplex Sacerdos. potest enim 22
conferre omnes ordines, consecrare alium in Episcopum, & Ecclesias, moniales benedicere, & multa alia, quæ non conueniunt simplici Sacerdoti. Et hinc habes quomodo concordes Legistas cum Theologis. quando enim Legistæ ponūt 23
Episcopatum ordinem, intelligi debent hoc secundo modo. quando negant Theologi primo modo intelligi volunt. Est autem Theologorum opinio magis resoluta, & magis propria. Sunt igitur in ordine officiorum omnes supranominati post Cardinales, videlicet, *Patriarcha, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi.*

Inter Patriarchas aliqui dicuntur principales, 24
aliqui minus principales. Principales sunt quattuor, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, eodem cap. Cleros, in verb. Patriarchis. Supra istos tamen præsupponimus intelligi Romanum Pontificem, qui Basilicæ Lateranensis est Patriarcha, & est Patriarcha Patriarcharum, distinct. 23. cap. in nomine Domini. Olim enim in Vrbe erant quinq; Patriarchales Sedes ordinatæ, quarum prima erat 25
Ecclesia Lateranensis, secunda D. Petri Basilica, tertia S. Pauli, quarta S. Mariæ ad Præsepe, quinta S. Laurentij extra muros. quia Papa Summus Patriarcharum princeps ibi frequentius munus Sacerdotale exercere soleat, cap. fundamenta, de elect. in 6. Verum cum Ecclesia Romana maior 26
sit omnibus, vt dictum est, vti aliarum caput, præeminentiam habet super omnes alias Ecclesias, & ideò non fuit conueniens, vt inter Patriarchales Sedes numeraretur; tamen eo honore decoratur ratione dignitatis, & præeminentiæ, non autem ratione iurisdictionis, vel ordinis, cum illa multo maiori præstet potestate. Quibus de causis Papa nuncupatur, & Patriarcha, & Archiepiscopus, & Episcopus.

Dicitur autem Patriarcha ab *archos*, voce græ 27
ca, quod est, princeps, quasi princeps patrum, vel summus patrum. & differunt iurisdictione tantū, & præeminentia ab Episcopis, & Archiepiscopis, non ordine, vel consecratione cum in istis inter eos sit paritas. vt patet cap. per singulas prouincias, 9. quæst. 3. & tenent primum locum post Papam.

Origo autem istorum fuit desumpta ab antiquis Patribus, qui tamquam principes credentium, hoc nomine fuerunt nuncupati, sicut Abel, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, & Dauid, quem Petrus in Actibus Apostolorum Patriarcham

cham appellauit.& Luc.Euangelista in 1.cap.Ioannem Baptistam eodem nomine nuncupauit. Ita Pelagius de planctu Ecclesiæ,lib.2.c.2.|& 18. & 105. Moscon.de maiesta.milit.Ecclesiæ,lib.1. cap.8.

Aluar. Pelag.

Ordo inter istos antiquitùs fuit, quia Patriarcha Alexandrinus primum tenebat locum, cum illam Sedem consecrauerit D.Marcus Euangelista discipulus D. Petri ex nomine illius. Secundum verò locum tenebat Patriarcha Antiochenus, quia Sedes Antiochena nomine eiusdem D. Petri Apostoli memorabilis, & honorabilis habetur, cum ibi fuerit commoratus antequam Romam veniret,& Ignatium Episcopum ibidem cõstituit post eius discessum. ex qua re Anacletus Papa,& habetur distinct.22.cap.Sacrosancta. deducit Ecclesiam Romanam esse primam Sedem; his verbis. *Prima ergo Sedes cœlesti beneficio in Romana est Ecclesia,quam Beatissimi Petrus,& Paulus suo martyrio consecrauerunt.*

28

Verùm hodie post Papam primum tenet locum Patriarcha Constantinopolitanus,vt declaratur in cap.Constantinopolitate, distinct.22.& eadem distinct.cap.de Constantinopolitana Ecclesia. Constantinopolis autem primo dicta fuit Byzantium,& fuit locus quem elegit Constantinus Imperator post factam donationem Imperij Romani Syluestro; quare dicta est Constantinopolis,quia Constantinus illuc cum alijs Romanis iuit. Vnde & Constantinopolis,& *Roma noua* dicta est,distinct.96.cap.Constantinus.& sic in honorem Constantini, necnon gratitudinem, ac etiam propter amplitudinem prouinciarum prima Sedes Patriarchalis fuit declarata, secunda Alexandrina,tertia Antiochena,quarta Hierosolymitana.Ita fuit diffinitum in Lateranensi Concilio cap.5. de ordin.Sed.Patriarchalium, vt in cap.renouantes,& cap.diffinimus,dist.22.

29

30

Sunt etiam alij Patriarchæ istis inferiores, qui Primates,& non Patriarchæ appellantur, si proprietatem, & institutionem inspiciamus. Verum iam vsus obtinuit,quod & ipsi Patriarchæ dicantur. Et sunt Patriarchæ Aquileiensis,& Gradensis in Istria,Venetiarum,Lugdunensis,& similiũ. qui reuera tantum nomine differunt, cum officium sit idem.

31

32 Patriarchæ Constantinopolitanus,& Alexandrinus possunt ex causa suos deponere Episcopos,secundum ea quæ referunt Host.& Innoc.in c.antiqua,de priuil.

Insuper Patriarchæ pallium Metropolitanis conferunt, & ab illis iuramentum fidelitatis, & obedientiæ pro Ecclesia Romana recipiunt. Et

33 sit appellatio ab Episcopis ad Patriarchas omisso medio, videlicet Archiepiscopis, secundum communem relatam ab Abbate in dicto cap. antiqua. & hinc habes, quòd regulariter, & de iure communi Patriarchæ habent maiorem iurisdictionem, quàm alij Primates: & eisdem plures subiacent prouinciæ; præeminent Archiepiscopis,ac si essent eorum ordinarij, & Archiepiscopi eorum suffraganei,vt Abbas in d.cap.antiqua. Imò ordinare potest, vt in omni loco ante ipsum deferatur Crux,præterquàm in Vrbe,aut coram 34

Summo Pontifice,vel eius legato de latere.glos. in cap.1.vt lit.penden.& Abbas vbi supra. Residentq; in nobiliori loco prouinciæ, vbi & Reges residere solent.

Post Patriarchas autem, & Primates sequuntur Archiepiscopi, qui alio nomine Metropolitani appellantur. Et dicitur Archiepiscopus quasi 35

princeps Episcoporum;Metropolitanus verò quasi *metros*, idest mensura,seu numero decem ciuitatum; vel vt alij, quasi *mater ciuitatum prouinciæ*; vt in cap.Cleros, distinct.21.& cap.Scitote, 6.q.3.& c.de his,dist.12.

Residet & ipse in maiori loco prouinciæ, & maiorem habet sollicitudinem in regimine spirituali. Defert Crucem ante se, sicut Patriarcha in tota prouincia, etiam extra tempus visitationis,& sine licentia sui Diœcesani. nuncupatur ordinarius episcopi,licet non concedatur eis attentare aliquid contra suos suffraganeos in eorum Diœcesi,nisi in casibus à iure permissis.Abbas in cap.sicut vnire, de excessibus prælatorum, cap. sollicitudinem,de appellationibus.Vtuntur pallio quemadmodum Patriarchæ in celebratione missarum;& per illud monstratur plenitudo pontificalis officij. Abbas in cap.nullus, de iure patronat. 36

Est autem pallium,vt hac occasione dicamus, insigne ornamentum Patriarcharum, & Episcoporum sumptum de corpore B. Petri, vt in cap. significasti, de elect. estq; contextum de candida lana habens circulum humeros constringentem, & duas lineas ab vtraq; parte ante, & retro pendentes, & à sinistris est duplex, à dextris autem simplex,habens desuper quattuor Cruces purpureas,hoc est,vnam ante, alteram retro, sic à dextris,& à sinistris: & ibi sunt infixæ tres acus. quæ mysteria declarat Inno.3. lib.1.myst.missæ, cap. 68.Istud pallium,postquam fuerit perfectum defertur ad Basilicam S.Petri, & per Canonicos dictæ Basilicæ ponitur desuper corpora Beatorum Apostolorum Petri,& Pauli sub Altare maius,& ibi per noctem custoditur. De mane dum tollitur datur Subdiaconis ad custodiendum. & alia fiunt,vt patet in cæremoniali Romano, verb.pallium.De eo loquitur Gregor.in lib.1. epist.30.& 39.lib.6.episto.23.& lib.7.episto.126.quòd origo pallij antiquissima sit secundùm Maximum Episcopum. Eusebius Cæsarien. in sermone de Epiphania,ita dicit. *In lege gratiæ antiquum est illud nostrum Ephod, primo pallium, quod à Lino post Petrum secundo Romano Pontifice institutum & in singulare potestatis priuilegium nostris Præsulibus datum fuit.* 37

Eusch. Cæsar.

Summus Pontifex eo vtitur vbicumq;& quandocumquè voluerit in signum plenissimæ potestatis,& ipse alijs concedit,ita vt nec semper,nec 38

vbiquè eo vti liceat, sed præcipuè in Ecclesijs sibi subiectis,& certis solemnibus diebus.& sic demõstratur quemadmodum sunt electi in partem sollicitudinis,c.quoniam,dist.100.

Archiepiscopus dum recipit pallium iurat fidem Catholicam profiteri, statuta Apostolica, & Conciliorum obseruare,cap.nouit, eadem distinct.

Pallium Archiepiscopi habet quattuor Cruces, vnam, scilicet in pectore, vnam in quolibet brachio,& alteram retrò, designantes honorem spiritualem, ornantes vt torques personam gerentium; ideò alijs accommodari non potest eo mortuo,nec restat apud suam Ecclesiam,sed cum eo sepelitur, cap.bonæ, el secondo, de postula. prælat.

Dum traditur,talibus verbis tradens vti solet.
39 *Ad honorem Dei omnipotentis,& Beatæ Virginis, & Beatorum Apostolorum Petri,& Pauli,& B.N. & Ecclesiæ Romanæ, & Ecclesiæ N. tibi commissæ, tradimus tibi pallium de corpore Beati Petri sumptum, in plenitudinem pontificalis dignitatis, vt vtaris eo intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimentur in priuilegijs tuæ Ecclesiæ concessis à Romana Ecclesia.* & similia;cap.finali, dist. 100.

Non datur,nisi instantissimè petatur.& vtitur
40 petens talibus verbis. *Ego N. electus Ecclesiæ N. instanter, instantius, & instantissimè peto mihi tradi, & assignari pallium de corpore Sancti Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificalis officij.* Et debet peti intra tres menses. Ita ex cæremoniali Romano. Episcopis autem non datur, nisi ex speciali priuilegio.

Dies in quibus regulariter vti pallio conceditur,
41 sunt Natiuitatis Domini,S.Stephani,S.Ioannis,Circumcisionis,Epiphaniæ,Ramis palmarũ, Cœnæ Domini,Paschatis,Pentecostes, S.Ioann. Baptistæ,Apostolorum, Dedicationis Ecclesiæ, & eiusdem Sancti, & in ordinationibus Clericorum,vel consecratione Ecclesiarum,& sic de singulis,&c.

Hæc de pallij origine,vsu,ac significatione dicta sufficiant.

Post huius declarationem superest, vt adhuc
42 per ordinem ad gradus, siuè dignitates spirituales,declaremus causas,quarè tot gradus in Ecclesia sint multiplicati,& qua ratione distributi.Ratio autem dubitandi circa hoc est, quia vt videtur ritus Ecclesiæ debet esse conformis ritui Synagogæ,quæ erat figura Ecclesiæ nostræ:at in veteri lege constat,quòd non erat talis distinctio dignitatis Episcopalis sic quòd ordo vnius esset supra alium;sed tantùm erant *Moyses,& Aaron*, in
Ps.98. præcipuos Sacerdotes,iuxtà illud Psalm.*Moyses, & Aaron in Sacerdotibus suis:* nimirùm præcipuis,& primioribus. Inter quos erat distinctio, quia Moyses maior fuit in administratione, non tamen quoad consecrationem Sacerdotalem; in hac enim ambo erant pares:sic tamen quòd Moyses hostias non offerebat, sed vota tantùm offerebat pro populo, vt habetur distinct.36. si quis vult,& distinct.38.decreuit. Insuper in hoc erat maior Moyses, quàm Aaron, quia instruebat, & redarguebat eum tamquàm minorem, vt habetur de pœnitent. distinctio.3. inter hæc hircum. Non tamen aderat talis,ac tanta multitudo quẽadmodum reperitur modo in Ecclesia Apostolica.

Verùm huic rationi respondet D.Thom. in 4. distinct.24.locis citatis, dicens,quòd huiusmodi distinctionis Episcopalis dignitatis, siuè gradus supra Episcopalem dignitatem,non debuit sumi figura ex veteri lege, sed conuenientius ex gentibus. & ratio est, quia ritus Iudæorum non erat diffusus in diuersis Regnis,& Prouincijs, sed tantùm in vna gente, & ideò non erat necesse, quòd sub dictorum potestate,videlicet,Moysis,& Aaron, essent aliæ potestates principales. Cum igitur Ecclesia,quæ est gentium congregatio, & cõuocatio vbiquè sit diffusa more quo erant olim gentes; idcircò magis ex ipsis gentibus sumenda est huius rei causa. D.Tho. q.3.ar. 2. q.1. 43

Dicimus ergò, quòd ante Christi aduentum erant apud gentiles Vrbes quædam, ac loca, in quibus primates præsidere debebant, ad quos pro maioribus negotijs gentiles appellabant: & sic in huiusmodi Vrbibus post aduentum Christi,Apostoli,& eorum successores Patriarchas,& Primates posuerunt. Et B.Petrus in illis Ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos *primiflamines* eorum,atquè primi legis doctores erant,Episcopos,Patriarchas,vel Primates poni pręcepit, qui reliquorum causas. Episcoporum, & maiora negotia in fide agitarent. In illis autèm in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines,Archiepiscopos institui mandauit. In singulis verò reliquis Ciuitatibus,singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantùm vocabula sortirentur, vt habetur cap.2.& 3. 80.distinct. Et parochialium fines, ac terminos Dionysius Papa distinxit,& diuisit,vt ibidèm cap.2.& hoc eodem modo Concilium Tridentinum diuidi mandauit,vt habetur sessio.24.cap.13.de reformat. quarè Archiepiscopis cura totius prouinciæ est commissa, vt in cap.Cleros,distinct.21.& causas appellationum ab Episcopis suis suffraganeis interpositas cognoscere possunt, in propria tamen Diœcesi tantùm,cap.vt ligantes, de officio ordinarij in 6. & cap.nullus primas, nona quæstione secunda. Hæc de dignitatibus intrà latitudinem Episcoporum. Concil. Trid.

Aliæ etiam sunt dignitates, vt Abbatiales, quarum Abbates etiàm exempti,& habentes iura Episcopalia, & Diœceses; tenentur Episcopi reuerentiam exhibere, & præferuntur cæteris Clericis Episcopo inferiores. Sunt etiam Abbates inter quattuor generales ordinum capita, 44
videlicèt, S.Benedicti, Cluniacen. Cistercien. &
Præmon-

Præmonstraten. qui alijs Abbatibus præferuntur
Cassan. Cassan. in Catalogo glor. mundi parte 4. 31. consider. & Abbates veniunt appellatione Prælatorum, & tunc immediatè præcedunt alios post episcopum quando Canonici ecclesiæ Cathedralis collegialiter non incedunt, &c.

45 Sunt etiàm dignitatem habentes protonotarij, quorum alij ordinarij, alij supranumerarij dicuntur. Ordinarij sunt participantes, qui habent officium prothonotariatus cum fructibus, qui ex eo in Romana Curia percipiuntur. extraordinarij verò ad honores, & dignitatem prælaturæ sunt creati, qui Rochettum portare possunt. & est dignitas, quia Protonotarij sunt Notarij Papæ, vt cap. 2. & cap. cum Redemptor, 12. quæst. 2. & aliæ multæ, de quibus in speciali non est dicendũ. & hæc dicta sunt pro potestate spirituali.

Distinctio graduum, & dignitatum temporalium.

De gradibus etiam, siuè dignitatibus intrà la-
46 titudinem potestatis temporalis non dissimili modo philosophandum est, siquidèm & de illis sermo est, & in veteri, & in nouo testamento. ex veteri quidem primo patet Exod. 15. vbi dici-
Exo. 15 tur, quòd *Moyses ex electis viris strenuis de cuncto populo Israel constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & Decanos, qui iudicarent populum Dei omni tempore.*

Ex nouo etiam testamento accipiuntur pri-
Rom. 13. mo, vbi Apostolus inquit Roman. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Vbi
Gloss. inquit Gloss. *Vt etiam seruiat homo potestatibus sæcularibus, bonis, vel malis*, scilicèt, Regibus, principibus, tribunis, centurionibus, & alijs huius
1. Pet. 2. modi. Accipitur etiam ex illo 1. Pet. 2. *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siuè Regi tamquàm præcellenti, siuè Ducibus tamquàm ab eo missis.*

47 In speciali autèm inter habentes dignitatem numerantur Imperator, Reges, Duces, Archiduces, Marchiones, Comites, & omnes, qui super alios sunt potestatem, & iurisdictionem habentes. quorum ordo vsus ipse declarat. Nam Marchiones maiores sunt Comitibus, vt sic, Duces Marchionibus, Reges Ducibus, Imperator omnibus: cæteris paribus. & inter huiusmodi computari debent Præsidentes, Gubernatores, Consules, Primarij, & alij, quorum cognitio, & discretio remittitur prudentiæ Lectorum.

Vt tamen aliqualem notitiam illorum tradamus, reaccipiendo quæ diximus de gradibus intrà latitudinem potestatis temporalis, dicimus quòd nomen Imperatoris fastuosè, & elatè trahit originem, quasi *Dominus omnium*; & primus
48 sic vocatus videtur Nichanor, de quo habetur in
2. Machab. 15. Scriptura, quòd à Iudæis rogatus ne cogerentur sumere arma in die Sanctificationis, siuè Sabbathi. Ipse interrogauit, *Nùm esset potens in cælo, qui imperaret agi diem festum.* & responso acce- *2. Mach. 15.*
pto, quòd *erat potens in cælo Dominus Deus.* cum fastu respondit. *Et ego sum potens in terra, qui impero sumi arma.* propter quam causam, & superbiam diuino iudicio occisus est à Iuda Macha- 49
bæo. Nam in bello captus, amputato capite, & manu, quam contrà templum erexerat, vitam miserabiliter finiuit. & hi dicti sunt etiam *Cæsa-* 50
res à Iulio Cæsare, qui vel quia cæsus fuit ab vtero matris ipsa iam vita functa; vel quia cum cæsarie natus; vndè & Imperatores Cæsariem ferre consueuerunt. Dicti sunt etiam *Augusti*, ab Octauiano Augusto sic dicto, quia auxit Rempublicam. Hæc de nominis origine, ac significatione. Inde tamen translatum est nomen Imperatoris ad significandum primam, & supremam temporalem dignitatem, ac potestatem. D. Thom. 3. de *D. Tho.*
Regim. princip. cap. 12. Nomen verò Regis habetur passim in scriptura. & Deus ipse pluries se vo- 51
cat Regem. & de Christo etiam dicitur, quòd sit Rex. *Ecce Rex tuus venit tibi.* & deriuatur ab a- *Matth. 21.*
ctu regendi, quia & seipsum regere, & alios regulare debet. Itèm nomen Ducis à ducatu populi dictum est; nam ipsorum officium est exercitum 52
dirigere, & ipsum in pugna præire. Vndè cùm filij Israel impugnarentur à Cananæis quæsiuerũt à se inuicem, vt scribitur in libro Iudicum. *Quis* *Iudic. 1*
ascendet ante nos contra Cananæum, & quis erit Dux belli? Quarè hoc nomen rectori belli debetur propter difficultatem regendi, quando quis est in pugna. & sic ab excellentia regiminis sic vocatus est. Vndè 1. Machabæorum 2. dicitur. *1. Machab. 2.*
Eligimus te in principem, & Ducem ad bellandum bellum nostrum. Marchio est nomen dignitatis de seruiens Imperatoribus, & æquipollet Comita- 53
tui; verùm in nomine discriminatur, quia deriuationem habet à seueritate iustitiæ; nàm dicitur *Marchio*, à marcha, quod est singulare diuitum pondus, per quod significatur recta, & rigida iustitia. Vndè vt plurimùm principantur in prouincijs asperis; propter quod & confinia regionum, quæ sunt loca montuosa, & rigida, apud aliquos appellantur Marchiæ. Vel in prouincijs lasciuis, quorum vtrumquè genus rigore iustitiæ conseruatur.

Quod autem attinet ad nomen Comitis, scien- 54 *Isid.*
dum quòd Romani singulis annis, vt tradit Isido. lib. ethimolog. duos eligebant Consules, quorum vnus rem militarem, alter verò rèm administrabat ciuilem. Vndè isti duo Consules primò vocati sunt *Comites*, à comeando simùl per veram concordiam, quia reuera vtraquè administratio concordare debebat. Aucta tamen Repu- *Salust.*
blica, vt Salustius tradit de bello Iugurthino, processu temporum abolitum est istud nomen à Romanorum regimine; & translatum est ad significandam dignitatem sub Regibus, & Imperatoribus eorum, qui erant deputati ad sequendum Regem in rebus bellicis, vel quacumquè re milita-

ri, & in alijs quibuscumquè gerendis pro totius regni vtilitate. & sic Comites dicti sunt à comitando, eò quia comitabantur Regem modis dictis.

55 Sunt insuper vltrà nominatos alij, qui dicuntur principes. & hi dicuntur, & sunt Domini aliquarum prouinciarum, quasi primum locum tenentes sub Imperatoribus, & Regibus; & interdum dominantur Baronibus, & Comitibus, vt in Theutonia, & Regno Siciliæ patet. Verum tamē

56 est, quòd Sacra Scriptura istud nomen sæpius extendit ad omne genus dominij, præcipuè nobilis (ad cuius similitudinem quidam *ordo Angelorum Principatus vocatur*) quia (inquam) dominantur toti prouinciæ. Vndè in Daniele scribitur, *Princeps Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus*. Itèm Ioseph, qui secundus erat post Regem in Aegypto se Principem vocat, vt in Gen. scribitur.

Dan. 10

Gen. 42

Est & aliud dignitatis nomen, quòd *Barro* dicitur, à labore dictum, quia in laboribus fortes esse

57 debebant, à *Barra* Græcè, quod Latinè grauis, siuè fortis vocatur. quia, vt Vegetius de re militari tradit, primi ad bellandum esse debebant pro subditis; & ex assuetudine efficiebantur audaces. quarè dicit. *Nullus attentare dubitat, quòd se benè didicisse confidit*. Hæc pro veritate originis istarum dignitatum. Secùs de abusibus valdè introductis ad meram iactantiam, & ementitum honorem, siuè titulum.

Veget.

Sunt etiam alia nomina consequentia Imperiale, vel Regale nomen secundùm vsum varia-

58 rum prouinciarum, vt nomen *Satrapa*, quasi satis paratus, ad officia nimirùm principis propter fidelitatem, quam illi iurat. Nisi dicatur, quòd Satrapæ dicuntur, quasi satis rapientes, & sic est nomen fastuosum. est nomen *Optimates*, ab optimo dictum eò quòd supremum gradum sub princi-

59 pe teneat. De quibus vide in Sacra Scriptura.

60 Magistratus à præeminentia consilij, & doctrinæ dicitur, quasi maiores statu, à SteronGræcè, quod

61 Latinè statio dicitur. Iudices quasi ius dantes po-

62 pulo. Prætores, quasi præ alijs locum tenentes in Curia, siuè Præses, quod est nomen Sacræ Scripturæ, quia alicuius loci tutelam præsidialiter tenet, vt dicit Isidor. dict. lib. ethimolog. Vide in 3. Regum de officialibus. Salomon vbi aliqui præerant legibus scribendis, & obseruandis, & di-

Isid.

63 cebantur Scribæ; alijs responsionibus Regis dandis, & sunt Cancellarij dicti à nobis. & breuitèr plura nomina reperiuntur secundum varietatem idiomatum, & linguarum; quæ omnia significant eminentiam, & dignitatem aliquam: de quibus per singula non est dicendum: nam semper attendendum est ad vsum. & nomina illa cedere dicuntur in titulos, quæ aliquam auctoritatem, & iuris-

64 dictionem important. De quibus satis superquè pro nunc dixisse sufficiat. Hæc quoad secundum Quæsitum.

QVAESITI TERTII SVMMAE.

1 *ORdo congruus exigit, quòd inferiora per superiora regantur.*

2 *In omni pluralitate ordinata necesse est aliquē principari.*

3 *Vbi plures potestates, vnam alteri subordinari necesse est.*

4 *Vitam terrenam, & corporalem spirituali ordinari iustum est.*

5 *Discrimen inter spiritualem, & temporalem potestatem.*

6 *Spiritualis potestas supereminet temporali in antiquitate.*

7 *Cain non verus Dominus, sed oppressor fuit.*

8 *Sacerdotium antiquitùs primogenituræ annexum fuit.*

9 *Noè Sacerdos altissimi, quarè dictus.*

10 *Nembrot dominium per vsurpationem fuit.*

11 *Legis tempore sacerdotium regalem præcessit potestatem.*

12 *Sacerdotium antiquæ legis quomodo verum, & non verum dici possit.*

13 *Spiritualis potestas præminet temporali ratione originis.*

14 *Imperia quatuor quæ fuerunt in mundo successiuè, an legitima.*

15 *Imperia quatuor, quarè in similitudinem non hominum, sed bestiarum ostensa Danieli.*

16 *Potestas spiritualis temporali præminet ratione obiecti.*

17 *Potestas spiritualis præeminet maioritate authoritatis.*

18 *Potestas spiritualis præminet ratione finis.*

19 *Potestas spiritualis præeminet causalitate efficientis, formalis, & finalis.*

20 *Potestas spiritualis præminet iurisdictione.*

21 *Potestas spiritualis præminet extensione.*

22 *Vtrùm sicut vnus Papa in toto mundo, ità unus tantùm Imperator.*

23 *Argumenta pro opinione, quòd vnus sit Imperator in toto terrarum orbe.*

24 *Vtrùm principes temporales habeant dominiū proprietarium, an iurisdictionale tantùm.*

25 *Argumenta pro parte, quòd principes temporales habeant dominium proprietarium.*

26 *Principes temporales habere dominium proprietarium irrationabile est.*

27 *Dominatio duplex naturalis, & ordinata ad bonum publicum, & è contra inordinata.*

28 *Communitas numquàm propter Principem, sed è contrà.*

26 *Vtitur princeps militibus, alijsq́, bonis in ordine ad bonum publicum non è contrà.*

30 *Potest vti princeps quocumquè sibi subdito ad militandum duobus obseruatis.*

31 *Religiosorum est orare, & lachrymari; non deferre arma.*

Possant

De Comparatione vtriusquè potestatis spiritualis, & temporalis inter se.

IAm ad tertium Quæsitum descendamus comparando vtramquè dictarum potestatum inter se, sic enim omne punctum tulisse videbimur, nihilquè, quod ad negotium nostrum facere possit prætermisisse. Et vt dignè exordiamur recolendum est, quòd dicit Aristot. in 1. suæ Metaph. quod sapientis est ordinare. Hinc de vera Dei sapientia dicitur Sapient. 7. quòd *attingit à fine, vsquè ad finem fortiter, & disponit omnia suauitèr.* Congruus ergò ordo tunc erit in tota Dei ecclesia, quando inferiora per superiora regantur, disponantur, & gubernentur. Hoc videmus in natura corporali, in elementis, vt enim idem Philosophus dicit 1. Metheor. Tota regio elementaris contiguatur lationi, vt omnis eius virtus indè gubernetur. & Dionys. cap. 4. de diuin. nomin. inquit, quòd *Sol ad visibilium generationem confert & ad vitam mouet, & nutrit, auget, & perficit.* Hoc idem experimur in natura intellectuali, quoniam Angeli inferiores illuminantur per superiores, vt idem Diony. docet de cœlesti Hierarc. & ità relinquitur debere esse in hominum vniuersitate, vt in eis ordo inueniatur, vt qui superiores sunt virtute, & eminentiores intellectu, alios regant. Vndè Augustinus 3. de Trinit. inquit. *Quemadmodum corpora grossiora, & infirmiora per superiora, & potentiora quodam ordine regantur, ità omnia corpora per spiritum vitæ rationalis, & spiritus vitæ rationalis peccatoris per spiritum rationalem iustum.* In omni autem pluralitate ordinata, vt inquit Aristot. 1. Politic. *Expediens est, quòd aliquis principetur, & cætera sint subiecta.* Cum autem duas posuerimus potestates in toto Christianitatis genere, iuxtà illud, quod dicitur in cap. duo sunt, distinct. 96. manifestè patet necessarium esse, quòd vna potestas alteri subordinetur. Siquidèm omnis potestas ad hoc ordinari videtur, vt per illam homines arceantur à malis, & inducantur ad bona. vndè 1. Pet. 2. dicitur, de potestate, quòd *est ad vindictam malorum, laudem verò bonorum*, & Roman. 13. *Vis potestatem non timere? bonum fac, & habebis laudem; nam principes sunt non timore boni operis, sed mali.* Cum igitur *in homine duplex sit vita*; vt inquit Hugo de Sancto Victore lib. de Sacrament. par. 2. *Vna terrena, & alia spiritualis, ad quarum primam spectant, quæ terrena sunt, ad aliam omnia spiritualia.* Decetquè quòd in vtraquè vita iustitia seruetur necessariò vtrinquè distributi sunt, qui illam reddant, seruent, & custodiant. Constat autem, quòd temporalis potestas non vltrà se extendit, quàm ad virtutes morales, & publicas inducendas, nèc vltrà se extendere potest: quemadmodum nec aliud bonum procurare potest, quàm temporale, & humanum. At spiritualis peruenit ad interiora, vt dicebamus in quæst.

Sap. 7. 1 Metheorum 1. D. Dionys. D. August. 2 Polit. 1. 3 1. Petr. 2. Rom. 13. Hugo de S. Vict. 4 5

quæſt. 1. vbi agebamus de neceſſitate ſcientię Canonicæ, & ducit ad finem ſupernaturalem; qui finis cum præſtet primò quærendus eſt. Quod e-
Matt. 7 tiam Chriſtus adhortatur Matt. 7. *primum quærite Regnum Dei.*

Relinquitur ex his, quòd ſimpliciter, & abſolutè ſpiritualis poteſtas ſupereminet temporali, ex conſequenti totus ordo dignitatum, & prælationum intrà talem latitudinem antecellat ex ſuo genere alium ordinem poteſtatis temporalis, vt ſic ſemper dicamus. *Quæ à Deo ſunt ordi-*
Rom. 13. *nata ſunt.*

His ſuppoſitis tamquàm neceſſariò veris, facilè eſt rationibus validis probare ſupereminentiam ſpiritualis poteſtatis ſuprà temporalem. Quarè dicimus, quòd ſupereminet primo in an-
6 tiquitate; Nàm in Abel à quo eccleſia dicitur incœpiſſe, ipſe primus fuit Sacerdos: nam ipſe obtulit ſacrificium Deo gratum, vt patet Gen. cap.
Gen. 4. D. Auguſt. 4. Vndè Auguſt. ad Oroſium, lib. quinto, inquit. *Tria maximè iuſtitiæ præconia in Abel fuiſſe comprobantur, Virginitas, Sacerdotium, & Martyriū, in quibus Chriſti figuram primus geſſit.* Nèc obſtat, quòd dicit idem Auguſt. 15. de Ciuitat. Dei,
7 quòd Caim ante Diluuium fuit primus Dominus inter homines; nàm nèc fuit verus Dominus, ſed oppreſſor, & tyrannus: & inſuper iam præceſ-
Gen. 4. ſerat oblatio Abel, vt patet Geneſ. 4. vbi dicitur quòd *reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius.* Hoc idem patet in tempore legis naturæ. Siquidèm à tempore Noe ante legitimam inſtitutionem Regalis poteſtatis, Sacerdotium fuit anne-
8 xum primogenituræ; vndè Melchiſedech quem Doctores dicunt fuiſſe Sem filium Noe, Sacer-
9 dos altiſſimi appellatur Geneſ. 14. & licèt fuerit
Gen. 14 etiam Rex, tamen ratione primogenituræ ſibi primò debetur Sacerdotium. Nembroth autem
10 à quo videtur inchoaſſe apertè dominium primò patet quòd illud fuit per vſurpationem; quod deſignatur ex verbis Geneſ. 10. vbi dicitur, quòd
Gen. 10 *Nembroth erat robuſtus venator coram Domino, ideſt oppreſſor hominum, & extinctor.* vt exponit
Alcuinus. Alcuinus, & fuit quartus à Noe. Nàm Noe genuit Cham, & poſt diluuium Cham genuit Chus & Chus genuit Nembroth. Tempore etiam legis Sacerdotium præceſſit, vt patet 1. Regum 10
11 vbi legitur, quòd Samuel Sacerdos inunxit de
1. Reg. 10. mandato Domini Saulem in Regem, qui primus fuit in Iſrael. Nec eſt dicendum, quòd illud Sacerdotium antiquæ legis non fuerit verum Sacerdo-
12 tium, quod tantùm inchoauit in Chriſto. hoc enim falſum eſt ſi, ly, *verum*, diſtinguatur contrà *fictum*, vel *falſum*, ſecùs ſi contradiuidatur ad Sacerdotium figuratum: tunc enim illud dicitur figurans, non figuratum.

Secundo præeminet ratione originis. Nàm ſpiritualis poteſtas eſt immediatè à Deo, maxi-
13 mè in nouo teſtamento, vt patet in inſtitutione Petri. Poteſtas autem Regia, ſiuè ſæcularis non quoad modum adipiſcendi illam, licèt quoad eſſentiam regiminis, quia omnis poteſtas à Deo eſt eſſentialiter. Vide quæ diximus quæſt. 1. ad hoc propoſitum. & hoc clarè patet ſi intueamur quattuor Imperia, quæ fuerunt in mundo ſucceſſiuè, 14
videlicet Aſſyriorum, & Chaldæorum; Medorum, & Perſarum, Græcorum, & Romanorum. Iſta omnia fuerunt in initio per tyrannidem. primum enim incœpit à Nembroth, de quo iam diximus, quòd fuit oppreſſor hominum, quarè incœpit à Babylone, ideſt confuſione. De ſecundo patet Dan. 2. vbi dicitur, quòd *interfecto Balthaſar Rege Babylonis tranſlatum eſt Regnum: & Imperium in Medas, & in Perſas:* en ibi violentia. Dan. 2.
De tertio patet in principio 1. Machab. vbi dicitur, quòd *Alexander Rex Græcorum percuſſit Darium Regem Perſarum, & Medorum, & conſtituit prælia multa, & interfecit Reges terræ;* & ſic obtinuit Imperium. Et hoc idem patet per hiſtorias de Regno Romanorum. & hæc eſt ratio quarè huiuſmodi quattuor Imperia oſtenſa ſunt Danieli 1. Machab. 1
in ſimilitudinem non hominum, ſed beſtiarum. 15
Dan. 7. vt (inquam) inſinuaretur, quòd inſurrexerunt non per viam rationis, ſed impetu ſenſualitatis, quantum ad ſui primam originem. Dan. 7.

Tertio præeminet ratione obiecti, quod eſt vita ſpiritualis, quod declarat Vgo locis citatis, & 16 Vgo.
habetur de maioritat. & obedient. cap. ſolitæ, & patet ex ſe.

Quarto præſtat maioritate auctoritatis. Nam vt inquit Vgo loco citato, Sacerdotalis dignitas Regalem poteſtatem ſacrat, & ſanctificat per benedictionem. *Sine autem vlla contradictione ſemper minor à maiori benedicitur.* vt dicitur Heb. 7. 17 Heb. 7.
Nec obſtat, quòd Papa ab epiſcopo Hoſtien. conſecratur; licèt enim tali caſu Papa maior ſit iuriſdictione, non tamen conſecratione.

Præeminet quinto nobilitate finis, vt patet. 18
In cuius ſignum Chriſtus daturus claues Petro dicit. *Et tibi dabo claues regni cælorū.* Matth. 16.

Præſtat ſexto cauſalitate quodammodo efficientis, & formalis, & finalis, namquè perficit, & 19
dirigit illam, vt patet: Nec poteſtates temporales verum bonum pro fine habere poſſunt ſine ſpirituali directore. & ideo Auguſt. & habetur D. Auguſt.
28. quæſt. 1. cap. omnes. *Vbi non eſt agnitio incommutabilis veritatis, falſa eſt virtus etiam in optimis moribus.* & idem cap. vbi Sana. cauſa eadem. *Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia.*

Septimo præeminet iuriſdictione. Siquidem *Spiritualis homo omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur.* 1. Corinth. 2. vt patet in multis exem- 20 1. Cor. 2.
plis, de quibus ſatis diximus in prima quæſt. Nec iuuat adducere, quod dicit Gloſ. ſuper illud Pſal. Pſ. 50.
50. *Tibi ſoli peccaui.* vbi de Dauid loquens ait, quòd *Rex eſt omnibus ſuperior.* Siquidèm hoc conceditur intrà latitudinem temporalium poteſtatum; non diſtinguendo nunc inter Regalem, & Imperialem, ſecùs ſi comparetur ad ſpiritualem.

Demùm patet, quòd excellit ratione extenſionis, quia *eſt à mari vſquè ad mare, & à flumi-* 21 *ne,*

Ps.44. ne, vſque ad fines orbis terræ; iuxtà illud. *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram*. & ſic patet quomodo, & qualiter ſuperemineat in omnibus. ex conſequenti dignitates, quæ ſunt in ipſa excellunt omnem, & quamcumq; temporalē, &c. De iſtis vide Turrecrem. lib. 1. Summę, cap. 90. & ſequentib.

Vna tamen ſeſe offert digna, & inueſtiganda quęſtio circa huiuſmodi comparationes inter poteſtates prædictas, videlicet

12 Vtrùm quemadmodum eſt vnus Papa, & ſolus in toto orbe: ſic vnus tantùm de iure debeat eſſe Imperator in temporali poteſtate.

Et videtur quòd ſic, quia non videtur minor ratio de temporalibus, ac de ſpiritualibus in ordine ad bonum regimen; quarè ſi vnus eſt Papa in toto vniuerſo quoad ſpiritualia; hoc idem admittendum videtur, quod vnus etiam ſit Imperator
13 per ordinem ad temporalia. Quod magis perſuadetur ex facto; quia tempore, quo Chriſtus natus eſt, Octauianus Auguſtus Cæſar, ſolus erat Monar
Luc. 2. cha in toto mundo, quod apparet ex illo Luc. 2. *Quia præcepit, vt deſcriberetur vniuerſus orbis*.

Præterea hoc clarè habetur ex cap. ſolitæ, de maioritat. & obedient. vbi apertè dicitur, quòd *in hoc mundo duo ſunt luminaria magna Papa, & Imperator*; primo ſpiritualia, ſecundo temporalia tribuuntur. Hoc idem affirmare videtur Diu.
D. Hieron. Hieronymus, vt habetur 7. quæſt. 1. cap. in Apib. vbi dicitur, quòd *ſicut in apibus vnus eſt princeps, & inter grues vna eſt dux: ita etiam inter homines vnus eſt Imperator, qui eſt omnium princeps*.

D. Thō. Suadetur etiam hoc auctoritate D. Thom. qui in opuſcu. 20. de Regimine principum, lib. 3. cap. 13. inquit, quòd *Chriſtus erat mundi Dominus, & Monarcha, cuius vices gerebat Auguſtus, licet ille non intelligeret*. Cum ergò indubitatum ſit, quòd Chriſtus erat Dominus omnium, & in toto vniuerſo: non eſt ambigendum quin illius Vicarius generalis quoad temporalia ſe extenderet per totum vniuerſum.

Antoninus Imperator. Vlteriùs hæc aſſertio roboratur ex dicto Antonini Imperatoris, qui vt habetur, ad legem Rhodiam de Inter. lege deprecatio. ait. *Ego mundi Dominus*. & in Extrauagan. ad reprimendum quo-
Henric. Cæſar. modo in læſæ maieſtat. ait Henricus Cæſar. *In tranquillitate Romani Imperij totius orbis regularitatem requieſcere*. & in cap. futuram. 1. 2. q. 1. dicitur, quòd *Imperatores Romani totius orbis monarchiam tenebant*. & certè cum vt docet Ariſto.
Polit. 3 3. polit. *Optimus gubernandi modus ſit, qui eſt ab vno ſolo*, & dicitur Monarchicus, iuſtum eſt, qui Deum *omnia in ſapientia feciſſe* credimus, vt dici
Pſalm. 103. tur pſal. 103. aſſeramus hunc elegiſſe modum prę cæteris alijs.

In contrarium tamen eſt, quod habetur l. cunctos populos, C. de ſumma Trinitate, & fide Ca-
Iuſtin. Imper. tholica. vbi Iuſtinianus ait. *Cunctos populos, quos Clementia noſtra regit Imperium*. quibus verbis ſine dubio limites imperio ſuo circumſcribit. & huic ſententiæ videntur concordare peritiſſimi Theologi Magiſter Victoria, 1. Relect. de Indiſ. Victoria.
§. 24. & 25. Soto de iuſt. & iu. lib. 4. q. 4. ar. 2. Ban- Soto.
nes de iure, & iuſt. in præambulis ad q. 62. q. 4. du- Bannes
bio 3. & demum Michael Salon. in 2. 2. D. Thom. Salon.
de dominio, q. 4. ar. 3. & ex Iuriſtis, vt referunt ſupranominati Doctores, eſt Faber in citata l. cunctos, & communis omnibus Iuriſperitis Vltramōtanis. & meo iudicio, hęc opinio eſt verior, tutior & ſolidior, magiſq; rectę rationi conſonans, & ſine dubietate ſuſtinenda.

Pro cuius declaratione animaduertendum eſt, quòd hanc quæſtionem in duplici ſenſu ſolent eā tractare Doctores.

Primò, Vtrùm Imperator habeat dominium 14
proprietarium totius mundi, ſic quòd pro libito poſſit diſponere de temporalibus. Quæ difficultas facit etiam pro quolibet temporali principe, Vtrùm habeant dominium directum omnium proprietatum, ſic quòd verè dicantur habere *dominium proprietarium*, vt verbis vtar aliorum.

Secundo, Vtrùm tantùm habeat dominium iurisdictionale in regimine totius mundi, ſic quòd ad ipſum ſpectet in toto vniuerſo ius dicere reſpectu, & per ordinem ad omnia temporalia; diſponereque omnia, & ſingula, prout ipſi benè viſum fuerit in bonum non proprium, ſed totius Reipublicæ, modo quo videmus gubernare principes Catholicos in noſtris partibus.

Et quidem in primo ſenſu illam tractat Hoſt. Hoſt.
tit. de præſcript. §. quæ autem. & vult Imperatorem, & cæteros principes non ſolùm eſſe domi- 15
nos ſuorum ſubditorum iuriſdictione, verùm etiam dominio proprietario omnium bonorum, quæ à ſubditis poſſidentur. Hoc autem demonſtrare conatur, primo ex leg. *Bene à Zenone*. C. de quadrienn. præſcript. vbi dicitur, *Omnia eſſe principis*. & ex authenticis, vt de cætero, collat. 5. vbi dicitur, *poſſe imperium aliquid accipere venerabilium dominorum dum voluerit*.

Et quod magis vrget, huic opinioni ſuffragari videtur, quod habetur 1. Regum 8. vbi Dominus 1. Reg. 8.
populo petenti ſuper ſe Regem, inquit. *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis, filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietquè ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi Tribunos, & Centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorum. Filias quoquè veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoquè veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit, vt det Eunuchis, & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoq; veſtros addecimabit, voſq; eritis ei ſerui*.

Ex his verbis non ſolùm videtur, quòd Rex habeat dominium reſpectu rerum, ſiuè proprietatū; verùm & ſuper perſonas: vt patet in verbis relatis.

tis. Nec videtur satisfieri huic auctoritati dicendo, quòd est Dei comminatio, vt induceret populum ad non petendum sibi Regem, quemadmodum fecerat. Siquidèm clarè dicit Deus, quòd hoc est *ius Regis*. Si ius, ergo iure sibi vindicare potest omnia, & singula, prout exprimitur in recitata sententia. en in quantas difficultates trahimur.

Nihilominus quia ista sententia non solùm est rigorosa, sed omninò irrationabilis, in vtroq; sensu ambas difficultates motas dissoluemus, sustinē-
26 do partem negantem, & breuitèr quantum possibile fuerit; & ostendemus, quòd qui dominantur temporaliter, tantùm habent dominium iurisdictionis, non proprietarium; taleq; dominium temporale nulli competere de iure, vel etiam de facto posse in vniuerso mundo.

Et quidem pro fundamento primæ difficultatis dilucidandæ, Num (inquam) Imperator, & quicumquè alius princeps habeat dominium directum, siuè proprietarium rerum, & personarum; attendenda est D. Dionys. Carthusien. doctrina in expositione præfatæ sententiæ 1. Regum cap. 8. videlicet, quòd *Duplex est dominatio, vna naturalis, & ordinata. qua quis alijs praeest ad illorum profectum, & vtilitatem; & hac vocatur Regia.*
27 *Altera qua quis inferioribus præsidet, sed ad suam vtilitatem; & hac vocatur tyrannis.*

Dion. Carth.

Imaginandum enim est, & certò tenendum, quòd Communitas non est propter Regem, sed
28 Rex propter Communitatem, nec aliquid habet amplius Rex, nisi quia est principalior pars ipsius Communitatis. Ità Aristot. 2. Polit. & D. Thom. citato opuscu. de Regim. princ. possunt ergò aliqua Reges, & principes in ordine ad bonum publicum, quæ si velint exigere in commodum, & vtilitatem priuatam, iam non Reges, & Duces, sed tyranni vocarentur, & essent. Stante ergò necessitate Reipub. possunt habere milites ad sui de-
29 fensionem, aliaquè opportuna ad tuitionem sui, & Reipublicæ. *Sui* (inquam) inquantum est pars, & quidem principalis Reipublicæ non sui vt persona priuata. Nàm vt & alibi dicebamus. *Gubernatoris ars alienum bonum est*, vt dicit Sen. Si igitur necessitas sit, tunc dicendum, quòd vel est præsens, scilicet quia hostes instant, & vrgent: vel de futuro ad quam vult se præparare Respublica per prouidentiam, antequàm veniat; quoniam secundùm Gregor. *Minus iacula feriunt, quæ præuidentur.*

2. polit.

Seneca.

D. Gregor.

Si igitur necessitas sit præsens, poterit Rex ascribere militiæ suæ quoscumquè viderit opportunum ascribi: Duobus tamen obseruatis. primo,
30 quòd hoc non repugnet professioni personæ. secundo, quòd prouideatur ei de sufficienti salario. Non enim quantum ad primum, poterit sibi ascribere Religiosos, & alios, qui magis deputati sunt
31 ad orandum, & lachrymandum, quàm ad ferendum arma. Hoc patet Num. cap. 1. vbi computatis qui ad bellum erant processuri, inquit Deus

Num. 1.

Moysi. *Tribum Leui noli numerare, nec ponas summam eorum cum filijs Israel; sed constitue eos super tabernaculum, & vasa eius*, quasi dicat. Habeant curam Sanctuarij, nec cogantur ire ad bellum, sed orationibus pugnent.

Quantum ad secundum patet ex Apostolo 1. 1. Cor.
Corin. 9. *Quis suis stipendijs militauit vnquam?* 9.
Quod omninò verum est, quando Rex, & Communitas habent, vndè soluere possint stipendia; vt patet in principibus nostri temporis, si rectè iusteq; velint viuere, & non voluptuosè. q si careant commoditate, quia sunt pauperes, eo casu debent priuatorum bona exponi pro Communitate, potissimè si nihil habeāt in communi, sed omnia in singulari, quod tamen reprehendit Aristot. in Lacedæmonijs, vt videre est dicto loco 32
2. Polit. & ita nō possunt cogi subditi ad subministrandum nisi pro posse omnibus consideratis.

Per ordinem etiam ad tempus futurum, iustū etiam est, & rationabile, & quòd ærarium sufficiens sit præparatum, & quod sint milites exercitati, & parati in omnem occasionem. Nihil enim 33
magis est, quod ad bella conferat, quàm armorū exercitium, & assiduitas, vt dicit Veget. lib. 1. de re militari. vbi refert, quòd *Romani sola armorum exercitatione, & superarunt, & vicerunt, & sibi subdiderunt cæteras nationes.* Nàm Græci superiores erant prudentia, Aphricani dolositate maiores, Hispani viribus, & fortitudine superabant; verùm has omnes gentes sola exercitatione vicerunt. & hac ratione potest sibi Rex ascribere, & quos nouerit idoneos cogere ad militiā 34
exercendam in ordine ad bonum publicum, nunquàm tamen ad sui apparatum, & ostentationem Et hoc idem dicimus de omni exercitio, quod possit cedere in bonum publicum, vel pro imminenti necessitate, vel ad prouidentiam in futurū. vndè potest habere fabros armorum, & curruum suorum per ordinem ad talem finem. & super omnia, quantum possibile est, numquàm inuitos cogat, nisi extrema necessitate ductus.

Veget.

Quod autem attinet ad meliores agrorum suorum, & aratores; num possint cogere subditos ad 35
ipsorum commoda, & obsequia; pariter distinguendum est. Aut enim Rex est valdè pauper omnibus consideratis: aut habens sibi sufficientia, vt modo habent principes nostri. Si primum, nullum inconueniens, quòd pro sui sustentatione inquantum sunt personæ publicæ, quòd exigant à suis subditis ipsis necessaria. Constat enim, quòd à principio principatus Regalis erat aliquid, paruum saltem, quo ad commoditates, & magnificentiam in apparatu, & comitatu, modo quo proportionaliter dictum est de Summis Pōtificibus. Hoc patet de Saule, qui licèt Rex esset tamen se- 36
quebatur boues, & vacabat agriculturæ. Vndè 1. Reg.
contigit, quòd die quadam dum veniret de agro 11.
nuntiatum est ei de iniuria Regis Amon contra viros Galaad. & cum duceret coram se duos boues; *ira concitatus occidit vtrumquè, & diuisit in particulas.*

particulas,&c. Quemadmodum igitur potuiſſet imponere tributa: ita potuiſſet imponere onera alia pro ſui ſtatus, & conditionis ſuſtentatione. Si autem habeant in bonis,non eſt dubium,quòd
37 tenentur ducere operarios pro ſuis prædijs excolendis iuſto prętio dato,& non aliter.& ex his ſic deductis patere poteſt, quòd princeps ſi legitimus ſit Rex,& non tyrannus, quidquid habet eſt per ordinem ad bonum Reipub.Quapropter nullo modo dicendum eſt ipſum habere, vel habere poſſe iuſto titulo dominium proprietatum,& bo
38 norum ſuorum ſubditorum,niſi modis dictis. nã hoc dato omnia incommoda ſequerentur,vtpotè qui ordinaret ad ſui vtilitatem perſonas, & bona ſubditorum. Et ſolus Turca,vt fertur iſta
39 dominij tyrannide dominatur. Ipſe enim cunctas ſubditorum ſubſtantias tamquàm ſuas proprias poſſidet,& vniuerſa pro libito vſurpat;imò & quaſdam perſonas ſibi ſubditas cogit ad ſe ſternendum in via, ſeù vt ſe iaciant in foſſis pro itinere parando exercitui in prælijs.& ſunt adeò inſani, vt exiſtiment eo caſu ſe ſacrificium ſuis præſtare Dijs,quod reuera beſtialitas eſt.

Vt autem hoc magis conſtet, palamquè fiat luce meridiana clarius. Supponendum eſt,vt inquit D.Soto loco citato articu.1. concluſione 2. *Domin. Soto.*
quòd Regia, vel quæcumquè alia poteſtas non
40 hominum inuentum eſt, ſed Dei Sanctiſſima ordinatio, licèt alia à poteſtate ſpirituali; non quidem inſtituendo illam immediatè, quemadmodum diximus de ſpirituali, ſed mediante hominum conſenſu,& electione. Siquidem homo ſui natura liber eſt,nec alicui ſubiectus, iuxta illud. *Eccleſ. 15.* *Conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.* Verùm quia vbi multitudo ſine ordine,ibi omnis reperitur confuſio;ordo autem non
41 eſt legitimus, niſi per reductionem ad caput: relinquitur, quòd data conuerſatione hominum, & conuentu illorum in aliquem vnum locum, vel ciuitatem;neceſſarium omninò fuit per dictamen rectæ rationis, quòd ſibijpſis eligerẽt caput pro ſuaui regimine. Et quia non eſt maior ratio, quòd vnus,quàm alter dominetur; neceſſe pari-
42 ter fuit, quòd à Republica fieret electio de capite: & ſic omnium conſenſu, vel maioris partis transferretur dominium,quod erat totius Reipublicæ in hunc vnum. Quomodo(quæſo) commodè congregatis populis in vnum ſe gubernare poſſent,hoſtes propulſare, malefactores punire, audaciam cohibere,& alias communes vtilitates procurare, niſi ſibijpſis inſtituiſſent magiſtratũ, aliaſquè perſonas publicas pro bono, & vtilitate communi omnium illorum?Hanc autem electionem capitis, vel magiſtratus, ſiuè quid aliud huiuſmodi peregerunt mediante ratione,& lumine intellectus,quod illis Deus dedit; quomodo apes naturali inſtinctu caput vnũ ſequuntur, & grues, & alia,de quibus ex D.Hieron. loco citato inter arguendum.

Nunc ſequamur filũ argumentationis noſtræ. Vbi (quæſo) reperitur, quòd aliqua Reſpublica ſic conſtituerit ſuprà ſe Regem,vel Ducem,quòd pariter eidem cõtulerit liberam poteſtatem om- 43
nium ſuorum bonorum quoad proprietatem? & quis credat,quòd homo rationis compos ſciens, & prudens voluerit ſe in ſeruum alterius homi- 44
nis mancipare?equidem non eſt imaginabile hoc ſed omninò à ratione procul.qui enim habet plenum dominium ſuper re aliqua illa poteſt vti ad ſui commodum pro libito. & ſi ità, ergò poterit talis princeps nullo habito reſpectu vti rebus omnium ſuorum ſubditorum; quod abſurdum, & ſtultum eſt dicere,& peius admittere. *Cum ergò quæ à Deo ſunt,ordinata ſint*; ipſequè per legem naturalem,quam in nobis indidit,iuxta illud Pſa. *Pſal. 4.*
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. per hanc ducti ſumus ad electionem capitis in bonum,& non in damnum cuiuſcumq; noſtrum. vt ſic verum ſit,quod dicitur Sapien.14. *Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernas*; *Sap. 14*
nimirum per lumen naturale in nobis exiſtens. & quia lumen naturale commune eſt fidelibus, & infidelibus. hinc etiam optimè ſequitur, quòd nec principes infidelium habent legitimè hanc poteſtatem ſurripiendi bona ſuorum ſubditorũ, ſed peccant contra lumen naturale rationis.Non 45
enim eſt poteſtas, niſi à Deo. & quæ à Deo ſunt ordinata ſunt, vt pluries cum Apoſtolo dictum *Rom. 13.*
eſt.Vt enim legitur Dan.2. *Deus cæli Regnum, & Imperium tradidit Nabuchodonoſor Regi.* & Chri- *Dan. 2.*
ſtus ad Pilatum hoc inſinuans dixit. *Non haberes in me poteſtatem niſi tibi datum eſſet deſuper.* *Io. 19.*

Quòd vt adhuc clarius hoc tibi fiat, recole ſtudioſe lector hiſtoriam,quam habes 3.Regum 21 *3. Reg. 21.*
Vbi Rex Achab verbis blandis, & precibus procurauit, quòd Naboth ſibi non dono, ſed pretio 46
interpoſito, vel commutatione iuſta daret vineã quã propè domũ Regiam habebat,vt eam in hortum ſibi faceret. Et tamen Naboth illam dare omninò recuſauit. Audi (quæſo) Regis verba. *Rogo, (inquit,) da mihi vineam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meam;daboquè tibi pro ea vineam meliorem,aut ſi commodius tibi putas,argenti pretium quantum digna eſt.* Cui reſpondit Naboth. *propitius mihi ſit Dominus,ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Contriſtatus Rex,conſilio Iezabel vxoris ſuæ, falsò accuſatus Naboth de blaſphemia, quia denegauit vineam lapidatus eſt.Propter quod peccatum grande, Achab ab Elia ex Domini iuſſu reprehenſus, ipſe Rex in bello interfectus eſt; & Iezabel cuius conſilio hæc facta fuerant; canes, illius carnes comederunt in agro proprio ipſius Iezabel.Quid ex hac hiſtoria elicimus? Duo,primo,quòd Naboth potuit iuſtè negare vineam Regi,quemadmodum de facto negauit.ergò non erat Regis quoad proprietatem. ſecundo, quòd fuit à Deo Rex punitus, & iuſtè, propter vindictam, quam exercuit in Naboth, ex eo quia ſibi vineam negauerat,ergò iniuſtè vindicatus eſt.ergò

gò iuſtè potuit Naboth illam negare.ergò non erat Regis,&c.

Sed maiora audi.Naboth iuſtus,& Sanctus vocatur, & quòd proprio cruore vineam defenderit. Sic enim habes ex D.Ambroſio lib.5.epiſto-
47 D. Ambros. larum,& recitatur 23.quæſt.8. cap.Conuenior. his verbis. *Meminiſtis, quod lectum eſt Naboth Sanctum virum poſſeſſorem vineæ ſuæ interpellatum petitione Regia, vt vineam ſuam daret, vbi Rex ſuccisis vitibus olus vile sereret: cumquè reſpondiſſe, Abſit vt ego patrum meorum tradam hæreditatem. Regem contriſtatum eſſe,quòd ſibi eſſet alienum ius relatione iuſta negatum. Sed muliebri conſilio deceptum, Naboth vites ſuas, vel proprio cruore defendit*. Nota, ly, *alienum ius*:&, ly, *iuſta relatione negatum.* Et quarè hoc? quia certè nullus Rex,princeps,vel etiam Imperator habet dominium proprietarium ſuorum ſubditorum; & non niſi per ordinem *ad bonum publicum poſſunt exigi bona ab ipſis ſubditis,vt dictum eſt.*

Eſt igitur Hoſtien.opinio non ſolùm falſa,ſed irrationabilis omninò,& ſcandaloſa;nec difficile eſt adhibere ſuis argumentis reſponſa. Quilibet enim facilè & recta ratione ductus ſcire poteſt,
48 quòd omnia vtiquè ſunt principis,quoad iuriſdictionem, non quoad dominium proprietarium. Vel omnia ſunt illius per ordinem ad bonum publicum,ſecùs per ordinem ad bonum priuatum, & ſui commodum. Vel omnia ſunt principis in
49 caſu neceſſitatis, etiam pro ipſo ſuſtentando, & ſubueniendo in neceſſarijs: non in voluptuarijs. Eiſdem reſponſionibus ſatisfit alio argumento ex Authenticis. *Poteſt Imperium aliquid percipere venerabilium Dominorum dum voluerit*. Vt q; in ordine ad bonum publicum,non aliter.Et,aliquid,non omnia, ſed quantum ſufficere poſſit ad propulſandum damnum publicum,non priuatū; ſi aliter & commodè poſſit reparari.

Nunc dicamus ad argumentum ex Sacra Scriptura deſumptum, quod magis vrgere videtur. Si ius Regis eſt, quòd poſſit iſta, quomodo iniuria?quæcumq; enim iure fiunt,iuſtè fiunt.ergò iuſtè exigit non ſolùm bona,& proprietates, ſed etiam perſonas conſtituendo in ſeruos, & ſeruas, vt inductum eſt in authoritate,&c.

Verùm quid lateat mali aperiamus. Et primo quidem patet,quòd Deus in Sacra Scriptura pro
50 hibet omnem,& quamcumquè violentiam principum in accipiendo ſuorum ſubditorum bona.
Ezech. 46. ſic habetur Ezech.46. vbi dicitur. *Non accipiat princeps de hæreditate populi per violentiam, & de poſſeſſione eorum;ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filijs ſuis;vt non diſpergat populus meus vnuſquiſq; à poſſeſſione ſua.*

Deut. 17. Inſuper Deuteronom.cap.17. præcipit Deus ne Rex curet de apparatu potentiæ,& quòd non
51 ducat in ſeruos ſibi ſubditos.Vndè ait.*Cumq; fuerit conſtitutus*,nimirùm Rex,*non multiplicabit ſibi equos,nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero ſublenatus*,ideſt non habebit Rex magnam potentiam,ità vt per hoc reducat ſubditos ſuos in ſeruitutē,quod eſt reducere eos in Aegypto, ſcilicet in talem ſeruitutem, qualem patiebantur in Aegypto.

Et eodem cap.præcipit,quòd Rex non ſuperbiat ſuper fratres ſuos.Vndc ſubdit. *Non habebit Rex immenſa pondera auri,& argenti,ne eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos.* 52

Ex iſtis ergò patere poteſt,quòd minimè Rex iuſtè exigere poteſt tamquàm ſibi debita omnia, quæ exprimuntur in ſententia, quæ in argumento adducta eſt. Siquidem ibi multa ponuntùr ſpectantia ad rapinam. Cum enim dicitur, Agros quoquè veſtros, & vineas, & oliuata optima tollet,& dabit ſeruis ſuis;hæc proculdubio ad rapinam ſpectant. Item cum dicit, Filios veſtros faciet aratores agrorum,&c.& vlteriùs,Segetes veſtras,& redditus vinearum veſtrarum addecimabit. Hæc haud dubio dicunt violentiam. & quia omnia iſta fuerunt à Deo prohibita, vt ſuperiùs patuit per auctoritates inductas,relinquiturquòd hoc ius minimè dicendum eſt, quòd ſit conſtitutum à Deo pro iure Regio.

Itèm in fine dicit Deus.*Clamabitis in illa die à facie Regis veſtri, quem elegiſtis, & non exaudiet vos Dominus,quia petiſtis Regem*. Certè ſi iuſtè imponerentur huiuſmodi grauamina à Rege populo,& eſſet verum ius Regium exigere iſta;iniuſtè clamaſſent Iſraelitę ad Dominum contra Regem:nec eſſet ratio cur Deus exaudiret eos.ergò præſupponitur, quòd Iſraelitæ iniuſta patiebantur, & tamen Deus non liberabat eos, quia ipſi hoc meruerant in petendo ſibi Regem. Dicendum ergò cum Gloſſ. quòd ius non accipitur hic Gloss.
pro eo,quod debitum eſt, ſed largè pro omni eo 53
quod impoſitum eſt, & reddi ſolitum: & ſic omnes impoſitiones principum, & exactiones dicuntur iura. Quarè ex hac auctoritate abſit,quòd aliquod iusRegibus tribuatur ad petendum aliquid horum:cum ſolùm vocentur hic iura, ideſt impoſitiones. Vnde reſtat, vt dicamus, quòd ideò iſta prædicit Deus populo, annuntiando quæ in futurum eueniſſent,vt vel ſic timore malorum ſibi futurorum deſiſterent à petitione Regis.& hoc apparet ex principio litteræ,vbi Deus Samueli. *Veruntamen conteſtare eis ius Regis, qui imperaturus eſt,&c.* quaſi dicat. Vt non habeant cauſam dolendi ſi fuerint iniuſtè grauati à Rege quem ſibi elegerint, prædic eis omnia. Vide quomodo diuerſimode tradantur iura Regi in Deuteronomio,& 1.Reg.& quòd legitima iura ſunt illa Deuterono.alia propter duritiem populi. D.Tho.de D.Tho.
regim.lib.3.c.11.

Et quòd hic ſit verus ſenſus,patet ex hac alia irrefragabili ratione.Si enim hoc fuiſſet propriè ius Regis equidem non eſt credibile,quin & Saul & Dauid iſta(ſaltem aliqua) impoſuiſſent;& ta- 54
men Saul non afflixit Iſrael, nec Dauid ſecundùm omnia huiuſmodi; & à Salomone tantùm fuerunt grauati.Vnde vt patet eodem lib.tertio 3. Reg. 12.

Z cap.

cap.12. *Regnante Roboam Salomonis filio accesserunt primates populi*, dicentes. *pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, tu itaq; nunc minue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis*. Et quia noluit eos audire, sed dure respondit eis, dicens. *pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam vos scorpionibus*, ideò decem tribus ab eo rebellarunt. vt patet eodem cap. & deinceps. Sumitur ergò ius hoc loco pro eo, quod impositum est quomodolibet, non pro eo, quod iustum est. Quod eleganter etiam exprimitur in verbo, Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis. Nam *tollere*, significat violentiam, & quòd ipsis inuitis acciperet Rex filios eorum ad seruiendum sibi.

Nomine autem currus possumus intelligere plaustra pertinentia ad agriculturam, & sic est sensus, quòd acciperet de filijs Israelitarum ad
55 seruiendum sibi in opere rurali ad regendum plaustra.

Alio modo accipiuntur currus pro curribus falcatis, qui pertinebant ad genus belli. & erant isti currus habentes in rotis gladios curuatos in modum falcis, & extensos in transuersum. Cum autem currus moueretur impetu magno quicũque propè currum esset discerpebatur; ideò omnes fugiebant à curribus. portabantur autem isti currus ab equis quattuor. qui etiam armati erant aliqua leui armatura ne læderentur ab hostibus incursantibus. & super currum erat vir vnus armatus qui pugnabat, alius erat super equos, qui vertebat eos, quocumq; vellet. & fuit istud antiquissimum genus armaturæ, & erat pretiosum, quia erat magnorum sumptuum. & ideò tantùm Reges potentes poterant huiusmodi currus habere. In huiusmodi ergò curribus ponebant Reges ad seruiendum sibi, ità Abulen. hoc loco, & Salo- *Abul.*
mon ad tantam deuenerat magnificentiam, & gloriam super omnes Reges Israel, quòd multi-
56 plicauit sibi currus, & equites; nam habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, idest pertinentium ad currus, & habebat duodecim millia præsepia equestrium, vt pa-
3.Reg. 4. tet 3.Reg.4. Paulatim ergò cœperunt grauamina Israelitarum à Regibus suis, vsq; ad incrementa, vt dictum est, Deo permittente in pœnam illorum temeritatis, qui abiectis Sacerdotibus petiuerunt sibi Regem. Quarè Cypr. lib.3. epist.9. *Et vt Dominus hoc vlcisceretur*, quod, scilicet Sacerdotem spernerent, *excitauit eis Saul Regem qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per omnes pœnas, & contumelias superbum populum calcaret, & premeret, vt contemptus Sacerdos de superbo populo vltione Diuina vindicaretur*. Hæc ille.

D Cyp. Nomine Saul intellige omnem Regem.

Non igitur possunt iustè grauare principes sibi subditos, nisi per ordinem ad bonum publicũ; quo casu imitanda est natura, quæ partem expo-
57 nit pro conseruando toto, & bonum, ac commodum priuatum pro bono publico. & sic ex his, quæ sunt in pœnam vnius populi à Deo permissa, non sunt trahenda in consequentiam, quasi iustè, & iure hæc ipsi possint. est enim hoc contrà naturale ius, & rectum rationis dictamen, quòd princeps, qui electus est ad bonum commune, & propter illud tantùm, sibi vendicet pro bono priuato. & sic constat, quòd nec Imperator, nec quicumq; alius princeps est Dominus proprietarius bonorum suorum subditorum, vel personarum, nisi modis dictis.

Verum tamen est, quòd quandoq; durities populi, ità exigit, quòd non nisi tyrannicè regantur, 58
& gubernentur. vt benè adnotat D.Thom. ex D. *D.Tho.*
Augustino, & Aristotele. Inquit enim in lib.3. de regim. principum, cap.11. *Interdum dùm populus non cognoscit beneficium boni regiminis, expedit exercere tyrannides, quia etiam hæ sunt instrumentum Diuinæ iustitiæ. Vndè & quædam insulæ, & prouinciæ, secundum quod historiæ narrant, semper habent tyrannos propter malitiam populi, quia aliter, nisi in virga ferrea regi non possunt. In talibus ergò Regionibus sic discolis necessarius est Regibus principatus Despoticus non quidem, iuxta naturam Regalis Dominij, sed secundùm merita & pertinacias subditorum*. & ista est ratio
Augustini, & Philosophi in 3. polit. vbi distinguit 59
genera regni, *& ostendit apud quasdam barbaras nationes Regale Dominium esse omninò Despoticum, quia aliter regi non possent, quod quidem Dominium præcipuè viget in Græcia, & apud Persas, saltem quantum ad regimen populare*. hæc D. Tho. loco cit.

Patet ergò, quòd si Rex se moueat non ratio- 60
ne, & causa proprij interesse ad sic regendum, sed quia sic exigit necessitas, & bonum sui populi, non peccat, imò mereri potest, ordinando, & disponendo totum ad gloriam Dei, & bonum populorum. & eo casu dicitur Dominium Despoticum, quia pugnat contra rationem naturalis Dominij, qua populi regi debent, non tamquã serui, sed vt liberi. Primum Dominium Regale exprimitur a Moyse in Deuteronomio locis citatis, & eius verba sunt ex ore Dei, inquiens. *Cum* 61
constitutus fuerit Rex, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus. Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animam eius: neq; argenti, & auri immensa pondera: describet q; sibi Deuteronomium legis huius, & habebit secum, leget q; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba eius, & cæremonia, &c. Quibus verbis apertè patet quomodo regimen tantùm sit in bonum populi.

Samuel verò verbis citatis, *Iura Regis sunt:*
declarat Dominium Despoticum, & vtrumq; à 62
Deo saltèm permissiuè quoad tyrannicum, quia vtrumquè Deus ordinat ad suam gloriam. Et hæc dicta sufficiant de hac quæstione in primo sensu.

Secunda quæstio erat, Vtrùm Imperator quoad

ad iurisdictionem saltèm sit Dominus totius mū-
di, sic quòd ad ipsum spectet omnium causarum
63 temporalium de iure cognitio: & omnes quot-
quot sunt in mundo vbiq; locorum téneantur v-
ni Imperatori de fidelitate,& obedientia, nec iu-
stè ab illa se excusare possit quisquam. & breui-
tèr etiam in hoc sensu statuitur conclusio negati-
ua, quæ probatur.

Primo, quia de facto numquàm fuit conuen-
tus totus mundus in electionem vnius,cui omnes
64 obedire tenerentur.non enim Antipodos,nec In-
dos quandoq; congregatos pro tali effectu legi-
mus,nec transmisisse litteras pro tali acceptatio-
ne.Ninum enim Monarchiam Assyriorum,Arba-
cem Monarchiam Medorum,& Persarum, Ale-
xandrum Monarchiam Græcorum,& demum Iu-
lium Cæsarem Monarchiam Romanorum occu-
passe vi armorum legimus,ipsosq; Monarchas ap-
pellatos fuisse;non tamen totum potuerunt orbē
sibijpsis subijcere quin maior pars remaneret li-
65 bera,& sub alijs potentatibus. & quia violenter
fuerunt introducti,nec perpetuò esse potuerunt.
Quarè effracti sunt, & ad nihilum redacti, vt pa-
tuit per figuram in illa Danielis statua, de qua
iam diximus,&c.

Nec obstat,quòd Octauianus Augustus de quo
66 dicitur,quòd ab illo *exierit edictum,vt describe-
retur vniuersus orbis*. Siquidem eo loci nomine
orbis maior quædam mundi pars intelligitur, &
non tota mundi latitudo comprehendens vniuer-
sitatem hominum qui sunt in terris.

D. August. Et si vt inquit August.4.de Ciuit.Dei,cap.15.
*Iniquitas,ampliora fecit regna,& pradomitis gē-
tibus dilatare Regnum*, idest ad comprimendas
iniquitates hominum oportuit augeri regna, &
reges potentiores esse; profectò cum nos simus
in quos fines sæculorum deuenerunt, si quādoq;
oportuisset esse totius orbis vnicum principem,
& Dominum,iam id nostro sæculo experiremur,
& videremus; quod tamen non experimur, neq;
videmus.

7. Polit. Imò nec expedit, vt enim docet Aristot.7.po-
lit.cap.4.*Respublica non eo melior,quia maior, sed
talis debet esse, & tanta, quanta potest commodè
67 gubernari*. Et quis dicat vnum principem totum
vniuersum commodè gubernare posse?

Præterea,eadem veritas irrefragabili ratione
probatur, quòd nec de iure possit vnus imperare
toti mundo: Si enim hoc iure aliquo posset, aut
iure naturali,aut iure diuino, aut humano ciuili,
68 vel pontificio. Non naturali,quia,vt iam dictum
est,natura hominem condidit liberum,paresquè
eos fecit,nec aliquem alteri subiecit,nequè aliud
dominium ipsa constituit,præter paternum, &
D. Tho. maritale, vt docet D.Thom.1.par.quæst.92.art.
2.ad secundum, & Aristot.1.Politic.cap.4. Cæte-
ra verò dominia non nisi iure humano introdu-
cta sunt.

Iure autem diuino positiuo constat Saulem,
69 Dauidem, & Reges Israel institutos fuisse ex spe-
ciali priuilegio. Quòd autem totius mundi ali-
quis sit deputatus tali iure in principem, & Do-
minum; neque ex Scriptura Sacra, neque ex Sa-
cris Concilijs, neque ex SS.PP. dictis elici po-
test.

Nec offendit quod de Nabuchodonosor Da- Dan. 9.
niel.9.legitur. *Tu Rex Regum es,& Dominus cæ-
li gloriam,& imperium dedit tibi,& omnia in qui-
bus habitant filij hominum*.Siquidem nec Nabu- 70
chodonosor fuit institutus modo quo diximus
dē Saule, & Dauide à Deo. Sed dicitur dedisse
Deum illi imperium,inquantum permisit, vt bel-
lo,vel iure hæreditario ad talem potentiam per
ueniret. & insuper numquàm consecutus est Re-
gnum Israelitarum, quibus Dominus præcepe-
rat,vt habetur Deuterono.17. ne Regem habe- Deut.
rent extraneum. 17.

Nec itèm refert,quod Aug.5.de Ciuitat.Dei, D. Au-
cap.12.& 15.dicit,quòd(inquam) *Deus contulit* gust.
Romanis totius orbis imperium,quia suo modo bo- 71
ni erant. Pro quo etiam facere videtur, quod ait
D.Thom.de regim.principum,lib.3.cap.13. vi- D. Tho.
delicet,quòd Christus substituit in Augusto Do-
minium,quod ipse habebat in toto orbe,vicesq;
illius gerebat.& cum hoc minimè intelligi possit
de dominio spirituali, relinquitur quòd de tem-
porali loquatur.

Ad hoc enim iàm ex parte dictum est, quòd 72
nomine orbis, siuè vniuersi maiorem mundi par-
tem, siue præstantiorem intelligimus, iuxtà mo-
rem Sacrarum Scripturarum. Genes.namq; 41. Gen. 41
legitur,quòd *omnis terra venit in Aegyptum*, id-
est bona pars terræ. & Genes.2. de Eua dicitur, Gen. 2.
quia *est mater cunctorum viuentium*, non tamen
extendi potest ad irrationalia licèt viuentia.

Absit etiam, quòd Romani essent boni, quia 73
omnia ad vanam gloriam reducebant, sed com-
paratiuè dicti sunt boni ex hoc, quod propter vi-
tium inanis gloriæ maiora dimittebant peccata.
Quarè Deum non in meritum (siquidem nullum
peccatum quantumcumque minimum meritum
habere potest in ordine ad Deum) sed indulgen-
tia quadam, & permissione, vt vel sic reciperent
mercedem suam more hypocritarum, de quibus
dicitur, quia *receperunt mercedem suam*. Vndè
idem Aug. cap.15.sic concludit: *Non est quòd de* D. Au-
Summi, & veri Dei iustitia conquerantur, quia gust.
perceperunt mercedem suam. Non ergò eos Deus 74
facit dominos, vt Saulem, & Dauidem Reges,
sed vel iure belli, vel per suam tyrannidem, id
Deo permittente,vt inquit Soto loco vt supra. Domin.

Præterea Augustinus eo loci,non de alio,quā Soto.
de Orientali regno loqui poterat, in Chaldæis,
Persis, & Græcis; quod regnum numquàm fuit
vniuersale totius orbis. & ideò,inquit,quòd Ro-
manorum imperium fuit extensius,non tamen to- 75
tius globi.

Ad dictum D. Thom. respondit D. Bannes, Bannes
quòd intantum dicitur Octauianus gessisse vices
Christi,quia obsequutus est spirituali potestati,

 etiam

etiam non intelligens quid ageret. & siuè habue
76 rit dominium in toto orbe, siue non, erat illius
Vicarius, nimirùm super regna illi commissa.
Nam in committendo descriptionem vniuersi,
magis fauit Christo, quàm sibi, vt dicit Leo ser-
mo. 1. in natali Apostolorum Petri, & Pauli. *Di-*
sposito, (inquit,) *Diuinitùs operi maximè congrue-*
bat, vt multa Regna vno confœderarentur impe-
rio, vt citò per omnes haberet populos prædicatio
generalis, quos vnus teneret regimen ciuitatis.

Leo Papa.

Et breuiter neganda est consequentia fuit Vi-
77 carius Christi, ergò per vniuersum orbem. Vnus-
quisq; enim princeps in singulari potest dici Vi-
carius Christi, vel Dei pro prouincijs sibi desi-
gnatis ad regendum. Vnde principes Christiani
in suis diplomatibus dicunt, ex Dei speciali gra-
tia, Rex, vel Dux, &c.

Quòd neq; sit de iure humano pontificio, pro-
batur ex his, quæ habentur in cap. per venerabi-
78 lem, qui filij sint legitimi. nam ibi Innocent. III.
diffinit, Reges, quales sunt Reges Galliarum, &
Hispaniarum in temporalibus non habere supe-
riorem in terris. Et est communis opinio Iurista-
rum, patrimonium Ecclesiæ non esse subiectum
Romano imperio.

Quòd demùm nec iure ciuili humano, proba-
tur quia, aut est per legem aliquam factam ab ip-
sis Imperatoribus, qui præcesserunt. & sic nòn,
quia antequàm habuissent iurisdictionem illa vsi
fuissent. vel per consensum omnium aliorũ prin-
cipum totius mundi. & hoc non, vt constat, nec
est credibile quòd consentirent, vel per consen-
sum omnium populorum. & hoc multo minus, &
quia nullibi scriptum legitur; & quia facile est
imaginari quomodo in re tam graui conuene-
rint, aut conuenire potuerint in vnum, aut perso
naliter, aut per litteras. Quarè omninò dicẽdum,
& deducendum est, non esse de facto, nec de iu-
re dari posse vnum Imperatorem totius mundi.

Et si dicatur, quòd quemadmodum Papa re-
duxit electionem ad septem electores, vt patet
79 ex d. cap. per venerabilem, quos ponit glo. in ca.
ad Apost. circa fin. de re iud. lib. 6. & continentur
his versibus.

Maguntinensis, Treuerensis, Coloniensis,
Atq; Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis.
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bo-
hemus.
Romanum Regem statuendi dant sibi legem.

Videlicet, tres Ecclesiastici, & sunt Archiepi-
scopus Maguntinus, Treuerensis, & Coloniensis.
Quatuor laici, Comes Rheni Palatinus, Dux Sa
xoniæ, Marchio Brandeburgensis, & Rex Bohæ-
miæ.

80 Cur igitur non possemus dicere, quòd saltem
possit Papa istis committere electionem Impera-
toris, non solùm in tota Christianitate, sed etiam
in toto orbe?

Respondeo, supponendo pro nunc quod Papa
tantùm auctoritatem ministerialem, & instru-
mentalem habeat circa temporalia, nimirùm
per ordinem ad finem supernaturalem, & non 81
aliter, nec contendimus modò an hæc ministe-
rialis potestas, sit illa secundum quam alij dicũt
Papam habere secundario auctoritatem in tem-
poralibus? Nam data occasione, Deo dante, hoc
etiam declarabimus, & quãdam subijcimus pa-
rum infra in hoc eodem quęsito. Quarè si dentur
alij principes, qui iusto titulo habeant Domini-
um, non est cur vexentur, nisi quatenus directè,
vel indirectè se opponerent huic fini superna-
turali.

Insuper dicimus, quòd in tantum statuit ele-
ctores Imperatoris in tota Christianitate, vt pos
sit cogere cæteros principes in necessitate ad in- 82
seruiendum Ecclesiæ pro fidei conseruatione, &
manutentione. Quarè solus Imperator à Papa co
ronatur corona aurea, ab illoq; exigit iusiurandũ 83
fidelitatis de semper protegendo ecclesiam. non
tamen propter hoc instituit, vel constituit illum
dominum plena iurisdictione in temporalibus,
sed tantum in ordine ad suam protectionem.

Imò volunt Hispani, & forsan Galli, quòd Re
ges eorum sint exempti ab huiusmodi obligatio
ne de stando mandatis ipsius Imperatoris, quia 84
ipsi se immediatè proprio iuramento obligant
ad talem protectionem, licèt non coronentur à
Papa.

Dixi quòd Rex Romanorum accipit à Papa
coronam auream, vt insinuarem, quòd triplici 85
corona coronatur. primò corona ferrea, quam ac
cipit ab Episcopo Colonien. in Aquisgrano eius
dem Diœcesis, & significat fortitudinem, qua
vincere debet rebelles, & infideles conculcare.
Est et in signum victoriæ contra duritiem Regis
Longobardorum, quam habuit Carolus Magnus.
Secunda est argentea, quam ingressus Italiam re-
cipit à Mediolani Archiepiscopo in Villa Mo-
doetiensi eiusdem Diœcesis, & significat mundi-
tiam, & claritatem, quæ debet esse in ipso Impe-
ratore. Tertia est aurea, & de puro auro, qua co-
ronatur per Papam in Ecclesia S. Petri ad Alta-
re S. Mauritij, & eam porrigit pede in signum,
quod sibi subijcitur. & significat ipsum Impera-
torem potentatu, & iustitia excellere alios Re
ges, & principes, quemadmodum aurum excellit
alia metalla, &c.

De his vide in præambulis ad Codicẽ Iuris ciuilis.

Accipiamus igitur pro complemento huius
capitis. primo, quòd *omnis potestas à Deo est*; ve- 86
rùm cum discrimine, quia potestas spiritualis im
mediatè à Deo est, & quoad potestatis speciem,
& quoad substitutionem personæ, vt alibi dixi-
mus: temporalis verò non nisi mediante lumine
rationis, & per electionem, & consensum popu-
lorum, aliquibus paucis exceptis, vt diximus de
Regibus Israel, qui ex priuilegio fuerunt electi,
& instituti à Deo. Sicut enim natura dedit appe-
titum rebus conseruandi seipsas, ac tuendi se à
suis contrarijs, simùlq; indidit hominibus deside 87
rium viuendi in communi conuersatione, & ag-
gregatim,

gregatim, constitutis Ciuitatibus,& Rebuspubli cis; sic dictauit pro tutiori regimine, quòd eligerent sibi caput vnaquæquè natio, prout benè visum sibi fuit. Et hac ratione dicitur, quòd *omnis potestas à Deo est, & qui potestati resistit Deo resistit*.

Secundo. Si pro veritate velimus loqui, Imperatores infideles ante aduentum Christi, vt plurimum, & fortassis omnes, qui dicti sunt Monarchæ, tyrannide occupauerunt sibi dominia. Nec valet dicere, quòd Deus hoc permiserit, & quòd ex hac permissione acquisiuerunt sibi iustum titulum Dominij. Hoc certè nihil est dictum. Permissio namq; non facit iustum titulum. Romani enim permissi erant habere potestatem in terris Iudæorum, & in ipsos Iudæos propter ipsorum peccata; & tamen vt diximus, & patet Deuteronom. 17. præcipiebatur eis ne facerent Regem alienigenam, quod etiam patet in Philistæis, & Chaldæis sæpè occupantibus terras Iudæorum. Non tamen inde sequebatur, quòd iusto titulo illas possiderent. Multa enim permittit, & quia permittit, non præcipit, aut concedit, sequitur quòd sint mala. Et sic habes hinc quomodo rectè intelligas dictum à Christo. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Facit enim hũc sensum conditionalem, si quid Cæsari debetis, illud ei reddite. verùm super omnia reddite debitum Deo. non certè affirmat, sed fugiendo laqueos, & peruersum iudicium, itá dixit.

88

89

Marc. 12. Luc. 20

Tertio accipe, quòd si adhuc sincerè velimus loqui, non expedit quòd vnum sit Dominiũ temporale in toto orbe, idest super omnes homines cuiuscumq; nationis sint. nàm temporalia infinitas patiuntur mutationes, & perturbationes, & omni hora excitantur nouitates, nec vnus certa regula posset omnes gubernare. Quarè ex his manent irrefragabiles ambæ nostræ conclusiones. prima qua dicebatur, quòd nec Imperator, nec vllus princeps habet directum, seu proprietariũ Dominium super bonis suorum subditorum, & multò minus super personas. Secunda qua affirmabamus, quòd nec etiam quoad iurisdictionem Imperator vnus potest esse Dominus totius mundi, siue orbis, sumendo nomine orbis totam plenitudinem terrarum. quod dico, quia nullum inconueniens est, quòd nomine orbis intelligamus aliquam maiorem, vel excellentiorem partem vniuersi, iuxta illud Luciani in 3.

90

Lucian.

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem.

91 Nunc dicamus ad argumenta. Ad primum quo tangitur parilitas rationis in vtroq; Dominio, & temporali, & spirituali; quia quemadmodum est vnus Papa in spiritualibus; itá videtur debere admitti, quòd vnus sit Dominus in temporalibus. Patet quòd huiusmodi parilitas nullo modo admittenda est. primo, quia potestas spiritualis est immediatè à Deo, & quoad speciem potestatis, & quoad personam, non sic temporalis, vt dictum est. Potuit autem Deus in vno regimine velle sic, in alio non. Dicitur secundo, quòd ipse Christus, qui est principalis Dominus, & principale caput Ecclesiæ, ipse est virtutis infinitæ, 92
nec sibi repugnat quæcumq; diuersitas locorum, vel quæcumq; multitudo personarum; ac eo non inconuenit, quòd instituerit sibi Vicarium cum tali plenitudine potestatis, quem dirigat ipse in 93
omnibus necessarijs. Et si dicatur, quòd pariter secundùm D. Thom. Imperator est Vicarius in D. Tho.
temporalibus ipsius Christi. Iam negauimus, ly, pariter, sed facit sensum, quòd licet ex intentione non seruiuerit Octauianus Christo, tamen ex 94
diuina dispositione egit, quod erat in illius obsequium cùm describendo orbem, tùm in habendo plura regna sub se, rationibus dictis in corpore artic. nam adhuc sub Iudice est, Vtrùm Christus inquantum homo (siquidem vt Deus non cadit sub dubio) habuerit potestatem directam in 95
temporalibus. Et licet opiniones sint ex vtraque parte defensabiles, tamen mihi verior est opinio negantium. Et duæ auctoritates in plano sensu acceptæ me mouent, & vt dicam vrgent. prima ex Psalm. *Quoniam egenus & pauper ego sum.* Si Ps. 69. & 108
ergò, vt inquit Chrysostom. cum dicimus quòd Christus assumpsit naturam passibilem, & mortalem, in sensu vero illam accipimus non recurrendo ad interprætationem, quoad vsum, vel demõstrationem in exteriori effectu, sed dicimus quòd natura ab ipso assumpta fuit verè, & realitèr passibilis, & mortalis, & de fide itá tenendum est; Cur pari ratione cum dicitur de eodem Dei filio. *Cum diues esset in omnibus, pro nobis egenus factus est.* cur (inquam) non debemus asserere quòd vere fuerit pauper non solùm in exteriori vsu, sed etiam quia vere, & realiter caruit potestate dominatiua in temporalibus, vt vel sic proprijssime verificetur, quòd fuerit pauper, quatenus maiores pro nobis cruciatus in tali paupertate pateretur? Siquidem constat, quòd habens dominandi potestatem, licet non vsum, aliqualiter subleuatur in consolatione interna, & eò magis, quia hoc non repugnabat Christo inquantum homini.

96 D. Chrysost.

2. Cor. 8.

Secunda auctoritas, quæ apud me vrget, est responsio Christi ad Pilatum. *Regnum meum non est de hoc mundo.* non certè latebat Pilatum, quòd Christus non erat Rex quoad vsum, cum videret ipsum valdè despectum, & contemptum. Sed satisfaciendo intimæ significationi, interrogationis Pilati, qui proculdubio quærebat de iuridica potestate, modo quo credebant Iudæi Messiam habiturum; ideò quærenti, *Rex es tu?* idest, habes ne tu iustum regnandi titulum? Respondit. *Regnum meum non est hinc*, & *de hoc mundo*. Insinuans quòd propriè, per se, & directè illius Dominium erat spirituale, & in ordine ad finem spiritualem. Et licèt D. Thom. videatur aliter sentire in d. lib. 3. de Regim. vt videre est per plura capita, nimirùm 13. & deinceps. Nihilominus admittit in sensu dictam expositionem, & hoc lo-

Io. 18

97

D. Tho.

quendo de Dominio mundi in genere, quidquid
ſit de dominio Chriſti in populo Iſrael.hoc enim
credunt ſibi,iure vindicaſſe etiam quod purus ho
mo fuiſſet, quia ex ſtirpe Regia, de qua re vide
D.Tho.3.p.q.35.ar.7.& 8.& ibidem expoſ.max.
porrect.

Bannes
Quarè admodum placet ſententia D.Bannes,
98 loco vt ſupra, quod tantum habuit poteſtatem
miniſterialem,ſeù inſtrumentalem modo, quo re
liquit eam ſuis Vicarijs, ideſt quantum fuiſſet o-
pus per ordinem ad finem ſupernaturalem.

Videmus enim, quòd artes Architectonicæ,
verbi gratia, militaris reſpectu equeſtris, vel na-
uifactiuæ non claudunt in ſe formaliter habitus
artium ſubſeruientium, ſed tantùm imperat illis
per ordinem ad ſuum finem ad quem vltimatè
ordinantur inferiores artes, & non aliter. Sic e-
nim diſponit,quòd conſtituantur naues, vt expe
dit militiæ;etiam quòd ad alios vſus valeant,im-
perat equeſtri,vt ità regulentur, & de ornamen-
tis prouideatur,quod ſint apti ad incurſus prælio
99 rum,quidquid de quocumq; alio vſu ſit. Et ità in
propoſito,imperat Chriſtus,& illius Vicarius do
minis temporalibus ne agant contra ſuum finem
qui eſt architectonicus, & finis omnium finium,
nec ſe opponant. quod ſi fecerint vindicatur, &
reprimit.non tamẽ(hoc ordine deducto) ſe vlte-
rius intromittit,niſi in terris,& prouincijs ſibi ex
principum temporalium dono ſubiectis, vt pa-
tet. Talis eſt ordo in corpore humano reſpectu
animæ ſpiritualis.non repugnat ſpiritus,quòd v-
100 tamur ſenſibus,vſus enim illorum eſt neceſſarius,
ſed vult nos cauere ne illis vtamur in damnum
vitæ ſpiritualis.& ad propoſitum valdè facit di-
D.Auguſt. ctum D.Aug.in ſua Regula.*Nec enim*(inquit)*fæ-
minas videre prohibemini* (eſt enim fœmina Dei
creatura, & in illius viſione poſſumus delectari
per ordinem ad Deum illius auctorem)*ſed appe
tere,vel ab ipſis appeti velle criminoſum eſt*,ſubdit
idem Aug.

Similì proportione dicimus, & Chriſtum ha-
buiſſe,& Papam habere poteſtatem in tempora
libus, vel quotieſcumq; ſibi benè viſum fuerit in
ordine ad bonum fidei, vel conſeruandum, vel
defendendum, vel dilatandum, poteſt ad hunc
effectum diſponere de temporalibus,& rebus,&
dominijs, vt patet in multis exemplis, & noſtris
temporibus illud Catholici Philippi II.Regis Hi
ſpaniarum, qui poſt occupatas Indianas Regio-
101 nes, virtute, prudentia, & ſtrenuitate, vt aiunt,
Chriſtophori Columbi timens ſuæ conſcientiæ
impetrauit à Summo Pontifice iuſtum titulum
Dominij ſuper dictas Regiones ſuo nomine oc-
cupatas. Et Summus Pontifex annuit,imo dona-
uit,donauit vero quia potuit, & potuit quia de-
buit,& debuit quia magis ipſi præmebat ſalus æ-
terna tantarum animarum, quàm quæcumq; res
alia temporalis.Equidem fortaſſis iſti Indiani,vt
dicunt, habere potuerunt Regem, & principem
ductorem ſuis moribus congruentem ab eis legi

Chriſtophor. Colũb. Alexã. VI ſub an 1493 4. nonis Maij.

timè electum, & in quem tranſmiſiſſent vniuer-
ſorum illorum populorum auctoritatem. nihilo-
minus Papa ſuo iure(ſi quod illis fuit)priuauit &
ſuppoſuit, recto,tuto,ac Catholico Dominio ſu-
pranominati Regis Hiſpaniarum. Qua auctorita
te,cum non ſit Dominus temporalium? certè illa
miniſteriali,quam habet, & habere poteſt per or
dinem ad bonum fidei.

Et quoniam Leo in ſuo foro Eccleſiaſt. parte Io.Frã. Leo.
1.num.55. refert contenta in Bulla dictæ conceſ
ſionis,& mutationis,quam Alexan.VI. ſimulquè
cauſas,& rationes, quibus motus eſt ad donandũ
huiuſmodi Inſulas Regi Hiſpaniarum, inſuper
addit multa ad noſtrum propoſitum ſpectantia
de Papæ auctoritate hac occaſione circà tempo-
ralia, ideò ad ſatisfactionem legentium verba
propria ipſius affero, relinquendo pro nunc ſer-
monem habere de Chriſto etiam in quantum ho
mine. Fortaſſis enim quod aliqui dicunt indire-
ctè,alij intendunt congruentiùs exprimere dicen
do quòd ſecundario tàm Chriſtus, quàm Papa
habent auctoritatem in temporalibus.neq; enim
contentionibus vacandum eſt,cum vt inquit Au
guſt.ſermo.22.de verb.Apoſto. *Melius eſt neſci-* D.Auguſt.
*re,quam errare, & melior eſt fidelis ignorantia,
quam temeraria ſcientia.* ipſe enim in primis fa-
teor me ignorare hanc veritatem,ità vt plenè eã
concipiam,neq; ad alteram determinem partem
Vndè quaſi anceps, ſed magis flectens in Bannes
Sentent.hæc ſcribo. Verba igitur præfati neote-
ci,ac pientiſſimi Doct. ſunt.

*Alexander VI.motu proprio,& ex certa ſcien-
tia,ac de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine om-
nes Inſulas,& terras firmas inuentas,& inueni-
endas detectas,& detegendas verſus Occidentem,
& Meridiem fabricando,& conſtruendo vnam li-
neam à polo Artico ex parte Septentrionis ad po-
lum Antarticum verſus Meridiem, ſiuè Terra fir-
mæ inuentæ,& inueniendæ eſſent Indiam,aut aliã
quamcumquè partem verſus, quæ linea diſtaret à
qualibet Inſularum centum leucis verſus Occiden
tem,& Meridiem, ita quod omnes Inſulæ, & Ter-
ra firma repertæ,& reperiendæ detectæ,& detegen
dæ à prædicta linea verſus Occidentem, & Meri-
diem per alium Regem, aut Principem Chriſtia-
num non actualiter poſſeſſæ,vſquè ad diem Nati-
uitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, tunc proximè
præteriti anni 1493.quando fuerunt per Nuntios,
& Capitaneos eorundem inuentæ aliquæ prædicta
rum Inſularum cum omnibus illarum Dominijs,
Ciuitatibus, Caſtris,Locis,& Villis, Iuribuſquè,
& Iuriſdictionibus, & Pertinentijs vniuerſis eiſ-
dem Regi & Reginæ, Hæredibuſquè,& ſucceſſori-
bus ſuis Caſtellæ,& Legionis Regibus in perpetuũ
donauit,conceſſit,& aſſignauit, ipſoſquè,& hære-
des,ac ſucceſſores prædictos illarum dominos cum
plena,libera,& omnimoda poteſtate, auctoritate,
& iuriſdictione fecit,conſtituit,& deputauit; De-
cernens tamen per huiuſmodi donationem, conſi-
gnationem,& aſſignationem nulli Chriſtiano Prin
cipi,*

cipi, qui actualiter prædictas Insulas, & Terras firmas possedisset, vsquè ad diem Natiuitatis Domini Iusquasitum sublatum intelligi posse, aut auferre debere, eisdem mandando in virtute Sanctæ Obedientiæ, vt pro eorum maxima deuotione, & Regia magnanimitate, sicut polliciti fuerunt se esse facturos, ad Terras, & Insulas prædictas, viros probos, & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos ad instruendos Incolas, & Habitatores prædictos in Fide Catholica, & bonis moribus imbuendos destinare deberent, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes, ac quibuscumq; sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quā eo ipso contrafacientes incurrere voluit, inhibuit, ne ad Insulas, & Terras firmas, inuentas, et inueniendas, in locis supra designatis, et nuncupatis pro mercedibus habendis, vel quauis alia de causa accedere præsumerent absquè ipsorum, ac hæredū, et successorum suorum prædictorum licentia speciali, vt in litteris donationis eiusdem Alexandri Sexti sub datum Romæ anno prædicto 1493.4. nonis Maij.

Sunt autem prædictæ litteræ Apostolicæ Ferdinando Regi, tunc Hispaniarum, & Elisabeth Reginæ, & Coniugis, qui proprijs sumptibus miserunt Christophorum Columbum ad dicti Maris Oceani nauigationem, vnde, & reperit dictas Insulas, & Terras firmas olim incognitas, & quia Incolæ proposuerunt se velle reducere ad Fidem Catholicam, &c.

Subdit idem Doctor. *Quæ donatio fuit à Papa facta ex causa, quia prædictus Christophorus Columbus in dictis Insulis, et Terris, quamplures gentes pacificè viuentes, et nudos incedentes carnibus non vescentes, aurumquè, aromata, et alias quamplurimas res pretiosas diuersi generis, et diuersæ qualitatis reperijt, magna spe allata, quòd si gentes prædictæ erudientur nomen, et fidem Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, in Terris, et Insulis prædictis suscipissent, vt in eadem donatione in præcipio; et cum gentes illæ Deum ignorarent, qui illis præminebant potius Tyranni, quam Reges existebant, vt bene notat Bellarminius tom. 1. 2 controu. generali de Romano Pontif. c. 4. vers. dico 2. lib. 5.*

Ex quibus omnibus patet, quòd nos paulò ante dicebamus, quòd Summus Pontifex per ordinem ad fidem, & bonum salutis disponere potest de bonis temporalibus, prout ex dictis litteris insinuatur: Nec meo iudicio curandum est de modo quo Papa habeat, vel habere possit hanc auctoritatem, si tamen constet, quòd illam habeat, vt verè dicendum est: Vnde non refert ad nostram intentionem, siue dicatur, quòd indirectè, siue quod ministerialiter, vel instrumentaliter, siue quod secundariò per se, siue quouis alio meliori, & saniori modo; sufficere enim debet Lectori Christiano, quòd ità veritas se habeat; de qua re vide apud Innocentium in cap. Quod super, num. 4. de voto, & vot. redemptio. Abb. in cap. 1. num. 2. Felinum num. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. de constit. & S. Antoninum in Summa 3. par. tit. 3. cap. 2. & inter modernos, vltrà iam citatos, Ludouic. Molinam de iust. & iur. tom. 1. tractat. 2. disp. 29. ferè per totam, & Nauarrum in relect. cap. nouit, notab. 3. num. 10. & 11. &c. Quare redeuntes ad id, quod dicebamus concludimus, quod non est par ratio de vtraq; potestate.

Dicimus tertio, quod longè, & in infinitum distant fines temporalis Dominij, & spiritualis; nec 102
non media. Vnus enim tantum est finis supernaturalis omnium, ad quem vocantur omnes, & singuli à Solis ortu, vsq; ad Occasum, vt vbiq; laudabile, & in omnibus sit nomen Domini. Est etiam vna fides, vnum baptisma, vna spes vocationis nostræ, vna tendentia, vnus ordo ad illam consequendam beatitudinem, licet cum diuersitate nō viarum, sed semitarum, vt iàm declarauimus, via .n. omnib. necessaria est videlicet mandatorū obseruantia. Sunt etiam Regulæ aliquæ generales, & respectu credendorum, & agendorum. non sic in finibus, & principatibus temporalibus, qui vtiq; tendunt ad commune bonum Reipublicę. verùm quot Respublicę, tot diuersitates pro conseruatione illarum. Vna autem, & indiuidua est Christianorum Respublica, vt sic.

Ad illud, quod subditur in eodem argumento de Octauiano Augusto iàm dictum est, quod in tantum dictus fuit Monarcha in toto vniuerso, quia maiora, & præstantiora Regna sub suo Dominio subiugauerat. Vnde nomine orbis intelligitur maior mūdi pars, non totus mundus in sensu dicto.

Ad secundum de duobus luminaribus, eodem modo dicitur. Sicut enim Sol est primum lucens in vniuerso mundo, sic potestas spiritualis. Et sicùt Luna eget à Sole, multosq; patitur defectus, 103
sic potestas temporalis inferior est, & quoad dignitatem, & quoad extensionem, & quoad claritatem.

Ad illud D. Hieronymi de Apibus, & gruibus habentibus vnum caput. Conceditur, sed quid inde? ergò vnus solus Imperator in toto mundo. 104
negatur imò sicut vnaquæq; multitudo apum vnius aluearis habet suum caput, & diuersæ multitudines gruum vnam ductricem; sic proportionaliter in hominibus. quare magis fauet, quàm contradicat.

Ad aliud ex D. Thom. de Vicariatu Octauiani sufficiant iàm dicta.

Ad tertium de iactantia Antonini Imperatoris non est cur dicamus. Stultè enim vnusquisq; 105
dicere potest, *Ego mundi Dominus*. hoc enim dictum solius Dei est pro veritate.

Ad dictum Henrici, & Extrauagan. ad reprimendum. Optimum est dictum, quòd *in tranquillitate Romani Imperij requiescit totius orbis regularitas*. sed negatur consequentia ergò Imperator Romanus est Dominus omnium. nam tantùm concludit, quod benè disposito hoc principali

pali Dominio, facilè est omnia alia bene regulare, tùm ad illius instar, & exemplum, tū propter timorem, qui incutitur alijs regnis, ne audere possint quæcumq; voluerint.

Ad aliud; Imperatores Romani totius orbis Monarchiam tenebant. Iàm diximus quid nomine orbis intelligatur.

Ad vltimum Aristot. dictum, quòd optimum regimen est per Monarchiam, & dominatum vnius solius. nil aliùd ex hoc sequitur, nisi quòd quælibet multitudo rectiùs regitur, & gubernatur per vnum, quàm per plures, modo quo diximus de qualibet apum multitudine: non tamen quòd vnus debeat esse Monarcha in toto mundo in sensu declarato.

167

Et si quæratur, Vtrùm posito quòd omnes gentes conuertantur ad veram fidem Catholicam, & fiat vnum ouile, & vnus pastor, vt prædicitur futurum in fine sęculorum, vtrùm tunc saltem poterit esse vnus solus Imperator Christianus, vt modò videmus in toto Christianismo.

Respondeo ex dictis. Vnus esset, vel esse posset cum onere protectionis fidei in casu, licèt fortasse fis, non incongruè disponerentur multi pro promptiori adiuuamine in diuersis partibus: modo quo in regimine spirituali videmus diuersos institutos Patriarchas, & Primates, qui ceù media agunt, & operantur, quæ sunt diuersis populis necessaria ad salutem. & ista dicta sufficiant pro secundo puncto.

108

PVNCTI TERTII
SVMMAE.

1 *Officia quædam pura, et quædam habentia annexam dignitatem.*
2 *Episcopi est superintendere, et quomodo.*
3 *Maxima excellentia est communicare cum Deo in regimine.*
4 *Tituli aliqui ex parte honorati, et aliqui ex parte honorantis.*
5 *Tituli Papæ, et principum terrenorum dissimilis comparatio.*

Conclusio responsiua.

QVo ad tertium non est diutiùs immorandū. naturali enim sequela deducitur necessitas diuersorum titulorum pro conditione gradus, & qualitate personarum, & officiorum. Vnum tantùm animaduertendum est, quòd officia sunt in duplici differentia, quædam sunt pura officia, & quædam habent annexam dignitatem. Pura dicuntur, quæ tantùm habent obsequium, siue administrationem, vt psalmistatus, de quo in eodem cap. cleros. & omnes ordines, qui sunt Sacramentum per ordinem ad spiritualia officia. Habent annexam dignitatem, quæ simul cum officio referunt prælationem, vt nomen Episcopus dictum ab epis, & scopos, quasi super intentio, quia ad ipsum spectat super intendere. iuxtà illud. *Speculatorem dedi te domui Israel.* id est dedi te, vt speculeris populum meum, considerando vitam, conuersationem, & actiones eorum, &c. Itèm nomen Imperator, Rex, Dux, &c. Clarum autem est, quòd quicumq; præest suis titulis est honorandus, iuxtà illud Apostoli. *Qui benè præsunt duplici honore digni sunt.* &, *Deum timete, Regem honorificate.* Et naturalis ratio dictat, quòd cum honor sit exhibitio reuerentiæ in signum excellentiæ alicuius; maxima autem excellentia est communicare cum Deo in regimine aliorum; ideò omnibus, qui hoc modo sunt in aliqua dignitate constituti, debetur titulus specialis, & honor per ordinem ad suas dignitates, & officia; maximè autem his, qui pręsunt in spiritualibus conferendis. nec opus est vlteriùs digredi circà hoc.

1 Vide q. 1. ar. 7.

Ezech. 33. 2

3

Animaduerte tamen, quòd aliud est loqui de titulis specialibus, qui se tenent ex parte habentis dignitatem; & aliud de titulis honoris quibus nos vtimur quando reueremur huiusmodi in dignitate constitutos. Et solet dici, quòd Clerici habent titulum in corona, quam ferunt in capite, Papa in annulo Piscatoris, qui est titulus humilitatis, Reges, & Duces, & Imperatores in annulis, & pecunijs in quibus inscribunt titulos suorum Dominorum. Quemadmodum proprius titulus *Cardinalium*, est hoc quod dico, Cardinalis, *Patriarcharum*, hoc, quod dico, Patriarcha. sic de alijs. Ità in temporali potestate, nomen *Imperatoris*, est illius titulus supremus, nomen Regis *Regi*, est titulus, nomen Ducis, *Duci*. & sic de singulis. Quod autem dicantur Augustissimi, Serenissimi, Christianissimi, vel Catholici, ista sunt ad exprimendum, & reuerentiam, & affectum, & inclusa in titulo principali. Sic de titulis quod dicantur Illustrissimi, vel Reuerendissimi. Cauere tamen debent à superfluitate huiusmodi titulorum, qui ab alijs dantur, & multò magis ab indignitatibus, quæ sunt in causa, quòd persona contemnatur, & ex consequenti faciunt vilescere officium, & dignitatem, quantum in ipsis est.

4

5

PVNCTI QVARTI.
SVMMAE.

1 *Speciales potestates, à prima deriuari necesse est.*
2 *Episcopi, et presbyteri semper re distincti, licet non nomine, et quomodo.*
3 *Episcopos dicere, quòd à presbyteris non distinguantur hæreticum.*
4 *Episcopi in statu perfectionis sunt, non sic presbyteri.*
5 *Saulis electio in Regem fuit permissionis, et in malum pro Iudæis sic instantibus.*
6 *Potestatē sæcularē à Deo esse saltem in genere sub nomine iudicis patet Deuteronom. decimosexto.*

De

7 *De Rege contingit loqui, et absolutè, et vt pri-*
mo electo de populo.

QVo ad quartũ facile ex dictis est dissoluere
argumenta.
Ad primum negatur consequentia, li
cet enim potestas inferior contineatur in maio-
ri, non tamen sunt frustra inferiores potestates:
sicut ex hoc quòd Deus omnia potest, non sequi-
1 tur, ergò nulla creatura potest; sed sequitur, ergò
alij per illius potestatem participatam possunt;
cum ille sit prima potestas simpliciter. & sic di-
cendum de potestatibus in genere; quòd specia-
les potestates originantur à prima, tamquàm à
fonte; non tamen superfluunt aliæ.
Ad secundum, circa differentiam inter Episco
D. Tho. pum, & Presbyterum. Respondet D. Thom. 2. 2.
q. 184. ar. 6. ad 1. his verbis. *De Presbytero, et Epi*
scopo dupliciter loqui possumus, vno modo quan-
tum ad nomen, et sic olim non distinguebantur Epi
scopi à presbyteris. Nam Episcopi dicuntur ex eo,
2 *quòd superintendunt.* Sicut dicit Aug. 19. de Ci-
uitate Dei. *presbyteri autem in Græco dicuntur*
quasi seniores, vnde et Apostolus communiter vti-
tur nomine presbyterorum, quantum ad vtrosquè
cum dicit, 1. ad Timoth. 5. *Qui benè præsunt pres-*
byteri duplici honore digni habeantur. Et similiter
etiam nomine Episcoporum, vnde Act. 20. presby
teris Ephesinæ Ecclesiæ loquens, Attendite vobis
et vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus po-
suit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Sed secundũ
rem semper inter eos fuit distinctio etiam tempore
Apostolorum, vt patet per Dionys. 5. cap. cælest. Hie
rarch. et Luc. 10. super illud. post hæc autem desi-
gnauit Dominus, et alios septuaginta duos, dicit
nota, ly. Gloss. *Sicut in Apostolis forma est Episcoporum;*
& exer *sic et in septuaginta duobus discipulis forma est*
cet. n. di *presbyterorum secundi ordinis. postmodum tamen*
stinctio *ad schisma vitandum necessarium fuit, vt etiam*
nom. *nomina distinguerentur, vt scilicet maiores dice-*
rentur Episcopi, minores verò presbyteri. Dicere au
tem presbyteros non differre ab Episcopis, inter
dogma hæretica numerat. Augustinus lib. de hære-
sibus vbi dicit, quòd Arriani dicebant presbyte-
3 *rum ab Episcopo nulla differentia debere decerni.*
hæc D. Tho. hanc distinctionem, nimirùm realem
Cõc. Tri. præcipit Concil. Trident. sub anath. sess. 23. can.
6. & 7.
Et reuera cum Epi in statu sint perfectionis,
modo declarato in præcedenti artic. alij presby-
teri non. Insuper cum Dionys. loco vt supra cap.
4 5. attribuat Diaconibus actum purgandi; presby
teris actum illuminandi, Episcopis verò actum
perficiendi, non est cur ambigamus circà hanc
veritatem.
Quare dicendum ad argumentum, quòd D.
Hieronym. loquitur de nominis, non rei identita
te. & ex cap. quamquàm citato magis roboratur
distinctio, vt patet legenti, & intuenti. Episcopo
ergò debetur titulus specialis, non sic vniuersali-
ter presbytero. Et causa erroris fuit, vt dictum
est, quia in primitiua Ecclesia Episcopi propter
paucitatem ministrorum exercebant vtrumquè
munus.
Ad tertium dicitur, quòd si sermo sit de Saul
Rege, proculdubio constitutio illius in Regem
non fuit secundùm voluntatem Dei, sub hac ra-
tione quasi Deus præceperit illum eligi in Re-
gem. Nam constat, quòd tantùm desiderantibus 5
permisit. Et ideò Augustini Glos. dicit, non con-
cessa, sed permissa fuit talis electio. Et quia per-
missiò dicitur de malo, Dicimus quod verè fuit
tunc malum illi populo hoc, quoniam bonum il-
lius in hoc consistebat, quòd solus Deus regna-
ret super eum, eo quòd esset populus eius pecu-
liaris. Vndè 1. Reg. 10. dicit Deus per Samuelem 1. Reg. 8. & 6
populo: *Vos proiecistis Dominum hodiè, qui solus*
vos saluauit. Non tamen ex hoc sequitur, quòd
potestas sæcularis non sit à Deo primo in gene-
re sub nomine Iudicum, & aliorum consimilium;
vt patet Deuteronom. 16. *Iudices, et Magistros* Deut. 16
constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus
Deus tuus *dederit tibi, per singulas tribus tuas,*
vt iudicent populum iusto iudicio. Deinde sub no cap. 8.
mine potestatis Regiæ; vnde Sapient. 8. dicitur:
per me Reges regnant. & illud. *Ad vos ò Reges sunt*
sermones mei. Et breuiter dicendum cum Apo-
stolo, quòd sæpè diximus. *Non est potestas, nisi*
à Deo.
Aliud igitur est loqui de Rege primo electo à
populo, aliud de Regibus absolutè. Item, aliud
est loqui de potestate sæculari sub tali nomine,
aliud de illa simpliciter. primo fuit concessa, vt
dictum est. secundo modo non sed volita. Et po-
testas etiam temporalis à Deo est secundum vo-
luntatem beneplaciti secundùm quam dicitur
velle bona. Quare ex hac ratione non tollitur
quin Regibus debeatur specialis titulus. Et sic pa
tet ad quæsitum.

PVNCTI QVINTI
SVMMAE.

1 A*Mor, et zelus patriæ simùl cum iustitia,*
ceù pater patriæ.
2 *Amor, et sapientia necessaria pro bono regi-*
mine.
3 *Ruina, et exitium Romæ, quomodo prædictum et*
quibus litteris.

QVo ad quintum pro Concionatoribus, ne
immoremur simusq; inutiliter prolixi; in
considerationem eorum ponimus, quæ tra-
dit D. Thomas in suis opusc. de regimine princi-
pum, lib. 3. cap. 4. 5. & 6. ibi enim ostendit, & de-
clarat quomodo in quolibet bono, & optimo re
gimine, siue spirituali, siue temporali omninò ne
cessarius est in rectore amor, & zelus Reipublicæ
necnon iustitia pro illa conseruanda, ista enim
sunt veluti pater patriæ quibus rectores ad mo-
dum

dum patris se habent per ordinem ad quemcumque subditum. vndè sic omnia, & singula rectè peraguntur.

Quarè duo sunt in quibus eos maximè inuigilare oportet, nimirùm Amore erga Deum, & ipsis commissos, necnon vt sapientia se regant. Amor autem ab antiquis vocabatur pater patriæ, quia per amorem omnia conseruabantur in pace, & sapientia, ceù mater, vndè vt referunt Romanorum historiæ ruina, & exitium Romæ fuit prædictum his litteris inscriptis in quadam tabula inuenta occasione cuiusdam ædificij in Campitolio, videlicet, P.P.P.S.S.S.R.R.R.F.F.F. Et erat sensus vt postmodum à sapientibus, post longas consultationes declaratum fuit, nimirùm, Pater patriæ perditur. Sapientia secum sustollitur. Romæ Regna ruunt. Ferro, fame, flamina. Quia videlicet, demptis his duob. necesse est omnia ruere regna, & ferro crudelitatis, & famæ auaritiæ insatiabilis, & flamma inordinati affectus, & vtinam non sic experiremur, ex charitatis enim defectu, quæ trahit secum sapientiam, nàm vera sapientia est sapida scientia, idest scientia cum amore si non perduntur regna, & dominatus saltem perturbantur, nec crescunt. Et hæc de toto Quæsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS X.

Vtrùm conuenienter nos assignemus titulum huic operi dicendo, De literali, et mystica Regularum Iuris Canonici interpretatione, et veritate.

ET videtur quòd non. primo, quia hoc est proprium Sacræ Scripturæ. Vt enim ait D.Gregor.2.Moral. *Sacra Scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ more transcendit, quia vno eodemquè sermone dum narrat gestum prodit mysterium.* Qua ratione D.Hieronymus in epistol. ad Paulinum acriter reprehendit, qui incongruè ad sensum suum aptant sibi testimonia, quarè & præsumptuosum est cuiq; alteri scientiæ hoc tribuere, & quædam Sacræ Scripturæ villificatio. Imò huiusmodi videntur sibi vsurpare officium Spiritus Sancti cuius solius est adaptare res per voces significatas ad alias res significandas, vt abundè docet D.Thom. 1.par. q.1.art.10.& 1.2.q.104.art.2.ad 2.& 3.p.q.60. artic.5.ad 1. & ibidem Doctores, non ergo congruè mystica interpretatio huic operi concedenda est.

D.Greg.

D.Hier. in Prol. Bib.c.6.

D.Tho.

Præterea interpretatio est vnius termini declaratio ex vno idiomate, in aliu vt *Khirios* Græce Latinè *Dominus* dicitur, & *physis* Græcè Latinè *natura* dicitur, & in hoc sensu omnis sermo ex vno idiomate versus in aliud dicitur interpretatus, & versio est translatio, & vertens dicitur interpres, siue translator, sed in hoc opere hoc minime præstatur ergò male dicitur, *Regularum iuris interpretatio.*

Prætereà omnis veritas attenditur per ordinem ad sensum quem faciunt verba, vel in quo fiunt ab authore proferente verba. At constat, quòd verba Regularum Iuris non præseferunt eum sensum, qui ipsis in hoc opere datur; item nec intentio eorum, qui regulas condiderunt hoc vmquam præstare crediderunt ergò male apponitur, hoc, quod dicitur de *mystica veritate*.

Sed contra est, quia id, quod saluti hominum prodesse potest iuuamenq; esse ingenij, imò, & humanis moribus hoc studiosis nullo modo denegandum est: cum igitur mystici sensus earum scientiarum, quæ vel maxime ordinantur ad regulandam vitam humanam plurimùm proficua sint mysticæ expositiones. ergò.

Vlteriùs *ius est res Sacratissima:* quia eius præcepta concordant cum diuinis. l.iustitia. §.iuris præcepta.ff.de iustitia, & iure, & multò magis Regulæ Iuris, cum ergò Sacra Scriptura, quæ diuina nobis tradit præcepta mysticas admittat interpretationes; nullum inconueniens est, quòd etiam scientiæ, quæ immediatum habent fundamentum in ipsa Scriptura pariter, & ipsæ gaudeant his mysticis expositionibus, ergo.

Respondeo seruato ordine, prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI.

SVMMA.

1 *SEnsus verborum, vel rerum nomine quid intelligendum.*
2 *Res significata, et conceptus mentis diuersimodè comparantur ad loquentem, et audientem.*
3 *Sacra Scriptura quarè verba Dei dicantur.*
4 *Misticum quatuor significat secundùm hominis rationem.*
5 *Sensus mysticus litterali excellentior, vt in pluribus.*
6 *Mystici sensus excellentia penès quid attendenda.*
7 *Comparatio pulchra mystici sensus ad litteralem ex Origene.*
8 *Sensum mysticum exoptabant habere Sancti Patres.*
9 *Velamen in Christi passione scissum. quid significet.*
10 *Antiqui Patres cognouerunt sensus mysticos Scripturæ, prout par illis erat.*
11 *Porphyrius malè Origenem authorem sensus mystici affirmat.*

QVo ad primum. *Vtrùm conuenienter nos assignemus, etc.* Sciendum, quod nomine sensus quorumcumq; verborum, aut Scripturarum nihil aliud propriè loquendo, nisi intelligentiam,

1 telligentiam,& mentem dicentium, siuè scribentium intelligimus. Videlicèt conceptum mentis, quem exprimere intendunt. Iuxtà illud Sap.7. *Optaui, & datus est mihi sensus*. idest intelligentia,& illud 1.Corinth.2. *Nos autem sensum Christi habemus*, videlicet intelligentiam. Et quia *voces sunt signa rerum,medijs conceptibus animæ*, vt dicitur Peryar.hinc est, quòd ex consequenti nomine sensus rem per verba, siuè per scripturā importatam tanquam significatum illarum denotamus. Ex parte namquè loquentis, vel scribentis,primo importatur, & exprimitur illius mentis conceptus,& ex parte audientis, siuè legentis primo apprehenditur res significata, deindè conceptus loquentis,aut scribentis. Et hac de causa sacræ Scripturæ verba Dei dicuntur. Sicut enim per verba nostrum mentis conceptum alteri declaramus,ita Deus per sacram Scripturam secreta mentis,& voluntatis suæ nobis aperit.

Sap.7

1.Cor.2

Peryer. 1.

2

3 Sciendum secundo quod hoc quod dico *misticum*,quatuor habet significationes. Importat enim aliquod sanctum,vel diuinum,vel occultū, siuè etiam figuratiuum.

4 Nam vt declarat D. Hieronymus in epist. ad Paulinam præcepta illa cærimonialia veteris legis,& erant occulta, quia difficilia intellectu quo ad sensum literalem,item erant sancta, quia ordinata ad sanctitatem;item diuina quia à Deo, & ad Deum,& rursus figuratiua eorum quæ futura erant in nouo testamento.

D.Hier.

5 Hac ratione sēsus misticus dicitur spiritualis, & excellentior quam sit literalis,vt in plurib.saltem. Quæ excellentia non attenditur per ordinē ad formalem rationem sensus (sic enim præstat sensus literalis) quia verba vt sic sunt primo instituta ad significandum, res autem vt sic non primò,sed secundariò adaptantur ad aliam rem significandam:quapropter necessario dicendū est, quod per sensum concipimus significatum verborum. Attenditur igitur huiusmodi excellentia per ordinem ad dignitatem rei significatæ, quæ vt plurimum dignior est re primo significata per verba.v.g.quod dicitur de Agno Paschali, qui 6 quotannis comedebatur à Iudæis, quo figurabatur Christus; sine vlla cōtrouersia est res dignior, quàm ipsemet agnus, qui erat res ipsa significatiua: & hoc idē reperimus ferè in omnibus figuralibus antiquæ legis per comparationem ad ea quæ figurabantur. Vndè Cyrillus, vel potiùs Origenes lib.1.in Leuit.hēt hæc verba. *Sicut in nouissimis diebus verbum ex beata Virgine processit* 7 *carne vestitum in hunc mundum,& aliud erat in eo,quod videbatur, & aliud quod intelligebatur; ità cum verbum diuinum per Prophetas,aut legislatores processit in homines,non processit sine decentibus indumentis,vt sicut illic diuinitas tegebatur in carne,ità hic spiritus velamine literæ*.

Orig.

Hinc est quòd huiusmodi sensum misticum exoptabant,ac postulabant antiqui patres quarè David Psal.118.inquiebat. *Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua*. Vbi instabat ne 8 sisteret in velamine literæ; hoc idem significare voluit Moyses in dando legem populo, quando imposuit *velamen super oculos*, quasi diceret Iudæis,scitote legem vobis nunc nunc datam velamē quoddā esse nouę legis;& in huius signum, in Christi passione, *velamen templi scissum est à summo vsq; deorsum*: quia certè tunc sensus, qui misticè seruabatur apertus est. Vndè Hebræi cōparando huiusmodi sensus inter se primum, id est literalem vocant *dauar chaton*.i. verbum paruum,nominando verò sensum misticum, vocant illum *dauar gadol megnasè mercauè*.i.verbū grande,occultum,& cęleste,siuè diuinum.

Ps.118

Exo.34.

Mat.27 9

10 Quapropter dicendum, quod antiqui patres absquè dubio cognouerunt sensus misticos,prout conueniens erat statui, & conditioni illorum; nec hoc potest negari. cum enim Ezechielis 34. dicitur *suscitabo super ea pastorem vnum qui pascat ea,seruum meum Dauid*.Per Dauid Christus necessario intelligitur: & hoc insinuatur per dictum ipsius Christi Ioan.8.vbi loquens de Abraham ait, *Exultauit vt videret diem meum vidit, & gauisus est*.Quomodo(quæso) vidit nisi sub figuris,& per fidem?

Ezec.34

Ioan.8.

11 Malè ergò Porphirius existimat Origenē authorem sensus mistici, imò vt refert Philo eximius doctor Hebręus in libro de vita theoritica. *Esseni totos dies integros consumebant pro habendis sensibus misticis*; quarè idem Philo de Christianis sui temporis, habet hæc verba. *Tractatus sacrorum voluminum huiusmodi habent*, videlicet christiani, *vt magis allegoricis opinioribus vtantur,quoniā quidem omnis lex viris istis videtur animali esse similis,quod corpus quidem hēat ipsam literam, & ea quæ secundum literam designantur,animam verò occultum in literā spiritualem,& insensibilem sensum,quem illi ab authoribus suis edocti,sublimius, & nobilius velut inspicientes per speculum contemplantur*. D. N. I. C. tandem consumauit ac perfecit magis, ac magis hunc approbando sensum.

Philo.

Hæc sunt dicta à nobis,& in gratiam legentiū, & in declarationem tituli,qui etiam magis declarabitur in secundo puncto. Planus ergò sensus tituli quęsiti est:vtrum *rectè inscribamus hoc opus nostrum de literali, & mistica, &c.* stante quod misticum cęleste quoddā, & diuinum importare videtur,quapropter relinquitur ratio dubitandi, an congruè operi extrà sacram Scripturam id quod misticum est adaptari possit, vt in arguendo dicebamus. Hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *Sacra Scriptra proprium est, quod voces, & res significent.*

2 *In Dei potestate est non solum voces, cæterum, & res ad significandum adaptare.*

Rem

3 *Rem vnam aliam significare contingit, & ex accommodatione, & ex intima ipsarum rerum productione.*
4 *Sacra Scriptura sacramentis plena est.*
5 *Sensus literalis quisnam sit, & quomodo dignoscendus.*
6 *Sensus mistici pluralitas.*
7 *Sensus mistici an ex intentione scribētium Scripturam sacram.*
8 *Sensus literalis reuera intenti etiam à scriptoribus, & quarè.*
9 *Intelligentia opus est in Propheta, qui verè Propheta est.*
10 *Sensus plures, qui dantur de illa sententia In principio creauit Deus, &c. omnes literales sunt, & quarè.*
11 *Documentum de non præcipitanda sententia circà sensum literalem.*
12 *Aequiuocatio nulla in sensu literali.*
13 *Scriptores nō omnes sensus misticos cognouisse potuerunt.*
14 *Aliud est esse Prophetam aliud habere instinctum Propheticum.*
15 *Euidentiam quoad duo habent veri Prophetæ per ordinem ad ea, quæ ipsis reuelantur.*
16 *Mens Prophetę ad Spiritum sanctum, ceù instrumentum deficiens comparatur.*
17 *Sensus omnes etiā mistici à Spiritu sancto prouisi si sunt in ædificatione.*
18 *Sensus mistici omnes prouisi, sed non omnes æqualitèr intenti à Spiritu sancto.*
19 *Ex omni sensu etiam mistico trahitur efficax argumentum si constet de intentione Spiritus sancti.*
20 *Hallucinatio Abulensis circa efficaciam sensus mistici.*
21 *Scriptura impleri dicitur etiam per sensum, misticum contrà Abulensem.*
22 *Sensus mistici per allusionem siuè accommodationem, vel coaptationem, quinam sint.*
23 *Misticus sensus quisnam propriè censendus sit.*
24 *Regula obseruanda pro intelligentia Euangelistarum.*
25 *Prophetia extensio qualitèr accipienda.*
26 *Sensus qui per accommodationem deducuntur an trahi possint in argumentum.*
27 *Sacra Scripturę eminentia declaratur.*

QVoad secundum. sit primum fundamentū quo sacræ Scripturæ eminentia supra omnem, & quamcunquè aliam Scripturam imò, & super omne, & quodcūquè verbum
1 declaratur, & aperitur. Ipsa enim sola est quæ suapte natura duplicem sibi vindicat sensum literalem simùl, & misticum; nam cum commune sit omni & cuicunquè dicenti, siuè scribenti proprium mentis conceptum manifestare per verba minimè autē per res verbis significatas (nisi fortassis rarò, & in aliqua speciali scientia) hoc peculiare habet sacra Scriptura vt inter arguendū dicebatur secundum D. Gregor. sententiā quod non solum verba cæterum etiam res, quæ primo significantur per verba aliam rem significent, & declarent.

Huius rei radix est, quia Deus est primarius author non solum verborum, sed etiam rerum, ac eò in illius potestate est facere non solū quòd verba significent. i. sint significatiua rerum; sed quòd etiam res ipsę primo significatæ (vt dictum est) per verba vlteriùs aliam rem significent. Nō 2
quidem per accommodationem, siuè vsum rerū iam productarum) hoc enim & ipsæ scientiæ humanæ præstare possunt, vt patet in Aegyptiorū geroglipHicis, vbi v.g. regis iustitiam, & clementiam, per apem figurabant, quæ mel habet, & aculeum, & per canem fidelitatē, &c. at sacra Scriptura ipsasmet res habet aliarum rerum significatiuas, ex vi ipsarum rerum productionis, & generationis. i. Deus simùl producendo rem non solùm illam produxit vt esset, cęterum vt aliam ēt significaret v.g. qū produxit *petram ex qua fluxerunt aqua*, vt patet Exodi 17. Deus benedictus Exo. 17.
nō tantū vt petra existeret in suo esse produxit, sed vt etiam Christum misticam petram significaret. ex qua fluenta gratiarū nobis prouenirent. 3
Item quando manna pluit, illud voluit esse in cibum corporalem Hebræis, & insuper significare sacrum Christi corpus in augustissimo altaris Sacramento, vt potè verus cibus spiritualis animæ, &amplius diuini eloquij virtutem, & efficacitatē. Item quando iussit exaltari serpentem in deserto, quem qui aspexissent sanabantur, Christum in cruce exaltatum cuius virtute omnes sanātur. Quod Sapientiæ 16. declaratur hìs verbis. *Qui enim saluus factus est non per hoc, quod videbat sanabatur, sed per te omnium Saluatorem*. Et sic Sap. 16
dicendum de infinitis alijs de quibus habetur in veteri testamento: hac de causa D. Hieronymus ad Paulinum presbyterū in prologo totius Bib. cap. 7. *Patet, inquit, exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum misticis, diuinisq́. præceptis in promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrifitia, imò singula penè sillaba, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus inspirant cęlestia sacramenta*. D Hier. in prol. Bib. c. 7
Hæc ille. 4

Erit igitur literalis sensus sacræ Scripturæ, & quorumcunquè loquentium, siuè scribentium, *his quem primo, & immediatè authores per literas, siuè dictiones significare intendūt*, siuè dictiones sumantur propriè, siuè sub figurata locutione de quorum differentia modò non est dicendum, siuè literalis sensus sub eadem locutione sit vnus, vel plures. Misticus verò sensus est *non qui per verba, siuè voces, aut dictiones importatur, sed qui elicitur per ordinem rei primo significata per nomen ad aliam rem significandam*. & hinc sequitur quòd necessariò *misticus* sensus præsupponit 5
literalem. Quod si iterùm res per rem significatam sit quid spectans ad fidem Ecclesiæ militantis 6

tis dicitur allegoricus, ab *allos*, quod est alienũ, & *goges* ductio, quasi in alienum intellectum ducens, si autem ad mores illius dicitur tropologia, idest figurata locutio, vel locutio sub figura. Qđ si demum importet quid spectans ad Ecclesiam triumphantem, vel statum damnatorum dicitur anagogia, i. sursum ductio faciendo denominationē à nobiliori, licèt hmôi terminis indiscrimi natim qñquè vtantur Doctores, vtbenè notat
Six. Sen. Sixtus Senensis in sua Bibliotheca lib. 3. in prin.

An autem vterquè sensus nimirùm literalis, & misticus debeant censeri secundum intentionē Spiritus sancti qui est author principalis sacræ Scripturæ, & vlteriùs secundùm intentionē Moysis, & aliorum scriptorum, qui fuerunt instrumenta Spiritus sancti ad sacram Scripturam notandam, & exarandam, non modica difficultas est, & maximè faciens ad propositum nostrum, quapro
7 pter à nobis breuitèr aperienda veritas est, remittendo lectorem ad longos, & effusos discursus, qui fiũt à commentatoribus maximè super articulum 10. p. 1. q. primæ D. Thomæ.

Dicimus igitur quòd si sermo sit de sensu literali nullo modo dubitandum est quin omnes sint secundum intētionem Spiritus sancti qui author principalis sacræ Scripturæ est, cum sit cognitionis infinitæ ac eò vnico suo cōceptu comprehendit omnem, & quemcunquè sensum qui suæ scripturæ pro quouis tempore, à quocunq; dari pos-
8 sit: imò hoc idem asserunt Doctores præcipui ēt de authore instrumentario, & ratio est quia ipsi mouebātur à Deo non admodum Amanuensiũ, qui non intelligunt dictatoris mentem quandiù scribunt, cęterùm ad modum instrumenti concurrentis secundum intelligentiam veram, & plenā quam habebant illorum verborum quę dictabāt, & proferebāt. siquidē de Prophetis dicitur Dan.
Dan. 10 10. quòd *opus est intelligentia in visione*, alitèr nō essent prophetæ licèt possent prophetare, mo do quo Caiphas prophetasse dicitur quando di-
9 xit *expedit vt vnus homo moriatur pro populo, &c.*
Gen. 1. v. g. verba quæ habentur Genesis 1. *in principio creauit Deus cęlum, & terram*, hoc quod dicitur *in principio* exponitur, hoc est in filio, vel in principio temporis, vel antequam quicquam faceret, quæ expositiones indubiæ omnes sunt lite-
Heb. 1 rales, nam de prima patet Hebræorum 1. vbi Apostolus de Christo sapientia patris dicit. *per quē*
Coloss. 1 *fecit, & sæcula*, & Coloss. primo, *in ipso creata sūt*
Ioan. 1 *omnia quæ in cælis, & in terra sunt*. & Io. 1. *sine ip*
10 *so factum est nihil*, alij verò duo habentur approbati in cap. firmiter de summa Trinitate, vndè, & duo errores excluduntur nimirùm, & eorum qui asserebant ante mundum visibilem Angelos fuisse creatos; & eorum qui asserebant mundum fuisse ab æterno. Constat autem quòd vniuersalitèr ex sensu literali trahitur efficax argumentũ ad roborandam, siuè conuincendam fidem catholicam, & sic de multis alijs. Omnes (inquam) hi sensus fuerunt intenti non solùm à Spiritu sancto, sed etiam à scriptore Moyse, qui plenè consecutus est omnem significationem, quæ ritè, & rectè dari potuit huic verbo *in principio*, licèt non eodem tempore omnes huiusmodi sensus fuerint manifestati per sacros Doctores. Quarè D. Tho. de pot. q. 4. a. 1. in corpore inquit, *Oīs veritas, quæ* D. Tho. *salua litera circumstantia pōt D. Scripturę aptari eius est sensus*, & pambulis verbis ait, *nō est incredibile Moysi, & alijs scriptura authorib. hoc diuinitus esse cōcessum, vt diuersa vera quæ hoīes possent intelligere ipsi cognoscerent, & ea sub vna serie literæ designarent vt sic quilibet eorum sit sensus au* 11 *thoris*. Et D. Aug. lib. 1. super Genesim ad literā Aug. lib. cap. 18. *Si quæ diuina scripta in rebus obscuris le-* cap. 18. *gerimus quæ possunt salua fide alijs, atquè alijs parere sententijs in nullam earum nos præcipiti affirmatione ità proijciamus, vt si fortè diligentius discussa veritas eam rectè labefactauerit corruamus, non pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes vt eam velimus scripturarum esse quæ nostra est, cum potius eam quæ scripturarum est nostram esse velle debeamus*. & idem in 12. confess. cap. 30. *Cum alius dixerit hoc sensit Moyses quod ego, & alius imò illud quod ego, religiosius me arbitror dicere cur non vtrumq; potius si vtrumq; verùm est, & si quid tertium, & si quid quartum, & si quid omninò aliud verũ quispiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidisse credatur his per quem vnus Deus vera, & diuersa visuris sacras literas multorum sensibus temperauit*? Quarè ibidem August. adfert quas diximus expositiones super verbis *in principio, &c.* Nec eo casu extimiscenda esset ęquiuocatio, quę 12 accidere posset circà sensum literalē, scit namq; peritus, & ipsis æquiuocis vti vniuocè applicādo significationem intētam opportunè pro cōgruentia locutionum siuè disputationum.

De sensu autem mistico an omnes, qui quomodolibet assignantur, & à quouis sint ab authore intēti, & pũisi, certè non videtur par ratio vt de literali diximus, si sermo sit de authore secundariò, & instrumentali, & hoc apertè colligitur ex D. Thom. doctr. 2. 2. q. 73. artic. 4. vbi habet hæc verba in fine corporis articuli. *Sciendum tamen* 13 *quod quia mens prophetæ, est instrumentum deficiens, vt dictum est, etiam veri prophetæ non omnia cognoscunt quæ in eorum visis aut verbis, aut etiam factis Spiritus sanctꝰ intendit*. Vult ergò Doctor sctūs eò loci; quod discrimen sit inter veros prophetas, ab alijs qui tātùm habebant quosdam instinctus propheticos, vt patet de Caipha, nam qui tantùm habuere quosdam instinctus, nō intelligebant quod videbant, dicebant, aut faciebant, veri aũt prophetæ sic; quod sumitur ex 14 illo Danielis 10. vbi dicitur; *reuelatum est Danieli cognomēto Balthassar verbum verum intellexit* Dan. c. 10 *què sermonem*, & subdit Daniel *intelligentia enim opus est in visione*. Primo enim de se ipso loquēs dicit sibi fuisse reuelatum verùm, deindè quasi reddens rationem verè prophetię, & discrimi-

 nis

nis inter veros prophetas, & alios qui non sunt veri prophetæ. Dicit *intelligentia enim opus est in visione*, quapropter vt benè animaduertit ibi-
Caiet. dem Caietanus, prophetæ veri *quoad duo habent euidentiam eorum, quæ apprehendunt, dicunt, vel*
15 *faciunt, & quo ad reuelationem quam sciunt esse à Deo: & quo ad reuelata, quòd sunt futura sic, vel sic prout reuelantur. Et quòd sunt talis, vel talis conditionis reuelata prout reuelātur*. Quod adeò verum est vt etiā in cominationis prophetijs, ità res eueniant, prout reuelantur. vndè quia reuelantur effectus per ordinem ad dispositionem causarum qua dispositione dempta tollitur effectus, hinc est, quòd etiam tunc prophetæ cognoscunt, & sm̄ quod cognoscunt, prædicunt.

Hac de causa Ionas cui reuelata fuerat Niniuę subuersio per ordinem ad causas scd'as attñ ignorabat euentum simpliciter cruciabatur, vt videre est in suo libro, & vndè (quæso) ista? Equidem quia vt inquit D.Thomas ibidem *mens prophetæ comparatur ad Spiritum sanctum ceù instru*
16 *mentum deficiens*. Tenendum igitur quòd instrumenta, i. homines, quib. vsus est Spūs sanctus pro declarandis sensibus sacræ Scripturæ non omnia cognouerūt, quę latitabant sub cortice verborū, quæ ipsimet proferebant, non obstante quacunquè alia intelligentia in ipsis, vt dictum est.

De principali verò authore qui est Spiritus sanctus aliter dicendum est. quarè D.Thom. loco supracitato de pot. q.4. a. primo, post verba adducta subdit. *Vndè etiam si aliqua vera ab expositoribus sacræ Scripturæ literæ aptētur, quæ author* (*nimirùm* instrumentalis) *non intelligit non est du*
17 *biū quin Spiritus sanctus intellexerit, qui est prin*
August. *cipalis author diuinæ Scripturæ*, & August. lib.3. de doctrina Christiana cap.24. ait, *Omnis sensus ædificatiuus charitatis, & non contrarius contextui fuit prouisus à Spiritu sancto.*

Cæterùm diligēter, & oīnò cauendū est aliud esse, quòd omnes sensus mistici, & morales à quibusuis prolatis sint prouisi à Spiritu sancto, & ordinati ad bonum publicum Ecclesię alitèr quòd sint ex æquo intenti in ratione sensus, ita ut Spiritus sanctus ordinauerit rem quam diximus pri-
18 mo significatam per verba ad aliam rem significandam modo, quo diximus, & declarauimus, haberi rationem sensus mistici (hoc enim secretū non omnibus apertum est) quotiescunq;. n. constat aliquem sensum esse à Deo intentum siuè immediatè habeatur ille sensus per verba, siuè mediatè, idest mediante re primo significata, quæ rursus aliam rem significat, & ad quam significandam illa res fuit primò instituta, & ordinata (in hoc enim consistit potissima ratio sensus mistici) ex tali (inquam) sensu intento trahitur efficax argumentum pro veritate enucleanda, siuè robo-
19 randa. Si enim ad hoc Spiritus sanctus voluit rem illam esse vt aliam significaret, & ideò eam voluit esse, cur proh Deo non possum concludere ex hoc mihi constito, veritatem ità se habere? Et si Deus habet in potestate sua vt pro libito non solùm verba apud illum sint significatiua, verùm & ipsęmet res. Cur quemadmodum ex verborum significato trahimus efficax argumentum non item ex significato per rem constructā ad sic significandū? In hoc vno hallucinatus est Abulensis, qui vt videre est in suis comenta- Abulen.
rijs, & quæstionibus super Matthæum cap. 13. q.
28. & alijs locis tenuit quòd quotiescunquè Chri- 20
stus, siuè Euangelistæ fatentur tunc impletas scripturas quòd semper loca allegata accipiēda sint in sensu literali, ratio sua est. Primo quia per solum sensum literalem trahitur efficax argumentum. Secundo quia tunc scriptura impletur quando verificatur, at non verificatur nisi p sensum literalem; nequaquam per sensum misticum qui dicitur applicitus, & pro libito scribentium, ac eo indeterminatus non magis concludens de vno quā de alio, & sic cum v.g. dicit Io.19. vt im- Ioan.19
pleretur scriptura *os non comminuetis ex eo*, vult Doctor iste aliàs peritissimus quod non tantū hoc in loco vbi referuntur à D. Ioan. accipiantur huiusmodi verba literaliter, sed etiam in sacra Genesi, ex quo desumuntur, nec sibi incongruit q; vtrobiquè habeatur idem dictum literaliter stante ordine vnius ad alterum, quarè secundum istū Doctorem non ipse agnus, qui comedebatur à Iudæis significabat Christum agnum figuratum, cæterùm ipsissima verba, non obstante quòd hoc tunc non constaret Iudæis, nec forsan nobis constitisset si Deus per Io. hoc non declarasset. Vndè 21
ex consequenti videtur tollere veritatem sensus mistici, qui tantùm est, quando vna res significatur per aliam, & in hoc errore fuerunt multi alij, quorum nomina modo non recensemus.

Nos verò cum peritiorib. dicimus, quòd licèt ex sensu literali vniuersaliter, & necessariò trahatur efficax argumentum in cuius signum in his, quæ spectant ad dogmata fidei, quæ in vno loco Scripturæ habentur misticè in alio exprimuntur literalitèr: tamen non tollitur quin permissiuè, & in multis etiam ex sensu mistico scriptura dicatur impleri, vt patet in authoritate citata nam per illam efficaciter concluditur, si tamen cōstet quod talis sensus licèt misticus sit à Spiritu sancto intentus, & ità quòd ex primaria intentione (more nostro loquendo) ideò sic instituerit aliquam rem ad aliam vlteriorem significandum.

Et quoniam hinc pendet modus, & veritas huius nostri quæsiti operosiùs declaranda est huiusmodi veritas, & duo breuissimè adhuc animaduertimus.

Notandum ergò secundo, & semper præ oculis habendum est vt optimè animaduertit Vas- Vasquez
quez in suis comentarijs ad primam partem disput.13. cap.2. non est censendū quòd sensus misticus sit oīs, & quicunquè pro hominum arbitratu inter legendum sacram Scripturam elicitur, nam quidam sunt sensus verè mistici, & propriè ex intentione Spiritus sancti qui ideò voluit vnā

rem

22 rem significari per aliam, & ex his (vt dictum est) trahi potest efficax argumentum. At alij sunt qui per allusionem siuè accommodationem, vel coaptationem vnius rei ad aliam dantur, quibus abundāt prædicatores, & proculdubio sunt, & præuisi à Deo, nec non cędentes ad salutem animarum plurimumquè conferentes vtilitati Ecclesiæ (si tamen non repugnent literæ) verum nō dicuntur intenti ea intentione, qua superius diximus vt ex eis possit trahi efficax argumentum, & de his crediderim Abulensem loco citato dixisse quod huiusmodi sensus possunt multiplicari in infinitum, & ad hominum placitum; quarè sic voluit nullum sensum misticum esse propriè loquendo à Spiritu sancto; cæterùm nos dicimus illum verè sensum misticum quem Spiritus sanctus intendit significare per rem primo importatam per verba ità vt sensus misticus comprehendatur sub intentione Spiritus sancti, & secundū quem Scriptura etiā dicatur impleri, modo quo superiùs dicebamus.

23 Nec obstat quòd aliqui dicunt, quòd ex solo literali sensu trahitur efficax argumētum ducti authoritate D. Augustini in Epistola ad Vincentiū donatistam vbi vult, quòd omnia allegata à Christo, Euangelistis, & Apostolis accipienda sint in sensu literali primario, ità vt ex illo vt sic possint conuinci Hebræi; dicuntq; quod sensus primo executioni mandatus ab illo populo fuit literalis, & secundarius quo ad intentionem. D. August.

Sed per ista non tollitur ratio nostra, ex quo enim res ipsa ex Spiritus sancti intentione significatiua est alterius rei, quod etiam admittunt Hebræi; ex ipso sensu mistico optimè concludi pōt, sicut ex literali si tū cōstet eum sensum esse ex intentione Spiritus sancti, & in hoc est cōtrouersia inter nos, & Hebræos: nos enim ex quo admittimus scripturam Euangelicam pariter credimus, q hi sensus mistici sint à Spū sancto inteti, quoniā ipsi Euangelistæ hoc asserunt, & Ecclesia quæ regula est omnium veritatum fidei hoc approbat vndè nil aliud concludere videntur huiusmodi Doctores nisi quòd sensus misticus, ad hoc vt cōstet quòd sit intentus à Spiritu sancto declarari debet per aliquē literalem sensum, quod nos gratis concedimus.

24 Notandum tertio, & vltimo quòd pro regula accipere possumus, quando Euangelistæ referunt prophetiam hoc modo, *hoc autem factum est, vt adimpleretur Scriptura*, vt plurimum declarant illud factum in Christo, fuisse prænunciatum à propheta si non per verba scripturæ per facta primo significata per illa verba nimirùm in sensu mistico.

25 Dicimus vt (*plurimū*) quia nullum inconueniens est, quòd prophetia non se extendat ad populum præsentem pro tpe quo fit applicatio dicti, sed tantùm ad antecessores populos, ex quib. descendentes maculati in eisdem vitijs per imitationem suorum progenitorum idemmet dictū de præcedentibus, optimè etiam verificatur de præsentibus ad quos fit sermo v.g. Christus dicit Matthæi 15. *Bene prophetauit de vobis Isai. populus hic labijs me honorat cor autem eorum longè est à me*, certè pro veritate huius dicti non est necesse quòd Isaias præuiderit Iudæorum, qui erant tempore Christi simulationē. Nam ad verificandam prophetiam sufficit illum dixisse de patrib. eorum, qui illum imitabantur, vndè Grisostomus hom. 52. in Matthæum, *Quasi dicat video à priscis temporibus malignitatem ipsorum esse prædictam, quod enim Christus criminabatur id Isaias multo ante prædixit*, clarè simile quoddam habemus in Apostolo ad Titum primo, cum Epimenidem inducit prophetasse de Cretēsibus, videlicet, *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ ventres pigri*. hoc certè Epimenides non dicit de Cretensibus, qui aderant tempore D. Pauli, sed de illorum prædecessoribus, quos imitabantur in malo. Mat. 15 Grisost. 1. Tit.

26 An verò sensus qui per accommodationem deducuntur possint deduci in argumentū, & probationem iam diximus; addimus tamen quòd in moralibus vbi antiqua exempla semper cedunt, aut cedere possunt ad morum instructionem eo modo, quo etiā in humanis experimur, qua etiam ratione Apostolus Rom. 13. optimè inquit, *omnia in figura contingebant illis*, quasi diceret ex illorum factis, & pœnis indè secutis iusto Dei iudicio reddimur cauti *ne simus concupiscentes malorum sicut quidam illorum concupierunt*, nullum (inquā) inconueniens in huiusmodi moralibus, quod passim, & ex omni sensu mistico trahatur argumentum in ædificationem morum. Rom. 13

Hæc autem omnia adducta sunt à nobis, non quia singula sint necessaria pro enucleando nostro quæsito, cæterùm acceptata occasione pro magnificanda sacra Scriptura, quæ vt inquit D. August. 5. super Genesim. *Sacra Scriptura sic loquitur vt altitudine superbos irrideat profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat; & affabilitate paruulos nutriat*, & hæc de secundo sufficiant. D. August.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *MIsticum sensum habere ex intentione Spiritus sancti propriè soli sacra Scriptura conuenit.*

2 *Misticum sensum habere secundum allusionem, vel accommodationem vnicuiquè scientia conuenire potest.*

3 *Cauendum ne prophanis rebus sensum misticū demus maximè ad significandum sacra.*

4 *Aliud est rem significare aliquid, aliud, quòd ea vtamur ad significandum.*

5 *Quarè quæ erant populi Israel tantū pro figuralibus habeamus, & non sic de reb. aliorum populorum.*

6 *Soli sensui literali debetur ratio arguendi ex propria sensus ratione.*

7 *Titulus huic operi assignatus rectè rationem mi stici includit, & quomodo.*

QVo ad tertium breuissimè, & faciliter per conclusiones satisfacimus quæsito stantib. supradictis.

Prima conclusio misticum sensum habere pro priè, & strictè soli sacræ Scripturæ conuenit.

1 Prob. tùm quia solus Deus author sacræ Scripturæ habet in potestate quòd non solùm voces, cæterùm & res ipsæ sint significatiuæ. Tū quia ta lis significatio rerum per ordinem ad alias res de bet intimè ipsis rebus significatiuis conuenire, nimirùm ex vi productionis ipsarum siuè institu tionis earundem, vt dictum est.

Tùm quia vniuersalitèr hoc soli scripturæ, vel rebus significatis per sacram Scripturam conuenire potest, vt patet ex authoritate inducta D. Greg. in argumento, sed cōtra, nec nō D. Hie ronymi, D. Thomę, & aliorum Doctorum vt ex dictis abundè constat ergò.

2 Secunda conclusio misticum sensum hēre sīn allusionem, vel accommodationem, siuè coaptationem vnius rei ad aliam rem, imò vnius significationis ad aliam, potest cōuenire scientijs humanis, nec illis repugnat.

Prob. tùm quia in tali casu est simplex vsus rerum: q; non excedit vires humanas, tùm quia potest subesse fundamentum ex proportione rerū, vel etiam significationum inter se ex tali mutua comparatione: tùm quia sic per huiusmodi sensus exercentur ingenia humana, & multę veritates aperiuntur maximè circà moralia, alliciturq; animus legentium ad semper meditandum noua, vt vel sic iugiter dicamus illud Dauidis *Mi-*

Ps. 118. *rabilia opera tua, ideò scrutata est ea anima mea*, quia nimirùm ex nouis quæ in dies fiunt applica tionibus, Deus qui semper est benedictus magni ficatur in suis operibus ergò, &c.

3 Cauendum tamen ne prophanis rebus, aut historijs sensum misticum demus maximè ad significandum sacra semperq; præoculis habeatur q;

4 aliud est dicere, quòd res ipsæ significent aliquid aliud quòd per accommodationem nos illis vtamur ad significandum, quòd benè & sæpè nota.

Quod si cuncteris an sit aliqua ratio, quarè solùm ea, quæ erant veteris legis, & spectantia ad populum Israel ipsa sola pro figuralibus habebantur, & habentur vniuersalitèr, & propriè modo, quo diximus in prima conclusione non verò alia quæ quomodolibet spectare poterāt ad alias quascunq; nationes Gentilium etiam quòd fuissent legitimè instituta, &c.

5 Respondendo dicimus quòd iustè tantùm ea quæ erāt veteris legis assumuntur vt figuralia, tū quia ex populo Israel, & non ex alio debuit nasci Christus salus, & Saluator omnium, vndè cęrimonialia apud Israelitas primo, & per se erant figuralia, iudicialia verò ex consequenti eadem ratione vndè, & Apostolus illud iudiciale ex Deut. 25. *Non alligabis os boui trituranti* applicat ad prædicatores imò declarat hunc figuratum sensum primo intentum ex modo dicendi cum subdit, *nunquid Deo est cura de bobus, an propter nos vtiq; hoc dicit*? Vide p. 2. q. 104. ar. 2. Deut. 25 D. Thō.

6 Constat autem quòd leges quarumcumquè aliarum nationum quantumuis iustæ non habebant per se, & immediatè ordinem ad Christum, quarè non fuit par ratio q; ista quemadmodum illa tanquam figurantia admitterentur.

Tertia conclusio. Soli sensui literali ex ratione propria sensus debetur ratio arguendi.

Prob. tùm quia sensus in ratione sensus primo conuenit verbis, res verò quòd aliàs res vlterius significent eo casu induere videntur rationem verborum, eò quia de ratione verbi, vt sic est esse manifestatiuum; tùm quia hoc tū vniuersaliter conuenire potest sensui literali. Tùm q; sensus misticus eget manifestari quòd sit intētus ad hoc, vt eo vti possimus ad conuincendam quāuis veritatem, vt patet ex dictis, & magis patebit in Appendice. 7

Quarta conclusio. Huic operi rectè congruit titulus appositus de literali, & mistica, &c.

Prob. primo ex dictis pro secunda conclusione, prob. 2. quia tantò congruentius, possunt applicari sensus mistici regulis iuris canonici, quāto clariùs cernimus illas habere radices in Sacra, & diuina Scriptura cui hoc conuenire certum est. Quarè nec præsumptuosum esse existimandū est, nec q; aliqua sacræ Scripturæ villificatio sit, sed poti⁹ sublimatio ità vt videamur offerre munera Deo non certè ad indigentiam sacræ Scripturæ, sed in reuerentiam, & illius honorem nostramquè humilitatem, & subiectionem commostrandam. prob. demùm argumentis omnibus adductis in argum. sed contrà.

PVNCTI QVARTI. SVMMAE.

1 *Authores Regularum Iuris non potuerunt intelligere sensus qui ex accommodatione dantur regulis, & quarè.*

2 *Verba semper accipienda esse vel in sensu in quo fiunt, vel in sensu quem faciūt quomodo intelligendum.*

QVd ad quartum breuitèr ad argum. dicimus. Ad primum quidem quia vt ex dictis patet sensus misticus adaptatur pro titulo huius operis in alia significatione ab ea, quæ est propria sacræ Scripturæ. nimirùm secundum allusionem, &c. vndè nulla authoritatum adductarum aliquid concludit contra intentionem nostram. dr 2. vt in conclusionibus dictū est. 1

Ad secundum dicitur quod authores Regularum Iuris fuerunt puri homines ex consequenti

non

non nisi sensum certum,& determinatum secundũ cõgruentiam iurium, ex quibus regulæ ipsæ desumptæ sunt habere potuerunt. vndè nullum inconueniens est quòd nec per somnium mente conceperint sẽsus misticos,quos nos illis damus, quia hoc est voluntarium quemadmodum,& voluntarium est vnicuiq;, & pro libito multiplicare huiusmodi sensus,qui sunt per viam accommodationis,vel coaptationis rei ad rẽ,ità tamen quòd semper caueantur abusus,& omnia dirigantur ad aliquod bonum maximè salutis ex quo vnicuiq; Deus mandauit de proximo suo.

Ad tertium dicitur quod illud commune asser tum nimirùm quòd *verba accipienda semper sunt in sensu quem faciunt,vel in quo fiunt versificatur* per ordinem ad sensum verborum secùs autem est de sensu,qui accipitur ex vsu rerum,siquidem talis vsus potest variari secundum varias coaptationes,& accommodationes rerum inter se pro libito vtentium.

Dicimus secundo quòd nec per ordinem ad significationem ipsam verborum, hoc incongruit nam & nos tali coaptatione vtimur; pro quanto verb. ipsarummet regularum proportione quadã ad propriam, & primo intentam significationem ad aliam proportionalem extendimus. cum enim idem verbum plura importare possit non incongruit eo vti in alia significatione consimili,& proportionali. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Comparatio sensus literalis ad sensum misticum.*
2 *Sensus literalis necessariò præsupponitur.*
3 *A sensu literali vniuersaliter efficax arg. à mistico permissiuè tantùm.*
4 *Sensus literalis determinatus est.*
5 *Per literalem semper impleri scripturam dicitur quandoquè tamen per misticum,& quando...*
6 *Sensus literalis seipsum manifestat, non sic misticus.*
7 *Sensus literalis pluribus modis cognosci potest, misticus verò vno tantùm.*
8 *Sensus metaphorici qualitèr cognoscendi,& accipiendi.*
9 *Sensus literalis, & misticus mutuo se excedunt.*
10 *In parabolicis locutionibus semper duo consideranda.*
11 *Parabola non semper necessariò rem veram refert, aut supponit.*
12 *Locutiones per viam similitudinis,& metaphorica maximè differunt.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum. Quoniam concionatorib. permaximè necessaria est sacrarum Scripturarum cognitio illiusq; sensus opportunè,& in promptu habere, vt vel sic discernere possint in quonam sensu accipiendæ sint authoritates,quibus vtũtur, vel ad manifestandam veritatem,vel ad arguendam falsitatem maximè quando contrà Hæreticos assumunt verba, ideò vltrà ea,quę hactenus dicta sunt quasi ad manum 1
substernimus comparationem inter sensum literalem,& misticum prout vnusquisquè eorum generaliter, & secundũ absolutam rationem considerari potest.

Sciat ergò pius, & studiosus concionator,quòd à 2
sensu literali omnes alij emanant siuè immediatè,siuè mediatè,& ità necessariò omnes illũ præsupponunt, nequè enim aliquis poterit transire de vnà re ad aliam rem significandam si primò per verba non accipiat ipsam rem,quæ primò significatur,& hæc prima differentia istorum sensuum.

Secundò differt quòd à sensu literali vniuersalitèr trahitur efficax argumentum ex eoquè fi- 3
des confirmatur, & defendatur, à mistico verò non nisi permissiuè,vt dictum est.

Tertiò differunt quia sensus literalis vbiquè 4
est certus,& determinatus, & tunc magis quando sumitur ex propria,& vsitata verborum significatione. Misticus verò si fit proprius semper attendendus est per ordinem ad intentionem Spiritus sancti,si verò secundùm allusionem per ordinem ad intentionem vtentium verbis, vel rebus.

Quartò differunt quòd per sensum literalem
generalitèr,& semper Sacra Scriptura impleri 5
dicitur per misticum autem non nisi quando est intentus à Spiritu sancto modo declarato in corpore articuli.

Quintò differunt quòd sensus literalis dicitur proprius,idest secundum veram,& rationem formalem sensus,misticus autem dicitur sensus applicitus,& in speciali qui est secundùm allusionẽ, & coaptationem.

Sextò differunt quòd sensus literalis seipsum 6
manifestat,misticus verò eget manifestari per aliquem literalem ad hoc vt nobis constet illum esse intentum.

Septimò differunt quod sensus literalis dupli-citèr nobis constare potest,& ex ipsa naturali significatione verborum, & per viam collationis vnius Scripturæ cum alia textusquè continuatione in antecedentibus,& consequentibus, & tunc magis quando accedit determinatio Ecclesiæ approbantis talem sensum esse literalem; ad cognoscendum verò sensum misticum esse à Spiritu sancto intentum vnicam habemus viam nimirùm 7
doctrinam Ecclesiæ cum collatione Scripturarum,v.g. quòd serpens erectus à Moyse signifi-

Ioan.3. caret Christũ crucifixum patet ex dicto Ioan.3. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ità* Sap.16 *exaltari oportet filium hominis*,& ex illo Sap.16. superiùs allegato item quod Ionas in vetre cæti Christi descensum ad inferos significaret de Mat.12 claratur. per illud Matthæi 12. *Sicut fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ.*

Item quòd agnus significaret Christum patet Io.19. ex illo Io.19. *vt impleretur scriptura os non comminuetis ex eo*,& sic dicendum de multis alijs declaratis ab Euangelistis, & Apostolis, vel etiam secundum communem expositionẽ Doctorum, & ex tali sensu trahitur argum.

Quòd si quæratur de sensibus scripturæ, quinam sint proprij, vel figurati,& metaphorici quo modo dignosci possint cum ambo sint literales. Dicẽdum breuitèr supposita diffinitione ipsius metaphoræ, quæ nihil aliud est quàm quædam *nominis translatio, ad aliquid impropriè significandum, in quo aliqua conditio reperitur eius rei, quæ proprio illo nomine significatur*. v. g. Leo ponitur ad significandum Christum propter fortitudinẽ,
8 & Dæmonem propter audaciam,& ferocitatem, Caietan. & hinc habes vt benè notat Caietanus omne illud quod dicitur metaphoricè potest dici propriè vt loco eius quod diciẽ. *vicit Leo de tribu Iuda*, potuit dici *vicit Christus, &c.*& insuper quòd metaphora est tantùm propter nos, idest per accommodationem, & nostram vtilitatem, quæ quanta sit videre potes in D.Thom.p.p.quæst.1. artic.9.& in Comentarijs,&c. & sic quando constat de sensu propter quem sumitur translatio siuè metaphorica locutio optimè trahitur efficax argumentum.

9 Octauò differunt quia sensus literalis, & misticus mutuò se excedunt nam literalis præeminet in ratione sensus absolutè; misticus verò vt plurimum in dignitate rei significatæ.

Quod adhuc animaduertere debet diligens concionator circa huiusmodi sensus maximè qui parabolici dicuntur, est, quòd in parabolica locutione duæ partes semper considerantur, vna quæ affertur in similitudinem altera quæ applicat ipsum.

10 Prima quasi historia est, secunda quasi mistici sensus reconditi explicatio.

Prior ergò pars habet pro sensu literali illam rem sensibilem,& rudem quæ quasi historia narratur; at secunda pro sensu literali habet misterium quod exprimitur in applicatione. v.g. cum Matth.13. dicitur *Simile est regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abscondit, &c.* literali sensu significatur factum mulieris, videlicèt quod ex fermento,& farina massam parat, vt fiat panis,& hæc est res quę in exemplum adducitur, in prima parte parabolæ in posteriori verò parte illius fit applicatio vt patet, siuè applicatio fit expressa vt in parabola de eo, qui seminauit semen in agro, siuè non, vt in iã dicta parabola de fermento. Mat. 13

Aduertendum amplius, quòd non est necesse in parabolis quòd semper fiat narratio rei veræ, sed sufficit quòd potuerit esse, imò quandoq; impossibilia,& fabulosa assumuntur, vt patet in illo Iudicum 9. vbi dicitur *quòd ierunt ligna vt vngerent regem* in hac enim narratione est veritas nõ simplicitèr, sed per ordinem ad documentum quod indè elicitur. Iudic.9 11

Aduertendum vltimo quòd propriè loquendo distinguuntur locutiones, quæ sunt per viam similitudinis,& quæ sunt metaphoricæ, nam prima tota est purè literalis. v. g. quando pri. Petri quinto. dr̃ *aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens*, est locutio purè literalis, quia nõ asseritur quòd Dæmon sit leo, sed quod instar leonis, secus quando de Christo dicitur absolutè ꝙ est leo; tunc enim propriè exercetur metaphora, & hoc patet in diuersis locutionibus Christi in quibus adaptat varias similitudines regno cœlorum, *Simile est regnum cælorum homini regi. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, &c.* & aliæ huiusmodi. 1.Pet.5 12

Omnes enim tales locutiones verè dicuntur, & sunt locutiones per similitudinem, & non nisi communiter, & impropriè dici possunt metaphoricæ, quarè studiosus concionator animaduertere debet modum omnium, & quarumcunquè locutionum, ne ignarus appareat, & insciens eorum quæ dicit: & hæc de toto quæsito, & de quæstione tertia dicta sufficiant.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

QVÆSTIO IV.

De Regulis in genere.

EXPEDITIS *cum diuino auxilio omnibus, quæ spectare videbantur, ad titulorum declarationem nunc superest, vt propiùs accedentes ad intentionem nostram, aliqua de Regulis in genere dicamus, vt sic facilior sit ingressus ad intima singularum: siquidem & in generibus insunt species, & vniuersaliora notiora sunt nobis, vt patet per Arist. 1. Phys. et legislatores vt plurimùm consueuerunt præmittere in ordine; titulos, & materias generales; & demũ, ad speciales descendere, quæ ex suis generibus ortum habent; vt patet in tractatu Iudiciorum, vbi primo de Iudicijs in genere, deindè de singulis illius partibus agitur; Hoc idem patet in titulo de probationibus, qui præcedit alios titulos de testi. de fid. instrum. de iureiur. de præsumpt. &c.* & sic de alijs.

Et quia omnis quæ de aliqua re disputatio suscipitur à definitione debet proficisci, vt sciatur, quid est de quo disputatur vt ait Tullius primo de off. & ità incipit *Iurisconsul.* in l. 1. ff *de test.* & ff *de Reg Iur.* (*Medium enim indagandi omnia est, quod quid est, & rei definitio*) *lib. 2. post. ideò à Regulæ definitione seu descriptione inchoabimus quatenus Regularum potestatem, & necessitatem paucis habeamus; sicquè sub hoc titulo de potestate, & necessitate Regul. hanc quartam & vltimam præambularem quæstionem proponimus, in qua quærimus vt infrà.* videlicet.

Tullius

2. post. c. 7.

De Regulis in communi videlicet: de Potestate, ac necessitate illarum: & sex inuestigantur.

PRimo, Vtrùm rectè tradantur quæ pro Regulæ descriptione dicuntur à Iurisperitis; & in speciali, An Regula constituat Ius, vel sit tantùm ex Iure constituto.

Secundo, Vtrùm detur aliqua certa Regula omnibus, & singulis hominibus; necessaria ad rectè operandum.

Tertio, Vtrùm Principes, & qui sunt in potestate constituti; teneantur alicui Regulæ, & maximè suis legibus.

Quarto, Vtrùm Religiosi subijciantur alicui Regulæ, quæ sit necessaria illis omnibus & singulis.

Quinto, Vtrùm iusti & perfecti subijciantur legibus humanis, & an egeant aliqua Regula in suis actionibus, & operationibus.

Sexto, Vtrùm Deo conueniat aliqua Regula, quæ sibi sit ratio agendi ad extra.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Regula constituat Ius, vel sit tantùm ex Iure iam constituto.

ET videtur quòd vtraquè pars sit vera, pars prima probatˀ quia quod *Canon* Grecè dicitur, latinè *Regula* nũcupatur vt ait Isid. Ethimolog. lib. 6. & habetur distinct. 3. c. primo, Sed *Sacri Canones* nihil aliud sunt quàm constitutiones Summorum *Pontificum*, quarum violatores puniuntur, vt patet 25. q. 1. *Violatores*. Hoc idem patet de *Regul. Cath. ff.* l. 1. Ergò. Isidor.

Sed contra alia pars euidentissimè probatur; primò ex his quæ habentur l. 1. ff. de *Reg. Iur.* vbi dicitur, *Regula est quæ rem breuiter enarrat, non vt ex ea fiat ius, &c.* Ergò.

Probatur secundò ex ipsamet nominis declaratione, ideò enim dicitur *Regula Iuris*, quasi materiatum ex sua materia denominatum; constat autem quòd materia, præsupponitur ei cuius est materia; quemadmodum Regula lignea ideò dicitur, quia ex ligno confecta; & aurea; quia ex auro: vt patet Iosuè 7. vbi Acham confitendo peccatum suum inquit, *Regulam quoquè aureã quinquaginta siclorum concupiscens abstuli, &c.* Ergò. Iosuè 7.

Resp. seruato ordine prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI.
SVMMA.

QVo ad primum nihil dicendum est pro tituli declaratione. Cum in hoc quæsito nihil aliud intendamus nisi pro posse conciliare dicta, quæ videntur diuersa, & omninò pugnantia inter se: inter vtrumquè ius ciuile, nimirùm & canonicum; quarè ex his quæ dicentur puncto sequenti poterit haberi planus sensus tituli huius quęsiti. Hęc de primo.

PVNCTI SECVNDI
SVMMA.

1 R*Egula vndè dicta, illiusq́; definitio secundum vtrumq́; Ius.*

2 *Vtriquè iuris periti conuenire videntur, quod clausula generalis subsequatur nõ ità in hoc, quod*

quod est constituere, vel non constituere ius.

3 *Regula nomen ad multa adaptatur maximè verò importat ordinem.*

4 *Regulæ definitiones duæ.*

5 *Regulæ ethimologia, ac nominis declaratio maximè congruit sacris constitutionibus.*

6 *Constitutiones Ecclesiasticæ regulant, idest regunt hominem in vita Christiana.*

7 *Rectè vtuntur Canonistæ nomine, & definitione ipsius Regulæ.*

8 *Regulas non constituere ius probant iurisperiti rationibus efficacibus.*

9 *Exceptiones an sint de necessitate regulæ, & quomodo.*

10 *Regula obseruanda pro validitate exceptionum.*

11 *Hoc quod dicitur regula iuris, potest construi intrarsitiuè, & transitiuè.*

12 *Regula siuè constituat ius, siuè non semper fauet habenti eam pro se.*

QVo ad secundum sciendũ primũ quod verba quæ habentur in Iure Canonico pro hac materia in particulari recitantur in dicta distinct. 3. c. 2. ex eodem Isidoro loco citato hoc modo, *Regula dicta est eo quod rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alij dixerunt; Regulã dictam, vel quòd regat, vel quòd normam rectè viuendi præbeat, vel quòd distortum prauumque corrigat*; Hæc ibi.

In iure verò ciuili quasi penitus diuersa habentur, vt patet l. 1. ff. de Reg. Iur. vbi dicitur. *Regula est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat; non vt ex Regula Ius sumatur, sed ex Iure qđ est; Regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. & vt ait Sabinus, quasi causæ coniunctio est; quæ simùl, ac in aliquo vitiata est, perdit officium suum.* Hæc ibi.

Et reuera in dicto ffif. volumine hic modus seruatur; vt primò tradantur iura specialia, ex quib. ceù rebus, & negotijs iam digestis deducuntur clausulæ quædam generales: quæ Regulæ dicuntur. quarè pro Isagoge ad titulum de Regulis Iuris præmittuntur hæc verba, *quia non est nouum, vt quibusdam declaratis, & enumeratis generalis clausula ponatur, vt l. si seruum, §. inquit, supra ad l. Aquil. Ideò hic Iurisconsultus, quia supra posuit de Iure ciuili, & Prætorio, nunc subijcit regulas illorum Iurium.* Quidam dicunt quòd *quando proceditur generaliter sic præcedit generalis cognitio. Vt notat Bald per tex. in l. 1. ff. si cert. petat, secus quando ad ampliandum, quia omnes casus non possunt specificari; cum plura sint negotia, quàm vocabula l. natura ff. de præscript.* verbo. *Decius. in præambulis ad regulas iuris.*

Sed quod mirum videtur est, quia gl. in titu. de *Reg.* Iur. in 6. pro introductione ad totam materiam Regularum habet hæc verba. *Non est nouũ, vt aliquibus specialibus enumeratis generalis clausula subsequatur, quæ omnia comprehẽdat*, vt 49. distin. per totam, & 23. q. 5. c. *de occidendum*, extr. *de probationibus. c. quoniam contra.* & de proc. in sexto, c. *qui ad agendum, &* ff. *ad legem Aquil. Si seruus seruum. §. inquit lex.* in fin. *C. de sacrosanct. Eccl.* l. *generali.* Idcircò post rubricas superpositas, quæ secundùm suas materias Iuris Regulas comprehendunt; ponitur hic rubrica generalis ad materias vniuersas. *De Regulis Iuris.* & in hoc est Concordia vtriusquè Iuris, postea subdit. *si quæratur quarè in principio compilationis non posuit Bonifacius hanc Rubricam cum sæpè præmittatur clausula generalis. Secutis post modum speciebus, vt supra de probationibus cum Rubricis sequentibus. De rebus eccles. non alienandis cum Rubricis seqũtibus. De Regulis cum rubricis sequentibus. ff. de seruit. cum Rubricis sequentibus, &c. Posset* (inquit) *dari coloratiua respõsio, quia, quæ vltimò dicuntur, melius memoriæ commendantur.* de consecr. distin. 2. liquido. *Est autem vera solutio, ideò hunc ordinem obseruatũ, vt ostenderetur Ius, non sumi ex Regula; sed Regulam ex Iure; si enim à principio posita fuisset, forsitam crederet aliquis quod Ius sequens Regulis ex Regulis sumeretur. In fine igitur ponitur, vt appareat ex Iure, quod præcessit Regulam sumi tit. eod. l. 1.*

Et ex his omnibus luce meridiana clariùs patere potest, quòd non facilè satisfieret quæsito, & dubitationi dicendo quia huiusmodi Iura sunt diuersa, & alius est finis Iuris canonici, alius Iuris Ciuilis, ideò nec inconueniens quòd diuersimodè vtantur Regulis, dicendo quod in Iure canonico, Regula est Iuris constitutiua, secùs in Iure ciuili, vbi tantùm est ex Iure constituto, friuola certè talis esset respõsio; vt patet ex adductis per ordinem ad intentionem Bonifacij VIII. qui fuit compilator Regularum, siuè deductor earundem.

Et quod magis vrget, hoc idẽ apparet in omnibus qui commentantur Regulas tàm Iuris canonici, quàm ciuilis, nam vltra tex. in Iure ciuili, qui apertè hoc insinuat, hoc idem contendunt demostrare, & glossæ; eodem tit. & Decius in suo perutili tractatu de Regulis iuris ciuilis, & inter expositores Regularum iuris canonici Dynus ꝑclarissimus interpretator in suo paruo libello cuius titulus est *Commentaria in Regulas Iuris Pontificij*; hanc eandem admouendo quæstionem, Eodem ferè prorsus modo soluit. hoc idem *Petr. Anch. de Reg. Iur.* in 6. & inter Scolasticos *D. Ant.* 1. par. suæ Summæ tit. 20.

Decius. Dynus. Petrus Anch.

Sic omnes quotquot vidi, vt plurimum tenere ac sustinere videntur Regulas esse, ex iure; & non constituere ius, totamque difficultatem reducunt ad Regulas Cath. vt in arguendo dictum fuit, Aliundè ergò expetenda, & perquirẽda veritas est. Hæc quo ad primum.

Sciendum secundò quod, Regula vno modo dicitur à rectitudine quasi *rectula*, sicut est illa, qua vtuntur scriptores, & lignarij, & cęmentarij. Alio modo dicitur à Regendo, vt in Grammatica,

ea,& in alijs ſcientijs, imò & in omni arte propriè apponuntur Regulæ, quibus Reguntur. Vndè & ars generalitèr dicta conſueuit definiri, q fit *collectio plurium præceptorum, & Regularum*
3 *ad vnum finem tendentium*. Hinc ſequitur quòd (abſolutè loquendo) Regula pro ordine accipiatur, eò quòd regat, & rectè ducat, vt ex dicto cap. Reg. diſtin. 3. colligitur, variatur tamen ſecundũ ſubiectam materiam, vel ratione qualitatis adiũctæ, nam quandoquè pro modo, & ordine viuendi accipitur vndè iſto modo quælibet lex etiam laycorum Regula appellatur lib. 2. in fin. *de legib.* & in Prooem. decret. in principio verſic. *Ideòquè*: quandoquè pro ordine eccleſiaſticorum, vt diſt. 47. cap. *quando*, Vbi reprehenduntur qui ſub Regula conſtituti, auaritiam, & turpia lucra vſquè ad vſuras centeſimas forti æquales ſectantur; Quandoquè ratione adiuncti declaratur, vt quãdo dicitur Regula prędicatorũ ſiuè minorum, vt 54. diſtinct. cap. *multos*, § *ſi autem, & in monaſtico habitu ſecundum Patrum Regulas irreprehenſibiliter fuerit conuerſatus, &c.* & 12. diſtin. cap. de ijs, §. *ſic enim iuſtum eſt, vt indè vnuſquiſquè ſumat Regulas magiſterij, vndè honoris conſecrationem accepit*, & cap. *quemadmodum*, § fin. *de Iureiurando*, ibi *ſecundum Regulam Euangelij*, declaratur, quòd qui iurauit contrahere cum aliqua ex ſuperueniente fornicatione, poteſt iuſtè illam relinquere ſecundùm *Regulas Euangelij*. Ad idem facit cap. *Benè nouit*, diſtin. 61. *Et ſi nulla ei crimina, quæ per ſacræ legis Regulam morte mulctanda ſunt obuiant*. Ibi cauetur quòd qui in Epiſcopum eligitur non debet eſſe reus criminum, quæ ſacra lex morte punit.

Et quia nomina non ſunt impoſita à caſu, ſed à Conſilio (alitèr indiſtinctè nominaremus omnia) hinc ſequitur, quòd Regula ſemper ordinem ſignificat; & ſecundùm ſubiectam materiam variatur, vel ratione adiuncti, vt dictum eſt, & elicitur in regulis iuris.

4 Duæ igitur definitiones dãtur à Canoniſtis de ipſa Regula, vna per ordinem ad ſui rectitudinẽ, & dicitur quòd eſt, *quæ rectè ducit, nec aliquãdo, aliorſum trahit*. Secunda per ordinem ad actum regendi, & dicitur quòd *regit, & eſt norma rectè viuendi, & quòd diſtortum prauumquè corrigit*.

Hæc autem omnia quæ ex nominis ethimologia de ipſa Regula dicuntur, vel etiam ex illarũ definitionib. afferuntur. Adeò congruunt ſacris canonibus, & conſtitutionibus, vt nil magis con-
5 gruere videatur; Sacra enim conſtitutio ſecundũ primam definitionem rectè regula dicitur, quẽadmodum enim per Regulam diſtorta dirigun-tur, & fiunt plana indirecta; & fiunt ſemitæ rectę & per regulam gibbi remouentur; vt patet in cæmentarijs, & lignarijs, ſic per conſtitutiones canonicas, vtpotè per quam commendatur humilitas, ſuperborũ coercetur audacia, gibbi, ſiuè tumores ſuperbiæ complanantur, & montes, & colles humiliantur, & aſpera litium iurgia in planiciem conuertuntur manſuetudinis, & charitatis, vt dicere poſſimus illud Pſ. 118. *Pax multa diligentibus legem tuam*. Pſ. 118

Itèm per Regulas res quadrantur, vt lapides, iuxtà illud 3. Reg. 6. *Opere quadro ad Regulam* ſic 3. Reg. 6 per conſtitutiones eccleſiaſticas, quibus docetur quid Religioni congruat, quid diſciplinæ conueniat, quid ſaluti proficiat homines fiunt quadrati in virtutibus, vt aptiores ſint ædificio cęleſti.

Itèm per Regulam habilitantur res diuerſæ, vt fiant aptæ coniunctioni in vnum, vt patet in cęmentarijs ſic per conſtitutiones eccleſiaſticas, diuiſi, fiunt vnum in domino, Vnanimes habitantes in domo Domini.

Itèm per Regulæ applicationem relinquuntur in pergamena diuerſæ lineæ rectę, & multæ; ſic per inſtitutiones eccleſiaſticas executioni mãdatas efficiuntur diuerſæ virtutes in homine, quę nihil aliud ſunt quàm quędam lineæ rectę procedentes à fonte diuini luminis, qua ratione ſecundùm Auguſt. *Virtus eſt bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nullus malè vtitur, quàm Deus in nobis, ſine nobis operatur*: vndè omnis virtus eſt quædam rectitudo. De libr. arb. li. 2 c. 19

Itèm ſicut ſcriptor qui de Regula non curat frequenter diſtortè ſcribit; ſi ea non vtitur rectè; ſic negligentem conſtitutiones eccleſiaſticas, diſtortè viuunt, & qui ſecundùm eas rectiſſimè operantur.

Secundo etiam modo conſtitutio eccleſiaſtica meritò Regula dicitur: Regula (inquam) à regendo quia ſicut regula in ſcientijs, artem ſciendi docet; ità per conſtitutiones eccleſiaſticas docentur homines rectè viuere, quarè ſicut per Regulam quis ſe regit in ſcientia aliqua, ità per conſtitutiones eccleſiaſticas regit ſe quis in vita Chriſtiana; vndè in cap. prima Salus. 15. q. 1. dicitur *Prima ſalus eſt rectæ fidei Regulam cuſtodire, & à conſtitutionibus patrum nullatenus deuiare*. 6

Patet ergò, quàm rectè canoniſtæ ad ſuam referant intentionem, quæ dicuntur de Regula ſiuè ſecundùm nominis impoſitionem, ſiuè ſecundùm veram Regulæ expoſitionem, & definitionem; quòd ſi iſta vera cenſeantur, Conuincimur aſſerere Regulam conſtituere Ius, & non ex Iure tantùm eſſe. 7

Et quia omnibus debitores facti ſumus; quatenus omnes pro poſſe captiuemus in obſequium Chriſti: declaranda etiam à nobis eſt definitio, quam Paulus lib. 16. ad Plautium tradit dicit. n. 8 *Regula eſt, quæ rem quæ eſt breuiter enarrat, non vt ex Regula Ius ſumatur, ſed ex Iure, quod eſt; Regula fiat, &c.* qua definitione omnis poteſtas tollitur, Regulæ; ad conſtituendum ius; quod quidem *Ius, nihil aliud eſt, quam ars boni, & æqui*, l. 1. §. 1. ff. de Iuſtitia, & Iure, & ſic volunt legiſtę, quòd comparatio Regulæ ad ius, ſit veluti materiati ad ſuam materiam; & amplius quòd per Regulam, tantùm fiat narratio breuis eius quod primò diffusè fuit enarratum in iure: Vndè & diſtin- Paulus

ctionem

ctionem valdè opportunam adhibent de diuersis casibus, nam quidam sunt determinati in specie ab ipso iure, quidam nullo modo comprehensi; vt sunt excepti, quidam qui consimilem prorsus habent rationem, & causam cum iam determinatis à lege, siue à iure; dicunt ergò quòd per ordinem ad casus omninò exceptos nullo modo Regula potest constituere ius, vt patet, ex quo enim excepti sunt nullo modo comprehenduntur ab ipsa Regula.

Item primi non habent robur propriæ determinationis, nec habere possunt ab ipsa Regula cum iam censeantur determinati primò in iure ciuili, ante Regulæ deductionem.

Tota ergò difficultas esset de casibus habentibus consimilem rationem & causam, verùm nec de istis potest affirmari quòd Regula secundùm se constituat ius; est enim doctrina non solùm Iurisconsultorum, sed etiam D. Thom. 1. 2. quæst. 90. art. 1. quod *lex est dictamen quoddam rationis practicæ in operabilibus per ordinem ad bonum commune, &c.* cum igitur in casibus consimilibus tota ratio pendeat non ex Regula, sed ab ipso iure quod præcessit, nullo modo hoc ipsi Regulæ attribuendum est. v. g. singulariter constitutum est quod prius occupantibus cedant, hac ratione, quia nullius in bonis sunt. Item quòd lapilli in littore maris inuenti eadem ratione occupantibus cedant. Itẽ de auibus, & de feris, vt ff. de rerum diuisione. l. quædam, & de acquir. possess. l. 1. & instit. de rerum diuis. §. item feræ, & ff. de acquiren. dominio, l. 3. & leg. naturalem. Et ex his omnibus, singulariter determinatis, & eandem rationem determinationis habentibus generalis constituitur Regula illa, videlicet, *Quod nullius in bonis est, id naturali ratione occupanti conceditur.* & hinc sequitur quod optimè dixit Sabinus quod *Regula est causarum coniunctio*, Non quia multiplicentur causæ, vel rationes, sed quia per Regulam declaratur idemptitas rationis, vt non sit opus alia de nouo constituere iura pro nouis casibus, & consimilibus qui in diem exurgunt; quapropter volũt Iurisconsultores, quòd Regula constituatur semper per verba, siue signa generalia, affirmatiua, vel negatiua, vt omnis nullum, vel etiam per indefinita, aut etiam aduerba præseferentia generalitatem; vt semper, quotiescũq;, & his similia, quæ per æquiualentiam possunt importare vniuersalitatem. Vlteriùs dicunt quòd Regula statuitur ad ampliandam non quidem ius secundũ se, sed illius declarationem secundùm mentem legislatoris.

D. Tho. — Sabinus

9 Amplius volunt, quòd exceptiones sint de necessitate ipsius Regulæ, non quia comprehendantur sub Regula (est enim implicatio asserere hoc) sed ad manifestandam generalitatem ipsius Regulæ in omnibus alijs casibus non exceptis. Vnde & dicunt quòd *exceptiones firmant, & roborant Regulæ potestatem:* non addendo, sed declarãdo

10 firmitatem eiusdem in casibus non exceptis.

Animaduertunt etiã quòd non fiat transitus ab vno in aliud, putà, Regula sermonem habet de personis, exceptio debet fieri de persona, & insuper Regula asserit vnum admissum, siue confutatum propter talem causam, quòd exceptio debet ordinare, quod licet subsit causa iuris in hoc, non tamen ad illud se extendit, propter aliquod priuilegium, siue aliam præstantiorem causam, vt patet in exemplo allato, *quod nullius est in bonis sit occupantis.*

Non currit de homine qui sui iuris est. Alia exempla videant qui volunt. apud legistas, & Vtriusq; Iur. DD. quare statim cum leuiter vitiatur perdit officium suum, idest quacumq; variatione facta, in persona vel causa, vel actione, vel occasione. &c.

Et sunt qui mordicus tenẽt nullo modo Regulam posse constituere ius, quia esset locutio falsa dicere *Regula iuris*, nam ex tali modo significandi apparet quòd ipsa Regula nullo modo sit ius, sed ex iure: & licet inquiunt, in aliquib. non præcesserit iuris expressio, vt de Regulis Cath. patet dicunt eo casu præcessisse ius saltem in mente legislatoris, & sic infert tantùm, non facit aliquod ius. Et hi meo iudicio peccant per ignorantiam nesciendo distinguere inter locutiones, quę significant aliquid transitiuè, vel intransitiuè, vt cum dicimus, *Deus misericordia*, sensus est, idest ipsamet misericordia: & in proposito si ponatur quòd Regula constituat ius, dicemus quòd dictum hoc *de regulis iuris*, facit sensum, idest *de regulis, quæ sunt ipsũmet ius*: si verò non admittatur quòd regula constituat ius, sed tãtùm quòd sit ex iure desumpta, tunc faciet constructionem transitiuam *iuris*, idest, *ex iure*. 12

Nullus tamen est, qui non concedat, quòd habens regulam pro se, non sibi faueat, verùm dicerent quod est ratione iuris, quod necessariò supponitur, vel implicatur per regulam, & non ratione sui. i. secundùm se, vt regula est. Hæc de secundo puncto. 13

PVNCTI TERTII
SVMMA.

1 *Regula iuris tùm ciuilis, tùm Canonici diuersa consideratione constituũt, & non constituunt ius.*

2 *Regulis iuris non repugnat constituere ius, imò hoc ipsis maximè congruit.*

QVo ad tertium mihi videtur, maturè omnibus consideratis, quæ perdoctè dicuntur à iurisperitis in vtroq; iure; quod facillimè possit, & solidè solui præsens quæsitum: & quod non sit opus tanta, ac tali excruciatione; licèt nos diligentius curauerimus, declarare ferè omnia, & singula, quæ directè spectant ad hãc difficultatem; cum tamen omnia non sint necessaria ad nostram intentionem.

Dua-

Duabus ergò distinctionibus præmissis, omnis soluitur (ni fallimur) difficultas.

Prima est. aliud est loqui de regulis iuris secundùm ordinem, & modum, quo traduntur in vtroq; iure: & per ordinem ad intentionem deducentium ipsas regulas: aliud de regula illiusq; ratione, secundùm se, semoto tali ordine, & intentione, &c.

Secunda distinctio est. Regula ipsa quæ ab actu regulandi sumit suam denominationem (q. a si nō vniuersaliter, saltem regulariter; siuè vt in plurib. est vera.) Potest considerari primo, vt refert tantùm ius. secundo, vt non solùm refert, sed etiam in se claudit tanquàm intimum, & formale constitutiuum ipsius.

His duabus distinctionibus præmissis tales deducuntur conclusiones.

Prima conclusio. Verè, & realitèr habito respectu ad intentionem cùm Bonifacij VIII. respū regularū iuris canonici; Tū Pauli vel cuiuscumq; alterius, qui deduxit regulas iuris ciuilis, ipsæ regulæ non consti tuunt ius, nisi secundariò, & quasi insinuatiuè, sed tantùm sunt ex iure constituto.

Secunda conclusio. si sermo sit de regula absolutè, & secundùm se; sibi non repugnat ratio iuris, idest quòd sit ius quoddam, imò multæ regulæ sunt ipsummet ius constitutum, vt omnes sacri canones.

Tertia conclusio. Deducto ordine, & dispositione, quam habent modo regulæ in vtroq; iure; necnon deducta intētione legislatorum; ipsis nullo modo repugnat, imò valdè congruit quòd censeantur, constituere ius.

Mihi videtur quòd stantibus omnibus, quæ dicta sunt pro vtroquè iure, hæ conclusiones nulla egeant probatione; Siquidem prima patet expressè per definitionem iam allatam l. prima, ff. *de reg. iur.* & expositionib. iuristarum.

Item secunda ex definitionib. pariter allatis à Canonistis, & ex ratione irrefragabili, quia sacri Canones, qui nihil aliud sunt, nisi regulæ quædā, & normæ benè viuendi constituūt ius, à quo non licet recedere, vt patet dicto cap. Violatores. 25. q. 1. Tertia similiter ex se aperta est, quia sola auctoritas legislatoris potest declarare, quòd constituat ius.

Hæc nostra sententia salua correctione.

Nostra autem intentio est, loqui indifferenter
1 de ipsis regulis maximè in hac quæstione, imò potissimùm de illis quatenus constituūt ius, habentq; vim non solùm dirigendi, sed coercendi, si non apud homines, saltem apud Deum, *cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur*, necnon in ordine ad propriam cuiusq; conscientiam, quę *fœlix Pedagogus est animæ*.

Cum autē perueniemus ad declarationem singularum pro loco, & occasione Deodante fiet applicatio ad ea, quæ nobis proficua magis, & ad salutem spectantia videbuntur.

PVNCTI QVARTI SVMMAE.

1 *Regulas Cath. constituere ius sine dubio fatendum est.*

QVo ad quartum. Stantibus distinctionibus prædictis facilè est soluere argum. in contrarium. Ad primum enim pro parte 1 affirmatiua dicimus admittendo quod regulę Cathon. constituant ius: ex quo enim nullum est ius præcedens ipsas regulas necessario fateri debemus ipsasmet regulas illud constituere: Vnde & dicitur *regulæ iuris*, idest, *quæ sunt ipsummet ius* faciendo constructionem intransitiuam, nec est opus accusare mentem, siuè intentionem legislatoris, vbi iuris veritas in propatulo est.

Ad alia similitèr, quæ pro opinione contraria adducuntur dicitur, quòd concludūt de regulis, per ordinem ad eam dispositionem, quam modo habent in iure. Insuper habito respectu ad intentionem legislatorum, siue iuristarum, secùs autem esset si de regulis absolutè fieret sermo.

Illud quod ex Iosuè affertur, intelligendū est secūdùm planę literę sensum, vt nimirùm per regulam ibidem intelligamus virgam quamdam rectam, & auream, quam Acham concupiscens furatus fuerat, de qua habetur 1. q. 4. §. item peccato ciuium. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Crux Christi regula est constitutiua iuris.*
2 *Crux Christi regula est, & quia certitudo, & quia rectitudo.*
3 *Gloriari in immensum quid sit.*
4 *Gloriari in domino rectitudo est omnis gloriationis.*
5 *Gloriantes malè comminantur ab Isaia.*
6 *Crux sola facit vnumquemquè rectè metiri.*
7 *De Cruce, & crucifixo par est ratio.*
8 *Mortuorum obliuio est, & quarè.*
9 *Gloriatur in aliquo nemo nisi illud in se prætendat habere.*
10 *Crux Christi ducit ad fines omnium legum, & iurium, & qualiter.*
11 *Crux Christi, & latronum discrimen.*
12 *Latro bonus est, quem verè pęnitet.*
13 *Crux Christi ius condemnans est, simùlquè pręmians.*
14 *Crux Christi quomodo poterit apparere obscurato Sole.*
15 *Christus qualiter in iudicio appariturus est.*
16 *Crux Christi sola omnium virtutum tutela, & vindex.*
17 *Crux Christi, an & quomodo appparitura in iudicio.*
18 *Crux Christi bonorum lætitia, ac malorum tristitia.*

19 In Cruce Christi tantummodo gloriandum est.

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum licèt difficile videri possit inuenire thema opportunum pro Concionatoribus per ordinem ad materiam, quam in articulo præstitimus, attamen si studiosus Concionator piè,& catholicè contueri voluerit ea,quæ habentur in sacra pagina, quę omniũ scientiarum regina est, & domina, haud difficilè erit inuenire regulam,quæ simùl sit iuris constitutiua,vel vt dicebamus ipsummet ius: & huiusmodi regula procùl dubio nihil aliud est, nisi ipsamet sacratissima Crux in qua Christus Saluator noster pependit nostrâquè egit redemptionē.

Enim verò ipsa Crux, & regula, & Ius simùl est,quod facilè seorsum,& districtè concionatori declaramus.

1 Galat.6 Quod Christi Crux regula sit apertè, & clarè deducit Apostolus Galat.6. vbi post multa enarrata de misterijs,fructib. ac beneficijs ipsius Crucis,& quòd ideò in nullo alio gloriari intendit; præterquam in Cruce, vndè inquit *mihi absit gloriari,nisi in Cruce Domini nostri IESV Christi. Subdit quicunquè hanc regulã sequuti fuerint pax super illos,& misericordia, & super Israel Dei.* Quibus verbis apertè insinuat ipsam Crucem verè regulam esse complectendam imitandam, & Vgo. sequendam;& licèt aliqui,& in speciali Vgo hoc in loco per nomen *regula* exponat,idest *epistola*, quasi dicat Apostolus quicunquè hanc regulam sequuti fuerint, idest quicũq; obseruauerint omnia,& singula,quę in nostra hac *epistola* tradimus, & docemus,&c.nihilominus non effugit quin ipsa Crux debeat dici regula. Siquidem in tantum epistola aliqua regula dici potest inquantũ continet documenta, & iura regulantia vitam in ordine ad bonum, & quoniam in dicta epistola Apostolus ferè nullius alterius rei meminit, quã D.Th. Crucis rectè diximus eam regulam esse,&c. Vndè D.Thomas ibidem exponēdo inquit. *Quicunquè hanc regulam*, idest, *rectitudinem gloriandi*
2 *sequuti fuerint,&c.* Cōstat autem ex dictis, quòd duo sunt actus ipsius regulæ,nimirùm rectificare, rectèquè ducere ad finem intentum, & quia hæc duo præstat ipsa Crux, ideò congruè regula vocatur,& vt apertiùs appareat veritas, attendendum quod Apostolus exhibet Crucem pro regula non exprimendo in particulari cuius virtutis, actionis,sed in genere;gloriationis. Et quia gloria semper est,& esse debet tãtùm de bono,ideò dicendo quòd Crux est regula gloriandi insinuat quod sit regula omnium, & quarumcunq; opera-
2.Cor. tionum,siuè actionum. secunda autem Corin.10. idem Apostolus docet, vt *non in immensum quis*
3 *glorietur*. & quid (quæso) in immensum est gloriari,nisi vltrà mensuram gloriam sibi quærere? Certè q non secundũ conscientiam rectè iudicantem,& qui plus quam oporteat, & in quo nō oportet,& de quo non oporteat gloriatur, in immensum gloriari dicitur.Debet enim vnusquisq; seipsum metiri,& cautè intueri quis sit, & qualis sit,vt non in immensum glorietur: debet (inquã) nō propriã bonitatem cum aliorũ defectibus,cęterùm propriã infirmitatem, cum aliorum virtutibus metiri; vt vel sic numq; in immensum glorietur. Quarè ibidem subdit tradens regulam iustæ gloriationis dicens. *Qui enim gloriatur in Do-* 4
mino glorietur. Vbi secundùm D.Thom.ly, *in do-* D.Tho.
mino tenetur primo obiectiuè,idest in suą gloriatione habeat vnusquisq; respectum, vt gloria ipsius sit in hoc,quod est Deum cognoscere, & cognoscendo amare. Secundo *in Domino*, idest in omnibus bonis: quæ sola habent per se ordinem ad ipsum Deum.

Quarè omninò abstinendum est à gloriatione in malis,prout reprehendit regius Psaltes, *Quid gloriaris in malitia.&c.* Psal.51.Lyranus. *Hæc est* Ps.51.
pessima gloria,quæ propria est illorum,qui peccant ex certa malitia, & habitu: signum enim habitus generati est delectatio in opere, & hi dicuntur potentes in iniquitate.Cassiod. *Ille potens est in iniquitate,qui in malo permissus,valet implere,quod nititur,sed quantum in nequitia validus tantùm est probis moribus execrandus*. tertio *in Domino*, idest per recognitionem sic, quòd quicquid boni hēt existimet se à Domino, & non à seipso habere,secundum illud prima Corinth.4. *Quid habes* 1.Cor.4
quod non accepisti? Qui ergò aliter gloriantur male gloriantur,& cōtra regulam gloriantur, & in immensum;quia non se metientes,vt par esset; Contra quos inuehit Isaias cap.13. *Suscitabo su-* Isa.13.
per vos Medos,qui argentum non quærant, nec aurum velint. Medi enim interpretantur metientes,& tunc suscitantur Medi contra eos, qui sic 5
male gloriãtur, quando regula objicitur oculis omnium sic male gloriantium, vt clarè intueri possint,quàm male,& in immensum gloriati fuerint. Et quia vt ad nos redeamus hoc modo se metiri,& rectè se in omnibus gloriari solius Crucis effectus est: bene,& congrue diximus cum D. Tho.quòd sola Crux regula est gloriationis.Vnde qui rectè se metiri vult,rectèq; se gloriari, ne- 6
cesse est,quòd in sola Cruce glorietur, quia ipsa sola rectitudo infallibilis est. Hinc est quòd Apostolus ibidem inquit, *Mihi absit gloriari, nisi in Cruce*,cuius dicti rationem,& causam assignat dicens, *Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Namq; supponimus (quod omninò verũ est)quòd eadem sit ratio loqui de Cruce,& Cru- 7
cifixo,videlicet Christo: quasi dicat in hoc tantũ gloriari volo,quia nec in alio debeo,nam per solem Crucem, *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*,idest habeo mundum pro mortuo,& vice versa mundus me tanquam mortuum. Et quia 8
mortuorum solet esse obliuio, secundùm illud Psalm.30. *Obliuioni datus sum tanquam mortuus* Ps.30.
à corde. Cuius memoria cum corpore sepelitur, & de cuius reparatione desperatur. ita Cassiod. ibi. Cassiod.
Quare nec ego curo de mundo, nec mundus de me,

me ergò. Et quia id in quo quis gloriatur ꝑtendit illud in se habere, illudq; curat alijs manifestare, ideò Apostolus declarat se, habere in seipso Crucem, illamq; solam quærit manifestare. *Nihil arbitratus sum scire inter vos, nisi IESVM, & hũc Crucifixum.* Tota igitur rectitudo eius est à Cruce, & per Crucem; qua de causa benè subinfert. *Quicunquè hanc regulam sequuti fuerint.* pax, &c. Et quoniam pax quę nihil aliud est, quã tranquillitas mentis, est finis omnium legum, om
10 niumq; iurium, vt abundè declarauimus quęst. 1. art. 1. sola autem Crux ad hanc veram ducit pacem, relinquitur quòd in ea sola gloriandũ sit. Insuper quia ipsa sola misericordiam cõfert peccatorib. per quam vnusquisq; iustificatur, ideò sola Crux est causa rectè, & iustè gloriationis.
Bernar. Quarè Bernardus, *Ergo Crux amari potest, & habet gloriationem, ita si sit qui colligat super lignum Crucis vitam germinat; crucifigit iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualiũ carismatum.*

Item Vgo de sancto Victore, *In Cruce Christi*
11 *gloriatio, in Cruce dextri latronis cõsolatio, in Cruce sinistri confusio. In prima pęna sinè culpa, & post gloriatio, in secunda pęna pro culpa, & post remissio, in tertia pæna pro culpa, & post damnatio.*
12 Et infrà. *Si pro culpa pateris erubesce, si sine culpa gloriare. latro vis magis esse quã Christus, & fortè sinister, blasphemator non iustè confessor? Tu. n. pro culpa pateris non agnoscis, nec iudicem veneraris, si saltem dexter fuisses culpam humiliter agnosceres. pęnam perferres, & mox veniam.* Patet ergò ex omnibus iam dictis quomodo Crux regula est, quia rectitudo, rectificans vnumquemq. Quòd autem rectè ducat abundè declarauimus quæstione præcedenti articulo quarto. *Quicunq. ergò hanc regulam sequuti fuerint, &c.*

Diximus etiam quòd est regula iuris constitutiua, idest ipsummet ius, & hoc clarè habetur
Mat. 24 Matth. 24. Vbi inter signa iudicij, potissimum & vltimum exprimit quod sit signum Crucis. *Tunc*
13 inquit, *apparebit signum filij hominis in Cælo.* Vbi Grisost. in hom. *Si Sol quidem obscuraretur Crux non appareret nisi multo solaribus radijs luculentior fuerit.*
Grisost. In hom. Apparebit autem in signum ad iudicandum. Vndè idem Grisost. *ne rursus existimarent discipuli aliquod turpe futurum subiungit,*
14 *& videbunt filium hominis venientem cum virtu*
D. Tho. *te magna, & maiestate,* idest, inquit, D. Thomas
15 opusc. 60. art. 25. *Patenter, solemniter, & potẽter;*
August. Et August. ad Exichium. *Cuius quidem proprior sensus est, vt cum hoc quisquè audierit, vel lege-*
16 *rit, ipsum esse aduentum accipiat quando venturus est ad iudicandum viuos, & mortuos in corpore.* Sola ergò Crux erit in tutelam omnium virtutũ, oĩum legum oĩum bonarũ operationum, præmiãdo, & puniendo, ex consequenti ipsa sola erit ius
D. Tho. dicens. Vndè D. Thomas, *per hoc signum significabitur, quod omnem iudiciariam potestatem acquisiuit per passionem suam.*

An autem in iudicio futura sit vera Crux. vide Abulensem super cap. 24. Matthæi 1. & Bel- Abulen.
larminum tomo 1. controuers. 7. verbo Crux. D. Thomam opusc. 60. ar. 25. vbi habet hæc verba, quæ pro nunc sufficiant Concionatori. *Sciendum*
(inquit) *quòd signum Crucis, non accipitur hic pro* 17
ligno Dominicæ Crucis, sed pro aliqua repræsentatione ipsius, sic igitur videbunt filium hominis in forma carnis gloriosa habentem indicia passionis virtuosa, cum signo Crucis victoriosa, vt ex his habeant, & boni lætitiam, & mali tristitiam. Tùm
etiam vt ex indicijs passionis, & Crucis appareat 18
gloriosior salus electorum, & iustior damnatio reproborum. Hęc ille. Patet ergò, quòd in sola Cruce gloriandum est. Vtpotè quæ sola mater, nu- 19
trix, & corona omnium virtutum est; solaquè regula rectificans, & rectè ducens, vtpotè extrema coniungens, ignominiam scilicet, & gloriam; sui contemptum, & exaltationem. Psal. 4.

Vndè super illud Psal. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* glos. & Cassiod. *Crux namquè nobis impressa est, in signum regis nostri, qua est humilium inuicta tuitio, superborum deiectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cęlestium confirmatio, mors infidelium, & vita iustorum.* Concludendum ergò quod hæc sit vera regula nostra simùl, vt ius, & qui *hãc secuti fuerint pax super illos, & misericordia erit.* Hæc de toto quęsito dicta sufficiant.

ARTICVLVS II.

Vtrùm detur aliqua certa Regula omnibus, & singulis hominibus necessaria ad rectè operandum.

ET videtur quòd non, primo illud non est necessarium, quòd est omninò impossibile, sed nulla actio humana est capax alicuius certè, & infallibilis regulæ propter illarum intimam mutationem. ergò.

Præterea si aliqua talis daretur regula, hæc esset prudentia secundùm quàm homo dicitur sapiens, iuxtà illud Prouer. 10. *Sapientia est viro* Pro. 10
prudentia; sed etiam ipsa prudentia est incerta, & fallibilis, vt dicitur Sapientiæ 9. *Cogitationes* Sap. 9
mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. ergò.

Præterea prudentia est, per quam rectè consulimur, vt dicitur in 6. Ethi. sed homo ex bono Ethic. 6
consilio alterius potest benè agere, ergò non est necessarium, quòd singuli homines habeant huiusmodi regulam, sed sufficit quòd prudentum consilia sequantur.

Præterea illud non est necessarium omnibus, & singulis, quod vniuersaliter nõ potest ab vnoquoquè consequi, At constat quòd prudentiã nõ solùm non habent omnes, sed rarò reperiuntur, qui illam habeant. ergò.

Sed contra est, quòd Moyses in suo Cantico Deut. 32. redarguit peccatores de defectu prudentiæ, cum inquit. *Gens absquè consilio, & sinè prudentia, vtinam saperent*, nimirùm præterita, *& intelligerent*, præsentia videlicèt, *ac nouissima*, idest futura *prouiderent*, vbi apertè colligit tres partes integrantes prudentiam.

Deut. 32

Sap. 8.

Præterea Sapientiæ 8. prudentia connumeratur alijs virtutibus necessarijs, ad vitam humanã, cum de diuina sapientia dicitur, *Sobrietatem, & prudentia docet iustitia, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus*. ergò.

Respondeo seruato ordine, prout in superioribus.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

QVo ad primum non est immorandum circà titulum, sed accipiendus, prout sonant verba, ità tamen quòd præoculis habeatur, q sermo est de necessitate medij per ordinem ad finem.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *DVo sunt actus regula rectificare, videlicet & dirigere.*

2 *Ad actionem rectam duo requiruntur intentio, & finis.*

3 *Virtutem ordinari ad finem contingit dupliciter ostendendo, & inclinando in illum.*

4 *Directio, & inclinatio omnis ad bonum partim à natura partim ex acquisitione.*

5 *Synderesis officium, & quomodo nobis inditum.*

6 *Inclinatio in nobis, vel etiam cognitio imperfecta est sine habitu superaddito.*

7 *Synderesis comparatio ad prudentiam superaditam.*

8 *Mediũ non æqualiter in omni virtute accipiendum est.*

9 *Prudentiæ solius est determinare proportionem respectu medij.*

10 *Virtuti morali finis à natura præfixus, applicatio à prudentia est.*

11 *Virtutum moralium, & speculatiuarum comparatio proportionalis.*

12 *Conclusio in speculatiuis, & finis in moralibus, quomodo comparentur in ratione principij, & termini.*

13 *Prudentia quomodo dicatur præstituere finem virtutibus.*

14 *Virtutes ad prudentiam comparari contingit, & in acquisitione, & in esse acquisito.*

15 *Virtutes morales in esse acquisito mutuo se adiuuant & perficiunt.*

16 *Vbi voluntas firmata est in bono, vigilantior est prudentia.*

17 *Prudentiæ variæ descriptiones per ordinem ad illius effectus.*

18 *Prudentia quædam falsa siuè similitudinaria, quædam vera est.*

19 *Prudentia falsa, quæ carnis dicitur definitio, & declaratio.*

20 *Prudentiæ carnis origo, & radix.*

21 *Prudentia terrena, quæ nam sit, & circa quæ.*

22 *Prudentia diabolica, quæ nam sit, & qualiter dignoscenda.*

23 *Prudentia bona, & imperfecta duplex est, & quæ vtraquè.*

24 *Prudentiæ verè, & perfectè conditiones, & efficatia.*

25 *Prudentia duplex acquisita, & infusa.*

26 *Prudentia infusa quomodo acquiratur, & deperdatur per quodlibet mortale.*

27 *Vndè est quod multi habent gratiam, & minimè sunt benè consiliatiui.*

28 *Habẽtibus gratiam, duo actus veræ prudentiæ necessariò commitantur.*

29 *Episcopo vtraquè prudentia infusa, & acquisita necessaria est.*

30 *Prudentia circa supernaturalia in quibus virtutibus maximè radicatur.*

31 *Prudentiam duplicem acquisitam, & infusam declarauit Christus Matthæi 10.*

32 *Prudentiam serpentis quarè magis imitandam Christus proposuit, quam aliorum animantium.*

33 *Serpens symbolum est, tùm verè, tùm falsæ prudentiæ.*

34 *Iustorum prudentia est in nullo offendere caput suum i. Christum.*

35 *Animalium nullus propriè prudentiam habet.*

36 *Prudentia iusti in oculis, stulti in calcaneo, quomodo & qualiter pulchrè declaratur.*

37 *Stultus in culpa sapiens fit in pœna, & quomodo.*

38 *Oculi duo in interiori homine, siue in exteriori, qui, & eorum comparatio.*

39 *Dæmon, seu rex Amonitarum satagit, vt eruat oculos dextros à nobis.*

40 *Iustus ex fide viuere, quomodo intelligatur.*

41 *Christiano non sufficit operari secundum rationẽ, nisi vlterius se ordinet in finem supernaturalem.*

42 *Virga Mercurij, quæ caduceum appellabatur, quomodo verę prudentiæ, & christianæ sit symbolum.*

43 *Prudentiæ christianæ addenda est simplicitas.*

44 *Prudentia quæ omnibus necessaria est, qualiter definiatur ab Aristotile.*

45 *Prudentia quatuor requirit actus, & in quo illorum perficitur.*

46 *Eubulia, Gnome, Synesis quid sint, & quomodo requirantur ad prudentiam.*

47 *Ex præsumptionibus an liceat, quandoq; definitiuè iudicare.*

48 *Ioseph valdè prudens in iudicando, & consulendo.*

Pru-

49 Prudentia partes integrales quæ.
50 Prudentiæ definitio secundum Platonem, & pulchrè.
51 Prudentia maxima virtutum, & quarè.
52 Prudentia secundum Augustinum quid.
53 Prudentia, & discretio quid, secundum Ioannem Climacum.
54 Latitudo cordis ex verò amore Dei est.
55 In viro prudente quadruplex ordinatio necessaria.
56 Certare volenti, certaminis prævisio, ac præparatio necessaria, & quomodo.

QVo ad secundum tria ordinatè à nobis facienda sunt. Primo ponemus radices ex quibus trahitur necessitas prudentiæ pro regula omnium actionum. Secundo quomodo vera à falsa, imperfecta, à perfecta prudentia discernatur ostendemus. Tertio varias illius definitiones adducemus, & aperiemus.

Quo ad primum ad videndum an aliqua virtus sit necessaria hominib. in omni sua actione, & operatione attendendum est his, quæ diximus in præcedenti articulo circa definitionem ipsius

1 regulę, Duos siquidem actus de ratione veræ, ac propriæ regulæ diximus esse; per ordinem ad actiones humanas, & quòd eas rectificet, & quod illas regat, siuè regulet, & dirigat in bonum. Dicitur autem virtus aliqua rectificare actionem, quando illam ordinat ad rectam, & bonam intentionem, & quia rectum dicitur cuius medium nõ exit ab extremis; Considerandum est quomodo in omni actione, & operatione nostra interiori, siuè exteriori duo sunt quasi extrema, videlicet agens à quo exit, & finis in quem tendit, & sic dicitur recta intentio, vel opus directum, in quantũ

2 opus egrediens ab agente non recedit ab ordine debiti finis, & propterea ad illam virtutem pertinet dirigere, ad quam pertinet ordinare in finem.

Verum dupliciter cõtingit ordinare in finem.

3 vno modo ostendendo finem, idest quis sit finis ad quem tendendum est, alio modo inclinando ad finem ipsum, vt illuc eamus, ostendere autem

2 finem ad rationem pertinet, quia ipsa sola est cognoscitiua, & iudicatiua, at inclinare in finem, pertinet ad voluntatem, quia amor, qui primus actus

lib. Conf. voluntatis est à D. Augustino vocatur pondus animæ, *Amor*, inquit, *meus pondus meũ eo feror quocunquè feror.* & ratio est quia sicut pondus in corporalibus flectit, & inclinat, sic amor in spiritualibus, ad finem ergò bonum inclinamur per voluntatem ratione motam. An autem huiusmodi directio, & inclinatio sit nobis à natura, vel per acquisitionem, sine dubio dicendum est cum doctrina D. Thom. 1. par. quęst. 79. art. 12. quod par- D. Tho.

tim à natura est, partim per acquisitionem. Non

4 enim existimandum est, quod Deus, & natura nobis desint in necessarijs, quarè inquit, Sicut in speculabilibus prima principia sunt nobis naturaliter nota, nec laboramus pro illis aucupandis, qua de causa ponitur intellectus habitus principiorũ, sic respectu operabilium, & agendorum ab homine in intellectu nostro Deus naturæ auctor, & prouisor indidit habitum quendam directiuum ad bonum, & dicitur Synderesis, quę est veluti 5

quoddam indicatorium omnis boni secundùm rationem, reclamans sine cessatione contra malum obmurmurando si illi adhæreamus, quã alij lumen naturale vocant de quo dicit Dauid Ps. 4. *Multi dicunt*, idest curiosè interrogãt, *quis ostendit nobis bona?* & ille quasi gratias Deo agendo de tali, ac tanto beneficio respondendo dicit. Psal. 4.

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. quasi dicat lumen quod Deus simùl cum natura intellectuali dedit, ipsum est quo discernimus à malis bona, & ipsum quod secundum rationem est bonum cognoscimus, quarè glos. *signatum*, idest, *impressum rationi, quia Deo similes sumus, vt sigillum ceræ.* & August. *Hoc lumen, est totum, & verum hominis bonum, quod non oculis, sed mente conspicitur.* Ad hanc autem synderesim virtus verè sufficiens, pro cognitione finis nostri naturalis, 6

sequitur quędam inclinatio imperfecta ad ipsum bonum, quod secundum rationem est in voluntate, & hac de causa cognitio finis, & inclinatio ad illum dicitur nobis naturalis, vel ab auctore naturæ. Verum sicut intellectus, cuius est de omni intelligibili iudicare non tamen perfectè promptè, & sine omni errore iudicabit. v. g. de Dialecticis, nisi sit informatus habitu Dialectico, & sic de alijs.

Ità omninò, & proportionaliter dicendum est per ordinem ad regulam actionum, & operationum humanarum, quòd numquàm perfectè erũt nisi aliquid superaddatur; & habitui, ex parte intellectus, quem diximus synderesim; & illi inclinationi imperfectè, quam in volũtate posuimus; Quarè imaginandum est quod synderesis vtiquè docet, & efficaciter instruit, quod semper per rationem viuendum est, quia hoc est bonum proprium humanæ naturæ, & hominis in quantum homo, at non determinat in particulari, quod nã sit illud bonum, quod dicitur, & debet esse secundùm rationem, sed illud relinquit virtuti, quæ dicitur prudentia. Hoc igitur naturale indicatorium ad bonum sm rationem præstituit finem omnib. moralib. virtutib. absolutè loquendo, nimitùm suggerendo, nihil agendũ esse cõtra rationẽ, cæterum sm rei veritatem, & Arist. doctr. 2. Ethic. 2. Ethic. huiusmodi bonum secundùm rationem consistit in medio, vndè & virtus moralis definitur, quod sit, *habitus electiuus in mediętate consistens, prout sapiens iudicabit.* Et insuper hoc medium non vniformiter accipi potest cum sit medium, non secundum quantitatem Arithmeticam (vt aiunt) idest medium certum, & determinatum, sed magis secundum quantitatem geometricã, 8 idest, medium secundum proportionem, quæ proportio non inuenitur eadem in omnibus, vt pa-

tet,quia non idem est cibus homini perfectò, & puero, relinquitur quod sola prudentia omnibus consideratis posset inuenire tale medium in quacumquè actione, siuè operatione. v.g. dictat ratio quod comedamus temperatè, prudentiæ tamen
9 est quid, quale, quantũ, qũo, & quando ostendere, qui enim prudenter accedit ad rem agendam, necesse est, vt caueat, ne id solummodo consideret, quod illa res honesta sit, sed etiam vt habeat efficiendi facultatem, ne aut temerè despiciat periculum propter ignauiam, aut nimis confidat de se propter cupiditatem, & vt verbis vtar D. Laurentij Iustiniani, *Intuendum est ne plus debito capiantur, & proijciendum sit onus ne sub ipso in via contingat deficere.*

D. Laur. Iustinia-ni.

Et hinc habes primò quod finis absolutè omnibus virtutibus moralibus præfixus est, & præscriptus nobis à natura at applicatio ad rem cui
10 conuenit hoc quod dico, esse medium secundum rationem; omnibus consideratis fit à prudentia, quæ substituit materiam fini, & quoddãmodo finem ipsum.

Secundo quod quemadmodum in speculatiuis habitus principiorum, vt sic distinguitur ab habitu scientifico, vt sic, & nihilominus idemmet habitus scientificus, qui est conclusionum, vt scitarum, est etiam principiorum, vt cognitorum;
11 aliter nunquam sciret. Ità circa operabilia, principium est operari secundum rationem, in omni materia, & occasione, prudentia autem, quasi deducendo conclusiones practicas, est circa media ad talem finem consequendum; eidem tamen nõ tollitur quinetiam fit ipsius finis, vt applicati ad talem materiam, & vt sic aspecti ab ipsa prudentia. Imò si rectius attendamus; quod prudentia est, quæ in passionibus inuenit medium, & ipsęmet passiones redactæ ad medium secundum rationem, iam constituunt practicè id in quo est ratio finis, restat vt de prudentia congruè dicatur, & quod non pręstituat finẽ virtutib. videlicet absolutè, & ꝙ illũ præstituat, ratione dicta, nimirùm applicatè ad talem materiam.

Et vlteriùs quemadmodum in speculatiuis cõclusio primi syllogismi multotiens est principiũ respectu alterius conclusionis deducendæ per syllogismum qua de causa cognita illa priore conclusione materialiter dicimur cognoscere princi-
12 pium alterius conclusionis, sic prudentia ordinando media ad finem, qui finis potest esse principium alterius operabilis, dicitur simùl præstituisse finem operationib. sequentibus supponendo semper ꝙ finis sit principium in operabilibus.

Tertio ex hoc vnò habes quomodo concilies D.Tho. diuersa dicta, nam p.2.q.66.art.3. ad tertiũ apertè dicit, quod *prudentia non solum dirigit virtutes morales in eligendo ea, quæ sunt ad fi-*
13 *nem; sed etiam in præstituendo finem*, videlicet, applicatè determinando quod nam sit verè mediũ in qualibet materia; Eo modo quo logicam dicimus demonstrare in qualibet materia. Vbi considerámus duo, materiam circa quam est demonstratio, & illa est supposita à scientijs realib. & ipsum artificium demonstrãdi; & hoc est in logica: & sic in proposito materia circa quam versatur prudentia sunt actus omniũ virtutũ, ipsa verò est quæ ponit modũ, & regulam singulis, vt congruè fiant. In 2.2. verò q.47. art.6. docet idem Doctor sanctus, quod ipsa *prudentia non præstituit finem virtutibus*, quod dictum intelligendum est absolutè.

D. Tho.

Quarto ex his vlterius habes, quòd virtutes morales, dupliciter considerari possunt, & in fieri, & in facto esse, vel in ipsarum acquisitione, & acquisito esse, & quidem si sermo sit de prudẽtia ipsa in suo fieri non potest dependere, ab aliqua 14 virtute morali; ex quo enim vt dictũ est nulla virtus moralis reperitur, nisi in aliqua materia, quæ sibi sit veluti subiectum circa quod, quæ materia debet reduci ad medietatem secundũ rationem, ipsaquè prudentia sit, quæ præstituit tale mediũ remanet clarũ, quod nullo modo pendeat ab ipsis moralib. virtutib. & quod ipsa prudentia (vt ita liceat loqui) sit primogenita omniũ virtutũ, & nihilominus etiam verum est, quod prudentia depẽdeat in suo fieri ab aliqua rectitudine, & cũ non possit dici de rectitudine causata per virtutes, quæ tũc non sunt; necessariò dicendũ est, qđ pendeat tantũ ab illa naturali inclinatione, quæ ponitur in volũtate ab bonum rationis, quę vt diximus sequitur synderesim dictatiuã illius, quapropter optimè dicebat Scotus (licet impugnando D.Tho.) quod *castitas. v. g. semper sequitur naturæ ordine aliquam prudentiam*: & sic dicendum est de qualibet virtute.

Scotus.

In facto verò esse si considerentur huiusmodi virtutes morales, non est dubium, quòd mutuò se 15 adiuuant sic quòd vnaquaquè perfectioni alterius cooperatur, magisq; vicissim se stabiliũt v.g. quantò magis aliquis erit assuetus ad actus temperantiæ, tantò magis volũtas illius firmatur in ipsa rectitudine temperantiæ, & sic de actib. fortitudinis; modo quo de sapientia dicitur. *Audiẽs sapiens sapientior erit* (nãmq; sermo nobis est de virtutib. acquisitis) & quia quãtò magis est firmata in bono tantò facilius, & delectabilius opera- 16 tur, vt patet consentaneum est, quod ipsa prudẽtia regulatiua actuum earũdem virtutum vigilantius disponat de illis.

Pro. 1.

Experimur enim quod efficax volitio finis efficaciter etiam mouet ea, quæ sunt ad finem, quia primũ mouens in operabilib. est volũtas finis, & *qualis vnusquisq; est tales sibi præstituit fines*, vt dicitur secundo Ethicorum. Stante igitur fine recto, & rectè firmato per virtutes superadditas, perfectius, & ipsa prudentia operatur circa media, semperquè magis secundũ continuatos progressus rectificatur appetitus, qui in eligendo infallibiliter pro conditionibus status humani eligit, quod eligendum est per ordinem ad bonum secundum rationem.

2. Ethic.

Est

D.Bern. serm.49 Est ergò *prudentia*, vt cum D. Bernardo dica-
mus, *virtutum omnium auriga*. Et vt ait D. Lau-
sup Cãt. rent. Iustiniani in suo libro de ligno vitæ, vbi de
17 prudentia agit cap. 3. *Prudentia virtus magiste-*
D.Laur. Iust. *rium habet cæterarum virtutum, nam discretio, et*
prudentia omni virtuti ordinem ponit; modum tri-
buit; decorem, & perpetuitatem confert, non solum
virtus est, sed virtutum moderatrix; ordinatrix
affectuum; & doctrix morum, quæ fixo gradu pos-
sessorem suum perducit ad Dominum.

Hæc sint pro radice ad declarandum necessita
tem prudentiæ, quam demonstrare intendimus
regulam esse omnium humanorum actuũ; quod
vt à nobis congruè præstetur ipsa prudentia di-
stinguenda est, vt sciamus quænam vera, quæ fal
sa, quæ perfecta, quæ imperfecta est, quæ acquisi-
ta, & quæ infusa. Hæc de primo capite, secundi
puncti.

18 Pro declaratione secundi, quod à nobis propo
situm fuit. Sciendum quod prudentia duplex est,
q̃dam falsa, & (vt dicam) similitudinaria, quia
habet similitudinem cum vera, quædam vera,
& propria; falsa prudentia dicitur illa, quæ astu-
tia quadam, & vigilantia promptè adinuenit me
Phil.3. dia quædam mala pro fine aliquo malo conse-
quendo, quam Apostolus Philip. 3. Prudentiam
19 carnis vocat; quæ vt ipsemet ait, Mors est. *Multi*
ambulant quos sæpè dicebam vobis, sed & nunc
flẽs dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus ven
ter est. Et hæc propria est peccatoribus, qui con-
tinuo machinantur ad malum, vacando carnalib.
& terga vertentibus, à veris bonis spiritualibus
Luc.16 de hac loquutus est Christus Lucæ 16. cum dixit.
Filij huius sæculi prudentiores filijs lucis sunt. Pru
20 dentiores dicuntur, quia vt plurimum paratiores
istos videmus ad malum perpetrandũ, quã sint iu
sti ad bona peragenda, & causa huius triplex est,
Lyran. inquit, Lyranus. Primo corruptio naturæ per pec
catum quo redditi sumus proniores ad malum.
Secundo cognitio maior, quam habemus de sen-
sibilibus; cũ.n. omnis nostra cognitio ortum ha-
beat à sensu, & ipsa sensibilia efficacius mouent
sensus, quam intelligibilia. Tertio quia facilius ad-
hæremus illis, quod maximè in incipientibus ex-
perimur.

21 Alia huius species est, quæ terrena dicitur, quę
pertinet ad diuitias, & honores de qua sic legitur
Baruc.3 *Filij Agar exquisiuerunt prudentiã, quæ de terra*
est. vndè Agarreni, qui dediti sunt temporalibus
dñr, & hæc etiã studiosius adimplet terrena, quã
ea, quæ sunt spiritus. Certum tamẽ est, quod si
terrena quærantur per ordinem ad sustentationẽ
22 vitæ. non vt in illorum affectu sistamus talis pru
dẽtia bona est, pessima est, quę diabolica dicitur,
& pertinet ad malitiam, de qua dicitur. *Sapientes*
Hier.4. *sunt vt faciãt mala, benè autem facere nescierũt.*
Huiusmodi namquè prudentię est cor machina-
tionibus tegere; sensum verbis velare, quæ falsa
sunt vera ostẽdere, & quæ vera sunt falsa demon
strare.

Prudentia verò bona, seu vera sz imperfecta,
duplex etiam est quædam, quæ benè ordinat, &
disponit circa aliquod particulare bonum pera- 23
gendum, per debita media. quæ reperitur in mer
catoribus, & negotiatoribus multis Hoc idem pa
tet in iure militari, quod ordinatur ad tuendã iu
stitiam. de quo habes distinc. 1. cap. ius militare,
alia est, quæ vtiquè disponit, & ordinat ad bonũ
totius vitæ humanæ, attamen caret efficacia prę-
cepti ex consequenti executione. Prima harum
communis est bonis, & malis. Secunda inconti-
nentibus. ex his facilè est deducere quod sola illa
prudentia vera, & perfecta est, quæ benè consilia-
tur circa agibilia, benè iudicat, & optimè ac effica 24
citer præcipit concurrente electione appetitus, qui
est voluntas adimplendi omnia, & singula, quæ se-
cundum rationem sunt, & saluti necessaria, & hoc
per ordinem ad bonũ totius vitæ, quia (inquam)
in omni sua actione, & operatione semper præ o-
culis hẽt Deum, & bonum rationis, quarè nullo
modo in peccatoribus reperiri potest, *simpliciter*
est enim, inquit Philosophus Ethic. 6. *Prudentem* Ethic.6
esse, non autem bonum.

Vt autẽ plenius habeamus huius perfectę pru-
dentiæ notitiam, animaduertendum est, hanc du-
plicem esse, videlicet acquisitam, & infusam. &
quidem acquisita ex pluribus, & frequentatis a-
ctibus generatur, nec vt plurimum reperitur in 25
iuuenib. qui licet sapientes esse possint in specu
labilium cognitione, non tñ prudentes; quia pru
dentia est in ratione practica, & est ratio agen-
dorum à nobis, & versatur circa singularia. ea 26
ꝓpter requirit experimenta multa, quæ non nisi
in senib. reperiri solent, & deperditur per actus
contrarios his per quos fuit acquisita, & hoc suc-
cessiuè, & paulatim; opponiturquè peccato pro
quanto est contra rationem, & contra lumen na-
turale nobis inditum, seu synderesim de qua pau
lò ante diximus.

Cæterùm prudentia infusa simùl cum charita
te, alijsquè virtutib. infunditur vnicoq; actu pec- 26
cati mortalis deperditur. reperiturquè in singu-
lis habentibus gratiam, quòd si sint adulti non so
lum secũdum habitum, sed etiam secundum actũ
in illis est, in infantib. autem secundum habitum.
opponiturquè peccato quatenus deordinat nos
à fine supernaturali.

Et si quæras vndè ergò prouenit quòd multi 27
habentes gratiam non tñ sunt benè consiliatiui,
nec benè prouisiui; imò vt experimur quando-
què stupidi, & stolidi videntur, quomodo igitur
in illis prudentia esse potest?

Resp. hoc esse omninò verũ. Attamen vt opti
mè docet D. Thom. 2. 2. q. 47. artic. 14. in resp. ad D.Th.
secundum saltem duos actus verè prudentiæ ha-
bent hi qui sunt in gratia, primum quo sciũt con 28
silium saltem quærere ab alijs in his, quę sunt ne-
cessaria ad salutem ipsorum. secũdum quò si ma-
lè consulantur circa huiusmodi necessaria ad sa-
lutem, sciũt discernere inter bonum, & malum

consilium ipsis datum, quia certè vnctio docet
illos de omnib. necessarijs ad salutem, vt dicitur
Ioan.6.

29 Hinc est quod in Episcopo, vtraq; requiritur
prudentia, nec sufficit, qui curę aliorum deputa-
1.Tim.3 tur, habere prudentiam infusam, vt patet distin.
23. cap. qui Episcopus, imò Apostolus 1. Thim.
*Oportet Episcopum domui suo benè praeesse, quod
si praeesse nescit domui sua, quomodo Ecclesia cu-
ram habebit.* & refertur distin. 47. §. necessariç,
quomodo autem intelligenda sit huiusmodi pru
dentia quam diximus infusam, non est diutius la
borandum, cum enim duplex sit finis naturæ hu-
manę; naturalis, videlicet, & supernalis, sicut per
ordinem ad finem naturalē, qui est esse, & viuere
secūdum rationem, vt dictū est, Deus indidit ha-
bitum synderesis in intellectu, quo naturaliter
cognoscimus bona, illaquè discernimus à malis,
& in voluntate inclinationem ad tale bonum.
Sic proportionaliter per ordinem ad finem sup-
30 naturalem in intellectu infundit Deus fidem, quę
ostendit nobis quo eundum sit, in volūtate verò
charitatem, qua inclinamur ad tale bonū super-
naturale, & sic ad fidem, & charitatem pertinet
dirigere vniuersaliter omnes operationes nostras
in finem hunc supernaturalem. Fides enim diri-
git omnes actus ostendendo quis sit finis omniū
eorum, & quò omnib. tendendum est. Charitas
autem dirigit omnes actus, quia inclinat in finem
illum, & illuc ire iubet, & ista secum trahit pru-
dentiam, qua cautè, & ordinatè tendimus in illū,
ita vt optimè dicatur de Deo existente in anima
Cant.4 per gratiam, *& ordinauit in me charitatem*, nimi
rùm per prudentiam infusam, quia impossibile
est ad alicuius rei perfectionem attingere, absq;
ordine.

Hanc verò duplicem prudentiam, modumquè
illarum simul, & vnica sententia Christus nobis
Mat.10 declarauit, quando Matth. 10. suos alloquens di-
scipulos dixit, *Estote ergò prudentes sicut serpen-
tes, & simplices sicut columbæ*, quæ sententia quia
31 documentalis valdè est omnibusquè proficua,
diligenter à nobis, pro more nostro commiscen
do vtilib. dulcia, declaranda est.

Et quidem primo aduertendum est, quarè
32 de *serpentum*, prudentia magis sermonem ha-
beat, quam de formicæ hirundinis, & cuiusuis al-
terius animantis. Secundo cur locutione vtatur
plurali non singulari dicēdo *serpentes*, & non ser
pens. Tertio qua de causa vult suos alumnos hāc
sectari prudentiā cum adiunctione *simplicitatis*,
non cuiuscunquè, *sed columbarum.*

Pro primo ergò sciendum quod serpens secū-
33 dum varias illius proprietates, symbolum est
non solum verè, sed etiam falsæ prudentiæ, & vt
de falsa primo dicamus. Serpens oculos habet à
dextris, & à sinistris, & non ante, sic peccatores
quorum est falsa prudentia prospiciunt, vt eui-
tent aduersa huius mūdi prosperaq; illius con-
sequantur, nunquam tū Dei iudicia intuentur.

contra illud, quod dicitur Prou.4. *Palpebræ tuæ* Prou.4
præcedant gressus tuos. Item serpens venenum,
quod habet non reputat venenū, sic pctōres pec
catum nihil reputāt, imò irascuntur reprehensi.
Et qui odit increpationes *insipiens est.* Prou.12. Pro.12
Item habet linguam bifurcatam, sic huiusmodi
peccatores sunt bilingues. Psal.139. *Acuerunt lin* Ps.139
guas suas sicut serpentes. Item serpēs pectore, &
ventre repit, sic peccatores voluntate, & opere
adhærent terrenis. Demū serpēs quandoquè pel
lem deponit numquam venenum, sic indurati in
malo, tandem deponunt pellem carnis per mor-
tem, retinendo affectum ad peccatum cum quo
decedunt. & hic finis prudentiæ falsæ quādo prę-
dominatur in peccatore.

Vt verò symbolum veræ prudentiæ est. hoc
modo accipitur, primo sicut serpentes non au-
diunt incantatores ne comprehendantur. Ps.57. Ps.57.
Sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, sic iusti
fugiunt audire blandimenta mundanorū. vnde,
& Christus illico ad verba supradicta subdit.
Cauete ab hominibus, malus enim homo pessimus
diabolus.

Secundo sicut serpens transit per arctum fo-
ramē pro sui renouatione, sic iusti amplectun-
tur mortificationes, vt se renouent in vita spiri-
tuali. iuxta illud Eph.4. *Deponentes vos secūdum* Eph.4.
pristinam conuersationem veterem hominem.

Tertio principaliter sicut serpens exponit to-
tum corpus pro capite conseruando. sic iusti om
nia pro fide tuenda, & capite Christo non offen- 34
dendo, & tūc sicut Moysi serpens omnes mago-
rum serpentes deuorauit, Exod.7. Sic astutia seù Exo.7.
prudentia spiritus omnē deuorat astutiam, & sa-
pientiam mundi. Ps.106. *& omnis sapientia eorū* Ps.106
deuorata est. & 1. Corint. 1. *Perdam sapientiam* 1.Cor.1
sapientum, & prudentiam prudentum. & sicut ser
pens multum timet hominē nudū, sic mali, & dę-
mones eos, qui pro Chro oīa reliquerunt. Vndè
& plenū dominium consequuntur. iux. illud Gen.
primo. *Dominamini, &c.* quia *sunt tanquam ni-* Gen.1.
hil habentes, & omnia possidentes.

Vult igitur Christus nos habere prudentiam
serpentum adaptata quadam similitudine, non
enim existimandum est serpentem propriè habe 35
re prudentiam, sicut nec vllus animalium ratio-
ne carentium, in cuius signum semper eodē ope-
rantur modo, sed in tantùm vult prudentiā suo-
rum discipulorum assimiliri prudentiæ serpentis
rationib. dictis, præcipuè autem, vt omni studio,
ac diligentia custodiamus caput, illo enim læso
necesse est omnia lædi. Hinc Eccles. 2. sub alijs Eccl.2.
verbis ponitur discrimen inter verè prudentes,
& falso præsumentes de illa, cum dicitur. *Oculi*
sapientis in capite eius, stultus autem in tenebris 36
ambulat, quasi dicat in hoc est discrimen inter iu
stos, & peccatores, quod iusti, vt verè prudentes
nunquam diuertūt oculos à capite, non sic stulti
peccatores.

Et quod (quæso) est hoc caput? Vtiquè finis
omnium

omnium operationum noſtrarũ,qui nil aliud eſt, niſi Deus,& Chriſtus Dominus noſter ſine quo rectè minimè operari poſſumus,& ad quem tanquam finem dirigere debemus, vt paulò ante docebamus,& qui ſibi talem non præſtituit finem dubio procul, *in tenebris ambulat*, ambulat inquam,quia de tenebris peccatorum ad tenebras pœnarum continuo tendit. *Oculi* igitur *ſapientis in capite*,ideſt fine,qui dicitur, & eſt principium
Pſal.9. operationum,ſunt.at ſtulti, *Auertunt oculos, ne in*
Ambr. *hunc finem videant*. quarè Ambr. Homil.de Aſſum. Virg.inquit,*ille verè ſapit cuius aĩus in Chriſto eſt,& cuius oculus interior ad ſuperna dirigitur,& ideò ſapientis oculi in capite eius,ſtulti autem in calcaneo*. Hæc ille, ideſt non animaduertunt ſuos errores, niſi dum ſubijciuntur pœnis,
In ſuo ſecundum illud D.Greg. *Quicunquè ſtultus eſt in*
paſt.p.1 *culpa,erit ſapiens in pœna*,& habetur diſt.38.cap.
cap.9. *qui ea,quæ Dei ſunt ſapiunt à Domino ſapiuntur*, ideſt approbantur,*& qui ea quæ Dei ſunt neſciũt*
37 *à Deo neſciuntur paulò atteſtante,qui ait. Si quis ignorat ignorabitur*,ſi quis inquam ignorat,videlicet,*vel qui contemnit ſcire,vel qui de facili ſcire poteſt ſi habeat tractatum cum peritis*, vt C. de ingen.manumiſ.l.3.

Conſimile habetur 27.q.1.cap.ſi cuſtos, & ca. ſi homo,& ſubditur, *Qicunquè ſtultus eſt in culpa*, erit ſapiẽs in pęna:pro maiori tamẽ declaratione necnon abundantiori doctrina in morum ædificationem; nota quod ſicut corporis, ita & animæ
38 duplex eſt oculus interior, nimirùm intellectus ſpeculatiuus,& practicus,qui licet non ſint diſtinctè potentiæ gerunt tamẽ vices duarum;ſpeculatiuus namquè dat facultatem benè operandi,vera enim,& recta docet,ſed non dat vſum boni operis, quia non inclinat ad illud, at practicus dictat,quod hic,& nũc,& hac occaſione benè operandum eſt.

Dæmon ergò non curat, vt ſanum habeamus
Luc.12 oculum ſpeculatiuum, imò eo vtitur ad malum noſtrum.*Sciens enim, & non faciens plagis vapulabit multis*. Exemplum habemus in oculis cor-
Eccl.1. poreis,illis namquè vtimur ad contemplandum, qua ratione dicitur.*Non ſatiatur oculus viſu*, q̃a videlicet non contentatur homo vt videat,ſed vlterius viſa vult contemplari. Secundo vtimur illis ad dirigendum greſſus noſtros,quid verò proderit benè contemplari,ſi malè dirigantur greſſus noſtri?facit igitur Dæmon nobiſcum, vt olim
39 Rex Ammonitarũ cum Iſrael,quib.dixit, *In hoc*
1.Reg. *feriam vobiſcum pactum, vt omniũ veſtrum eruã*
11. *oculos dextros*. parum nimirùm curat de oculo ſiniſtro,modo diuertamus videre caput, ſemper diabolus ſiniſtrũ oculũ vult ſeruare,dextrũ eruere.Hoc eſt quod Pharao iuſſit maſculos interfici fœminas reſeruari.

Iſa.42. Hinc Iſaias.*Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum;quis cæcus, niſi ſeruus meus*? quomodo quæſo ſurdus & audiens; cæcus & videns?Certè videns multa,& non cuſtodiens, videns mala,& non fugiens,videns ignem, & non declinans, videns mortem,& non auertens,videns pc̃tũ,ceù colubrum,& non fugiens, omninò cæci eſſe perhibentur;ſimiles Aegyptijs, qui cum in tenebris eſſent horribiles voces audiebãt,at nullus dimouebatur a loco ſuo. *Vna enim cathena tenebrarũ* Sap.17
omnes erant colligati.Sap.17. Multa audiunt peccatores,quinimo, & Chriſtiani certò credũt pœnas inferni,nec tamen corriguntur, ſed ſibi ipſis perſuadent pro omnib. alijs paratas pœnas non pro illis,more latronum,qui ſæpè vident patibulum,nec cogitant pro eis eſſe paratum? ò verè cęci peccatores.

Ad tenebras ergò tendunt peccatores,ad lucẽ iuſti,quia verè prudentes lucem quærunt, nõ tenebras.Deus autem,& Chriſtus lux eſt vera, *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*.at de his obiter pro nunc.

Ex his omnibus apertè videmus, quã congruè Chriſtus ſuos adhortatus ſit diſcipulos ad prudentiam nõ qualẽcunquè, ſed more ſerpentũ,vz quod non obſtante quacunquè neceſſitate, commoditate,iniuria,vel aduerſitate nunquam deſeramus caput,verè rationis,nec ſinẽ noſtrũ in quo eſt ſalus æterna,videlicet Chriſtum.

Sed ſequamur ſyndereſim obmurmurantem contra omnia mala, & fidem qua dirigimur ad bonum ſupernaturale,vt de nobis dicatur, quod de iuſtis.*Iuſtus autem ex fide viuit*, i.fides eſt ſibi Rom.1
regula ad benè viuẽdum, quia ad finẽ,quem ipſa 40
fides dictat,dirigit verè prudẽs omnes ſuas actiones,& intentiones.

Sed cur ſerpentes dicit in numero plurali, vt iam ad ſm̃ accedamus punctum enucleandum in eadem ſententia?

Certè hoc à nobis valdè eſt intentum,q̃a hinc aperimus,quod paulò ante inſinuabamus,videlicet quod duplex nobis prudentia neceſſaria eſt, altera humana,altera Chriſtiana, vna acquiſita, alia infuſa,ambę perfectę: illa intra latitudinẽ naturalium, iſta in ordine ad ſupernaturalia. non 41
ſufficit operari recta,& rectè ſecundum rationẽ, niſi addamus,& ſecundum Deum, vt finis ſupernaturalis,vna eñ non coronatur ſine altera, non ſufficit Chriſtiano benè dirigere ſuas actiones in exteriori homine,vt ab hominib. non reprehendatur,ſed quod magis vrget, vt irreprehenſibilis habeatur coram Deo, qui intuetur intima cor Pſ.18.
dium,*Lex enim Domini immaculata,conuertenſquè animas*.

Dixerunt poetæ,ſiuè verè, ſiuè falſæ,quod virga quædam erat Mercurio,quam Caduceum vo 42
cabant duob. ſerpentib. circumdata ad modum duarum vitium, qui ſerpentes in virgæ ſumitate ſe deoſculabantur, vnaquè corona erat ambobus.

Si ſenſum quouis modo, licet ex huiuſmodi prophanis deducere non incongruè per virgam vitam humanam intelligimus. Hæc ſi ad ſuum fi- 2.Tim.2
nem impolute peruenire vult,duobus ſerpentib.

circun-

circundari debet, ideſt duabus dictis prudentijs, & tunc Christiano corona in fine paratur, cũ ſcriptum ſit, quod *nullus coronatur, niſi legitimè certauerit*. Nota (quæſo) verbũ legitimè. illud enim legitimè fit, quod non ſolum rectum, ſed rectè factũ eſt, & id rectè fit, quod prudenter fit, vt ex dictis patet. Verùm quid ſit de hoc, certum eſt, qđ Chriſtus ambas voluit inſinuare prudentias ſuis ſectatoribus neceſſarias.

2. Tim. 2.

43 Quarè autem (vt iam quod tertio quærebamus in hac ſententia declaremus) prudẽtiæ addat ſimplicitatem, hæc eſt rõ ſecundum Griſoſtomum. *Eſtote*, inquit, *prudentes ſicut ſerpentes ad intelligendas fraudes, & ſimplices ſicut columbæ, ad ignoſcendas iniurias*, i. *nolo ſemper nos columbas eſſe, ne propter ſimplicitatem veſtram laqueum incurratis, nec ſemper ſerpentes ne aliquando venena infundatis, ſed ſecundum tempus, & perſonas, & mores immutetis*, ex qua ſententia vides candide lector, quomodo Chriſtus in has breuiſſima ſententia complexus eſt paucis verbis totum quod neceſſarium eſt ad veram prudentiam. Siquidem diximus quod nulla poteſt eſſe virtus moralis ſine prudentia, nec prudentia habere perfectionẽ ſine illis, quarè? quia ille adiuuant cauſando rectam intentionem iſta dirigendo per media opportuna ad finem intentum.

Griſoſt.

Recta ergò intentio ſignificatur per columbæ ſimplicitatẽ, quæ animal ſine felle eſt, ſine plica, vel duplicitate, recta autẽ ordinatio per prudentiam ſerpentis aſtutè, & calidè agens in ſuis actionibus, quẽdmodũ. n. error quilibet in principijs ſpeculatiuis totam offendit deductionem, quę fit per ſyllogiſmum; Sic quicũquè error circa finem, qui principium eſt in operabilibus omnis regula benè operandi tollitur, & quia aliæ virtutes morales cauſant in nobis bonam electionem, rectamquè finis intentionem, ex bonitate inclinationis appetitus, quem perficiunt, ideò ſunt neceſſariæ ad prudentiam; & quoniam vana eſſet intentio ęgri ad ſanitatem, niſi pariter media perquireret opportuna, pro conſequenda ſanitate. Ita vana eſſet intentio cuiuſcunquè boni finis, ſi non adeſſet prudentia benè ordinatiua, mediorũ ad finem. quarè columba ſerpenti omninò ſocianda eſt.

Remig. *Vel vt inquit Remigius. Sicut prudentia*, *ideſt aſtutia ſerpens decepit vos in primo parente, ita vos illum viceuerſa vincatis ſerpentèm. & additur ſimplicitas, quia non ſufficit mala euitare, ſed opus eſt etiam mala non inferre.*

Hæc de ſecundo capite ſiue puncto dicta ſufficiant.

Quo ad tertiũ principale, quomodo diffinienda ſit ipſa prudentia ſciendum quod multiplices de illa dantur definitiones à diuerſis, quarum aliquæ declarant intima illius, aliæ ſumuntur per ordinem ąd cauſas, & demum aliquæ per ordinem ad varios effectus ipſius. nos autem tñ illas adducemus, quæ ad noſtram intentionem facere poſſunt, & quę aliquam vtilitatem afferunt, & ſupponimus hoc in loco nos ſermonem habere de prudentia ſimpliciter, ideſt, quæ attenditur per ordinem ad totam vitam non de aliqua prudẽtia particulari circa negotia ſpecialia, & inſuper de illa prudentia, quæ eſt non publica, ſiuè politica ſit, ſiuè regitiua, imò nec de militari, aut æconomica, ſed de priuata, quæ omnibus, & ſingulis pro regula propriç vitæ conuenire poteſt.

Hanc ergò in primis Ariſt. 6. Ethic. eam definit hoc modo. *Prudentia eſt habitus verus rationis actiuus circa particularia omnia, quæ cõtingere poſſunt in tota vita ſiuè bona, ſiuè mala*. Quatuorquè illius ſunt actus, cognoſcere, conſulere, iudicare, & præcipere, & eſt directiua actionum, & operationum ipſius hominis. Ethic. 6 44

Ex quib. habes quod prudentia eſt in intellectu cum ſit *habitus verus*, ideſt circa vera tanquã proprium obiectum, namquè verum, vt ſic obiectum eſt intellectus, & quia huiuſmodi cognitio veri ordinatur ad opus, ac eo, eſt ĩ intellectu practico, ideò ſubdit, quòd talis habitus eſt actiuus. vt verò diſcriminetur ab arte, quæ eſt regula factibilium, & actionum tranſeuntium in exteriorem materiã, vt patet in artibus fabrilibus, & mechanicis. *Additur actiuus eorum, quæ homini contingere poſſunt in tota vita ſua, ſiuè bona, ſiuè mala*. Et ſenſus eſt, quòd eſt habitus regulatiuus actionum hominis in quantum homo, & quæ in eodem manent; & ſecundùm quas dicitur benè, vel malè viuere; quarè dicitur recta ratio agibilium à nobis. quatuor autem ponuntur actus illius (vt dictum eſt) ſed præcipere eſt principalis, & per ſe conueniens prudentiæ, quod Ariſtot. in in eodem 6. Ethic. declarat ex diſcrimine inter artem, & prudentiam. Si quidem ars pro vltimo actu ſuo habet rectum iudicium: at prudentia vtitur conſilio pro inueniendis medijs, vtitur iudicio quo inter media, quæ per conſilium inuenta ſunt iudicatur quodnam ſit melius pro fine intento; nõ hic ſiſtit, ſed facto iudicio de medijs magis opportunis præcipit illorum executionẽ, in qua præceptione perficitur ratio prudentiæ, & hinc eſt quòd ſuperiùs dicebamus illam prudentiam eſſe imperfectam, quæ non eſt efficax in præcipiendo. Hac ratione artifex peccans, in opere ſuo ſcienter, & prudenter minùs peccat quã ſi ignoranter, nam ſi ignoranter peccaret, argueretur de defectu in iudicio, at in prudentia magis peccat, qui ſcienter omittit media ad finem. Quarè certè quia non ſiſtit in iudicio, ſed etiam neceſſaria eſt recta executio, quæ nunquam fit ſine prudentię præcepto. 45

Sunt igitur *Eubulia*, ideſt, virtus benè conſiliatiua, & *Syneſis*, ideſt virtus benè iudicatiua ſecundùm leges communes, & *Gnomen*, ideſt virtus benè iudicatiua in rarò contingentib. ſeù ancillares virtutes ſubſeruientes virtuti prudentiæ in ſuo principali actu. prudentia verò perfectiua omniũ illorum, & breuiter dicimus quòd ſunt partes potentiales 46

tentiales ipsius subordinatę actui principali ipsius prudentiæ, *Eubulia* enim est virtus benè consiliatiua & inquisitiua de varijs medijs,& modis, quibus potest perueniri ad debitum finem. vndè ab Arist.6.Ethic. vocatur *Rectitudo, siuè bonitas*, cōsilij à beu, qđ est bonum,& bulisis, quod est cōsiliatio, quasi bona consiliatio *Synesis* autem, vndè synēti, idest sensati, vel eusyneti, idest homines boni sensus, videlicèt iudicij. è contrario asyneti, qui sunt insensati,& sine iudicio. *Gnomen* autem virtus altior est,& importat quandam perspicacitatem ingenij in repentinis.

Et si quæras quarè ad benè consiliandum vnica tantùm ponitur virtus, videlicet Eubulia; ad iudicandum verò duæ ponuntur, nimirùm synesis,& gnome. iam ex rationibus adductis facilè patere potest ratio. ideò enim vnica tm̄ virtus ponitur ad consiliandum, quia ad perquirendū vna sufficit cum sint eiusdem rationis: iudicamus autem diuersimodè per ordinem ad ea, quę communiter accidunt;& ea quæ vt rarò eueniunt, quémadmodum ergò secundum *leges* iudicamus in causis ordinarijs, secundum verò *Epichiam* in extraordinarijs. sic in proposito exemplum huius habemus 3.Reg.3. de Salomone in iudicando cuius
3.Reg.3
esset filius illarum duarum meretricum altercantium inuicem,& habetur de præsumptionib.cap. *afferte mihi gladium*. ex quo facto Salomonis deducitur, quod etiam ex præsumptionibus violentis licitum est iudicare definitiuè. sic habetur
47 32.q.1. *Dixit Dominus*.& reuera in pposito multi benè consulunt in ordinarijs euentibus, qui deficiunt in repentinis. Hac de causa dicitur quod prudentis est benè consiliari, videlicet per ordinem ad suum actum principalem, qui est pręcipere. in hoc miramur Ioseph prudentiam, qui non
48 solum benè iudicauit de somnio Pharaonis. sed benè etiam consuluit de remedio, ac optimè præcepit executionem. vt patet Gen.41. Ad præceptum verò efficax ipsius prudentis per dictamen rationis practicum sequitur electio in voluntate, illiusquè imperium pro executione per actus exteriores.
Gen.41

Quot autem requirantur pro plena executione omnium, quæ præcipiuntur non est nostrum percurrere singula.

Tull. 2. de inuēt. Non est tamen omittendum quod communiter secundum Tullium dicitur, videlicet qđ tres sunt partes integrantes prudentiam: memoria præteritorum, intelligētia præsentium,& prouidentia futurorum.
49 nam ex præteritis memoratis,& præsentibus inspectis facilè coniectamur de futuris.& hac de causa prudens secundum Isidorū dicitur quasi porrò, idest procul vel vltra videns. quia scilicet intuetur futura, quod solius est intellectus discurrētis ex præteritis,& pręsentib.&c. Hæc ad mentem Arist.
lib.10. Ethic. c.15.

Plato. Plato de legib. tertio parum differt, licet diuinius loquatur,& magis ad nostram intētionem,
50 inquit enim quod *Prudentia est boni prosequendi, maliquè fugiendi notitia*. vndè prudens est cui inest facultas discernendi bonum à malo, qui scit malum reprobare,& eligere bonum,& qui nouit secūdum rectam rationem vitam suam disponere, actionesquè suas in debitum finem dirigere.

Et vult quod sit maxima virtutum, quid enim inquit fortitudo sine prudentia nisi temeritas? 51
quid tēperantia nisi fatuitas? quid iustitia nisi cōfusio?& concludendo dicit eam esse optimi scientiā, quia per eā vera,& simpliciter bona scimus, contemnimus terrena,& sinè qua vita nostra est veluti nauis sine gubernatore,& cui soli debetur aliorum Regimen. quarè ait, *ille imprudēs est, qui malum à bono discernere nescit. Imprudentior qui rationem rectè viuendi inuenire nescit. Imprudētissimus qui dicit malum bonum,& bonum malū*. Pulchrè omninò,& piè.&c.

D.Aug.1. de lib. arbit. quasi conformiter definit dicendo quod *Prudentia est appetendarum* D.Aug.
fugiendarumquè rerum scientia. secundum illud. 52
Prouer.9. *Scientia sanctorum prudentia*. Libro verò de morib. Ecclesiæ dicit, quod *Prudentia est* Prou.9
amor, ea quibus adiuuatur ab his quibus impeditur sagaciter eligens. Est amor (inquam) non essentialiter, sed causaliter, quia amor ad Deum mouet rationem ad discernendū, quæ iuuare,& quæ impedire possūt ordinem tendendi ad Deū.

Io. Climacus ī suo scalario sub nomine discre- 53
tionis inquit. *Discretio est cogitationum scientia*. quià certè vera prudentia non contentatur imponere modū exterioribus, sed etiam ipsis cogitationibus.

De hac prudentia habetur 3.Reg.4. vbi de Sa- 3.Reg.4
lom. dicitur, *Dedit Dominus sapientiam Salomoni,& prudētiam multam*, idest cognitionē rerum agendarū,& vitandarum. *& latitudinem cordis*. 54
quæ quidem latitudo cordis ex amoris intētione ad Deum nascitur. D. Laurentius Iustinian. in Lauren. Iust.
eodem citato lib. de ligno vitæ, cap.4. de prudentia, sic illam definit. *Discretio siuè prudentia est in dijudicandis rerum causis, actibusquè virtutū prouida humanarum mentium ratio,& moderatrix*.& cap.6. ait.

Quod quadruplex debet esse prudentis viri ordinatio. prima est considerationis. *Nam consideratio est qua confusa discernit, sparsa colligit: occulta rimatur: verum inuestigat: verisimilia exami-* 55
nat: ficta,& fuscata explorat. Hac est qua agenda præordinat: acta recogitat:& in aduersis prospera præsentit.& infrà. *Citius ad culmen prudentia proficies: quo statum interioris hominis considerando plenius cognosces*. Secunda ordinatio est affectionis. *Sapientia est Deus:& vult nō solum dulciter amari, sed & prudenter alioquin zelo suo spiritus illudet erroris negligentem sciam, charitatis. Non enim habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam dilectionem, quasi si efficere valeat, vt in ea incautè,& non cum indicio discretionis ambuletur*.

Tertia est ordinatio negotiorum sm̄ diuersitates

tates

tates temporum. *Prout enim verè prudentia competit regula distribuēda sunt tàm spiritualia, quā corporalia exercitia; cui spiritualia, spiritualia; & cui temporalia, temporalia, in quibus sic exsoluat omne debitum, spiritus Deo corpus spiritui. vt si qd fuerit intermissum si quid neglectum, si quid imperfectum suo loco suo tempore, suo modo non transeat impunitum, vel irrecompensatum.*

56 Quarta ordinatio est ad spiritualem pugnā circa quod animaduertendum est, quòd virtus, atquè discretio animæ præparantis se ad pugnā debet esse ad certamina sibi competentia, *quia quodlibet certamen faciliter exuperat, qui mētem certamini, ante certamen parat. quapropter qui pacem, quæ de prælij triumpho prouenit, desiderat, ante bellum se præparet. Qui victoriam cupit, pericula consideret diligenter, & qui prosperos optat euentus dimicet arte non casu. prudentia animi, non robore corporis.* Hæc D. Laurentius Iustinianus.

Hæc in tantùm à nobis dicta sunt, vt vim ipsius prudentię sciamus, quàmquè mirabiles sint illius effectus, & ex his quàm nobis vtilis, & necessaria sit pro regimine totius vitæ, quod rationibus etiam demonstrabimus puncto sequenti, & hæc de secundo dicta sufficiant.

PVNCTI TERTII SVMMAE.

1 *Prudentia maximè necessaria cùm pro regimine morali, tùm pro regimine spirituali.*

2 *Vtile pro necessario simpliciter ad finem quandoquè sumitur.*

3 *Sinè prudentia nullus benè operari potest.*

4 *Ad rectam operationem quo requiruntur, & qd quisquè faciat & quomodo.*

5 *Prudentia acquisita apponendus est modus per infusam.*

6 *Prudentia regula est omnium actionum humanarum, & quia rectificatiua, & quia directiua.*

QVo ad tertium conclusio responsiua est. prudentia omnib. & singulis hominibus est ne-
1 cessaria, tùm pro bono regimine morali, tùm pro regimine spirituali: itavt sine illa nō possit quis, nec in quantum homo est rectè viuere, nec in quantum Christianus seipsum dirigere ad beatitudinem æternam.

Probatur primo ex omnibus quæ hactenus diximus per totum punctum secundum. Probatur secundo auctoritate inducta in argum. sed contra ex Sap. cap. 8. vbi comparando prudentiam cæteris virtutibus moralibus dicitur quod *nil vtilius esse potest in hac vita hominibus.*

2 Vbi nota quòd verbum vtilius sumitur pro necessario simpliciter volenti benè viuere, hoc autē patet sic, quia nihil est necessarium nisi quod est magis vtile, quam id quod est vtile tm̄, sed prudentia cōparata alijs virtutib. moralibus, nihil est vtilius, vt dicitur in textu ergò ipsæ sunt necessariæ non tantùm vtiles. verùm quia ibi est sermo de prudentia in quantùm virtus moralis, & per comparationem ad vitam hominis in quantum homo, idest vt ordinatus ad viuēdum secundum rationem ideò.

Probatur tertio alia authoritate quæ habetur Prouer. 3. *Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia, melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri, primi & purissimi fructus eius pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur huic non valent comperari, longitudo dierum in dextera illius; & in sinistra illius diuitiæ & gloria. viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ: lignum vitæ est is, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cœlos prudentia.* Hæc ibi. constat autem quod hæc authoritas magis declarat necessitatem prudentiæ infusæ, quam acquisitæ, vt ex verbis textus conijcere est. Prou. 3

Probatur quarto ratione irrefragabili, hoc modo. Homini volenti viuere secundum rationem, & respectiuè per ordinem ad finem supernaturalem necesse est benè operari (nil enim aliud est 3 benè viuere, quā benè operari, vt vita hoc loco sumatur pro operatione vitali, vt patet) sed nullus potest benè operari sine prudentia ergò omninò ipsa est necessaria. probatur minor, quia ad benè operandum requiritur rectitudo electionis eorū quæ ordinantur ad finem consequendum, atqui sic est, quod talis rectitudo electionis mediorum ad finem non nisi à prudentia est ergò.

Ad hoc enim vt aliquis benè operetur nō sufficit habere quid faciat, sed quomodo faciat. Hæc ratio est D. Tho. p. 2. q. 57. ar. 5. in corpore. 4

Et licet D. Thomas videatur sermonem tantū habere de prudentia morali nihilominus ratio concludit etiam de operatione meritoria, quę nō est sine gratia; quarè numquā homo benè viuere dicendus est, nisi in suis operationibus & actionibus non solum humanis, cæterùm & spiritualib. vtatur prudentia. Et quia prudentiæ humanæ incertę sunt maximè post peccatum quo priuati sumus supernaturalibus, & debilitati in naturalib. & multo magis in intellectu practico, qui est sedes prudentiæ, vndè Prouer. 3. dicitur. *Ne innitaris prudentia tua*, quia reuera incerta, & fallax, & 23. capite dicitur. *Prudentia tua pone modum.* quasi dicatur, quia prudentia tua ex viribus proprijs, & quouis modo acquisita nullo modo sufficere potest pro regula tuarum actionum, ponas 5 inquit tibi modum per prudentiam supernaturalem in petendo tibi à Deo gratiam, cum qua omnis virtus, & hac habita adhuc pone modum per bona opera tua, vt adaucta gratia, & virtutes alię infusæ semper magis adaugeantur, sicq; crescas vsquè ad perfectam beatitudinis diem.

Probatur vltimo per definitionem datam de ipsa regula. Illa enim regula est necessaria omnibus, & singulis hominibus ad benè operandum,

ac

6 ac viuendum, quæ ex sui intima ratione est rectificatiua, & regulatiua omnium actionum humanarum, vel quomodolibet ordinatarum ad aliquem finem: sed talis regula est prudentia, vt superius ostensum est igitur, &c. Hæc de tertio.

PVNCTI QVARTI. SVMMAE.

1 *Actiones humanæ secundum duplex genus considerari possunt nimirùm rei, & moris.*

2 *Certitudo duplex in euentibus singularibus, cognitionis, & conformitatis.*

3 *Prudenti sufficit ordinare ad debitum finem, & debito modo etiam quod effectus non sequatur.*

4 *Regula actionum humanarum nunquam perfecta est per cõsilium alterius, nisi in se habeat rationem benè regulatam.*

5 *Prudentia licet difficilis ad acquirendum obuiã tamen se facit volenti illam.*

6 *Difficultas quæ est ex parte nostri tollitur per auxilium Dei.*

1 QVo ad quartum breuiter dicimus ad argumẽta. Ad primum de minori dicitur quod actiones humanæ possunt considerari, & in ratione rei, vt (inquam) res quædam sunt, & sic admittitur quod sint in continuo motu, & variabilitate. Secundo in genere moris, & hoc modo possunt regulari per virtutes, & quidem infallibiliter, quandiu subsunt virtutibus.

Patet hoc exẽplo alphabeti, quod est quoddã finitum regulans tamen infinitas dictiones, & syllabas.

Ad secundum de minori dicitur quod duplex certitudo considerari potest in euentibus humanis, & actionibus singularib. quarum est pruden-
2 tia, vna quę dicitur cognitionis, & hoc modo nulla datur talium euentuum contingentium certitudo nisi opinionis, cum non sint in potestate nostra. Alia dicitur certitudo conformitatis ad debitum finem, & congruam dispositionem mediorum pro consequendo fine, prout ratio dictat, & hęc infallibiliter, & semper reperitur in verò pru-
3 dente. Namquè is, & semper ordinat suas actiones ad debitum finem, & secundum id quod congruit per rectam rationem optimè ordinat media pro consequutione finis etiam quod multotiens non sequatur effectus, quia potest impediri à causa oculta, & quæ non sit in prudentis potestate. Quarè nec illi aliquo modo imputandus est defectus si per ipsum non stetit, hac de causa dicitur quod *cogitationes mortaliũ timidæ sunt, &c.*

Ad tertium dicitur quod licet homo possit se gubernare per alterius consilium, nunquam ta-
4 men vt sic, erit perfectè prudẽs, quia potissimum quod necessarium est in verò prudente, est quod habeat in seipso rationem benè regulatam, & bonam finis affectionem, hæc autem non nisi imperfectè per alterius consilium consequi potest, vndè non est par ratio.

Ad quartum dicitur quod vtiquè prudentia est in paucioribus, negatur tamen sequela ergò, 5
ipsa non est regula necessaria omnibus, & singulis. Imò hoc attestatur suæ perfectioni, quam ex ignauia, siuè quacunquè alia praua dispositione, vt plurimum negligunt homines illam quęrere, & procurare, vt habeant; cum tamen se obuiam faciat, quæcunquè virtus cuicunquè volenti illas, & diligenter instanti pro illis habendis.

Dicitur secũdo quod difficultas tota est ex par- 6
te virium nostrarum, secus si cooperemur diuino auxilio, quod nobis prę̀sto est, si illis (inquam) non apponamus obex, & impedimentum. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAE.

1 *Regula manutenenda pro cõseruatione prudentiæ.*

2 *Prudentia multiplex est totalitas, multiplicesq; partes per ordinem ad diuersas totalitates.*

3 *Prudentiæ inquantum cognoscitiua quas partes habeat, & ratio sufficientiæ illarum.*

4 *Prudentia inquantum directiua actionum partes, & sufficientia illarum.*

5 *Quinquè prudentiæ partes maximè necessariæ pro ea conseruanda, & quæ.*

6 *Memoria præteritorum necessaria omninò in verò prudente.*

7 *Exemplis, & factis sanctorũ cur velit Deus nos memorari pulchrè declaratur.*

8 *Collum longum, & flexibile cur natura dederit cigno, & serpenti, & quid significent.*

9 *Prudentiæ partes integrantes rectè insinuantur per dictum Angeli ad Esdram 4. Esdrę cap. 4.*

10 *Maximè, & plurimi fructus per prudentiam nobis proueniunt secundum Augustinum.*

11 *Docilitas duplex ex parte scientiæ, & addiscentis.*

12 *Docilitas quid sit.*

13 *Solertia quid secundum Aristotelem in speculat: & moralibus.*

14 *Eustochia, & solertia quomodo differãt, & qualiter necessaria.*

15 *Senum consilium maximè necessarium volenti acquirere prudentiam.*

16 *Excusatur nullus à prudentia consequenda, qa eam ex aliorum consilio acquirere potest.*

17 *Patres reprehenduntur qui curant filios habere, prudentes in humanis, non in spiritualibus.*

18 *Prudentiam infusam vnusquisquè habere potest si vult.*

19 *Omnes homines Dei docibiles quomodo intelligendum.*

Com-

respicit, de futuris prouidere sciat; memoria est
6 est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Intelligentia per quam prospicit ea, quæ sunt, prouidentia per quam, quæ futura sunt coniectatur.
Seneca Hinc Seneca de quatuor virtutibus. *Si prudens fueris animus tuus tribus temporibus dispensetur præterita cogita, præsentia ordina, futura præuide*, & Arist. pro documento dixit Alexandro, *Annales patrum discute, indè poteris exempla bona extrahere, quia acta præterita dant certum documentum in futuris.*
Arist.

7 Hoc modo Iudas Machabęus fortissimus bellatorum, suis militibus dicere solebat. *Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri. & nunc clamemus in cęlum, & miserebitur nostri Dominus.*
1. Mac. cap. 4.
August. Hac enim de causa voluit Deus sanctorum commemorationes fieri in Ecclesia. *Vt immitari non pigeat, quos celebrare delectat*. Sic Thobię. 2. de sanct. Thobia legitur. *Hanc tentationem, ideò permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientia eius. Sicut & sancti Iob*. Maximum enim iuuamen nobis est cum prædecessorum nostrorum acta intuemur. Sicut exemplar ante oculos pictoris multum sibi prodest; *Sermo enim viuus, & efficax, exemplum operis est, plurimum facits suasibile quod auditur, dum mõstrat factibile, quod suadetur.* & sermone 16. ad sororẽ. in exponendo verba cant. 7. *quam pulchri sunt gressus tui, in calceamentis filia principis*. inquit. *quæ sunt calceamenta Ecclesiæ, nisi exempla sanctorum patrum, quibus in via huius sæculi munitur?* Ad varium aspectum virgarum quas artificiosè Iacob, immisit in canalibus, oues vario modo fætus pariebant, sic nos ex vario aspectu ad virtutes prædecessorum ad illarum amplexus factusquè spirituales prouocamur. Hinc Ambros. serm. 14. de S. Nazario, & Celso, admirans ait. *Quanta est Dei nostri circa nos sollicitudo. Illos examinat, vt nos erudiat. illos conterit, vt nos acquirat eorum cruciatus nostros vult esse profectus.*
ser. 45. de sanct.
Thob. 2
Bernar. serm. de S. Bened.
Gen. 30
D. Amb.

Grisost. Et Grisost. serm. 16. de exẽp. SS. *Propterea sanctorum omnium vitas, & conuersationem in diuinis scripturis præscriptam, Spiritus sancti gratia reliquit, vt videntes, quod licet, eiusdem fuerint naturæ; virtutib. tñ studuerit, ne simus nos ignaui, & desides in eisdem exercendis.* ò maxima prudentię virtus. Hoc modo inducebat Apostolus Cor. *Nequè idolatræ efficiamini sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est, sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Nequè fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia, nequè tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt, et à serpentibus perierunt, nequè murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionẽ nostram in quos fines sæculorum deuenerunt*. Vbi vides, quam congruè trium dictarum conditionum mentionem faciat.
1. Corin. cap. 10

Erant enim Corinthij in huiusmodi defectib. quos exprimit, quarè inducit pœnas illatas pro consimilibus, vt cauti sint ne illis eueniat idẽ. sed sibi prouideant in futurum. Collum longum, & 8
flexibile natura dedit, & cigno, & serpẽti, hac de causa, vt possint retro aspicere sibi ipsisq; cauere ab insidijs. aspiciendo retro, hoc simile contulit homini per rationem. vt præteritis benè memoratis, præsentibusq; consideratis præuideret, quæ futura sibi sunt. An melioris conditionis erimus nos quàm fuerint patres nostri? an si illi tantũ per viam prudentiæ ambulantes salui facti sunt, & q auerterũt se à iustitia, verè perierunt; aliter eueniet nobis? nequaquam. *Deus semper*. idem inquit August. secundo. Soliq; *nouerim te, nouerim me.* August.

Hæc tria voluit insinuare angelus Esdrę. quando sibi dixit. *Reuoca diem præteritam; mensura flatum venti. & pondera ignem.* Tunc reuocamus diem præteritum quando memoramus beneficia 9
Esd. 4
nobis collata in bonis naturæ, fortnuę, vel gratię; vel quando recordamur peccatorum commissorum, vt pęniteamus. sic Ezechias illos reuocauit cum dicebat. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*. Ps. 34. Sic Dauid cum aiebat. *Delicta iuuentutis meæ ne memineris Domine.* Tunc mensuramus flatum venti, quando intuemur præsentia vitæ nostræ, quia sunt veluti ventus, imò *ventus est vita hominis ad modicum comparens*, transiui, & ecce non erat. & quod *vniuersa vanitas homo viuens.* Ponderatur ignis, sed quomodo cum sit leuis tendatq; sursum? imò nulla res grauior igne. quia nullus ignem sufferre potest, nã res quantumuis grauis aliquo modo portatur, vel supportatur at ignem quantumuis paruum, & modicum nullo modo sustinere, aut sufferre possumus, & nihilominus, velimus, nolimus, si non fuerimus prudentes illum portabimus, & sustinebimus. & quod magis est, hoc pondus ad mensuram dabitur nobis, quia *scdm mensuram delicti erit plagarum modus*. Deut. 25. O quanta bona cõfert nobis prudentia, quarè Aug. ad fratres in eremo serm. 4. qui inscribitur de prudentia, inquit. *Prudentia nobis necessaria est, quia docet quid fugiendũ, & quid tenendum sit. prudentia docet te vt nõ superbias; ne mireris de reb. transitorijs cum sint caducè, & ea, quæ possides, tanquam aliena possidere aduertas. prudẽtia docet te, vt quę non potes perpetuò tenere, fructuosè permittas abire. prudentia docet te, vt in cunctis semper idem sis, tàm in prosperis, quàm in aduersis. prudentia testimoniũ veritati, nõ amicitiæ reddit. prudentia cum discretione promittit, & promissum accelerat, & amplius quàm promittit præstat. prudentia docet te quomodo præsentia ordines, quomodo præteritorum recorderis, & quomodo futura prouideas.* Hęc ille ex quibus adhuc magis patet prudentię necessitas. 10
Ezec. 38
Ps. 34.
Iob 7.
Ps. 34.
Deut. 25
D. Aug.

Hæc de prima regula acquirendi, ac conseruandi

uandi prudentia in nobis per ordinem ad tres illius principales conditiones illam integrantes.

Per ordinem ad docilitatem, siuè docibilitatem. aliam præclaram assignamus regulam pro
11 acquirenda, & conseruanda prudentia. animaduertendo prius circa nomẽ ipsum. Docibilitatis. quòd strictè loquendo, Docibilitas se tenet ex parte scientiæ, quam discimus, & illa dicitur docibilis, quæ facilè potest acquiri propter metho-
Reg.33. dum facilem, & breuem. Docilitas verò se tenet ex parte addiscentis modo quo de Salomone legimus, quod petijt sibi dari cor docile. At quia Ioã. 6. Christus Dominus noster, post verba.
Ioan. 6 *Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Subdit pro declarando huiusmodi tractu patris. *Est scriptum in Prophetis. Et erunt omnes do-*
Hier. 31 *cibiles Dei.* quod dictum educitur ex illo Hier. 31. *Non docebit vltra vir fratrem suum, quia omnes cognoscent me.* & Isa. 54. *Ponam vniuersos fi-*
Isa. 54. *lios tuos doctos à Domino.* Hac de causa. indistinctè Doct. Vtuntur nomine docibilitatis pro do-
12 cilitate, quę nihil aliud est. *Nisi bona quædam aptitudo, & dispositio in nobis ad suscipiendum cognitionem ab alio quam à nobis ipsis consequi minimè valemus:* & sic opponitur solertiæ, quæ vt do-
13 cet Arist. 1. post. *Est facilis, & prompta coniecturatio circa inuentionem medij. in speculabilibus.* In operabilibus autem *est bona coniecturatio de quibuscunq; effectib. siuè euētib. secũ q̃ rectam acquirimus extimationem de operandis à nobis.* & suo nomine proprio dicitur Eustochia, vt pa-
Ethic. 6 tet ex Aristot. in 6. Ethic. quemadmodum ergò *Eustochia* in his, qui viuaces sunt ingenio pluri-
14 mum valet pro acquirenda prudentia per seipsũ. Ita docilitas omninò necessaria est his qui carent huiusmodi Eustochia, & viuacitate ingenij. nimirùm vt humiliter, & attentè suscipiant documenta ab alijs prudentioribus.

Cum enim prudentia consistat circa particularia operabilia, in quibus sunt quasi infinitę diuersitates non possunt ab vno homine sufficiẽter omnia considerari, nec per modicum tempus, sed per temporis diuturnitatem; vndè in his quæ ad prudentiam pertinent maximè indiget homo ab alio erudiri præcipuè à senibus, qui sanum intellectum adepti sunt circa fines operabilium, vndè
15 Philosophus dicit in 6. Ethic. *Oportet attendere expertorum, & seniorum, & prudentium in demonstrabilibus enunciationibus, & opinionibus, non minus, quam demonstrationibus propter experientiã*
Prou. 3 *enim vident principia.* Hinc est quod Prou. 3. Vt iam superius nos induximus, dicit. *Ne innitaris*
Eccl. 6. *prudentia tuæ,* & Ecclesiast. 6. *In multitudine presbyterorum,* idest, seniorum, *prudentium, sta & sapientiæ illorum ex corde coniungere.* Hoc totum pertinet ad docilitatem, vt aliquis sit benè disci-
D. Tho. plinę susceptiuus. Hæc ex D. Tho. 2. 2. quæst. 49. artic. 3.

Hæc autem max. verificantur de prudentia acquisita. ad quam est necessaria talis aptitudo in addiscente.

Nec obijciendum est quod talis docilitas, siuè aptitudo ad benè discendum sequitur dispositionem cõplexionis, & est à natura. equidem hoc admittimus in hoc sensu, quod vnus alio habilior sit ad talem cognitionem suscipiendam. se- 16
cundum meliorem complexionem naturalem. nihilominus ex quo omnis homo naturæ est intellectualis, & naturaliter inclinatur ad sciendũ, vt in secunda conclusione ostendimus, consumatioquè, ac perfectio est à doctore extrinseco, & conuersatio cum sapientibus, & prudentibus est in nostra libertate, ac electione, nullus excusari meritò potest, si non omnem conatum adhibeat pro acquirenda prudentia. Videmus .n. quã ardentes sint, & attenti, dediti carnalib. p̃ nouis modis addiscendis, vt facilè suas possint malas adimplere voluntates. Videmus qualiter non dedignantur mercatores pro diuitijs cõgregandis, suos transmittere filios ad remotissimas partes,
cum omni dispendio, vitæ, & pecuniarum, moti tũ hoc desiderio, vt filij ipsorum sint astuti in 17
omni prudentia humana, & tũ in hoc vno, quod est principalissimum, nimirùm pro prudentia acquirenda in ordine ad bonam vitam, & rectã operationem cum dñi timore, nullus, vel pauci mouentur, sed dormiunt omnes, dolentquè q̃d prudentia non sit facilis acquisitionis. æquidem fateor quod omnes non sunt æquales, attamen necessaria facilè possent consequi, si seipsum vnusquisquè docilẽ se preberet. quarè fiunt de mẽtes, & omninò inutiles. Vt inquit Hesiodus in suis carminibus.

Optimus ille est, qui per seipsum omnia nouit,
Is rursum bonus paret, qui recta monenti.
At qui ex se nescit cuidã nec porrigit aures.
Vt bona percipiat demens, & inutilis ille est.

Verùm quid quid sit de hac prudentia acquisita, infusã vnusquisq; habere potest, si velit, nec se opponat magistro parato ad docendum. Vndè
Grisost. exponendo sent. inductam. *Et erunt om-* Grisost.
nes docibiles Dei, inquit. *Si omnes erunt docibiles*
Dei, qualiter quidam non credunt? Resp. *omnes,* 18
ait. *qui nolunt magister enim presidet omnibus discipulis, paratus effundere omnib. doctrinam. nam de Christo scriptum est. quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. quõ omnem* 19
hominem? æquidem quantum sit ex magistro docente. omnes enim homines sunt docibiles, quia doctrina Dei capaces naturaliter sunt, & nunc magis quam alias. quia tunc, idest ante tempus gratiæ, vt idem Grisostom. ait per homines discebant, quæ erant Dei. nunc autem per vnigenitũ, & spiritum docet nos pater, & ideò Xp̃us immediatè postquam dixerat discipulis, vt essent prudẽtes sicut serpentes, subdit. *Cum steteritis ante Reges,*
& præsides nolite cogitare quõ, aut quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. quid est hoc? nil aliud nisi ostendere, quod Mat. 10
quantum

quantum fuerit in magiſtro paratus erat docere reſponſa,quæ adeò eſſent prudētia,vt omnes audientes traherentur in admirationem, nec haberent quid opponerent. ſed tantùm ſcandeſcerent iraſcentes,& delirantes. quid ergò requirebat à ſuis diſcipulis,tunc in tali caſu. forſan nihil? hoc ſolum ſufficiebat Chriſto, vt in illo tunc eſſent dociles. & dociles erant qm̄ ſe in omnibus committebant Deo,in his,quæ non poterant pro
20 pria facultate, vt alibi docuimus.

Intuere(quæſo)quod dicimus in B.Margarita, (vt de Apoſtolis pro nunc, & infinitis alijs ſanctis taceamus)quando interrogata à præfecto Olimbrio vt nomen, & religionem ſuam ſibi edi-
21 ſceret.Reſp.illa *Margarita vocor,genere ſum nobilis,Religione Chriſtiana*.tunc præſes. *Duo prima conuenientia ſunt,tertium verò abſurditas eſt. nā quid ſtultius,quam vt Deum ſibi quis faciat Crucifixum?* Audi virginem reſpondentem. *Vnde; dic,oro didiciſti,Dominum Ieſum fuiſſe Crucifixū?* Ait Præſes.*Ex libris Chriſtianorū*. Cui Margarita.*quanam verecundia eſt,vt cum in eiſdem libris legatur,& pœna Chriſti, & gloria,alterum credatis,alterum reſpuatis?* Adſint(quęſo)omnes mundi ſapientes, & ſuam proferant ſententiā ſuper tale reſponſum,num melius, & congruentius, & efficacius potuerit conuinci tyrannus.non habuit quid vltra adderet, ſed omnis amor carnalis, quò in corde ſuo ardebat in concupiſcentiā Margaritæ, pęnitus extinctus eſt; in iramquè conuerſus, qua diſcecabatur in intimis; Ad tormenta non amplius ad blandimenta venit.& quarè?quia conuictus & confuſus remanſit.

Interrogo igitur te ò Chriſtiane lector.vbi D. Margarita edocta fuit?in qua ſchola?quo præceptore?certò non alio ſtudio, quam animi ſui docilitate,nutrita in Chriſtianorum ſchola, & Dei timore,ac amore, docente illam, tunc Spiritu ſancto, qui ſpopondit omnem prudentiam pro loco,occaſione, & neceſſitate.

22 Secunda igitur regula tibi ſit pro acquirenda vera prudentia, illaquè conſeruanda, vt cor habeas rectum ad Deum. Conſiliaquè tua in ipſo permaneant, petaſquè cor docile cū Salomone, & prudens eris.

Tertiam adhuc regulam tibi aſſignamus per ordinem ad conditionem prudentię,quam vocauimus circumſpectionem. quam ſi diligenter notaueris iam eris perfectè prudens.nec alio egebis pro acquirenda,vel conſeruanda prudentia.

23 *Circumſpectio* dicebamus,*eſt,quaſi circunſtantiarum, & circunſtantium inſpectio*. numquam enim negotia quæuis, rectè fient, niſi optimè attendantur circunſtantiæ modo quo dictum eſt. inter omnia autem,quæ faciunt nos pudere in actu peccandi, eſt circunſtantia perſonarum, & quanto maior erit conditio, & dignitas perſonæ aſtantis,& videntis nos peccare, tantò magis verecundamur.hinc videmus maximè in venereis, quod nec pueri præſentiā ſuſtinemus (niſi ſimus omninò perditi homines) imò, & qui nupti ſunt cum propria vxore erubeſcunt videri. etiam qđ licitè coeāt.Imò etiam quod certò immaginetur, quod qui vir eſt. ſeu coniunx. ab omnibus ſciri, & certò teneri,quod inter eos eſt coniunctio carnalis, adhuc tñ non auderent ſe commiſcere,ad 24
præſentiam cuiuſuis non quidem ducti timore,q̄ poſsint in aliquo reprehendi, ſed ſic dictante ratione.propter inhoneſtatem actus,ex ſui natura. Vndè & gaudent quòd ſciatur illos habere actus coniugij.& tamen nullo modo curant videri,&c.

Multò maiorem inducit erubeſcentiam quicunquè actus peccati(ſi compotes ſimus rōnis)& quia peccatum primam radicem ponit in corde per cogitationem,curandum eſt,vt etiā prima obſtacula pariter latentia in corde noſtro ponamus. videlicet quòd pudeat cogitare, quod puderet agere.& q̄a pudet magis agere malū viſū ab alijs magis pudendum eſt,in conſpectu Domini delinquere.q̄s (quæſo) in principis faciē audeat quouis modo delinquere? & quantò minus in illius offenſam,& iniuriam?

Regula ergò efficaciſsima ad ſemper rectè operandum, & nunquam peccandum eſt prudenter 25
aduertere circumſpectionem Dei, ideſt cogitare quod Deus videt nos. Hoc eſt quòd dicitur Eccleſiaſt.14.*Beatus vir,qui in ſenſu ſuo,* ideſt, ſenſate,& prouidè *cogitabit circumſpectionem Dei*; Eccl.14
videlicet ſe videri à Deo. & ſi hoc agas ſufficit.

Videmus ſeruos,& famulos ſiuè ancillas quando ſunt in exercitio aliquorum operum, ſi aduertant ſe videri à Dominis, vtuntur omni diligentia in opere, ne illos, vel in modico offendant. quare?quia cogitāt circumſpectionem Domini, & æri.

Et ſcito quod qui hanc viam ſequuntur nulla alia egent regula in ſuis operationibus, ſed illicò fiunt perfecti,nec hoc nos ſomniamus. ſed ipſiſſima veritas eſt. Vide (quæſo) q̄d dicat Deus ſeruo ſuo Abraham. Gen.17.*Ambula*,inquit *coram me,& eſto perfectus*.declaremus hanc ſententiā, Gen.17
nam illius declaratio noſtra eſt inſtructio. in duplici ſenſu poſſumus declarare hanc ſententiam. primò vt dicatur,ex hoc quod quis ambulat co- 26
ram Deo,ita vt Deus illum videat ſit Beatus. & ſi hoc modo dicatur Ergò omnes ſumus beati, q̄a omnes videmur à Deo, nec aliquid latet illum, cum omnia ſint oculis eius aperta. & ſic, ſiuè benè, ſiuè malè agamus erimus beati.Hāc declarationem vellent facinoroſi, & peruerſi, ſed abſit talis ſenſus.taliſquè peruerſa intelligentia.

Dicendū igitur quod alia ſit intentio Spiritus ſancti in dicta ſententia, videlicet quod qui ambulat coram Deo,ſimùlquè aduertit in omni;ſua actione quòd videtur ab illo, & ſi male agat, iam nouit ſe agere contra ſuum Deum, & Iudicem, ſi benè,quòd erit merces operibus ſuis hinc ſequitur cum cogitat ſe non poſſe facere quod Deus illum non videat, iam reſoluit,& animo reueren

ti,& deliberato stabilit se nolle amplius peccare,ne offendat Dominum suum à quo vigilanter intuetur,& consideratior vsquè ad intima quasi
Iob 2. obseruator suarum viarum,dicitquè cum Iob. *Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas,& vestigia pedum meorum considerasti.* Iste est verus sensus dictæ sententiæ; Nó certè cæcus est beatus,quia videtur à sole; sed si ipse solem videre posìit: quod quis videatur à Deo, hoc non facit illum Beatum; sed si ipse intueatur,imò studeat benè videri à Deo, hoc facit illũ esse beatum.

Hinc vides quod Deus dicit Abrahæ. *Ambula coram me,& esto perfectus.* quasi dicat. Vis esse perfectus? ambula coram me.& si magis queris scire hoc,attende quid dicat Dauid. *Seruaui*, inquit *mandata tua, & testimonia tua, quia omnes via mea in conspectu tuo.* est dictũ causale exponendum hoc modo,quia omnes viæ meæ fuerunt in conspectu tuo,videlicet cogitando me videri à te,ideò custodiui mandata tua, & testimonia tua.
Ps.118

Et si diligentius attendamus: finis incarnationis filij Dei pro salute nostra,fuit,vt nos ambularemus in conspectu Dei,hancquè habeamus circumspectionem ex consequenti. vt simus beati:
27
Luc.1. Vide quid dicatur Lucæ primo de Messia Saluatore nostro cur aduenerit. *Iusiurandum*, inquit, *quod iurauit ad Abraham Patrem nostrum daturum se nobis.*(Hoc iusiurandum certè fuit incarnatio verbi)sequitur effectus,& finis; *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati,in sanctitate,& iustitia coram ipso.* nota, ly, *coram ipso.* (*seruiamus illi*,die ac nocte.) benè ergò dicit Abrahæ. *Ambula coram me, & esto perfectus*, benè suadet nos sapiens. *Beatus qui in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei.* Hoc modo conuicit Thaidem meretricem. Sanctus ille Eremita, qui agebat ad illius conuersionem, bono quoddam
2.Corin. 12. dolo,decipiendo illam secũdum illud 2. Cor.12. *Cum essem astutus dolo vos capi.* more medicorũ, qui dicuntur decipere infirmos ad illorum salutem: nã positi in abditissimo loco, quasi peccandi animum haberet, qui proculdubio in muliere aderat. quæsiuit num aliquis eos videret, maxima cum instantia,& cordis anxietate.cui respondente muliere,quod *solus Deus poterat illos videre.* Resp.& hoc plusquam satis est, & minus malum esset videri à toto mundo, quam à solo Deo. Vndè & conuersa est, & fuit, & est speculum pœnitentiæ, vt ex historia notissima omnibus patet.
28

Non igitur impossibile tibi appareat nó posse consequi veram, & perfectam prudentiam cum hęc sola reg.tibi sufficere possit,si maximè aduertas Deum circunstare tuis actionibus. illasq; contemplari ad mortem,vel ad vitam. Hæc de toto quæsito.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Principes,& qui sunt in potestate constituti teneantur alicui regula, & maximè suis legibus.

ET videtur quod non. primo quia *Regula, & mensura debet esse certissima.* vt dicitur in 10. metaph. aliter non posset certò, & infallibiliter regulare,& mensurare. Sed Regimẽ principum est sua natura incertum, & varium secundum varietates personarum, & negotiorum. Ergò principibus vacantib. regimini non potest certa regula assignari. Tex.3. & 4.

Præterea per eundem philosoph. ibidem *Omnia qua sunt vnius generis mensurantur aliquo vno,quod est primum in tali genere.* cui repugnat mensurari per aliud aliter non esset primum. Hoc idem in fff. prohęm. habetur.

Sed principes sunt primi in suis prouincijs, & regnis. Nam *Princeps* dicitur, *& quia est primum caput, & quia prima capit sibiq; debentur.* ergò.

Vlterius contra id,quod dubitatur vtrum teneantur suis legibus. apparet quòd non.quia nec voluntate,nec voto, nec iuramento, nec pactione,aut quouis alio modo obligantur suis legib. ergò nullo modo eisdem tenentur.

Vlterius *Princeps legibus solutus est*, vt inquit Papi.& habetur ff. de legib.l.princeps,& ratio suffragatur, quia *potentia actiua est principiũ transmutandi aliud in quantum aliud*, vt dicitur 9. metaphys.constat autem quod non est aliud à seipso,quarè nec in seipsum agere potest. ergò. Com. 2.

Sed contra est definitio regulæ assignata. qua dicitur,quod datur ad regulandum, & rectificandũ ea,quę aliorsum flectere possũt. At principes, & *superiores quanto in maiori sunt statu,tanto in maiori periculo sunt ad casum*, vt inquit August. D.Aug. in regula.ergò.

Pręterea Innoc.III.in cap.cum omnes, ext.de constitutionibus expressè dicit. *quod quisq; iuris in alterum statuit,ipse eodem iure vti debet.* Innoc.3

Respon.dicendo quod sermonem habituri de principib. & cum principib. non nisi maxima cũ humilitate,& reuerentia nobis loquendum est.

Ita tñ quòd non deflectamus à veritate, sed eã pro viribus ostendamus,declaremus,ac tueamur. memores iudiciorum Dei,& eo magis, quoniam vt inquit Senec. in quadam sua epistola. *Omne genus hominum in curijs magnatorum reperitur, vno genere excepto,nimirùm veritatem dicentiũ.* Et vtinam sic non experiremur.vt in pluribus. Senec.

Et ordinem prout in superiorib. seruabimus. diuidendo tamen secundum punctum in duo quęsita pro legentium commoditate.

PVN-

PVNCTI PRIMI.
SVMMAR.

1 *Principis nomen dignitatis est, nec non laboris.*
2 *Princeps ad rempublicam comparatur, & vt persona quadam, & vt superior.*
3 *Princeps ex debito tenetur ad custodiam reipublica sibi commissæ.*
4 *Communitas omnis habens iurisdictionem potensque condere leges sub nomine principis comprehenditur.*
5 *Regula principis non potest esse aliqua virtus specialis, sed generalis.*

QVo ad primum supponendum est pro quæsito, id quod prę oculis etiam principes habere debent, quod populis præponuntur non ea tm̄ ratione, vt prę sint, sed magis vt p̄sint, est enim
1 *nomen principis non solum dignitatis, & praeminentia*, vt dictum est inter arguendum, & habetur in glos. c. fundam. de elect. in 6. *sed etiam laboris*, vt apertè dicitur C. de princip. agentium in rebus l. prima, vbi habentur hęc verba. *Agentes in rebus post palmam laboris, & meriti principatus honore remuneramus*. Quasi *in palmam, & victoriam seu finem laboris*, vt inquit gl. ibidē, & dicitur *Principatus*, quasi *princeps agentium in rebus quod vtiquè fit per laborem, non suffragio decurrente matricula*. vt patet C. de quęst. & mag. off. l. 1. dupliciterq; comparatur princeps
2 ad rempublicam, quam regit, & vt persona quędam, & sic est nobilissima pars reipublicæ pollēs opibus, authoritate, scientia rei militaris, alijsq; pręsidijs, quibus respublica defenditur. Quarè vt sic tenetur pro viribus rempublicam tueri, ac p̄indè alios dirigere, sicut membrum nobilius dirigere solet ignobiliora. In quantum verò est superior communitatis cui ex officio incumbit publici boni curatio, tenetur ad eandem rempublicam obsequia omnia pietatis externa ex l. iustitiæ. Comparatur enim tunc non vt pars ad totū, sed vt pars ad partem. Siquidem tota respublica se habet ad principem sicut particularis persona ad custodem, quem stipendio ad se tuendam, &
3 custodiendā conduxit. Ob quam causam procuratio boni communis maximè pertinet ad ipsū.
D. Tho. Vndè D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 6. ait, quod *virtus in principe se habet architectonicè, & principaliter in subditis verò secundario, & veluti administratiuè*. Nomine autem principis hoc loco com
4 prehendimus omnem etiam communitatem, quę gaudeat iurisdictione habeatq; facultatem leges condendi in ordine ad bonum publicum. Cū ergò dicitur in quęsito. Vtrùm *Principes, & qui sunt in potestate constituti*, complectimur omnem habentem iurisdictionem, & facultatem leges condendi.
5 *Teneantur alicui regula, & maximè suis legib.* Certè cum principes sint personæ publicæ relinquitur quod regula ipsis necessaria inquantum principes, debeat esse aliqua virtus, non quidem specialis, & perfectiua personæ, vt sic; cæterum, vt perfectiua eiusdem per ordinem ad bonū publicum. Et hac de causa distinguimus hoc quæsitum à præcedenti, quod erat commune omnib. & singulis; & sic patet sensus quæsiti.

Quęrimus enim, *vtrū principes*, &c. *teneantur alicui regula*, quę sua vi, & efficacia sit per se, primo ordinatiua actionum principis ad bonum cō mune, & sic etiam *teneantur suis legibus*. Hæc de primo.

QVAESITI PRIMI
SVMMAR.

1 *Principis bonitas ex qualitate bonitatis quę in subditis necessaria est facilè pensari potest.*
2 *Virtus cuiuslibet subditi est, vt benè subdatur ei à quo gubernatur.*
3 *Princeps ideò pręficitur, vt ordinem habeat ad bonum publicum.*
4 *Legis cuiuscumq́; est facere bonos, & virtuosos subditos.*
5 *An subditi inquantum subditi debeant esse boni simpliciter, an per ordinem tantùm ad officia reipublica.*
6 *De homine contingit loqui dupliciter, vt principi subditus, & vt legi subiectus quomodocumquè.*
7 *Leges humana quomodo dicantur homines facere bonos.*
8 *Leges ea solum imperant, vel vetant, qua sunt secundum virtutem.*
9 *Circumstantia actionum praeceptarum, an sub intentione legis, aut legislatoris comprehendantur.*
10 *Legislator qui non sit tyrannus ad veram virtutem intendit inducere subditos.*
11 *Subditus bonas pręstans operationes secundum substantiam satisfacit legi, licet non legislatori.*
12 *Societas ciuilis, & politica, non humanum inuentum est, sed diuinum, & naturale.*
13 *Subditos necesse est concordare per ordinem ad bonum publicum.*
14 *Subdito necessaria est vera virtus, vt promptè, & perfectè subijciatur legibus.*
15 *Legum obseruantia etiam ad virtutes infusas disponit.*
16 *Legis intentio duplex, ex duplici comparatione.*
17 *Christianus subditus omninò tenetur veram habere virtutem, & non secundum exteriorem actionem tantùm.*
18 *Virtus vera tantùm congruè disponit ad fælicitatem.*
19 *Legis iusta transgressio obligat semp ad aliquā culpam.*

QVo ad secundũ ꝑ primo quęsito aliqua præmittimus, ex quibus facilè erit deducere conclusiones.

Ad inuestigandum autem qualis, & quanta bonitas, & virtus siuè perfectio debeat esse in principe quatenus benè & congruè principetur. Altiori discursu à nobis præstandum est. & ni fallimur, ex comparatione ad bonitatem, quę requiritur in subditis, facilè erit deducere bonitatem principis. 1

Pro huius verò declaratione non aliundè sumenda sunt fundamenta, quam ex D.Thom. doctrina, quam vnicam, & singularem tradit 1. 2. q. 92. art. 1. vbi quęrẽdo de legibus in communi per ordinem ad sui primarium, & principalem effectum. proponit vtrum *effectus legis sit facere homines bonos.* Et in corpore articuli assumit hanc præclaram, & memoriæ comendandam sententiam. *Cuiuslibet subditi virtus est, vt benè subdatur ei, à quo gubernatur; sicut virtus irascibilis, & concupiscibilis in hoc consistit, quod sint benè obedientes rationi; & per hunc modum virtus cuiuslibet subiecti est, vt habens virtutem benè subijciatur principanti. Vt Philosophus dicit in 1. Politic.* & subdit concludendo intentum. *Ad hoc ordinatur vnaquæq; lex, vt obediatur ei à subditis. Vndè manifestum est, quod hoc sit proprium legis inducere subiectos ad propriam ipsorum virtutem.* Hęc D.Thom. D.Tho. 2 Cap. vl.

Vbi vides quod D. Thom. comparat virtutẽ subditorũ ad principem virtuti irascibilis, & con cupiscibilis ad rationem. quæ virtus nihil aliud est, nisi quædam habitualis conformitas ipsarum virium ad rationem regentem, & principantem. vt idem D.S. docet 1. 2. q. 56. art. 4. tota namquè perfectio huiusmodi virium est, quod omninò regulentur secundum rationẽ, quæ in homine prædominatur, si tamen viuat vt homo, &c.

Tunc igitur subditus erit perfectus in virtute modo quo decet subditum, quando in omnibus, & per omnia se obediẽtẽ exhibebit ad iussa principantis, quod si iussa principantis ordinentur ad verum bonum, vt pro nunc supponimus deberi, & patet ex iam dictis, quia nulla ratione præficitur princeps, nisi per ordinem ad bonum subditorum. Relinquitur quod lex faciat subditos verè bonos, tunc vltra procedendo dicamus, proprium virtutis est, & de illius ratione facere bonos illam habentes. ergò à primo ad vltimum. legis est facere homines bonos, & virtuosos. 3 4

Et suratur in quo principaliter consistit huiusmodi virtus subditi num in hoc, quod sit bonus simpliciter, non solum in quantum subditus; sed etiam in quantum homo: siquidem nulla repugnantia est, quod aliquis sit bonus seruus in actibus seruilibus, & tñ in personalibus sit malus homo, vt in dies experimur; quemadmodum eñ non repugnat aliquem esse bonum ciuem, in his, quæ spectant ad bonum commune reipublicæ, & alias malum virum, & esse põt aduocatus benè consu- 5

consulens,& malè viuens Senatus benè iudicans in causis publicis,& secreto aliena rapiens.Pręses benè disponens de publicis,& malè operãs in priuatis: Gubernator vigilans prudenter in communibus,& tñ in personalibus delinquens? & sic de alijs.ista si vera approbentur,prout vera sunt. nihil aliud exigi posse à subdito videtur, nisi quod pro loco,tẽpore, & occasione sit paratus ad obediendum dispositionibus sui principis. Istud autem præstare non est quid magnum, nec facere subditos bonos simpliciter, sed secundum quid per ordinem(inquam)ad talem finem,&c.

Verè admittimus totum discursum, quia reuera sic est.nam si princeps habeat quod promptè obediatur in suis legibus.& intentionibus sibi satisfactũ putare debet, nec vlterius perquirere potest,mobiles enim iam habet princeps suos subditos per ordinem ad bonum commune quod sufficit.

Caiet. His rationibus Caiet.in exponendo ar.ex quo verba supradicta exserpsimus. dicit quod D. Thom. hoc loco sermonem habet de legibus in communi,non de lege humana in speciali,& quia homo in quantum homo licet in interioribus nõ
6 videatur subiectus terrenis principibus in hoc, quod est esse intimè virtuosus, attamen, cum sit quilibet homo subditus non solum, legibus humanorum principũ,sed etiam legi naturali,& amplius legi diuinæ,iam apparet quod est, circumquaq; septus,& circundatus intus, & extra. quapropter non obstante,quod lex humana non cogat illum ad vitam virtuosam in interiori homine,vt sic,adiuncta tñ lege diuina,& naturali simul cogunt totum hominem ad veram virtutem, & ideò ad hoc,vt sit bonus simpliciter. Cui expositioni consentiunt Conradus, & Medina in suis commentarijs alijq; expositores.

Quibus, & nos libenter assentimur. At cautè accipiendum est quomodo leges quæcunque etiam humanæ dicantur esse de actibus virtutũ, & quod illorum effectus est facere homines probos.non enim hoc intelligendum est formaliter,
7 quia sic virtuti tñ congruit. ipsa namquè virtus sola inhærens est,quæ homines virtuosos formaliter facit.vt ex D.Thom.1.2.q.55.art.3.ad quartum habetur. D.Tho.

Intelligitur ergò causaliter, & dispositiue, & eo modo quo dicitur, & est in Prouerbio, qđ *ex frequentatis actibus fit habitus*, idest acquiritur *virtus*.quia (inquã) fabricando fabrifimus,& ex familiari continuatione ad benè operandum efficimur virtuosi.sensus itaq; dicti est. quod leges quantum in ipsis est tendunt ad hoc.vt docet Philosophus 1.Ethic.& D.Thom.in allegato articulo.& ratio est quia cum leges sint rectè, & ad cõ- *1.Ethic. cap.14*
8 mune bonum referantur;Ea solùm vel imperando,vel vetando præscribunt, quæ sunt secundum virtutem;quæquè si quis adhibitis bonis circunstantijs exequatur, poterit tandem virtutes sibi comparare.

An autem circunstantiæ actionum pręceptarũ 9
per legem,comprehendantur sub intentione legis siue legislatoris.vt v.g.lex præcipit depositũ reddi,quod autem recta intentione hoc fiat, non apparet.

Item pręcipit ieiunium in quadragesima,an ẽt tẽperatè comedendum sit. non constat. præcipit orationes fieri, quod autem attẽtè fiant non exprimitur.quod si ita admittatur iam lex erit contenta si substantia operis præstetur à subditis. quidquid sit de circunstantijs illarum.

His tamen non obstantibus veritas est, quod 10
legislator(si non sit tyrannus ordinans ad sui cõmodum,& vtilitatem)veram intendit virtutem, & vt subditi ex veritate studiosi sint,& ad hoc p̃cipit actiones secundum substãtiam bonas. quod si subditus faciat operationes bonas secundum substantiam, licet malam circunstantiam adhibeat,satisfacit quidem legi, attamen deficit. ab intentione legislatoris.& ratio est,quia boni Gu-
bernatoris est inducere ad bonum ipsos subditos; 11
& viceuersa boni subditi est, se benè subijci recto regimini,quod fit per complexum virtutum. & hoc loquendo etiam per ordinem ad leges humanas. & positas ab hominibus. nequè enim hãc promptitudinem vnquã habere poterit, nisi sit verè virtuosus.

Quod vt apertius constet.intuendum est,quod homo sua natura est animal sociabile, societasq; ciuilis, & politica non est humanum inuentum,
aut artificium,sed planè diuinum, & naturale, ad 12
quod homo natura sua inclinatur, eo modo quo inclinatur ad sobolem procreãdam,ne genus humanum pereat;vt autem rectè viuant vita ciuili, & politica,necesse est,quod inter se rectè consen-
tiant,& concordent homines, & vnusquisquè vt 13
pars est multitudinis rectè se habeat erga alios sicut patet in membris corporeis,quib. rectè consentientibus,conseruatur corpus, ipsis verò dissentientib.continuo dissoluitur.ad hunc aũt cõsensũ sufficienter,& efficaciter præstandum,necessaria est virtus politica cuius officium est perficere, vt ciues inter se benè se habeant.& hoc est quod D. August.dicit primo Confess. quod *Turpis est omnis pars,quæ suo toto non congruit*. quilibet autẽ homo est pars communitatis.& congrua nõ erit, si non perfectè prompta sit ad se subijciendum le- *August. cap.4.*
gi.quod vt præstet efficacius, & promptius neces- 14
saria est sibi virtus,vel saltem tendentia ad illam vt dictum est per actus virtuosos,qui fiunt ex obseruantia legis.namquè vt diximus lex, vbi virtus non est; inducit, ac disponit ad illam; & vbi
iam est, conseruat, ac promouet, idest auget 15
illam. & hoc in tantum verùm est, quod legum obseruantia, etiam ad infusas virtutes disponit.

Imò vt habetur ex leg.non dubiũ.C.de legib. & constitutionibus.*Non est dubium*,inquit,*Committere in legem, qui verba legis amplectitur, & contra legis nititur voluntatem*. & sic videtur violare

violare legem, qui contra legislatoris voluntatẽ agit. cui dicto licet possit satisfieri, dicendo quod duplex est legis intentio. vna inclusa in animo le
16 gislatoris, vt subditi verè studiosi sint; & hæc est finis præcepti, quæ nunquam cadit sub præcepto. alia intentio est inclusa in ipsa lege, quæ substãtia, & anima legis est. & q̃ violare est agere contra legem. quapropter satisfit legi in præstando substantiam operis, siuè actionis. nihilominus nunquam plenè, & perfectè erit subditus paratus ad obediendum, nisi verè per consensum interiorem ad actus legis præstandos se promptum exhibeat quemadmodum dicebamus.

Verùm quidquid sit de tali obseruantia legũ humanarum, quibus forsan sufficere posset adimpletio per actum exteriorem in ordine ad finem intentum pro bono communi, vt inquam vnusquisquè ciuis, maximè qui maiores sunt, quibus, & solẽt committi officia publica. vt tales sint sequè exhibeant, vt congruè assumantur. non sub-
17 terfugit tamen Christianus quin saltem sibi congruat vera virtus. non solum ea ratione, quæ cõmunis etiam infidelib. esse potest, nimirùm quod tandem omnis virtus ordinatur ad fœlicitatẽ consequendam, & quam consequi minimè valemus,
18 (etiam loquendo de fœlicitate naturali) nisi veras virtutes modo quo p̃stari ad hoĩe pſit habeamus, sed potiori causa. quia ordinatur ad Beatitudinẽ supernaturalem, quam nullus cõsequitur sine vera virtute, & ad quam cogimur per rectam interiorem intentionem operantis. qua etiam ratione (vt dicemus infra) leges ciuiles dicuntur obligare, non solum in foro fori, siuè exteriori, & pœnali, sed etiam in foro poli, seù conscientiæ, quan
19 do sunt iustè. arguitquè illorum transgressio culpam semper mortalem, vel venialem pro qualitate legis.

Siquidem de subdito Christiano sermo nobis magis est, quam de mere politico. de quibus di-
1. Cor. 5 cimus cum Apostolo. *Quid ad nos de his qui foris*
August. *sunt?* Hac de causa D. August. lib. 4. contra Iulia-
cap. 3. num. alijs quę locis, & D. Thom. 2. 2. q. 23. art. 7.
D. Tho. omnesquè Theologi vnanimi consensu referunt.
20 quod in hoc supereminet Religio Christiana cœteris. quia extra eam nulla est perfecta virtus.

Ex quo rursus dicto quatuor documenta ma-
21 ximè obseruanda eliciunt. primũ quod *Sine Dei cognitione, & relatione in ipsum Deum, non est perfecta virtus.* secundum quod *nõ est perfectè actus moraliter bonus, nisi fiat propter Deum summa dilectum.* tertium quod *in homine infideli, viuente*
22 *secundum doctrinam moralem humanitus traditã non est perfecta virtus.* quartum quod *in solo populo fideli viuenti secundum legem supernaturalem est perfecta virtus.* quia nimirùm infidelib. deest, id quod summum est. videlicet ordo ad finem supernaturalem, quidquid sit de illarum virtutum perfectione intra latitudinem naturalem. &c.

Hac ratione dicebamus, & nos in superiori
23 articulo, q̃ in peccatore non est vera prudentia.

His stantibus non est difficile manifestare, quę nam sit qualitas, & virtus, seù bonitas, & perfectio principis, vt ad secundam difficultatem nos reducamus. si enim tanta debet esse in quolibet subdito, & ciue, & maior in præstantiore subdito, & ciue, secundum quod magis, vel minus ordinatur ad bonum publicum, vt iam deduximus. qualis quantaq; opus erit in principe? si nullum membrum sine proprio, & congruenti ornatu (nõ nisi monstruosę præstari potest) sine excellentia virtutum; quomodo non incomparabiliter excedere debet, eminentia capitis? Hinc est, quod idẽ Philosophus lumine naturali ductus Polit. 3. in- Polit. 3. cap. 2.
quit, *eadem est virtus principis, & boni viri, nõ autem eadem est virtus cuiuscunq; ciuis, & boni viri.*
quæ sũia, & notanda, & admiranda est. quasi di- 24
cat. si fiat quæsitum de principis bonitate, & virtute. omni dubio procul illa comparanda non venit, cum virtute ciuium, namq; constat quod ci- 25
uium virtus, est esse bonos ciues, & tunc erunt boni ciues, si eo præstent honore, decore, & prudentia, prout decet in ordine ad bonum commune, etiam quod in seipsis mali sint.

Ad comparanda est bonitati viri. quia *eadẽ est boni viri, & principis probitas siue virtus*, i. sicut numquam dicimus aliquem virum probum nisi 26
verè omni virtute illum preditum experiamur, ita tunc tantùm dicimus, principem bonũ, & perfectum, quando claret virtutibus, prout decet virum probum.

Pro quo notandũ q̃ quatuor virtutũ, genera in proposito cõsiderare possumus. videlicet virtutẽ 27
viri, virtutẽ ciuis, virtutẽ subditi, & virtutem principis. prima est perfecta, & simpliciter, quia cõnectit oẽs virtutes morales ex consequenti ad bonũ virum pertinet non solum posse benè subijci, sed & bene principari. aliter non esset perfectus vir. modo quo dicimus per ordinem ad episcopatum aliasq; dignitates ecclesiasticas, quod licet non debeamus illas appetere cum hoc sit, vt plurimũ præsumptuosum sapiatquè ambitionem, at non solum licet, sed possumus, & debemus conari pro habendis perfectionibus, & virtutibus, ac morib. boni Episcopi. &c. virt' verò ciuis, vt sic, est benè se habere ad officium suum per ordinem ad Rẽpublicam. etiam quod non sit bonus vir. virtus autem subditi vt sic benè parere; principis demum benè pręcipere in omnibus, & quia numquam poterit benè præcipere in omnibus, nisi & ipsę sit paratus in casu, etiam benè parere omnisquè effi- 28
cacia rectè præceptionis pendet potissimum à bonitate, & integritate vitæ ipsius pręcipientis, quia vt inquit Senec. *Longum inter est per verba præcipere breue, & efficax per exempla*. hinc est, quod Senec.
in principe iustè dominante debet reperiri, & vir 29
tus ciuis, & virtus subditi, & super omnia virtus boni viri.

Reperiuntur ergò in eodem subiecto nimirùm principe, omnes supradictę virtutes, licet sint diuersæ realitates inter se respectu diuersorum, vt nimi-

nimirùm considerantur quatenus sunt, vel in viro præcisè virtus viri; vel in ciue virtus ciuis; aut in subdito virtus subditi; Cæterùm in principe idemtificantur; vt dictum est.

30 Imò vt etiam diximus superius huiusmodi virtutes in principe quasi architectonicè considerantur, i. aliarum inferiorum regulatiuè, vt verò in inferioribus administratiuè dicuntur.

31 Hinc est quod *Prudentia* in eodem dicitur *Regitiua, & legis positiua. In subditis autem participatiuè*; namquè & ipsi obediendo concurrunt p
D.Tho. rationis consensum. Hæc ex D.Thom.2.2.quæst. 47.art.11.& 12.& sic quasi Heroicè reperi debet omnis virtus, quæ in subdito est in principe pro eminentia, & culmine dignitatis illius.

Ex prædictis ceù fundamentis per quam facilè deducimus in speciali, quænam sit regula propria, aut esse debeat ipsorum principum in omni illorum operatione. vt iam ad tertium quod declarandum proposuimus accedamus. debet namquè regula huiusmodi esse non quid commune
32 omnibus, sed quid speciale, & præclarum, quod si ita cōcedatur nulla alia virtus esse poterit, nisi iustitia, quæ primum locum tenet inter virtutes
Ethic.5 moraels de qua Philosophus Ethic.5. inquit quod *est praclarissima virtutum, & nequè est Hesperus,*
33 *nequè lucifer ita admirabilis*. Et non quæcunquè iustitia. siquidem in quocunquè potest reperiri iustitia cuius est ius suum vnicuiquè tribuere, pro vt in vnoquoquè homine per ordinem ad alium saluari debet rectitudo in his in quibus mutuo sibi inuicem cōmunicant, vndè in illis erit iustitiaquè specialis virtus est. illam autem, quam in
34 principe ponimus iustitiā legalem vocamus, quæ alio nomine omnis virtus dicitur. de qua idem Philosophus loco vt supra ait *leges de omnib. prascribunt, &c.* quod virtus viri opus est, vt non deserere ordines, non fugere, non abijcere arma, & id quod est temperati, vt non committere adulterium, non contumeliosę se gerere; Et id quod est mansueti, vt non verberare, non maledicere; simili modo quoquè secundum alias virtutes, & vitia alia iubet, alia prohibet, & vt breuiter dicatur. Iustitiaquè virtus perfectiua est in his, quæ sunt ad alterum. duplex est. Alia quæ per se, & immediatè perficit hominem in ordine ad alterum particularem, vt emptorem. v.g. in ordine ad vēditorem. Alia quæ perficit hominem in ordine ad quemcunquè alterum non per se, & immediatè, vt particularem, sed mediatè, & secundario
35 quatenus primo, & per se perficit hominem in ordine ad communitatem, seù rempublicam cuius homo sit pars, & consequenter in ordine ad quēcumquè alterum, qui sit pars eiusdem communitatis ad quem proindè redundat bonum totius. prima ergò dicitur iustitia specialis, seù particularis, non quia sit iustitia vnica in indiuiduo, vel in specie vltima (diuiditur enim, & ipsa in quasdā alias species) videlicet in commutatiuā, distributiuam, &c. sed quia perficit per se hominem in ordine ad alterum particularem, vt dictum est. posterior autem iustitia nominatur, & à Philosopho 5.Ethic. & à D.Thom.2.2.q.58.art.5 & ab alijs. Ethic.5
Iustitia legalis ea ratione quia efficiendo ea, quę cap.2.
sunt bona, & apta communitati est conformis legibus, siquidem leges præscribere solent ea, quæ sunt communitati bona, & conducibilia. vt ibidē 36
Philosophus dicit. & omnis virtus dicitur. quia ordinat omnium virtutum actus (non ad propriū obiectum regulando circa modum attingendi illud) vt diximus de prudentia, sed ad bonum communitatis, vt sic. finis namquè huius iustitię est bonum commune, quod quantò magis præeminet cuilibet particulari bono, tantò dignius, & excellētius hanc extollit virtutem. Vndè D.Tho. loco D.Tho.
citato articu.6. Comparat illam *charitati*, quia sicut charitas dicitur virtus generalis, in quātum 37
ordinat actus omnium virtutum ad bonum diuinum. Ita *Iustitia legalis dicitur virtus generalis in quantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum commune, vt sic.* quarè sicut charitas simul est specialis virtus, & generalis, specialis vt fertur in bonum diuinum, tamquam proprium obiectū; generalis verò vt ordinat, & imperat actus aliarū virtutum ad hoc suum obiectum tamquam finē omnium; ita philosophandum est de iustitia hac legali; siquidem, & est specialis virtus per ordinē 38
ad suum proprium obiectum, quod est bonū commune, vt sic; & simul est generalis ordinādo actus aliarum virtutum ad hoc suum obiectum tāquam finem.

Vbi vides quod iustitia specialis est ad alterū tū, videlicet ad proximum, ceù sibi comparem, & coęqualem etiam quod non cederet in bonum totius communitatis, quod tantum respicit secundario; modo quo diximus, quod bonitas partium facit ad bonum Reipublicæ, item bonitas subditorum, & ciuium. at ista quam diximus lega 39
lem primò, & immediatè fertur in bonum commune, vtpotè suum obiectum. vndè sequit̄, & qđ sit omnis virtus, & vlterius ꝙ distinguatur, ab omnibus illis. Est (inquam) omnis virtus secundum quoddam esse relatiuum. omnis enim virtus po- 40
test dupliciter considerari, primò per ordinem ad proprium obiectum, & sic vnaquæquè distinguitur essentialiter a qualibet alia. secundò quatenus singuli illarum induunt rationem referibilitatis ad bonum commune, & vt sic sunt vnum cum iustitia legali. Hoc idem proportionaliter dicimus de legali iustitia. ipsa enim vt respicit suum obiectū distinguitur essentia à qualibet virtute, vt patet; namquè proprium obiectum aliarū virtutum est aliquod bonum sub ratione particulari, cæterum vt respicit vnamquamq; virtutem, vt ordinabilem suo imperio ad bonum commune dicitur vna virtus cum illis.

Et de ambabus mentio fit in sacra Scriptura diuersis occasionib. Hinc Grisostom. super illud Grisost.
Matth.5. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Mat:5.
inquit, *iustitiam dicit, vel vniuersalem virtutem,* 41
vel

vel *particularem; auaritia contrariam.* Ita intelli-
Mat.4. gẽdus est alius locus Matth. 4. quando Christus Ioanni dicit. *Sic decet nos implere omnem iustitiã.*
Ezec.35 idest, omnem virtutem, pariter illud Ezech. 35. *Omnes iustitiæ quas fecerat non recordabuntur.* idest, obliuioni tradẽtur oẽs actus virtutis quos prius fecerunt. si denuò incurrerent mortale pec
Isa.64 catum. sic illud Isa. 64. *Vniuersa iustitia nostra tamquam pannus menstruatæ.* quarè humilitas est iustitia sic de patientia, de castitate, obedientia, & viceuersa in sensu declarato. Hinc Apostolus
Heb.11 Heb. 11. *Sancti operati sunt iustitiam.* idest virtutem quamlibet. & *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* idest, virtutem quamuis manutenendam, conseruandam, aut defensandã, &c.
Eccl.4. & Eccles. 4. *Pro iustitia agonizare pro anima tua.* de iustitia particulari fit sermo cum dicitur, *quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* & de suo opposito. *Non furtum facies. non falsum testimonium dices &c.* & sic de alijs præceptis secundæ tabulæ. Iustitię verò generali opponitur omne peccatum
42 quia omne peccatum cum fit contra virtutem. ip
Ps.106 saquè virtus sit iustitia relinquitur quod omne peccatum sit iniustitia secundum illud Psal. 106. *Suscepit eos de via iniquitatis propter iniustitias enim suas humiliati sunt.* idest, propter illorum
D. Hier. vitia varia, & diuersa. vbi Hieron. *Liberauit illos quos obserrauerat Diabolus validissimis vitiorum seris. dicuntur autem humiliati non humilitate*
Vgo. *virtutis*, vt notat Vgo, *sed deiectionis.* glo. & Aug.
Aug. *quia ignorantes Dei iustitiam suam constituebãt. & sibi tribuebãt nõ Deo. propterea humiliati sunt, & inuenerunt se nihil posse sine Deo.* Ex quib. omnibus patet quod etiam peccata quæ sunt contra nosmetipsos, dicuntur iniustitiæ certè hac ratione, secundum quod referri possunt ad damnum, quod indè sequitur non solum nobis, sed etiam proximo, imò & bono totius communitatis. vndè & quodlibet peccatum etiam personale per hũc modum generale dicitur, quia scilicet offenditur iustitia generalis. quod præclarè declarans Apo-
Rom.13 stolus Rom. 13. inquit. *Qui diligit proximum, & non peccat in illũ legem impleuit.* quomõdo (quæso) non peccãdo in proximum, sed illum diligendo legem implemus? æquidem quia non agimus contra hanc iustitiam, quam legalem dicimus.

Hmõi ergò iustitia legalis dr̃, & est generalis virtus nõ generalitate p̃dicationis, eo modo quo
43 animal dicit̃ generaliter siuè vniuersaliter de homine, sic enim esset de essentia vniuscuiusq; virtutis, sed generalitate virtutis, & causalitatis, quia illius virtus, & efficacia ad omnem se extendit virtutem modo quo dictum est, ordinando vnãquamquè ad suum finem. quarè necessario distinguitur essentialiter, sicut effectus, & causa, quod benè nota.

Et quamuis huiusmodi legalis iustitia reperiri possit in vnoquoq; subdito, quia vnusquisquè potest operari per ordinem ad bonum commune etiam ex primaria intentione, quia tñ hoc agunt moti à lege imperãte, & iustitia dominante, idest executiuè quatenus eos inclinat ad legũ executionem, quæ pro bono communi feruntur. Relinquitur quod potissimum hæc corona sit, decus, & honos principum. Ipsaq; eorũ regula, quã 44
si sequantur infallibiliter optimi erunt principes. *Gubernatoris enim ars, alienum bonum est.* & verè sic est, quia non solum suas actiones, & operationes, sed etiam seipsos, & proprias commoditates in ordine ad bonum commune ordinare debent, & hoc cum adiunctione prudentiæ dirigentis omnia, & singula moderatè, & congruè ad conseruationem, & promotionem, necnon sta 45
bilimentum boni communis, & finis vltimi ad quem semper respicere debemus. Maximè verò principes auctoritate publica pollentes, estq; huiusmodi iustitia legalis; non præcisè vna de quatuor cardinalibus virtutibus; sed supereminẽs omnibus illis cumulusquè (vt ita dicatur) omnium illarum.

Et si quæras quarè pro regula principibus, & 46
prælatis alijsq; omnibus habentib. auctoritatem publicam magis assignatur iustitia, quam quæcunq; alia virtus.

Resp. quod huius duplex est causa. prima quia habita iustitia à principibus, & prælatis communiter omnes virtutes habentur. vndè Ambros. in D. Amb.
suo Hexameron. inquit, *Vbi est prudentia ibi interdũ est malitia: vbi fortitudo, ibi iracundia: vbi temperantia, ibi impatientia pleraq; alia vitia. vbi autem iustitia, ibi est concordia virtutum cæterarum.* causa.

Imò ipsa prudentia cæteræq; virtutes, vt ordinantur ad bonum commune. cum vt sic sint ad al- 47
terum induunt rationem iustitiæ.

Iusq; quod ponitur obiectum talis iustitiæ le- 48
galis, non importat præcisè, id quod iustum est, & æquum; vt opponitur, omni eo quod est iniustum, & iniquum: sed vt est idem quod legitimũ. Hoc est lege pręceptum. legiq; consonum cui aduersatur iniustum in ea significatione, qua is, qui à lege discedit, iniustus dicitur. vt declarat Aristot. 5. Etic. c. 1. & 2.

Secunda quia sine iustitia non possunt esse reges, & principes, veri Domini; quarè multum curare debent illud sine quo domini esse non possunt. Amota enim iustitia fiunt reges tyranni. quarè Aug. 4. de Ciuit. Dei. *Remota iustitia quid* cap.4.
sunt regna, nisi magna latrocinia; & latrocinia quid sunt nisi parua regna? Ad quod ostendendum inducit Aug. hist. de Alexandro Magno, & quodã pyrata, qui vocabatur Dyonides, quæ tñ plenius narratur polit. lib. 3. vbi dicitur quod cum pyrata comprehensus esset, & eum Alexander interrogaret, *Propter quid mare haberet infestum?* Respondit libera voce. *Tu propter quid orbem terrarum? Sed quia ego facio illud paruo nauigio latro vocor: tu autem qui magna classe facis diceris imperator. si solus captus fuerit Alexander, latro erit. Nam si ad nutum Dyonidis populi famularentur*

tur erit Dyonides imperator. nam quantum ad cauſam non differunt, niſi quia deterior eſt, qui rapit improbius, qui iuſtitiam deſierit abiectius, quam qui manifeſtius impugnat leges. quas ego fugio, tu perſequeris; ego vtrumq; vereor, tu contemnis. Me fortuna iniquitas, & rei familiaris anguſtia; te faſtus intollerabilis, & inexplicabilis auaritia furem facit.
49 *ſi fortuna manſueſceret, fierem fortè melior. & tu qui fortunatior nequior eris.*

Miratus Alexāder conſtantiam hominis, cum increparetur iuſtè, & meritò argueret. *Experiar*, inquit, *an futurus ſis melior; fortunam mutabo, ne tunc aliquid quod deliquiſti, ſed tuis morib. aſcribatur.* cumq; iuſſit fieri militem, vt poſſet exinde ſaluis legibus militare quarè, &c.

Tertia ratio eſt. quia ſic facilius informantur
50 omnes ſubditi, accendūtur, quæ ad amorem virtutum. per hoc imitando naturam, quæ in generatione animalis non incipit à digito, vel à pede, ſed à corde, à pulmone, à capite, & membris principalib. ſic Medici in curando infirmū totam curam ponūt in membris principalib. alia quaſi cōſequenter. Nec enim eſt mirabile, ſi populus ſuū imitetur principē. Corpora enim cœleſtia, quæ continentur ſub primo mobili, omnia habent motū ſecūdùm motum illiùs. licet habeant ſuos motùs proprios. hinc illud poetæ.

Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

Et ratio eſt. quia principes ſe habent ad populos ſicut caput ad membra: quia (inquam) ipſi sūt minorum capita, fontes, & exemplaria, quarè ſicut à capite corpus recipit regimē; Riuulus à fon
51 te capit aquam: & ab exemplari ſcriptor accipit, quod ſcribit. vndè ſi exemplar ſit corruptum, & falſum, ſcriptor ſufficienter excuſatur, licet ſcripſerit falſum librum. & ideò ſolet Medicus curare præcipuè quod caput ſit ſanum, quod ſi infirmum ſit cętera languent membra. Item faciētes artificialiter aquæductum, curant principaliter quod fons ſit clarus. Et ſtationarij ſolent eſſe ſoliciti, vt exemplaria ſint correcta. de quibus ſcriptoribus copia miniſtratur. Hac ratione dicitur
Eccl. 10 Eccl. 10. *Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum; & principatus ſenſati ſtabilis erit. ſecundum Iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector ciuitatis tales, & habitatores in ea.*

Videmus enim illud quod eſt precioſum charum, vel amatum à principe, in ornatu geſtu, vel victu, illud trahitur ad conſequentiam à ſubditis; & ſiuè ſit vtile, ſiuè inutile; ſaltem nobile negotium reputatur; effigiare principem in his, quæ ab ipſo diligi cognoſcuntur. quapropter ſi Iudices, Domini, & prælati vellent ſectari iuſtitiā. haud dubium quod ſubditi illam quærerent. Beati enī
52 qui poſſunt indui de regis panno, quo ipſe in ſuis
Iob. 29 veſtimentis vtitur. hinc Iob de ſeipſo ait. *Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento.* &
Pſ. 135 Pſ. 135. de Sacerdotibus dicitur. *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam.* Hæc de primo quæſito.

QVAESITI SECVNDI SVMMAR.

1 PRinceps quod ſit ſubditus legibus habet textus contrarios, in eodem iure ciuili.
2 Conciliatio textuū, qui contrariari videntur in hoc quod eſt principem, ſubdi, vel non ſubdi legibus ſuis.
3 Nullus ſibi imperare, aut prohibere poteſt.
4 Imperatiuum verbum cur prima careat perſona.
5 Voluntate non coactione Princeps ſe ſuis legib. ſubdit.
6 Imperium quomodo maior principatu dicatur.
7 Principem decet ſe ſubijcere legibus.
8 Sententia Petri Fontis peritiſſimi Conſultoris, quod Princeps minimè ſit ſuis legibus ſolutus.
9 Imperij plenitudo poteſtatis ex legum obſeruantia.
10 Traiani præclarum dictum pro legum obſeruantia etiam à Principe.
11 Religione potius quam armis, imperij maieſtas conſeruatur.
12 Imperatores ſanctiſsimi dicti ex legum obſeruantia.
13 Imperium nullum conſtitui potuit, niſi ius antea fuiſſet.
14 Imperator, Mundi Dominus dicitur quantū ad conſeruandam iuſtitiam.
15 Princeps ex meliori ratione poteſt legem tollere, vel ei non ſtare.
16 Imperator neq; poteſt, neq; vult ius ſuum alicui auferre.
17 Nulla mundana poteſtate aliquid contra ius conſtitui poteſt.
18 Canoniſtæ diſſentientes ſunt, an Princeps ſuis ſubdatur legibus.
19 Primam ſedem exequi debere quod probat vniuerſalis Eccleſia affirmat Geleſius Papa.
20 In quibuslibet Statutis Romanum Pontificem ab illius obligatione excipi, aſſerit Panormitanus.
21 Verba (oportet, & debet) quandoq; honeſtatem, quandoq; neceſſitatem ſignificant.
22 Leges quædam primo reſpiciunt ſubditos, quædam primo bonum commune.
23 Leges quædam acquirunt ius tertio, quædam non.
24 Legiſlatores quidam particulares, quidam habentes merum, & mixtum imperium.
25 Legis vis duplex directiua, & coercitiua.
26 Prohibere mala, & præcipere bona legis actus ſunt vt directiua, punire, vt coercitiua, permittere nullam vim legis exprimit.
27 Leges primo reſpiciētes ſubditos nullo modo obligant principes.
28 Leges primo reſpicientes bonum publicū vtile, vel neceſſariū obligēt dirigendo ēt principes.

Leges

29 *Leges, et præcepta iusta, licet humana undè vim obligandi habeant in foro conscientia.*

30 *Lex omnis in eo quod iusta obligat in conscientia, quia à Deo est.*

31 *Quę à causis secundis sunt etiam à Deo esse fatendum est.*

32 *Leges humanas iustas obligare in foro conscientia docet Apostolus Rom. 13.*

33 *Leges humana iusta habent vim, ut dirigant ex lumine naturali.*

34 *Actus indiferentes illicò, ut præcepti alicuius actus virtutis sunt.*

35 *Tàm principes, quàm subditi tenentur ad actus omnium virtutum.*

36 *Principis præceptum, tunc efficax, quando præcipiendo facit.*

37 *Princeps quia magis tenetur ad bonum publicum pluribus rationibus ad suas leges obligatur.*

38 *Charitate, & affectione nil illustrius inter homines.*

39 *Principes, & verbis, & factis tenentur ad bonū publicum ex intentione eligentium.*

40 *Lex nulla obligat nisi quia iusta, ac eò omnes.*

41 *Iuris natura violator est, qui legem iustam non obseruat.*

42 *Caietani propositiones quatuor inducentes obligationem principum ad suas leges.*

43 *Platonis, & Cathonis dicta præclara, quod principes suis obligantur legibus.*

44 *Legislatores particulares quicunq́; subduntur legibus ab ipsis latis etiam quo ad vim coercitiuam.*

45 *Princeps etiam absolutus nullo modo pro libito potest contra leges præscriptiuas.*

46 *Acquisita iure præscriptionis, aut lesionis non possunt inuitis acquisitoribus auferri.*

47 *Principes nullo modo subduntur suis legib. quo ad vim coercitiuam.*

48 *Radix quarè principes suis teneantur legibus, ut directiua sunt, & tamen non cuiusuis directio obligat.*

49 *Lex iusta facta ab habente auctoritatem illico obligat ex vi iuris naturalis, & diuini.*

50 *Legis directio ex se obligat, coerctio non nisi executore intermedio.*

51 *Principes eo modo quo alios, etiam seipsos iusta de causa à legis obseruantia se eximere possunt.*

52 *Princeps minus potest circa ciuilia, quam circa criminalia, & quarè.*

53 *Principes caueant ne impunè pertranseant delicta.*

Vtrùm Principes suis teneantur legibus.

SEcundum quæsitum erat. Vtrùm principes suis teneantur legibus, & circa hoc quæsitum quatuor breuitèr, & faciliter præstare intendimus.

Primo ponemus opiniones iuristarum in vtròquè Iure.

Secundo ponemus sententiam Theologorum circa hoc.

Tertio præmissis aliquibus distinctionibus necessarijs dicemus ad quæsitum per multas conclusiones.

Quarto aliqua dubia remanentia ex dictis de medio tollemus, vt vel sic in aperto habeatur veritas.

In primis secundum ordinem à nobis propositum ponendæ sunt opiniones Iuristarum vtriusquè iuris. maximè enim refert scire, quid ipsi sentiant. & quia allegationes, quæ vt plurimum fiūt à Theologis pro iurisperitorum sententia sunt diminutæ, ideò decreuimus. Afferrè leges in quibus suam fundant opinionem quatenus vnusquisquè pro suo iudicio possit arbitrari, quæ nam verior censenda sit, & an distēt, & quomodo à Theologorum sententia quam, vt videbimus præponendam existimamus. adferemus insuper glossas, quæ videbuntur facere ad propositum. vt vel sic omnis auferatur scrùpulus. &c.

Quod attinet ad iurisperitos in ciuilibus. Ipsi
vidētur habere leges contrarias, nimirùm pro v- 1
traquè parte. ff. namquè de legibus. Senatuq́. con
sul. l. princeps. dicitur *Princeps legibus solutus est.*
C. verò item de legibus, & constit. l. digna vox
contrarium habetur his verbis. *Digna vox est, maiestate regnantis legibus alligatum se principem profiteri.* & subditur. *Adeò de auctoritate iuris, nostra pendet authoritas: & renera maius imperio est, submittere legibus principatum. Et oraculo præsentis edicti, quod nobis licere non patimur alijs indicamus.* opponit glos. quomodo digna vox, cum sit falsum, vt dicta l. princeps, ff. de legibus, quod *Princeps est solutus legibus.* & idem dicitur in authent. de consulibus §. fin. collat. 4.

Et respond. ait. digna vtiquè vox. *Si dicat se* 2
velle, non quod sit. vt instit. quibus modis testam.
infir. §. fin. glos. etiam super dictam l. princeps, ff.
de legib. inquit, *Vel est sermo de legibus ab alio
conditis*, vt ff. de receptis, qui arb. recep. l. nā ma-
gistratus, vbi dicitur quòd *Magistratus superiore,
aut pari imperio nullo modo potest cogi, quia par im
parem non potest*, vt C. de appel. l. præcipimus, §.
pen. & ff. de recep. qui arb. l. si de re sua. dicitur,
nequè autem imperare sibi, nequè se prohibere quis 3
quam potest. & hæc est ratio, inquit, eadem glos.
quarè verbum in modo imperatiuo caret prima
persona, quoniam nemo sibi arbitrer, aut iudex es 4
se potest, vt ff. de iud. l. Iulianus, quod si de pro-
prijs legib. intelligitur. hoc intelligendum est, ait 5
glos. quòd *voluntate sua seipsum subijcit, non coactione*, vt C. de leg. l. digna vox, sed quid dicendum ad rationem, quam Iustinianus allegare videtur in d. l. *digna vox*. duæ enim quasi rationes ibidem assignantur pro causa dicti. prima in, ly, *Adeò de authoritate iuris nostra pendet authori-*

tas

tas. Secunda ibi. *& reuera maius imperio est submittere legibus principatum.* glos. ibidem, ly, *Iuris facit sensum.* i. dest, *legis Regia, quæ est de imperio transferendo de populo in principem.* vt inst. de iure naturali. §. sed & qđ. & C. de vet. iure enu-

6 cleando. l. 1. §. Hoc etiam. quod verò additur. *Maius imperio est legibus submittere principatum.* i. quam leges principatui, quasi dicat maior est honor, & maior est conueniētia. Cum imperium sit de fortuna. vndè dicitur.

Si fortuna volet, fies de Rectore Consul.
Si nolet hac eadem fies de Consule Rector.

Hoc bene nota pro sent. Theolog. *At leges,* inquit, *sunt diuino nutu prolata.* vt C. de præscript. lon. temp. l. fin. & sic sunt immutabiles. Hæc Accursius. ibi. *Hinc est.* quod l. cū multa. C. de bonis quæ liber. §. vt enim, vocat imperium fortunam. *Vt enim Imperialis fortuna omnes superеminet alias.*

Quapropter omnibus benè consideratis sent.

7 legistarum esse videtur, quod princeps nullo modo suis subdatur legibus ex necessitate; secus ex honestate, & electione. quæ declaratio patet in eisdemmet legib. nam de legatis tertio. l. ex imperfectò. ista habentur. *Ex imperfectò testamento*

Glos. *legata, vel fideicommissa imperatorem vindicare. inuerecundum.* i. *valdè verecundum est. decet enim tanta maiestati eas seruare leges quibus ipse solutus esse videtur.* nota, ly, *decet* quod dicitur cōtra eum, qui legato, seù testamento illegitimo constituerat imperatorem hæredem. & ad consimilem casum. habes. instit. quibus modis test. infirm. §. eadem ratione dicitur. *Licet enim legibus. soluti simus, attamen legibus viuimus.* glos. idest, *viuere volumus.*

Ex libello selectarum legum. habentur. omnia infrascripta, quę libenter adducuntur à nobis, q a curiosa, & vtilia sunt.

8 *Imperator censetur quidem dominus mundi: nō tamen eatenus, vt possit contra ius, vel vtilitatem publicam passim sine causa mandare.* l. digna vox. C. de legibus. l. vlt. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam l. si quando C. de inoff. test.

Porrò cum lex sit ordinatio Dei. Rom. 13. *vtiquè*

9 *est plenissima, nec habet supra se vllam perfectiorem, proindè non potest Imperatoris dici, aut cogitari maior plenitudo, quam ex obseruatione legū, Et qui potestatem ei tribuit secundum ius: hi maximam ponunt authoritatem: alij verò detrahunt illi per nimiam licentiam.*

10 *Maximis enim, & nunquam interituris laudib. prędicatur dictum Traiani Imperatoris optimi. Nam is præfecto prætorio ensem illius magistratus insigne, tradens: Accipe,* inquit, *hunc ensem: & si benè ego Reipublicæ imperauero pro me; sin minus contra me vtaris volo.*

Nec dicto huius tam Augusti principis animus

11 *abfuit qui rerum omnium sic potitus est, vt iuris Religione potius; quam armis Imperij maiestatem conseruaret posteritati. Quamobrem omnibus subditis ex æquo charus tandem moriens immortale suum desiderium reliquit.*

Et certè in Romana Monarchia, qui bonis Imperatoribus adnumerantur; hi summo semper studeo curarunt, vt verè Augusti essent, hoc est Religiosa quadam obseruatione digni, & imperio fæliciter destinati à Deo conseruandæ iustitiæ gratia; qua ratione etiam appellantur sanctissimi. in l. Titia, §. Lucia. ff. de legat 2. l. 1. C. de vet. iur. enucl. & Sacerdotes appellantur in l. 1. §. 1. ff. de iust. & iure. 12

Siquidem nulla vox dignior maiestate regnantis, quam legibus alligatum se principem profiteri, hoc est agnoscere authoritatem suam pendere ex authoritate iuris, neq; vllum potuisse constitui Imperium, nisi ius antea fuisset. & reuera maius imperio est submittere legib. principatum, ne quis indè calumnietur quasi imperium diminuatur redactum in ordinem iuris l. digna vox, C. de legibus, *non autem desolutorias commentatorum altercationes. in proęmio pandectarum semel, atquè iterum prohibitas.* 13

Itaq; Imperator est mundi Dominus: quantum ad iustitiam pertinet conseruandam, vt præcipiat omnibus honesta, vetet turpia, puniat delinquētes. 14

Nam ad hoc populus Romanus, ei & in eum omne suum imperium, & potestatem contulit. l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de constit. principum. testatur Iustinianus in procem. instit. & Nouell. de præsid præsidio const. 23. *non autem Dominus est iustitia & legis in vniuersum.*

Quod autem Imperator tollit legem aut decernit contra legem particularem. Ideò fit. quoniam alia lex, vel ratio melior, & reipublica vtilior id suadet. & sic vtiquè censetur fieri authoritate legis. Nam princeps hoc facit non quasi supra legem vniuersaliter, sed velut dispensator legum. 15

Ex quibus omnibus consequitur. Imperatorem neq; posse, neq; velle, alicui priuato ius suum auferre sine legitima causa, multò minus Reipublicæ. l. totius, §. fin. ff. de pollicitationibus. 16

Si quis (ait Vlpianus) *à principe impetrauerit, vt in publico ædificet non est concedendum sic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat.*

In summa diuini, & humani iuris perpetua sententia est. nulla potestate mundana constitui aliqđ sine causa legitima posse contra ius, vel vtilitatē publicam. l. si quis sepulchrum, ff. de sumpt. & relig. funer. *Impersonalitas vitiat contractum. Nouella vt cum de* appel. §. ad hæc aliud. constit. 115. *Sin autem dixerit satisfiet. verbo impersonaliter prolato non tenebitur.* 17

Hæc ex dicto libello, cuius author est Petrus Fons. iuris consult. verè fons non solum legum, sed etiam sinceræ veritatis circa hoc quæsitum. Petrus Fons. I. consul.

Nunc accedamus ad Canonistarum opinionē circa subiectionem Papæ aliorumq; prælatorum ad iuris leges. & ni fallimur in eadem sunt diuersitate. siquidem, & Canones diuersi diuersimodè docere videntur. 18

Apertè enim Gelasius Papa in epistola ad epi- Gel. Pa.

piscopos Dardaniæ. ait, *Confidimus quod nullus*
19 *iam veraciter Christianus ignoret. vniuscuiusq. Synodi constitutum, quod vniuersaliter Ecclesię probauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere, quam primam: quæ & vnamquãquè Synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit.* habetur 25.q. 1.cap. confidimus.

Pasc.pa. Ex alia parte Paschalis. Panormitano episcopo. vt habetur. extra de electione cap. significasti. §. *Aiunt*, inquit, *in concilijs statutum non inueniri quasi Rom. Eccl. legem concilia vlla præfixerint. cũ omnia concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem,*
20 *& facta sint, & robur acceperint, & in eorũ statutis Romani Pont. patenter, excipiatur authoritas.*

Et 3.q. 6.cap. peregrina dicitur. *Peregrina iudicia* (salua in omnibus authoritate Apostolica.) *generali cautione prohibemus. &c.* hoc idem 19. q. 1. caput primo. *quia eadem, & caput Ecclesiarum est.*

21 Quapropter in gl. pro solutione. dicitur. quod verbum *oportet*. est verbum honestatis. vt 19.q.1. cap. 1. item hæc dictio, *debet*, quandoquè honestatem significat, vt extra de desponf. impub. c. tua. quandoquè est verbum officij, vt 25. distinc. cap. vnum. quandoquè est verbum necessitatis 3. q. 9. non oportet. dicunt ergò ꝙ Papa nõ tenetur aliqua necessitate custodire decreta suorum prædecessorum, aut conciliorum vniuersalium quæ sũt iuris positiui. quoniam Papa est princeps huiusmodi Canonum, quibus cum sit superior non alligatur. & ita inquit Grat. §. is ita &c. de honestate ergò tantùm tenetur custodire leges, & Canones, ac concilia suorum prædecessorum, imò & sui ipsius. cum & ipse sit princeps. huius sent. est
Io. Tur. Crem. etiam. Turrecremata in eadem 25.q.1.cap. Confidimus. & sic omnes legistæ in vnum videntur conuenire, &c. Hæc de primo.

Quo ad secundum pro Theologorum sententia ponendæ sunt aliquæ distinctiones ex quibus fiet satis quæsito.

22 Prima distinctio est leges sunt in duplici differentia, quædam sunt propriæ subditorum. i. quæ immediatè respiciunt subditos. vt v. g. quæ præscribunt modum conuiuijs, vestibus, sumptib. & prohibitio armorum de nocte. Aliæ sunt quæ primo respiciunt bonum totius reipublicæ, vt sunt leges ieiunij. colendi festa. non exportandi frumenta, & alia quę cędant in damnum reipublicę. & alia huiusmodi quæ sunt vel necessaria, vel valdè vtilia Reipubl.

23 Secunda distinctio leges adhuc, quæ sunt communes. sunt in duplici differentia quædam sunt, quæ nullum prorsus acquirunt ius tertio, vt quod fures suspendantur, percussores puniantur, & huiusmodi. aliæ sunt quę ius tertio acquirunt. vt sũt leges præscriptiuè. vt puta. qui tantò tempore bona fide possedit faciat rem suam. vt patet in vsucapione respectu mobiliũ, & alijs pręscriptionibus ad longum tempus respectu immobilium. Item in legibus quæ præcipiunt aliquam pecuniam reddi à lęsore, parti læsæ. Item quod qui habet talia, vel talia merita, sibi cõferaẽ tale, vel tale beneficium. & huiusmodi.

Tertia distinctio est. de legislatoribus; quidam namquè sunt particulares, vt communitates, collegia, canonicorum, & aliorum similium. Cætus 24
Doctorum, & Episcoporum, &c. alij verò sunt legislatores qui habent auctoritatem absolutam, & vt dicunt, *merum, & mixtum imperium*. in subditos cum plena facultate condendi leges, &c.

Quarta distinctio est de ipsa lege qualibet, ꝙ 25
dupliciter consideratur, & quo a d vim directiuam est enim, *lex veluti lumen quoddam dirigens gressus operationum nostrarum*, vndè & definitur quod sit *dictamen quoddam rationis practica in ordine ad bonum commune, habens vim obligandi, postquam fuerit sufficienter promulgatum.* Secundo cõsideratur ipsa lex quatenus habet vim coercitiuam, siuè potestatem infligendi pœnas transgressoribus. nam quatuor sunt actus legis. *præcipere bona, & vetare mala*. & hi duo actus respiciunt legem in quantum directiua est. tertius, *Pu-* 26
nire. & hic actus est legis vt coercitiua. quartus autem qui est, *permittere*, non propriè est legis, vt vim habet obligandi. quia permissio vt sic nullã includit obligationem, sed magis arguit defectũ legis. &c. & dissimulationẽ quandam legislatorum cum non possint omnia complecti. hæc de secundo.

Quoad tertium. ex his distinctionibus diligenter notatis. facilè theologi soluunt, & concludũt nodum huiusmodi difficultatis per diuersas conclusiones. quarum.

Prima est. lex quæ primo respicit subditos ꝓ- 27
pter bonum ipsorum. nullo modo, nequè quo ad vim directiuam, nequè quo ad vim coercitiuam obligat, aut obligare potest principes ad illorum obseruantiam.

Hæc patet quia multa dedecent subditum agere, quæ non principem, & æqualitas capitis cum membris summa est iniquitas. vt patet in exemplis datis in pragmaticis circa sumptus, vestes, conuiuia, debent tñ cauere principes ne, & ipsi suas excedant vires in his, quia & ipsa virtus magnificentiæ suas patitur regulas, nec enim iustum est illos sic amare magnifica, vt sint ruina suorum subditorum.

Secunda conclusio. In his quę primo respiciũt 28
bonum publicum, vel quia sunt necessaria Reipublicæ, vel saltem valde vtilia. principes tenentur ad obseruantiam talium legũm. ex vi directiua, quam claudunt in ipsis, licet non ex vi coercitiua per pœnas à lege taxatas.

Sensus est quod princeps absolutus (de quo diximus, quod habet merum, & mixtum imperiũ) tenetur se dirigere, & stare ordinationi legis qñ est bona, & iusta (vt præsupponimus) non obstante, quod non incurrat pœnas à lege taxatas. vt v.g. si Papa percutiat clericum nõ ob hoc incurrit

rit excommunicationem,& si Rex suam violet le
gem,non ob hoc incurrit in pœnam periurij, aut
incidit in infamiam. Sed transgrediendo huius-
modi leges peccat. etiam mortaliter pro quali-
tate transgressionis.

Hæc conclusio quatuor habet partes nimirũ,
& quod obligant ratione directionis;& non coer
ctionis,& quod peccant, & quod mortaliter pro
qualitate transgressionis. & simùl probatur quo
ad omnes.

Et quia hic est nodus totius quæsiti,ideò para-
mus nobis iter per vnũ irrefragabile fundamen-
tum desumptum ex auctoritate Apostoli, & est.
29 posset enim quærere quis,vndè est quod leges,&
præcepta non iniusta,laycarum potestatum de iu
re cum sint merè humana,nihilominus quod illis
pareamus est de iure naturali,ac diuino?

Huic difficultati respondemus cum Apostolo
Ro. 13. Rom. 13. quod hoc ideò est, quia *Omnis potestas
est à Deo* (inquit enim) *omnis anima potestatibus
sublenioribus subdita sit*.(& loquitur de potestate
temporali,vt patet ex contextu) & subdit ratio-
nem. *nō enim est potestas nisi à Deo,quæ autē sunt,
à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati; Dei
ordinationi resistit*(en nodus) *qui autem resistunt
ipsi sibi dānationem acquirunt*.(en peccatum.) Et
30 quarè? quia in quantum iusta à Deo sunt,& potis-
simum vim obligandi à Deo habent. si non imme
diatè,saltem mediante lumine naturali, siuè iure
naturali nobis indito,dictante quod sic est agen-
dum omnibus consideratis.

Hoc patet in simili. licet enim non omnia na-
turalia sint immediatè à Deo(nisi forsan in prima
31 rerum creatione) sed tm̃ corpora cælestia, astra,
elementa,&c. alia verò mixta mediantib. his. ni-
hilominus dicimus omnia à Deo esse. quia virtu-
te à Deo immediatè deriuata producuntur. sic de
his,quæ iustè pręcipiuntur ab huiusmodi terrenis
potestatibus imaginandum est. & quia virtus le-
gum humanarum radicatur in lege naturali,quæ
immediate à Deo est. ex consequenti in lege
diuina.

Quod autem leges humanæ non solum sint di-
rectiuę, sed etiam coercitiuę. declarat idem Apo
stolus subdens. de principe terreno. *Dei enim mi
nister est, tibi in bonum*(en directio)*si autem malū
feceris, time; non enim sine causa portat gladium*.
(en vis coercitiua)ad malos cogendos,vt vel sal-
tem timore pęnarum resipiscant à peccando.

32 Et repetendo idem per conclusionem appro-
batiuam inrenti(inquit.) *Ideoq; necessitate subditi
estote,non solum propter iram*: idest pœnam quam
potest infligere. (hoc per ordinem ad subditos
quoscunquè)*sed etiam propter conscientiam*. nimi
rum vt vitetis peccatum. (& hoc per ordinem
non solum ad subditos, sed etiam ad ipsummet
principem.)

Hoc stante fundamento probatur conclusio.
primo quia vt dictum est. talis legis directio com
paratur lumini; constat autem quod deferens lu-
men non solum dirigit alios, sed etiam seipsum.
ergò.

Secundo tale directiuum est à Deo ex lumine 33
naturali. ergò superior est principe. ergò ab eodē
obligari potest.

Tertio,vt præsupposuimus leges, & præcepta
sunt de actibus virtutum, non solum quia dispo-
nunt,& promouent ad illas modis dictis, sed ad-
huc,quia illicò,ac aliquis actus est præceptus per
legem, licet perantea esset indifferens. posito ta-
men sub præcepto, necessario fit actus alicuius
virtutis,vt v.g. illicò,ac est præceptum ieiunium. 34
actus iste est virtutis abstinētię statim quod est im
peratum aliquod festum ad Dei,vel alicuius san-
cti honorem,fit actus religionis. ex hoc quod prę-
cipitur ne distrahātur publica bona, vel priuata
in damnum publicum huiusmodi actus transeunt
sub ratione iustitiæ publicè, & legalis, & vniuer-
saliter,ex hoc quod,aliquid, est præceptum fit a-
ctus virtutis obedientiæ,&c.

Tunc sic. non solum subditi, sed etiam princi- 35
pes tenentur ad actus omnium virtutum, qui sūt
sibi non repugnantes, sed compossibiles. sic recta
ratione dictante, & consciā suggerente. ergò te-
nentur pariter ad suas leges in his,&c. in foro
conscientiæ.

Quarto probatur, quia principis præceptum
debet esse pro posse efficax, sed solum tunc(vt plu 36
rimum saltem)est efficax quādo voci additur vir
tus,vt inquit Bernard. super illud psal. *Dabit voci
suæ nomen virtutis*.& Sen. longum iter per verba
breue,& efficax per exempla. ergò.

Quinto probatur efficacissimè. quia princeps
pluribus modis obligatur ad bonum commune,
quam quicunquè particularis. & ex consequenti
ad legum obseruantiam actiuè respectu aliorum, 37
& passiuè respectu suijpsius. Primo vt talis obser-
uantia legum est debita ex officio; & sic ad eam
inclinat iustitia particularis, sub ratione debiti v-
nius ad alterum. Secūdo vt debita ex eo quod est
præcipuum membrum Reipublicæ,& ad eam im
pellit virtus iustitiæ, quam diximus legalem.
Tertio vt debita patriæ, quæ genuit, & ad eam in
clinat pietas. Quarto vt debita ex honestate actu-
um singularum virtutum, qui præcipiuntur de q-
bus sunt leges,& hoc modo inclinat tota virtutū
collectio. nāquè oīs virtus talis est, vt pro posse
efficacius imprimat in alio sui perfectionem,&c.

Quinto,vt debita ex inclinatione charitatis na
turalis in homines. & sic ad eam cogit naturalis
charitas,quæ etiam vocatur iustitia de qua Cice Cicero.
ro de finib. lib. 5. (inquit.) *In omni honesto nihil,
& tam illustre, quam ipsa charitas generis huma-* 38
*ni,quæ animi affectio suum cuiq; tribuens, & so-
cietatem coniunctionis humanę æquè, ac mirificè
tuens*, dicitur iustitia. Sexto ex charitate Chri-
stiana. quæ est vinculum perfectionis.

Sexto probatur ex intentione eorum, qui sibi
delegerunt principem, non enim propter cōmo-
ditates illi proprias, sed per ordinem ad bonum

39 commune eundem delegerunt. ex conſequenti. illorum intentio fuit, quod princeps verbis, & factis totum ageret, quod melius videretur, & poſſet cedere in bonum publicum.

Septimo ꝑbatur ex ipſa immutabilitate legũ quo ad rationem iuſti, licet enim aliquod definat
40 eſſe iuſtum pro aliquo tempore omnibus conſideratis, tamẽ quod intendit lex ſic abſolutè ſemper iuſtum eſt ſi benè vtamur lege. & hæc ratio eſt etiam iuriſtarum, vt admonuimus.

Octauo probatur primo auctoritate Chriſti,
Mat. 5. Matth. 5. qui reprehendit dicentes, & non facientes. *dicunt*, inquit, *& non faciunt. imponunt, &c.*

Nono, & ratione, & auctoritate ducta ex lege naturali, & æterna ducta hoc modo. Id tenetur princeps facere, quod niſi faciat violabit legem naturæ. Sed niſi ſeruet legem, quam ſubditis ſancit, ijs cauſis adductus, quæ non minus ad ipſum, quam ad illos pertinent violabit legem naturæ.
41 Ergò ipſe quoquè in conſcientia tenetur leges tales ſeruare.

Minor colligitur cum Caietano ex aliqua triũ propoſitionum, quarum quælibet eſt legis naturalis. ex conſequenti eſt pariter legis naturalis ſecundario ſaltem obſeruatio legum à principe.

Prima propoſitio eſt, quod *oneris tibi imponi non vis, id neq; debes imponere alijs, qui ſint eiuſdẽ*
42 *conditionis, ſicut tu.* quo ad rem de qua agitur. & è contrario ſi quid oneris alijs imponas, id tibi etiam eſt ſubeundum.

Secunda propoſitio. *Turpis eſt pars, & magis caput ſi non congruat cum alijs partibus, atq; adeò cum toto, in ea re, quæ ſimiliter ad ipſum pertinet.*

Tertia propoſitio. *ſuperior cũ quidpiã ſubditis præcipit, hoc ſerio, & efficaciter præcipere dẽt, ſicut oportet, vt ad idẽ præſtandũ ſubditi moueantur.*

Et ex his omnibus. ſequitur quod non ſolum verbo, ſed exemplo in ea re, quæ ſimiliter ad ipſum ſpectat debet eos impellere. alioq; gubernatio, & preceptũ exponeretur contẽptui, & meritò veniet reprehendendus, & puniendus à Deo.

Inno. 3. Decimo probatur ex Innoc. III. in c. cum omnis. extra de conſtitutionibus vbi, ſic ſcribit. *quod quiſq; iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet.*

43 Ad quod facit ſententia Theodoſij. & Valentini Imperatorum digna vox. vt allegatum eſt de leg. l. digna vox. ff. de legibus.

Vndecimo probatur exemplo Dei, & Domini noſtri, qui non prius iuſſit ſanctificari diem ſeptimum, quin prius ipſe eadem die requieſceret ab omni opere quod patrarat. vt patet Gen. 2.

Duodecimo probatur auctoritate Platonis. q quarto de legibus, ita ſcribit. *Paratum exitium illi ciuitati video, in quo non lex magiſtratibus, ſed legi magiſtratus præſunt: ſalutem verò illi, vbi lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur.*

Ad idem tendit Catonis dictum. *Patere legem, quam tu ipſe tuleris*. ſunt enim hæ ſentent. radicatæ in iure naturali.

Vltimo probaĩ q a ſic ſentiunt præcipui Theologorum. D. Thom. 1. 2. q. 96. ar. 5. ibidem. Caiet. Medina, Cõrad. Koelim. Seraphinus à Porrecta, Valentia, Soto de iuſt. & iure libro 1. q. 6. artic. 7. Salon Aug. de iuſt. & iur. ſuper q. 60. 2. 2. D. Tho. art. 5. & alijs.

Tertia concluſio legiſlatores particulares. nimirùm, qui ſunt de communitate aliqua, ſiuè collegio, vel cætu Doctorum, aut Epiſcoporum tenentur ad obſeruantiam ſuarum legum, quas ferunt pro communi bono, non ſolum, vt lex dirigit, ſed vt coercet etiam, i. poſſunt ſubijci pœnis taxatis à lege. vt reliqui ſubditi, qui non habuerunt vota ad tales leges ferendas. 44

Probatur quia vt ſic. ſunt merè ſubditi, nec repreſentãt ſinguli ſeorſum communitatem, ſed ſubditum communitati, vel collegio. &c.

Quarta concluſio. nullo modo princeps abſolutus; pro libito voluntatis poteſt contra leges ꝑſcriptiuas, ſiuè acquirentes aliquod ius tertio. vt 45
puta non poteſt. à poſſeſſione ſua reijcere. qui bona fide præſcripſit. etiam quod poſt præſcriptionem ſuperuenerit mala fides; inuito poſſeſſore.

Probatur quia iam legitimè fecit rem ſuam, quaſi legitimo contractu. vt patet virtute legis præſcribentis tempus prætẽſori ad probandum malam fidem, vel rem eſſe ſuã. dicitur *ipſo inuito.* 46
quia alia lege forſan nimirùm diuina reſtituere tenetur quotieſcunq; conſtiterit, ipſi poſſeſſori rem eſſe alterius. alias inferetur damnum communitati, vt patet. ſic de acquiſitis iure læſionis, aut meritorum. vt in diſtinctione. de qua materia agimus in regula *malè fidei poſſeſſor.*

Quinta concluſio. nullo modo ſubeſt ſuis legibus quilibet princeps etiam quod iuſtè ſint. per 47
ordinem ad virtutem coercitiuam. probatur quia non poteſt eſſe actor, & reus.

Et hac ratione. dicebat Dauid, *tibi ſoli peccaui.* quia nullum ſuperiorem habebat in terris, qui ipſum puniret & Prou. 21. *Cor Regis in manu Domini, ſicut diuiſiones aquarum.* ſenſus eſt. Non ſi- Pro. 21
cut priuati homines, ita & Rex. nam illi ſi peccauerint poſſunt puniri à miniſtris deputatis, non ſic Reges, & principes abſoluti. quorum corda tũ in manu Dei ſunt, ad quem ſolum ſpectat illos punire, ſicut ingens amnis, & rapidus à ſolo Deo. aliundè verti poteſt, nõ tollitur tamen quin ſpontè poſſint ſe alicui pœnæ pro ſuis tranſgreſſionib. non ex vi legis ſe ſubijcere. præſcindendo pro nunc à foro ſacramentali.

Nunc quinto loco diſſoluenda ſunt tria dubia ex dictis inſurgẽtia primum eſt. quod hactenus videtur benè concluſum, quod principes vtiquè ex vi iuris naturalis, aut diuini, tenentur ſequi ſuas leges pro ea parte qua determinant, & præcipiũt quod iuſtum eſt. ex hoc tamen nõ ſequitur quod teneantur legibus ſuis, ſed tantum quod legi diuinæ, aut naturali. quod gratis conceditur. ſed non ſatisfit dubitationi, & quæſito?

Reſp.

Resp.ex iam dictis cùm princeps sit causa moralis instrumentalis in huiusmodi directione. patet quod suis etiam tenetur legibus aliter nullum esset discrimē inter principes,& quemcunq; aliū ostendentem, vel insinuantem quod iustum est. nam si Plato, vel Socrates, aut quicunq; alius di-
48 ceret quod bonum est. non teneor ex legali debito parere, secus quandò est ab habente auctoritatem. quarè facta à principe determinatione illicò insurgit ex vi iuris naturalis, & diuini ad hoc iustum iudicatum,& preceptum per ipsum.vt est
49 simile in naturalib. q̄ mediatè producūtur à Deo per causas secundas. non enim essent sine causis secundis,& tñ cum ponantur in esse per illas, non tollitur ordo illarum ad Deum primam causam.

Secundum dubium est: quia lex necessariò videtur claudere in sui ratione vim obligatiuam. ergò,& coercitiuam in quo consistit tota obligationis vis.

50 Resp.cum lex sit regula quædam benè operandi omnes deflexus ab illa sine aliquo executore intermedio inducit culpam qua ratione obligantur principes.at inflictio pœnæ eget executore: qui non potest dari contra principem, sed applicatur aliquo mediante. quarè non est par ratio, & per accidens non obligat ad pœnam ex defectu (inquam) applicantis.

Tertium dubium est.cum princeps possit, quēcunquè alium eximere à legis potestate: cur non magis seipsum? & si in principio; in legis promulgatione,cur nòn item in progressu? quod si ita cō cedatur,ergò dato aliquo casu in particulari, tūc poterit se à lege eximere,quemadmodum posset quemcunq; alium:& sic nulla sibi uis legis, neque in foro conscientiæ?

51 Resp.admittitur argum.quod eisdem rationibus potest seipsum, vt quemcunq; eximere à legis obseruantia,in ordine tñ ad bonum commune.sine ratione verò. nequaquam nec seipsum; nec alios.quod benè notare debent.

Pro constanti ergò habeas: sincere lector: q̄
52 princeps minus potest de iure, & conscientia in ciuilib. quam in criminalib. ratio est.quia in illis, vt plurimum agitur de præiudicio tertij: in istis non,vt in pluribus.

Quarè potest princeps de plenitudine suæ auctoritatis aliquē liberare à pœna mortis reo merito infligenda, non à pœna debiti per ordinem ad ius tertij, si tamen aliqua subsit causa rationabilis,&c.

Sed quid si nulla subsit causa quod aliquis liberetur à morte,nisi quia est dilectus principi?

53 Resp.certè.Censendus est violator si non propriè legis saltem iuris naturalis,maximè si indè quouis modo damnū,vel scandalum Reipublicę sequi possit.damnū verò,& scandala præstò sūt: quia *impunitas omnium malorum mater est*. vt aiebat Bernardus. cauti igitur sint prīn. Hæc pro hoc secundo quæsito.

Et quia sententia Theologorum verissima, ac tutissima est: dicendum quod principes suis tenētur legibus modo dicto. & vtriusq; iuris periti loquuntur per ordinem ad vim coercitiuam, nō directiuam tantùm.vel per ordinem ad forum fori, non poli. quarè. sic sunt glossandi non aliter.

PVNCTI TERTII SVMMA.

Conclusio responsiua.

QVoad tertium.Cōclusio principalis responsiua ad quæsitum est,quod principes,& qui quomodolibet sunt in potestate constituti tenētur alicui regulæ: & hęc nihil est aliud, quam iustitia legalis, quæ omnis virtus est?

Prob.ex omnib. quæ dicta sunt in primo quęsito puncti secundi.

Secunda conclusio Principes, siuè absoluti, siuè particulares suis obligantur legibus in foro poli, quo ad vim directiuam, licet non quo ad vim coercitiuam. Prob. ex omnibus quæ dicta sunt pro secundo quæsito eiusdemmet puncti secundi.

PVNCTI QVARTI SVMMA.

QVo ad quartum breuiter dicimus ad argumenta. Ad primum quod regimen principum est incertum,& varium per ordinem ad effectum,& applicationem ad subditos. Potest tñ esse infallibile per ordinem ad rectam intentionem, & legis conformitatem, vt ab illa non diuertatur.

Ad secundum dicitur quod principes sunt primi per ordinem ad humana non autem per ordinem ad ea,quæ sunt iuris diuini, aut naturalis.

Ad tertium dicitur quod ad suas leges adstringuntur iure naturali,& diuino,vt dictum est.

Ad quartum dicitur quod princeps legibus solutus est in foro fori non in foro poli, & quo ad vim coercitiuam, non quo ad vim directiuam. Hæc de quarto puncto.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *PRincipes ex amore iustitiam administrare debent.*
2 *Iustitia cur constans, & perpetua voluntas dicatur.*
3 *Iustitia diuersa diuersorum definitiones.*
4 *Iustitia regula iustorum, atquè iniustorum di-[illegible]simodè.*
5 *Princeps iustitiam diligere omni tempore debeat.*
6 *Iustus idcò Deus dicitur, quia iustitias dilexit.*
7 *Iustitia legalis maximè propria principibus.*
8 *Iustitia principis cingulo lumborum comparatur ab Isaia.*
9 *Virtus omnis æquitas quadam,& rectitudo est.*

10 Iustitia titulus in domibus, & principum cubiculis vbiq; scribendus.
11 Iustitia legalis secum trahit charitatem, quæ vinculum perfectionis est.
12 Charitas tantùm crescit in principe, quantum crescit in ipso iustitia.
13 Hominum genera quatuor per ordinem ad iustitiam.
14 Historia pulchra de quodam iudice malo narratur.
15 Iracundia malum est nolle regi.
16 Animi affectio duplex, commodi & iusti, & ipsorum comparatio.
17 Principes iudicium Dei non proprium exercent.
18 An iustitia magis necessaria Reipublicæ, quam amicitia.
19 Iustitia legalis nunquam sine vera amicitia.
20 Sapientia tripliciter consideratur.
21 Sapientia supereminet habitibus principiorum, & scientiæ.
22 Sapientia apud stoicos, & morales quid.
23 Sapiens idem quod perfectè virtuosus, & quis sit.
24 Principium condendi leges, & humanam politiam quodnam fuit secundum Tullium.
25 Sapientem sub nomine Orphei, figurant Poetæ.
26 Regna beata vbi sapiens dominatur.
27 Vera sapientia Christus est.
28 Principes nunquam benè principari poterunt sine cognitione veræ sapientiæ, quæ Christus est.
29 Iustitia iter parat ad veram sapientiam.
30 Sine iustitia nulla pax esse potest.
31 Principes non solum iusti, sed ipsummet ius esse debent.
32 Iustitiæ encomia ex D. Laurentio Iustiniano plura, & pulchra.

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum pro Concionatoribus, vt possint principes adhortari ad complexũ iustitiæ legalis, quam diximus propriã, & specialem regulam omnium habentium iurisdictionem non est diuagandum, sed præ oculis habenda sententia illa, quæ legitur Sap. 1. Vbi ad ipsosmet principes immediatè dirigens sermonem sapientiss. Salomon, qui & ipse Rex erat, inquit. *Diligite iustitiam qui iudicatis terram*, in qua sententia sapiens tria simùl docet. Primò qualitèr se debeant habere ad iustitiam ipsi principes, nimirùm quod illam ament. Secundò ad quid sint electi, & quod illorum officium, videlicet quia ad iudicandum. Tertiò quinam sint illorum subditi, quos iudicare debent, qui iudicatis terram. Debent enim principes non solum facere iusta, sed iustè. Prout docet Arist. 2. & 5. Ethic. qui enim suspendit furem liuore vindictæ propter grauamẽ personale, facit quidem iustum, sed non iustè; ad

Sap. 1

hoc igitur, quod iusta iustè faciat requiritur quod amore iustitiæ faciat. Et ideò Anselmus de libero arbitrio cap. 3. inquit, *Iustitia est rectitudo voluntatis pro se seruata.* & Deuter. 16. *Iustè quod iustum est exequere.* Hac de causa iurisconsultus Vulpianus, vt habetur l. iustitia ff. de iustit. & iur. definiendo iustitiam, inquit. *Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuens.* Vel secundum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. *Iustitia est habitus secundũ quem aliquis constanti, & perpetua voluntate ius suum vnicuiquè tribuit.* Vel secundum Philosoph. *Iustitia est habitus quo homines apti sunt ad res iustas agendas, & quo iusta agunt, & volunt iusta.* Vel vt alibi clarius. *Est animi virtus vnicuiq; tribuens pro dignitate, & meritò.* Vel vt dicitur l. 2. ff. de leg. *Est lex omnium diuinarum humanarum rerum regina, & regula iustorum, atquè iniustorum.* & D. August. de morib. Ecclesiæ c. 15. dicit quod. *Iustitia est amor tantũ seruiens Deo.* Per quam definitionem vt benè notat D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 1. ad 6. non excluditur amor proximi, quo tenemur reddere vnicuiquè quod suum est. Ex quibus omnib. patere potest, quod necessaria est dilectio iustitiæ, ad hoc vt iusta iustè fiant, & pro omni tempore, & occasione, qui enim sine amore ad iustitiam reddit iusta; certè nequè omnibus, nequè omni tempore, nequè promptè, & laudabiliter iusta peragit. At qui ex amore, cum amor (vt superiùs diximus ex Aug.) sit animæ pondus, quo trahitur vbicunquè trahitur, nunquam non poterit facere iusta, & iustè.

1 Anselm. de lib. c.
Deut. 16
D. Tho.
2
Ethi. c. 1
3
Aug.
4
D. Tho.
5

Hoc totum significatur cum dicitur, quod est *voluntas perpetua, & constans.* Perpetua (inquam) non ex parte actus voluntatis, qui sit perpetuus, (hoc enim soli Deo competit) sed per ordinẽ ad suum obiectum, quod est ius, siuè id quod iustum est. nam semper ex amore iustitiæ fertur ad illud cum proposito reddendi, &c. Et non solum cum proposito, sed stabili, & firmo. Quarè additur *constans*, & hoc idem includitur in ratione habitus, qui fundatur in amore electiuo, vt patet primo, & secundo Ethic. Hac de causa de Deo dicitur Psal. 10. *Iustus Dominus, & iustitias dilexit.* sensus est, ideò iustus, quia iustitias dilexit. & D. Bernard. 3. de consideratione cap. 2. *Parum est iustitiam tenere, nisi & diligas.* & sponsa sponso Cant. 1. & 4. dicit *Rectè diligunt te.* idest rectè, & debito modo. Hoc ergò modo ministrare iustitiã est iustè iustum exequi, nempè secundum dignitatem meritaq; rei, vt explicat Dionysius, & Aristot. 2. Ethic. cap. 1. docet hoc esse, *discere benè facere.* idest honestè omnia fieri, & *nos honestè ambulare, sancta sanctè tractare, & mystica mysticè*, vt exponit Naziãzenus. Et non est dubium, quod de legali iustitia sermo est, licet multa accommodari possint, ceù dicta de speciali; & hæc principi maximè propria est, quo fit, vt auctore Plutarco. *Principem iustum cuncti non in honore dumtaxat habeant, quemadmodum fortem, vel admirentur sicut sapientem; verum etiam ament.* Debet enim

Psal. 10.
6
Bernar.
Cantic.
Dionys. epist. 8.
Arist.
Orat. 1.
Plutar. in Cat. Vtic.
7

re magis, quam nomine rex, vel Pōtifex, aut quicunquè habens principatum, & prælationem, eſſe vt alter Melchiſedech, rex iuſtus amando iuſtitiā ſi cupiat ſincerè amari.

Iſa.10. Hāc regi regum cingulum aſſignat Iſaias dicens *Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius*. qm̄ propter eam potiſſimum adhærebūt illi ſtudioſi, & cultores iuſtitiæ, vndè ſecundum paraphraſim Caldeam loco eius. *Et recti diligunt te*. Cant. 1. idest rectitudo. Vel ſecundum Origenem Hom. 1.

Orig. 8 in Cant. *Aequitas dilexit te*. Nec refert pro nunc diuerſitas in nomine, æqui, boni, & iuſti, ſic enim definitur ius quod ſit ars æqui, & boni. l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. & inſinuatur reciprocus amor ſponſæ ad ſponſum. Quarè dicunt. *Aequitas dilexit te*. Vbi ſecundum eundem Origenem, *illi nomen æquitatis imponunt à virtutibus*, & verè ſic eſt, qa omnis virtus quędā æquitas, & rectitudo eſt. Qua-

9 rè ſenſus eſt. *Sponſus diligit virtutes, & virtutes viceuerſa ſponſum*.

Polid. Adag. 972. *Digna porrò ſentētia, & hic recti, iuſtiquè titulus* (vt admonet Polidorus in Adagijs ſacris) *Qui in regia domus, in cubiculi parietibus, in ſella, in ſolio, in foro, in tribunali circunſcribatur, vt quorumq; princeps prætor, aut quis quis eſt iudex, ſe*

10 *verterit illū ob oculos habeat, piturus, haud dubiè ſi mandatum violauerit*. Et vt vides dilectio huius iuſtitiæ adeò ſupereminet, quod charitatem, quæ vinculum perfectionis eſt, ſecum omninò trahit. Vndè Auguſt. de natura, & gratia. *Charitas*

Aug. 88. n. 11 *Dei, qua vna, iuſtus eſt quicunq. iuſtus eſt*. & cap. vlt. *Charitas inchoata, iuſtitia eſt, charitas ma-*

12 *gna magna iuſtitia eſt; Charitas perfecta perfecta*

13 *iuſtitia eſt*. Diligite ergò iuſtitiā, idest ex amore, ò Reges, & Principes, & quicunq; dominamini ſuper terram, iuſta agite, nam ſi ex amore, etiam iuſtè.

13 Vbi nota, quod quatuor hominum genera ſūt, qui vtiquè iuſtitiam faciunt, i. reddunt iuſta, ſed

Robert. non iuſtè. vt notat Robertus ſuper ſapientia.

Vdelicet appetitiui honoris, & reuerētiæ, vindicatiui rancorum, & impatientiæ, lucratiui munerū, & diſſimulatiui ſcelerū. ſunt. n. quidam qui licet non ſint iuſti, attamen appetunt teneri iuſtos, & hi agnoſcunt delinquentes, vituperant vitia, docent virtutes, puniunt ſine miſericordia, & tamen cum omni intereſſe curruptì. Hæc fuit

Mat. 5. Phariſæorum iuſtitia contra quos Matth. 5. legitur, *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquā Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum Cælorum*. Vindicatiui ſunt qui delectantur, quando puniunt, non quia iuſtitiā adimplent, ſed quia ſatisfaciunt iræ. Tales fuerunt illi duo ſenes iudices contra Suſanam, ſicut dicitur Daniel. 13. Inter paſſiones. n. malas, quę in iudice eſſe poſſūt ira eſt vna de peioribus, nam *ira impedit animam ne poſſit cernere verum*. Ira excogitat cauſas calumniandi, & vbi culpa non ſubeſt; in pœnis neſcit modum tenere.

Senec. Vndè Seneca in lib. 1. de ira contra Nouatum, de iudice quodam malo dicit, quod furore accenſus condemnauit ad mortem tres milites innocentes in hunc modum. Vnum iuſſit occidi quia de 14 via redierat ſine ſocio, commilitone, imponēs ei, quod eum interfecerit. Pręcepitq; ſtatim cuidam militi adſtanti, quod eum duceret ad locum ſupplicij, vbi morte plecteretur. Cum autem eſſet eductus redijt comilito incolumis, & ſanus, nimirùm is pro quo alius morte plectēdus ducebatur. Videns autem hoc 3. miles, qui primum ducebat verſus ſupplicium redijt ad iudicem, & ambos coram illo milites præſentauit, quos vt vidit tyrannus furore ſuccenſus iudicium dedit tale. Primò dixit te iubeo ſuſpendi, quia iuſſus es occidere, & imperatori non obediuiſti. Secundò dixit te iubeo interfici, quia damnatus es. Tertio verò te iubeo interfici, quia comilitoni fuiſti in cauſa. q interficeretur. Vndè ſubdit Seneca. *O quam ſolers eſt iracūdia ad fingēdum cauſas furoris, tres enim ibi puniti ſunt ob vnius innocētiā excogitauit iſte quemadmodum faceret crimina cum nullum inueniret, habet enim iracundia hoc malum quod non vult regi. Nam ipſi veritati iraſcitur ſi contra vo-* 15 *luntatem eius aliquid faciet*. Hæc Seneca. Vtinā non experiremur multos noſtris temporib. huic conſimiles, quarè Iacobi 1. *Sit autem omnis homo* Iacob. 1 *velox ad audiendum tardus ad iram. Ira enim viri iuſtitiam non operatur*.

Lucratiui munerum exiſtimant ſe iuſtitiam diligere, ſed mentiuntur, quia non niſi ſicut veneficus venenū, vt Iudas Chriſtum nimirùm ad vendendum iuſtitiam, diligunt. Vndè ſicut mercator non curat cui vendat merces ſuas, ſed eas plus offerēti cōfert, ita, &c. Contra iſtos dicitur Iſaiæ 5. Iſa. 5. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo*.

Diſſimulatiui ſcelerum non ſunt iuſtitiæ dilectores, habet enim iuſtitia quod culpæ correſpondeat pœna, ſicut morbo medicina, & ideò talis pietas, & compaſſio falſa eſt, & iniuſta. Hi agunt more matrum, quæ indiſcreto amore diſſimulāt, vel excuſant delicta filiorum. Contra quos D. Au- Auguſt. guſt. in quadam epiſt. *Moleſtus eſt medicus furenti frenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cędendo, ſi autem illos negligant, & perire permittant iſta potius falſa manſuetudo, & credulitas eſt*. Beati ergò qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiā. Mat. 5. Vbi Anſelmus de Concordia. Anſel.

16 Duplex eſt animæ affectio quædam commodi, & quędam iuſti, prima inſeparabilis eſt, vt ea quæ eſt cibi, & potus quæ in dies renouatur, & tales ſunt veri amatores iuſtitię, quarè glo. ibidem. *Amatoribus veri boni non ſatis eſt, quod iuſti ſūt, ſed ſemper ſitiunt opera iuſtitia, vt de quolibet tali dicatur illud Apocalipſi 22. qui iuſtus eſt iuſtifi-* Apoc. 22 *cetur adhuc*.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis. quia debent reges, & principes cogitare quod iudicium Dei exercent, nam 2. Paralip. 19. dixit Ioſaphat iudicibus quos conſtituerat ſuper populum. *Videte* 17

quid

quid faciatis, non enim hominis exercetis iudiciũ, sed Domini, & quodcunquè iudicaueritis, in vos redundabit.

Qui iudicatis terram, idest homines maximè qui sunt affecti terrenis, nam qui cęlestibus, non iudicantur, iudicio, videlicet condemnationis, secundum *illud spiritualis homo à nemine iudicatur.* sed de his erit sermo in sequentibus.

Vnum satis curiosum dubium occasione huius doctrinæ afferri potest, nimirùm, quid magis sit necessarium Reipublicæ, siuè communitati num iustitia, de qua diximus, vel amicitia; & hoc du-
18 bium mouet Arist. 5. Ethic. cap. 8. Nam ex vna parte videtur quod amicitia præstet, est enim secundum Tullium, *Amicitia omnium diuinarũ humanarumq; rerum cum beneuolentia, & charitate consensio*, & subdit quod *si homines essent amici nulla egerent iustitia.*

Sed dicendum quod iustitia legalis complectitur veram amicitiam secus de speciali, de qua in argumento, & quia non est vera iustitia legalis sine amore, & sine vera amicitia, hinc est quod
19 secum trahit etiam sapientiam. Pro quo considerandum quod sapientia tripliciter consideratur. Primo vt habitus quidam intellectualis est, quæ, & cognitio per altissimas causas nuncupatur de qua Philosophus 6. Ethic. cap. 6. & 1. Me- Arist.
taph. c. 5. ait, *Sapiẽs est qui scit omnia & difficilia per certitudinem, & causam, ipsum scire propter se quærens, & animos ordinans, & persuadens.* Se-
20 cundo apud Theologos accipitur sapientia pro dono supernaturali, & infuso, per quod homo habet notitiam diuinorum atquè humanorum, vel ex inspiratione speciali, vel ex quadam vicinitate gratiosa ad Deum, sicut dicit Dionysius de Ierotheo quod patiendo ex diuina quadam affectione diuina didicit. Quarè sicut acquisita sapiẽ-
21 tia supereminet habitibus principiorum, & scientiæ solaquè arguit contra negantes principia, vt patet Metaph. 4. Ita hoc donum fidem præsupponit, ac defendit. De hac Isaiæ 11. *Et requiescet super eum spiritus sapientiæ.*

Tertio apud stoicos, & morales philosophos sumitur pro collectione virtutum omnium intel-
22 lectualium, & moralium, & hoc modo sapiens idè est, quod perfectè virtuosus, & de tali sapien-
Seneca. te inquit Seneca in lib. de tranquillitate animi.
23 quod *In sapientem non cadit iniuria, & cor illius est sicut adamas.* & Lactantius lib. 4. *Virtus cum*
Lacten. *scientia coniuncta, est sapientia, naturam namq; hominis hanc Deus esse voluit, vt duarum rerum cupidus, & appetens esset, sapiẽtiæ. s. & religionis.* Quarè homines ideò falluntur, quia aut solum religionem suscipiunt omissa sapientia, aut sapientiam, idest scientiam omissa religione, cù tamen alterum sine altero esse non possit.

Principium autem condendi leges, & humanã
24 politiam statuendi fuit ab humana sapientia cum eloquentia, vt dicit Tull. Reth. lib. 1. de inuentione, vndè poetæ confingunt, sapientem sub nomine Orphei, qui sub suaui sono congregauit di-
spersa animalia. Quæ amissa ferocitate naturali 25
in vnum conuenire cęperunt, &c. quod figuratæ dicitur de hominibus, qui ducti passionibus, ceù animalibus, vel feris dispersi manebant.

At illos congregauit sapientia. Hinc prouerbium illud est.

Beata regna forent si vel contingeret esse 26
Philosophos reges, vel reges Philosophari.

Nam secundũ Arist. *Sapientis est regere, & ordinare fortium verò est seruire, & ministrare.*

Verùm nos altius aliud intendimus per huiusmodi sapientiam significare nimirùm verã Christi cognitionem, qui est sapientia æterna, & quẽ hoc nomine communiter appellant theologi, & sic idemmet Christus se appellauit. cum semel D. Laur. Iust. in forma iuuenis comparuisset, inter- D. Laur.
rogatus ab illo quis esset respondit, *Ego sapiẽtia* Iustinia.
Dei sum. sed cur ista? non alia de causa nisi vt insi- 27
nuemus nunquam principem verè, & benè principari posse sine cognitione huius sapientię, quod apertè insinuauit Salomon. Sap. 6. his verbis. *Si* Sap. 6.
delectamini in sedibus, & sceptris ò Reges populi,
diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Vbi 28
clarè patet quod principibus est necessaria dilectio non solum iustitiæ, cæterum, & sapientię, quã Christianã diximus. Imò vt satius loquamur, iustitia parat iter ad sapientiam, & qui iusti sunt, habent quod sint sedes dignę sapientia. Hoc dici-
tur Eccles. 1. *Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.* Cum. n. 29 Eccl. 1.
vt diximus nomine iustitiæ legalis omnem intelligamus virtutẽ, ipsaquè virtus nihil aliud sit nisi rectitudo quædam Deus autem sapientia, sapien- Sap. 10
tisquè ordinare sit, & regere tales sic iustos Deus regit regulat, & disponit, per augmentum virtu- Ps. 65.
tum secundum illud. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas*, & quia insuper de Deo à Christo Saluatore nostro dicitur, quod *in pace factus est locus eius.* & primum quod intendere debet, quilibet Rex, & dominus in regno est pax, & tranquillitas, vt Arist. & Plat. omnesquè alij Philosophi tradiderunt, & nos alibi abundè declarauimus, relinquitur quod omninò teneantur diligere iustitiam sine qua nunquã sunt habituri pacem. *Iustitia enim & pax osculatæ sunt*, & quomodo
osculatę quia simul sunt, & vna non est sine alia: 30
errat ergò princeps quilibet, sequè sua priuat corona, & regula, si iustitiam deserat. Imò vt diximus, si illam non amant pleno corde, ex quo sine illa nunquam habituri sunt pacem. Et quid dici-
mus amentẽ? Addimus, imò si non sint ipsummet 31
ius, ita vt nil interni, vel externi habeant, quod non redoleat ius ipsum. Ipsorum namq; est non solum dicere ius, sed constituere, & facere in seipsis, in subditis, & in omnibus ipsis commissis per ordinẽ ad Deũ, quia nulla tutior, nulla dignior, nulla gratior regula principibus assignari potest, quod his verbis præclarè admodum declarat D. Laurent. Iust. *Ipsa iustitia principẽ, & populorum* Lauren.
rectorem Iustin.

31 *rectorem plurimum commendabilem reddit, nam regis iustitia pax est populorum; tutamen patriæ: immunitas plebis; munimentum gentis; cura languorum; gaudium hominum; fœcunditas terræ; solatium pauperum; hæreditas filiorum; & sibimetipsi spes futuræ hæreditatis; ipsa est quæ facit parentes, & omnia temporalia contemnere; iustitia namquè virtutis splendor est maximus; quæ non nouit patrem; non nouit matrem; personam non accipit; veritatem nouit; Deum imitatur; & temporalia cuncta vilipendit. Hæc ille* in lib. lig. vitę. de iustit. cap. 4. & cum hoc finem imponimus toti quæsito.

ARTICVLVS IV.

Vtrùm Religiosi subÿciantur alicui regulæ, quæ sit necessaria illis omnibus, & singulis.

ET videtur quod non. Primo quia religiosus idem est, quod Deo religatus, i. iterato vinculo illi ligatus, sed qui ligati sunt cum Deo tamquam omninò eidem coniuncti nulla egent regula. ergò.

Præterea quorum finis est diuersus ipsis nō potest assignari aliqua vna certa regula, quę illis omnibus necessariò conueniat; sed diuersæ religiones habent diuersos fines proximos, vt patet ex illo Psal. 44. quòd Ecclesiæ adaptatur, *Circundata varietate*, nimirùm statuum, & religionum. ergò eis omnibus non potest esse vna regula communis. *Psal. 44*

Præterea regulæ non est regula alitèr esset abire in infinitum, sed religiosi à regula dicuntur *Regulares*, quasi iam coaptati, & commensurati regulæ. ergò illis nulla est regula.

Præterea si aliqua religiosis esset regula communis, profectò illa esset obedientia, quam omnes profitentur post annum probationis, at obedietia innititur potestati liberę superiorum, qua possunt in malum vti, ergò nec obedientia illis assignari potest pro regula.

D. Aug. Sed contra est illud August. epist. 137. ad Plebem Hyponensem. *Ex quo Deo seruire cępi, quomodo difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasterÿs profecerunt, ita non sum expertus peiores quàm qui in monasterÿs ceciderunt.* Ergò Religiosi deficere possunt ex consequenti ipsis necessaria est regula.

Vlteriùs quandiù sumus in hac vita omnes errare possumus, *in multis* enim *offendimus omnes*, vt patet Iacobi 3. ergò.

Iac. 3. Respon. seruato ordine prout in superiorib.

PVNCTI PRIMI SVMMAE.

1 *Religionis virtus quid sit.*
2 *Religioni duplex obiectum, quod, & cui.*
3 *Honor Deo exhibitus vt vltimo fini Religio appellatur.*
4 *Religionis nomen secundum plurium sententiam declaratur.*
5 *Quæ Dei sunt non semèl, sed pluries repetenda, & examinanda.*
6 *Religiosi vndè dicti secundùm Isidor.*
7 *Religio vinculum est, & quomodo secundum Lactant. & D. Hieron.*
8 *Religio virtus perfectiua est inclinationis naturalis qua ad Deum tendimus.*
9 *Religionis nomen quomodocunquè deriuetur in vnum tendit secundum D. Thom.*
10 *Naturalius inclinamur in Deū, quam in quodcunquè aliud obiectum.*
11 *Religio, & ad intellectum, & ad affectum spectat.*
12 *Religio, & sapientia ab vno, & eodem fonte Deo & quomodo.*
13 *Religionis nomen pro omni cura, & diligentia, circa quam anxiamur.*
14 *Religionis nomen ad omnem rem cultui diuino destinatam extendimus.*
15 *Religiosa propriè vocamus, quæ ex voto Dei cultui obstringuntur.*
16 *Religiosi sunt qui per totam vitam obstricti Deo, abstracti à sæcularibus.*
17 *Religiosi verè, & propriè sunt qui profitentur in societate IESV, licet per vota simplicia.*
18 *Constitutio Greg. XIII. in fauorem societatis IESV. & eorum, qui in ea profitentur.*
19 *Religio pro clericis Regulariter viuentibus.*
20 *Religiosi Anthonomasticè, qui & qualiter dicantur.*

QVo ad primum sciēdum. quòd Religio nihil aliud est, nisi *virtus quædam quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant; cæremoniam affert.*

Ita Tullius Reth. 2. quam definitionem affert. & approbat D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. estq; Iustitiæ pars. habens pro fine Deum proximius, quā quæcunquè alia virtus moralis; magisquè accedens ad virtutes Theologicas, à quibus imperatur, licet illius obiectum non ipse Deus secūdum se. (sic enim non attingitur nisi theologicis virtutibus) sed nos sumus, nr̄aquè vt relata in Deum; tamquam in illius cultū, honorem, & reuerētiam exhibita. qua ratione ex D. Tho. eadem quæstione, vt sup. inquit Caiet. quòd mens nostra, actionesquè nostræ interiores, vel exteriores; sunt obiectum quod ipsius virtutis religionis. at Deus est obiectum cui talia exhibentur. modo quo fit consideratio in quolibet honore, cuilibet exhibito, nam ibi duo consideramus necessariò; videlicèt actionem ipsam qua honoramus, & personam quæ est ceù terminus honorationis à nobis exhibitæ, & propriè honor est ad intellectualem naturam, vt patet. de qua re videndus est D. Thom. loco qui supra vnà cum expositoribus. Honor ergò *Tull.* *D. Tho.*

negligenter peccando amittimus, & credendo, ac fidem protestando recuperare debemus.

Nec obstat si dicatur quòd ex huiusmodi declarationibus nihil speciale videatur tribui virtuti Religionis; siquidem quælibet potentia naturaliter inclinat, & ligat ad suum obiectum, ac eo habitus superueniens respectu cuiuscunq; virtutis erit quædam religatio?

10 Certè in hoc non offendimur si tantũ vim nominis spectemus, cæterùm si vis fiat in re significata dicendum est. quòd quemadmodum naturalius inclinamur ad Deum, quam ad quodcunq; aliud particulare obiectum quarumcunq; aliarũ virtutum, ità virtus superaddita, ac perficiens talem ordinem nostrum naturalem in Deum potiori iure nomen Religionis obtinuit.

Lactan. Et quia Religio distinguitur in verã, & falsã, vt patet apud Lactantium in suis institutionibus de vera, & falsa Relig. lib. 4. vbi ostendit nũquã

11 veram Religionem esse posse sine vera sapientia; & viceuersa. Relinquitur quòd religio dicat q̃d spectans ad intellectum, & etiam ad affectum. per ordinem ad intellectum importat verã, veri Dei cognitionem; & per ordinem ad affectũ, veri Dei cultum interiorem, & exteriorem.

Sunt enim hæc duo (vt verbis vtar Lactan.) *Similia duobus riuis ex vno fonte manantibus, fons autẽ sapiẽtia, & religionis Deus est. & ità in duobus nominibus vna res est, quamuis diuersa esse*

12 *videantur. alterum est in sensu.* (idest intellectu) *alterum in actione* (idest affectu) hæc ille. ꝓpriè tñ, & strictè dicit affectuosum cultum. quare subdit. *Sapientia præcedit religio sequitur quia prius est Deum scire, consequens colere. Ita tamen quod vnum pro altero sumatur multoties, quia vnũ est*

Saluian. *fundamentum alterius*. Hinc est quod Saluianus lib. 2. ad legem catholicam dicit quod *Religio est scientia Dei*. D. Thom. opusc. supracitato. ait *Primum vinculum quo Deo ligatur homo esse fidẽ*,

Clemens Alexan. num. 1. idest veram Dei cognitionem habere. & Clem. Alexandrinus lib. 2. stromatum. ait, *Religionem initium esse sapientiæ, & quòd intelligentia est rerum sanctarum cura, & prouidentia*. vnde vtrũquè complectitur.

Tullius Et Cicero sup. allegat. dicit, quòd *Religio est quæ diuinæ naturæ cultum, & cæremoniam affert*. ex quibus omnib. elicimus quòd *Religio est veri Dei, veriq; cultus illi debiti, vera cognitio, sinceraquè exhibitio*.

13 Hinc est quod vsurpato nomine, omnis cura in quam quasi anxiamur, Religio vocari solet. quasi dicatur, tanta cura, ac diligentia eam rem prosequimur, ac si quid ad religionem spectans esset, sic Cicer. in 4. seù quicunq; auctor sit ille ad Heren. *Ego quos magistratus mihi populus Romanus mandauit, sic accepi vt me omnium officiorum Religione obstringi arbitrarer*.

Iacob. 1 Sic accommodatè D. Iacob. epistol. sua cap. 1. *Religio munda, & immaculata hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione ipsorum*. nimirum diligenti cura, & studio, potest tñ prędicta sententia etiam propriè intelligi, quatenùs huiusmodi actiones fiunt per imperium religionis ordinãtis illas ad Dei cultum.

Eadem ratione qui nimis scrupulosè agunt res suas, Religiosę agere, vel Religiosi quandoq; dicuntur. iux. illud Pamphili apud Terentium in Terent. Andria. *Dignus est odio cum sua religione, & scrupulo*, & frequens est apud Ciceronem. *Religionem inÿcere*, idest, *conscientiæ scrupulum*, aliquid religionis, videlicet in debito conscientiæ. quia (inquam) ea quæ religionis sunt maximo cum timore adimplẽda veniũt, ne in aliquo deficiamus Hier. 48 ꝙ pulchrè declaratur Hier. 48. vbi dr̃ *Maledictus qui facit opus Dei negligenter*. & secundum aliã literam, *fraudulenter*. quò insinuatur quod negligentia in his quæ Dei sunt, habetur pro fraudulentia. quarè Greg. ibidem. *Fraudem in opere Dei* D. Greg. *perpetrat, qui se inordinatè diligens per hoc quod rectè agit ad remunerationis transitoria bona festinat*. Est ergo fraus non reddere Deo debitam diligentiam pro decentia maiestatis illius.

Accommodatiori attamen modo, & proprius nomen religionis extendimus ad omnem rem, quæ cultui diuino destinatur, & ad actiones inter 14 nas, & externas, quibus colimus Deum, & ad q̃cunquè animi affectionem erga Deum, eo modo quo votum non solum appellamus promissionẽ Deo factam, sed etiam rem ipsam, quam ad Dei honorem voto reddimus. hoc est quod Exo. 12. Exo. 12 de phase dicitur *Quæ est ista religio*, idest cærimonia sacra, & religiosa, & Num. 19. Vbi sermo est Nu. 19. de sacrificio vaccę dicitur, *Ista est religio victimę*. & Exod. 29. de Sacerdotibus. *Erunt mihi Sa-* Exo. 29. *cerdotes religione perpetua*. idest lege stabili ad cultum Dei pertinentes.

Accommodatissimè autem, & omnib. modis per quam propriè. *Religiosa vocantur ea, quæ ex* 15 *voto obstringuntur ad Dei cultum*. qua ratione nõ solum Christiani omnes, qui in statu salutis sunt Deoquè subiecti, sed magis qui se religionibus constrixerunt, verè religiosi dicũtur, & sunt. quarè D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. ad quintum, ità ha- D. Tho. bet. ad quintum dicendum quòd *Religiosi dici possint communiter omnes, qui Deum colunt, specia-* 16 *liter tamen religiosi dicuntur, qui totam vitã suã diuino cultui dedicant, à mundanis negotÿs se abstrahentes sicut etiam contemplatiui dicuntur, nõ qui contemplantur, sed qui contemplationi totam vitam suam deputant. Huiusmodi autem non se subÿciunt homini propter hominem. sed propter Deum, secundum illud Apostoli Gal. 4. Sicut Ange-* Gal. 4. *lum Dei excepistis me sicut Iesum Christum*. Hæc ille, & eadem 2. 2. q. 186. art. 1. Respond. ad quæsi 17 tum vtrùm religio importet statum perfectionis, inquit, *Dicendum quòd sicut ex supradictis patet id quod communiter multis conuenit anthonomasticè attribuitur ei cui per excellentia conuenit. Sicut nomen fortitudinis vendicat sibi illa virtus, quæ circa difficilima firmitatem animi seruat, & tem-*

temperantia nomen vendicat sibi illa virtus, quæ temperat maximas delectationes, religio autem vt supra habitum est. est quædam virtus per quam aliquis ad Dei seruitutem, & cultum aliquid exhibet, & ideò anthonomasticè religiosi dicuntur illi, qui se totaliter mancipant diuino seruitio, quasi holocaustum Deo offerentes. Vndè Greg. dicit super Ezech. *Sunt quidam qui nihil sibimetipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam, atq; substantiã, quam perceperunt omnipotenti Deo imolant. in hoc autem perfectio hominis consistit, quòd totaliter Deo inhæreat, & secundum hoc religio perfectionis statum nominat.* hæc D. Tho.

D.Greg. hom.20

An autem sub hoc nomine religiosi: modo & sensu declarato comprehendantur omnes, qui quouis modo profitentur in florentissima Societate IESV. ex quo non omnes, & singuli per vota solemnia obligantur, cum tñ hoc videatur necessarium, vt infra patebit ad mentem Doct. Angelici. olim controuersum fuit. Cæterùm nunc minimè hoc in dubium reuocandum est. omnis enim lis, & difficultas de medio sublata est. non solum per Constitutiones Pauli III. & Iulij III. quibus approbant huiusmodi institutum in omnibus, & per omnia.

Pũct.2. huiusmet quæsiti.

18

Cæterum in eisdem simùl declaratur, quòd q absoluto tempore nouitiatus emittunt modo cõsueto coram alijs tria hæc vota simplicia, desinãt eo ipso iam esse nouitij, atquè adeò sint verè, & propriè in statu huius religionis caoptati: apertiùs, verò, clariùs, & firmius, hoc idem manifestatur, & comprobatur per Constitutionem nouissimè editam à Fel. recor. Greg. XIII. quæ habetur in Compend. eiusdem Societatis. verbo *Religiosus*. & verba Summi Pont. sunt.

Non solum eos qui in coadiutoriũ formatorum, siuè spiritualium, siuè temporalium societatis gradus, & ministerta admittuntur; sed & alios omnes qui in ea biennio probationis peracto tria, Castitatis Paupertatis, & Obedientia vota publica, sci licet simplicia emiserint, emittentuè in futurum: verè, & propriè religiosos fuisse, & esse, & vbicunq; semper ab omnibus censeri, & nominari debere, nõ secus atquè ipsos, tùm societatis, tùm quorumuis aliorum Regularium ordinum professos.

Ex quibus patet quod non solum coadiutores formati in dicta Societate. verùm, & qui scholares approbati dicuntur. emissa professione per tria vota simplicia omninò dicẽdi sunt; ac tenendi tanquam veri, & legitimi religiosi. non obstante dominio temporalium, quod quandoquè apud seipsos retinent de licentia suorum prælatorum cum abdicatione tñ vsus, & administrationis eorundem bonorum. non obstãte insuper quòd desit solẽnitas in talibus votis. siquidẽ vt est proba tissimorum DD. sent. *solemnitas iuris positiui est.* quod ego libenter sustineo per ordinem ad omnem, & quemcunquè cõtractum, & obligationẽ. vt suis locis manifestabimus. & hoc potissimum stantibus supracitatis Constitutionib. Sum. Pót. quibus interest similia declarare, vndè & con sulto Sac. sanct. Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. excipit dictam societatem à communi regula aliorũ ordinum. vultquè stari vsui approbato, & acceptato in dicta societate. de qua re. videantur quæ abundè pro occasione dicuntur à præclarissimis viris F. Emanuele Rodoriquez tom. 1. quæst. regul. q. 1. art. 4. & à Valentia tom. 3. super 22. D. Tho. disp. 10. q. 4. puncto 2. & reuera nulla est causa dubitandi. nam statuta vim habent ex intentione statuentium, cum ergò sic & non aliter obligare intendant pro aliquo tempore, qui talem societatem instituerunt ex solo accessu cõsensus Sum. Pont. in approbationem huiusmodi instituti omnis dubitatio tollitur. & eò magis adhuc, q a hoc in maximũ bonum præfatæ religionis cedit. vt possint expelli inutiles, & minus digni post multa sic profitentium experimenta: quod si liceret addere libenter dicerem. quòd reuera scholares sic professi. verè obligantur religioni immobiliter non solùm pro ea parte. quantum in ipsis, & ex ipsis fit. cæterum & ipsi superiores non possunt, nec debent pro libito eos à religione expellere, nisi causa graui, & vrgente, ac manifesta. nã ea solùm fieri posse dicuntur, quæ iure fiunt. vt in Reg. *Impossib.* adnotauimus, & cautio fuit optima. optimorum patrum sic inuigilare pro bono publico propriæ religionis. quemadmodum, & aliæ religiones ex causa incorrigibilitatis aliquos expellere possunt. licet non ita familiariter, vt ex Reg. D. Aug. de qua re alibi. Non tamẽ offenditur dicta religio si dicat, quòd strictiori vinculo obligãtur suis religionibus alij regulares p sua vota solemnia, & sine aliqua cõditione apposita, vt concedit idem citatus doctiss. Valentia. cum hoc enim stat quòd verè, & propriè sint religiosi. secundùm Regulam philosoph. quod magis, & minus non variant speciem. & quia ex consuetudine cui statur, ceù legum interpres. extra de ver bor. signif. c. Abbate. sic eos tenet.

Conc. Tri.

19

Hos ergò in nostro quæsito comprehendimus dum quærimus de religiosis in communi. nec aduersari debet doctrina tradita ex D. Thom. & quæ magis tradetur puncto sequẽti. siquidem D. Th. loquitur per ordinem ad ius antiquum. & accommodè illius verba, vbiq; accipiẽda sunt. & ex indulgentia aliqua permittuntur in vna relig. quod non in alia propter bonum eiusdem religionis. vt vel sic omnia suo congruant fini.

Dicendum ergò per recollectionem eorũ, quæ hactenus diximus. quod religio quandoquè sumitur pro oĩ Christiano propter fidẽ, quam habet a qua, & religio Christiana nuncupatur. secundum illud Iaco. 1. *Si quis putat se religiosum esse, non refrenãs linguam suam huius vana est religio.* Aliquando pro bono Christiano tñ, vt in Actib. Apost. *Erant Hierosolymis viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est*. Hoc idem 16. q. 1. c. iuxta. & c. Ecclesia S. Mariæ de Constit. Demũ pro clericis, & regulariter viuentibus, & vota emitten-

Iacob.1

cap.2.

20

emittentibus de quibus Abbas in c.insinuare.qui cler.vel monac.& cap.ex public.de consanguinitate,& affinit.in rubr.de regul.& in cap.ex multa de voto,& in cap.dilecta de maior.& obedient. Item Felyn.in cap.Ecclesia S.Marię de constit.& cap.non dubium.de sent.excom.

Hi sunt specialiter Deo dicati,& in quib.præcæteris vera Dei cognitio verus Dei cultus, veritate rei,idest conformitatis ad Deum,& veritate cognitionis reperiri debet, & de his singulariter nobis sermo est in præsenti art.vt etiam illis propriam assignemus Regulam pro eorũdem conditione: quod lubenti animo præstamus.licèt inter scribendum plurimum erubescamus, qui valdè deflexinus à Regula propria. & vtinam dignè conteri det.qui largitor est omnium bonorum.

Ex dictis ergò patet,quod intentio quæsiti est quærere,& inuestigare de Religiosis propriè,qui ex voto Deo obricti sunt,viuuntquè in vnum abstracti, & alienati à negotijs sæcularium (nisi in quantum fert pietas,& charitas.) Vtrum (inquã) *aliqua sit regula eis omnibus, & singulis necessaria ad rectè viuendum.* Conformiter ad religionẽ in qua vnusquisquè eorum respectiuè professus est.& hæc de primo dicta sufficiant.

PVNCTI SECVNDI SVMMAE.

1 Religiosi cuiuslibet est se, & suas actiones ordinare ad perfectionem consequendam.

2 Religiosus quilibet ad exercitia sibi taxata ex sua regula tenetur.

3 Religiosus contemnens tendere ad perfectionem semper peccat.

4 Ad perfectionem aliquid pertinere potest tripliciter, & quomodo religiosus diuersimodè se habeat ad illa.

5 Contenta in regula religiosorum in quadruplici differentia distingui possunt.

6 Religiosus non vniformiter peccat,ex trãsgressione per ordinem ad singula contenta in sua regula.

7 Contemptus, & transgressio præcepti propriè, semper inducunt mortale.

8 Onus religiosi est semper præ oculis habere, vt tendat ad perfectionem,aliter non est in statu salutis.

9 D.Bernar.sententia omninò notanda à quouis religioso.

10 Seruire Deo quid sit secundum D. Antoninum.

11 Deus quarè dicatur regnare in domo Iacob,non autem Abrahę aut Isaac.

12 Deus in solo victore, & supplãtatore vitiorum regnat.

13 Sola præceptorum obseruantia constituit reges, ex domini seruitute.

14 Adhærere Deo quid sit, & quid requirat.

15 Deo vniri tribus modis contingit, & horum comparatio.

16 Christus quarè voluit ligari,affigi, & inungi.

17 Religio,& sanctitas ferè idem sunt,licèt in materia distinguantur.

18 Sanctus qui est semper Religiosus,non è contra, sanctus tamen esse debet religiosus.

19 Sanctitas quid includat,& quid sit.

20 Religiosus omnis vouisse videtur sanctitatem, & quarè.

21 Religiosorum negligentia, valdè congemiscenda.

QVo ad secundum punctum. notanda omninò est,& memoriæ commendanda, imò ab omnibus, & singulis religiosis in intimis cordium scribenda Aurea D.Thom. sententia,quam affert.2.2.q.186.art.2.vbi quærit.

An religiosus teneatur ad omnia Cõsilia.post multa.inquit, *Manifestum est autem,quòd ille,qui operatur ad finem,non ex necessitate conuenit, qd iam assecutus sit finem, sed requiritur quod per aliquam viam tendat ad finem. Et ideò ille qui statum religionis assumit, non tenetur habere perfectam charitatem,sed tenetur ad hoc tendere,& operam dare, vt habeat charitatem perfectam. & eadem ratione nõ tenetur ad hoc quod illa impleat, quæ ad perfectionem charitatis consequuntur.Tenetur aũt vt ad ea implenda intendat; cõtra quod facit contẽnẽs,vndè non peccat si ea prætermittat, sed si ea contemnat. Similiter etiam non tenetur ad omnia exercitia,quibus ad perfectionem peruenitur: sed ad illa quæ determinata sunt ei taxata secundum regulam,quam professus est.* D.Tho.

Ex qua sententia habemus primo quòd licèt sint diuersæ religiones, quarum quælibet tendit ad suum finem proximum, qui diuersificatur secundum diuersitatem religionum per ordinem 1
ad diuersa exercitia exteriora quibus acquiritur charitas,vt abundè idem docet q.188.ar.primo, nihilominus hoc vnum commune est omnibus,& singulis religiosis,vt ordinent se, & suas omnes actiones,pro consequenda perfectione, quæ consistit in interiori perfecta charitate.

Secundo ex eadem sententia quòd licèt non 2
teneantur religiosi ad omnia consilia, siuè exercitia quibus potest acquiri perfectio,tenentur tñ singuli ad illa,quæ respectiuè singulis sunt taxata pro conditione religionis,quam vnusquisquè complexus est.

Tertio,& principaliter quod non tendere ad talem perfectionem, & diuertere à suo fine, qui est perfectio.sed nolle,vel etiam contẽnere talem tendentiam inducit peccatum. siuè mortale, siuè 3
veniale conformiter ad qualitatem transgressionis,vt ibidem declarat Caietanus. vndè in responsione ad primum exemplo declarat huiusmo Caiet.
di tendentiam.dicens.quòd sicut qui intrat scholas non profitetur se scientem, sed profitetur se studentem ad scientiam acquirẽdam, modo quo vt refert Aug.8.de Ciuit.Dei.*Pytagoras noluit se sapientem profiteri,sed sapiẽtia amatorẽ*. Ita,&c. Pytag.

Ed Et

Et pro declaratione huius sent. duo adhuc, vel tria sunt aduertenda. primo quod ad perfectionē
4 potest aliquid pertinere tripliciter. vno modo essentialiter, & sic comprehendit obseruantiam præceptorum, quæ omnibus communis est. quēadmodum, & euitatio omnium repugnantium charitati, quatenus necessaria est ad salutem. Secundo consequenter, puta, quòd maledicēti quis benedicat. Ista enim licet secundum animi præparationem sint in præcepto, quod tamen actu sic fiat, extra necessitatis casum, est super erroga tionis. Tertio pertinet ad perfectionem aliquid instrumētaliter, quia (inquā) valdè proficua sunt ad illam acquirendam, & sub istis comprehēdun tur paupertas, continentia, & alia huiusmodi, sub quibus comprehenduntur ministerialia. vt abstinentia à talibus cibis indumentis, &c. Hæc ex D. Tho. 2.2.q.186.art.2.

Nota secundo, quod quatuor sunt gña con-
5 tentorum in regula cuiuscunquè religionis, vel saltem possunt considerari. primo actus virtutum qui communiter sunt in præcepto. secundo actus virtutum qui communiter sunt de cōsilio. tertio exteriores abstinentiæ quæ sunt prima materia, & principalis trium votorum, vt castum esse, & nihil proprium habere. quarto reliquæ exteriores obseruantiæ, vt abstinentia à carnibus obseruatio silentij, & huiusmodi.

Dicimus ergò quod transgressio primorum a-
6 ctuum præceptorum, haud dubio est mortale, vt patet. & grauius quàm in sæculari. transgressio secundorum actuum, vel omissio, vt communiter non est mortalis si absit contemptus. quod si adsit. iam esset contemnere tendentiam ad perfectionem, & sic esset mortale. transgressio eorum, quæ sunt tertij generis. est mortale. est enī votorum transgressio. &c. transgressio verò demum eorum quæ prçcisè ministerialia sunt, vt sic non inducit culpam mortalem, si absit contēptus, vel regulæ, vel superioris. &c.

Nota tertio quòd generaliter citra illa quæ aliàs sunt de prçcepto, vel constitutiua materiæ
7 propriæ votorum trium essentialium illorū trāsgressio non inducit culpam mortalem, nisi ob duplicem causam quarum altera sufficit. videlicet vel ratione prçcepti propriè, & strictè, quia tunc patet expressa prælati voluntas declarantis, & præcipientis, vel contemptus ppè quia (inquā) quis non vult obedire, quia nō vult subijci regulæ, aut superiori cui debet. ista ex D. Thom. & Caiet. loco vt supra art. 9.

Ex his omnib. patere potest cuilibet religioso, quam vrgens, & graue sit onus suum, vt non
8 existimet se. sine causa esse in monasterio. tenetū.n. velit, nolit, tendere ad perfectionem, & *qui manuum ponit ad aratrū, retroq; respicit iam ipse se arguit, nō esse aptum regno Dei.* vt legitur siuè. Et vt magis hæc religiosorum obligatio eorum inferatur pectorib. moralia adducamus, lubenti. n. animo, & ista præstamus, nequè enim minus digna erunt quam quæ hactenus adducta sunt.

Sñia est D. Bernar. qui religiosus, & religatus, vt nos Deo fuit ad cōfratres suos sermonē habens. & habetur in epist. ad fratres de monte Dei. vbi ait. *Fratres, aliorum est seruire Deo; nostrum verò adhærere illi,* quid breuius (quæso) quid cumula- 9 tius, quid emunctius, quiduè efficacius potuit ver bis paucis exprimi?

At ais non percipio sermonem, sermo mihi durus. Edissere nobis mysterium;

Accipe, & intellige aure cordis, magis quam corporis. de duobus mentio fit in huiusmodi sen tentia sāctissimi, & eruditissimi Doctoris, primo de obligatione, quç communis est omnibus Christi fidelibus ad Deum ritç, & congruç seruiendū, secundo de obligatione speciali adhçsionis ad Deum, ad quam ligantur, qui vinculo religionis obstringuntur Declaremus primū, deindè secundum, & habebimus intentum, & vtinam ad nostram ædificationem.

Fratres, inquit, *aliorum est seruire Deo. Seruire* D. Ant. *Deo.* nihil aliud (vt vir Dei. S. Antoninus in Agone mortis positus lætanter dixit (sicut in illius le- 10 genda) quam *regnare est.* Sola igitur Dei seruitus nos veros reges non temporales, sed spirituales constituit ipsaquè si præstetur modo quo præstari debet, sufficit ad Regnum cçleste acquirendum omnibus, & singulis fidelibus. quo dicto significatur, quod solum hi, qui se optimè regunt suisquè passionibus dominantur, seruiunt Deo. Salomon enim ex solo consessu super mulam Regiam proclamatus, & cognitus fuit, vt habetur 3. Reg. 1. In Regem. Reges Christiani tantū ad prædominium, & consessum passionum corporalium (est enim veluti mula quædam nostrum corpus) dignoscūtur. Hoc Angelus declarans Virg. Mariç. quomodo Christus nasciturus ex ea regnaturus 11 esset. inquit, *Et regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis.* Interlinearis gl. ait. i. *in præsenti vita. Corda inhabitabit. in futuro vocabit ad gloriam.* ordinaria verò. inquit, idest super electos. De domo enim Abraham, & Isaac aliqui fuerunt reprobati, sicut Ismael, & Esau. sed in domo Iacob omnes eius filij à sanctis Doctoribus inter electos sunt computati: quia & si aliqui peccauerunt pœnitentiam egerunt.

Lyranus ad propositum nostrum dicit, *Iacob,* Lyra. *interpretatur supplantator, in illis* .n. *qui supplan* 12 *tant passiones inordinatas, & vitia regnat Christus, in illis autem qui supplantantur ab eis, diabo lus,* sed nota, ly, *in domo.* quia in paucis. nam pauci sunt electi.

Hoc idem Ioānes insinuat cum pro titulo glo riæ dicit de Christo, *Ipse est rex regū, & dominus dominantium.* & quia Christus declarauit regnū suum non esse de hoc mūdo. relinqtur quod specialiter sit intelligendum hoc regnum, ita vt sen sus sit, *est rex* eorum qui se benè regunt, *& domi nus eorum,* qui sibi ipsis benè dominantur. sic Se- Seneca. neca. *benè omnia rexeris si teipsum rexeris, benè omnia*

omnia imperaueris, si tibi ipsi imperaueris. Ergò
seruire Deo est rectè viuere, & dominari passioni
bus, rectèquè operari. & in hoc sensu, *Seruire Deo*
13 *regnare est*. cum tendentia ad Regnum cęleste.
quarè sola præceptorum obseruantia constituit
reges, ex domini seruitute. & tñ hoc nobis reli-
giosis non sufficit. verbum vtique pro nobis aspe
rum, & amarum. quia nauem animæ ligatam in
proprijs affectibus tenemus, & tñ quasi ad portũ
perueneri mus nos tutos esse credimus. hinc Hie
D. Hier. ronymus. *Festina quæso. & hærentis in salo, na-
uiculæ funem præscinde potius, quam solue.*
D. Bern. Hinc D. Bernardus eodem loco, declarans se-
ipsum, inquit, *non est nostrum per communia præ-
cepta languere, neq; hoc solum attendere quid præ-
cipiat Deus, sed quid velit, probantes quæ sit vo-
luntas Dei bona beneplacens atq; perfecta*.
*Aliorum est Deum credere, scire, amare, reuere-
ri, nostrum est sapere, intelligere, cognoscere, frui.*
Accepimus quid sit seruire Deo. accipiamus
quid illi adhærere. nostrum enim specialiter est
adhærere illi.
1. Cor. 8 *Qui adhæret Deo* inquit Apostolus. *vnus spiri-
tus efficitur cum illo*. idest omnibus contemptis
14 nihil aliud vult, nihil aliud quærit, nisi quod Deo
placere potest. Hinc idem D. Bernard. super Psal.
Ps. 72. exponẽdo illum versiculum, *Mihi adhærere Deo,
bonum est*. Inquit, quod tribus modis aliqua duo
disiuncta possunt simùl iungi, aut fune modo quo
duo ligna colligantur; aut clauo, modo quo duo
asseres, vel huiusmodi coniungũtur, aut certè cal
ce, vel bittumine. primus modus vnionis fortis
est; sed secundus est fortior: tertius non solũ for-
tis, sed, & suauis, quia quasi fiunt vnum corpus,
vt patet in pariete.
His tribus modis ait, contingit nos vniri Deo.
primò fune, nimirũ spe retributionis, & præmio-
rum; nam gloria quam speramus, est ceù funis tra
hens nos de terra ad cœlum.
15 Hac fune tractus Regius Psaltes inquiebat. *In
Ps. 118 clinaui cor meum ad faciẽdum, propter retributio-
nem*. Clauo (inquam) timoris pœnarum; secundũ
illud Psal. *Confige timore tuo carnes meas*. Demũ
calce diuini amoris quo anima nostra fit vnũ cũ
Ps. 72. Deo. Huius enim amore inebriati dicunt. *O quam
bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde*. duo
prima ligamina fortia quidẽ sunt, at minus sua-
uia, minusq; diuturna. tertium suaue, & firmum,
manens etiam in patria.
Ad insinuandum hæc tria ligamina, Christus
voluit, & ligari, & clauo affigi, & inũgi. at duo pri
ma transierunt. vnctio mansit etiam Christo resu
scitato. Hæc est triplex via, quã docent Sancti,
scilicet purgatiua, illuminatiua, & vnitiua. Iam
16 percipimus quid D. Bernard. in hoc quod dicit,
Nostrum est adhærere illi. significare voluerit om
nes modi boni sunt, sed si non perueniamus ad
tertium adhuc sumus in via, adhuc fluctuamus,
nondum peruenimus ad eã perfectionem ad quã
vocati sumus.

Nondum relegati cum Deo, & forsan nec be-
nè ligati. ex consequẽti nec verè religiosi sumus.
quod sic apertè demonstramus.
Namquè D. Tho. eadem q. 81. ex 2. 2. pluries D. Tho.
citata art. 8. quærit, & determinat quod *Religio*,
prorsus sit idem quod *Sanctitas*, & secundum es-
sentiam, & sm̃ rationẽ formalem, ità vt ratio-
ne tantùm aliqualiter distinguantur. siquidẽ *Reli
gio*, inquit ille, *secundum sui propriam rationem* 17
*videtur tantum respicere ea, quæ ad diuinum cul-
tum pertinent, vt sunt caremoniæ, sacrificia, obla-
tiones, &c. Sanctitas verò directè respicit men-
tem. & illa mediante amorem, & quemcunquè a-
ctum quarumcunq; aliarum virtutum, imò & ip-
sius religionis per ordinem ad Deum*. quarè sancti-
tas secundum rationem in plus se habet, nam &
claudit quæ sunt religionis ratione suæ materiæ,
& addit imperium, vt dictum est per ordinem ad
Deum in actibus aliarum virtutum.
Hinc fit quod aliqui dicuntur *Religiosi*, qui nõ
sunt *sancti*, non autem ècontra. omnis enim qui
vacat cæremonijs, sacrificijs, & oblationibus, *Re-* 18
ligiosus dicitur, sed non *sanctus*. sed qui sancti
sunt offerunt seipsos, & omnia sua Deo, & hi verè
Religiosi, & sancti dicuntur. quod si ita est.
Aequidem nos qui non tm̃ exteriora, sed nos-
metipsos Deo vouimus nunquam Religio in nò
bis perfecta erit sine sanctitate. ideò idem Ber-
nardus loco vt supra (quod & flens dico) *Fratres*
ait, *non nouitistis omnem perfectionem; sed omnis
sanctitatis perfectionem; & omnis consumationis
finem*. Hæc ille.
O bone Deus quantum erubesco.
Quid autem importet sanctitas audiamus eun
dem D. Thom. citato loco. *Duo*, inquit *importat
nomen sanctitatis, munditiam, & firmitatem in* 19
*illa. ratione primi Græci illam exprimunt per nomẽ
Agyos, i. sine terra, quodcunq; enim maculatur ex
infirmioris commixtione maculatur, vt aurum ex
commixtione cum plumbo*. ratione secundi. *Anti-
quitus sancta dicebantur, quæ erant lege firmata,
nam legem nullus violare poterat*. Sanctitas ergò.
Abstractionem ab omnibus inferioribus impor-
tat, ne ex eorum affectu maculetur mens, quarè
Apostolus Heb. 12. *Pacem sequimini, & sanctimo* Heb. 12
niam, sine qua nemo videbit Deum. Firmitatem
idem Apostolus declarat Rom. 8. dicens, *Certus* Rom. 8
*sum autem quod neq; mors, neq; vita, neq; instan-
tia aliqua separabit me à charitate Dei*.
Redeamus (quæso) ad nos, *ò Religiosi*, & videa-
mus num vouerimus hanc sanctitatem de qua ha
ctenus locuti sumus. & quam obijcit D. Bernard.
enimuerò hoc negare minimè possumus. quia om 20
nia non solum exteriora, & quæ corporis sunt
Deo vouimus abrenunciando illis; sed nostram
ipsissimam voluntatem, ita vt omne velle nostrũ,
aut nolle, à nobis abiecerimus; resignantes illud
in manus superiorum. firmitatem etiam ample-
xati sumus. ideò enim in statu esse dicimur perfe
ctionis, modo declarato. tria autem sunt de ra-

tione status in sensu, vt alibi docuimus. obligatio, solemnitas, & exterior possessio: ita D. Tho. 2.2. q. 184. quòd si ita res se habet. iã pariter congemiscamus nostram communem negligentiam, & vt cautius dicam communem miseriam. qui in loco *sanctorum sumus*, & adhuc magis diaboli inquinamenta sectamur, qui perfectè saltem in tendentia ad illã esse debemus in dies magis deficimus, vt nec digni habeamur nominari incipientes. *Sanctitas*, ait Dionysius est, *ab omni immunditia libera; & perfecta. & omninò immaculata munditia*. Veh ergò nobis quia in schola virtutũ plurimùm conuersati nihil profecimus.

D. Tho. — D. Dion. 12. c. de di. noib.

Patet igitur ex iam dictis qualis esse debeat nostra perfectio, relinquendo multa alibi dicenda. & ex his non erit difficile assignare Regulam pro illa consequenda. Hæc pro secundo puncto.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Regula propria cuiuscunq; religiosi obedientia est.*
2 *Virtutes licet connexæ vna tamen alteri præstat in ratione regulæ pro qualitate personarum.*
3 *Religiosus per solam obedientiam vindicat sibi omnem virtutem.*
4 *Obedientia an, & quomodo præstet alijs virtutibus.*
5 *Contemptus humanorum bonorum, quis præstet.*
6 *Obedientia cur victimis præstare dicatur.*
7 *Obedientiæ comparatio ad virtutes Theolog. religionis, & alias.*
8 *Obediens in aliquibus, non in omnibus adhuc suam facit voluntatem.*
9 *Charitas sine obedientia nunquam esse potest.*
10 *Religiosi tota perfectio in Christi plena imitatione est.*
11 *Monachorum vita quarè subiectionis dicatur.*

Conclusio responsiua.

1 QVo ad tertium facilè ex dictis deducimus conclusionem intentam, videlicèt.

Quod *Religiosorum propria regula, ad quam omnes, & singuli obligantur obedientia est.*

Huius conclusionis probationes adhibere non est necesse in forma syllogistica, sed quasi per modum discursus, vt infra.

Nequè enim difficile est, habita notitia obligationis ipsorum religiosorum, declarare quęnã regula certa, & infallibilis pro illorum actionib. dirigendis in ordine ad finem, quem profitentur sit oppoitũna, & necessaria. licet enim virtutes sint connexę, nec vna sine altera (si in gradu perfecto reperiantur esse possit) attamen pro statu, & conditione personarum vni, vna, alteri, altera pręminet. qua consideratione ductus Archidiacon. in cap. *Hæc autem*. dist. 30. super verbo. *Cum humilitate*. etiam Christo, singularem assignat virtutem. vndè dicit. quod *Christo adeò appropriatur humilitas, quod illius propria dicatur virtus*. iuxta illud Apostoli, *Libenter gloriabor in infirmitatib. meis, vt inhabitet in me virtus Christi*, idest, *humilitas*. inquit ille. sic *Beatæ Virgini* appropriatè attribuit *fidem*. sm̃ illud. *Beata quæ credidisti*, vt in illius prętonium canit Ecclesia. secundũ quam ipsa sola dicit interemisse omnes hæreses. *Ecclesiæ* insuper appropriatè tribuit *charitatem*. Iuxta illud, *Fiat pax in virtute tua*, idest, *charitate*. nam ibi est sermo de Ciuitate Hierusalem significante Ecclesiam, & quidem optima ratione, q.a vt inquit August. *Vnitas est quæ nos compaginat*, quam vnitatem facit *charitas*. sic *patientia* propria videtur prædicatorib. sm̃ illud. *Benè patientes erũt, vt annuncient. iustitia* plãtis, & superiobus quibus dicitur. *diligite iustitiam*. Clericis cõtinentia, his nanquè dicitur. *Sint lumbi vestri præcincti*. Laicis sancta simplicitas. nam de illis. figuratę legitur. *Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eas*. & D. Petrus. *Quasi modo geniti infantes, &c.* Religiosis igitur quamuis omnium virtutum congeries ipsis conueniat. super omnes tamen in eis prælucere debet *Obedientia virtus*. quæ sola eis regula certa, & ĩfallibilis esse potest, & quam si sequantur nullo ferè labore ad portũ salutis, & exoptatum finem consequendæ salutis peruenuint. vt habetur 8. q. 1. cap. *Sciendum*.

Archid. — 2 — 1. Cor. 1 — Luc. 1 — Ps. 121 — August. — Ps. 91. — Sap. 1. — Luc. 12 — Iob 1. — 1. Pet. 2 — cap. 13.

Vbi ex D. Greg. in moralibus lib. 35. habetur hæc aurea verba. *Obedientia victimis iure præponitur, quia per victimas, aliena caro; per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Tantò igitur quisq; Deum citius placat, quãtò ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia gladio præcepti se immolat.*

D. Greg.

3 Imò ex hoc quod religiosis conuenit omnis virtus; si veram habeant obedientiam iam omnẽ possident virtutem; vt idem Greg. declarat vltimo moral. his verbis. *Obedientia sola virtus est, quæ virtutes cæteras, menti inserit, insertasq; custodit*. Vndè Ioan. à Turre Cremata super dictum caput. *Sciendum*. 8 q. 1. comparat illam matri. q.a per *obedientiam præceptorum virtutes consuetudinales* (idest acquisitæ) *in nobis generantur, & ad gratiã, & virtutes infusas disponunt; dispositione, qua hoc in nobis diuina largitas creat, & per eandem obedientiam eadem etiam virtutes in nobis conseruantur, & nutriuntur*. patet autem quod generare prolem, nutrire, & conseruare sunt matris conditiones.

cap. 12. — Io. Turr. Crem.

4 D. Thom. etiam 2.2. q. 104. art. 3. vbi quærit, *An obedientia sit maxima virtutum*. in corp. art. inquit. *Inter virtutes morales tantò aliqua potior est, quantò aliquis magis aliquid contẽnit, vt Deo inhæreat. sunt autem tria genera bonorum humanorum, quæ homo potest contemnere propter Deũ. quorum infimum, sunt exteriora bona. medium autem sunt bona corporis; supremum autem sunt bona animæ; inter quæ quodammodo præcipuũ est voluntas in quantum, scilicet per voluntatem homo*

D. Tho. — 5

omnibus

omnibus alijs bonis vtitur. Et ideò per ſe loquendo laudabilior eſt obedientię virtus, qua propter Deũ contemnit propriam voluntatem, quam aliæ virtutes morales, quæ propter Deum aliqua alia bona contemnunt.

D.Greg. *Vndè Greg. in vlt. moralium dicit. quod obedientia victimis iure pręponitur. quia per victimas aliena caro per obedientiam verò propria voluntas*
6 *mactatur, vndè etiam quæcũq; aliarum virtutum opera ex hoc meritoria ſunt apud Deum, quod fiũt, vt obediatur voluntati diuinæ. Nam ſi quis etiam martyrium ſuſtineret, vel omnia ſua pauperib. erogaret, niſi hæc ordinaret ad impletionem diuinæ voluntatis, quod rectè ad obedientiam pertinet meritoria eſſe non poſſent, ſicut nec ſi fierent ſine charitate quæ ſine obedientia eſſe non poteſt. Dicitur.*
Ioan.2. *1.Io.2. Quod qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt; qui autem ſeruat verba eius verè in hoc charitas Dei perfecta eſt, & hoc ideò eſt, quia amicitia facit idem velle, & nolle.* Hæc D.Th. ibi.

Vbi tria docet. primo quod non eſt obedien-
7 tia maxima virtutum reſpectu Theologaliũ, quę immediatè inhærent Deo, vt fini. vt ex verbis pcedentibus habes. ſecundo quod eſt maxima moralium (non ſimpliciter, quia religio, vt diximus in præcedentibus præeminet) ſed per comparationem ad virtutes contemptiuas temporalium: tertio quod hanc excellentiam habet obedientia non quæcunq;, ſed illa qua Deo vniuerſaliter obedimus. Sic enim, & non aliter præceptis
8 eius voluntatem noſtram ſubijcimus. quod ſi quędam præcepta, & non omnia implemus, iam non Dei, ſed noſtram facimus voluntatem: quarto (quod omninò notãdum eſt) quia charitas ſine obedien-
9 tia minimè eſſe poteſt, quia qui diligit operatur, & conformatur voluntati eius, quem diligit, imò fit vnum velle, & nolle cum illo.

D.Tho. In eadem autem 22.q.186.ar.5. Idem Doctor docet quomodo pertineat ad perfectionem religionis; & quod oĩnò ſit neceſſaria ſibi & ſingulis relig: primo *quia tota religionis perfectio in Chri-*
Mat.19 *ſti imitatione conſiſtit*, ſecundum illud Matt. 19.
10 *Si vis perfectus eſſe &c. ſequere me. ſequi enim imitari eſt*, vt exponit D.Gregor. ſed ſic eſt quod Chriſtus maximè commendatur in obedientia ſecun-
Phil.2. dum illud Philip. 2. *Factus eſt obediens vſque ad mortem*: ergò ſecundo quia ſtatus religionis quædam diſciplina eſt, & exercitium tendendi in perfectionem, ex conſequenti ęget directione alicuius ordinantis ad talem finem, inſtar diſcipuli, qui à magiſtro dirigitur, hinc eſt quod ſeptima
11 q. 11. c. 8. hoc nequaquam, dicitur quod *Monachorum vita ſubiectionis habet verbum, & diſcipulatus.* Et licet in religionibus multi ſint perfecti, qui fortaſsè nulla ægerent tali manuductione, *Prodeſt tñ eis obedientia pro conſeruandis virtutibus in ipſis?* Et hæc de tertio dicta ſufficiant.

PVNCTI QVARTI SVMMA.

1 *Religioſi quia maximè religati cũ Deo ſtrictiori egent regula.*
2 *Religioſorum diuerſitas non tollit quin in vna regula religioſi omnes communicent.*
3 *Canonici regulares quarè ſic dicti.*
4 *Præceptum Prælati non obligat ſi religioni, diſciplinæ, & ſaluti non congruat.*
5 *Regula omnis conformari debet cum diuina lege, vt ſit iuſta.*

QVo ad quartum. Ad argumenta dicimus ad primum negatur minor, imò ex hoc quod religioſi ſunt maximè religati cũ Deo ſequitur quod potiori iure teneantur ſe conformare regulæ, quam ſemel acceptarunt. 1

Ad ſecundum dicitur quod diuerſitas finium particularium quarumcunq; religionum non tollit eis quin omnes, & ſinguli teneantur tendere ad perfectionem pro qua acquirenda egent manuductione per regulam obedientiæ; quam omnes ideò vouent, & vltrò ei ſe obſtringunt. 2

Ad tertium dicitur, quod nullum eſt inconueniens quod à regula regulares denominentur, ſed hoc eis valdè congruit, & licet aliqui dicantur *Canonici Regulares*, quaſi geminato nomine (ſiquidem *Canon* idem eſt, quod *Regula*) hoc tamen iō 3
eſt, quia primum erant *Canonici Lateranenſes*, poſtmodum acceptata regula B. Auguſtini ſub qua viuerent, retēto priori nomine, ſuperadditũ eſt, quod Canonici Regulares dicerentur, ita Cõ Cõfetius
fetius de Priuilegijs mendicantium, vbi de origine Religionum cap. 12.

Ad quartum conceditur, quod ſola obedientia eſt propria, & communis regula omnium, & ſingulorum religioſorum rationibus dictis, nec offendit quod ſuperiores habentes poteſtatem liberè vtantur illa. Nam ſemper præſupponitur, quod quodlibet *Præceptum congruat religioni, diſciplinæ, & ſaluti*. Nam rectus vſus cuiuſ- 4
cunquè præceptionis habet, & habere debet, originem a regula diuina, quæ omninò certa, & infallibilis eſt, & contra quam ſi præcipiatur non eſt obediendum, cum *Obedientia ſit virtus ad bonum tantum*, omne autem iuſtum debet eſſe ſe- 5
cundum rationem ex conſequenti conforme ad legem naturalem, quæ ad Diuinam primam radicem reducitur, leges enim poſitiuæ, vel humanæ comparantur ad naturalem, vel ſicut concluſiones ad ſua principia, vel ſicut particulares determinationes ad generales de qua re D. Thom. D.Tho.
ſecunda ſecundæ quæſt. 95. artic. ſecundo, & nos inferius ſermonem habebimus, & hæc quo ad quartum.

PVNCTI QVARTI Svmmas.

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum, quia Concionatori plurima occurrere possunt, & quidem necessaria pro virtute obedientiæ declaranda, cōmendanda, necnon laudibus efferēda ex quo omnibus, & singulis, licet diuersimodè est necessaria; ideò vltra dicta, ne qui maximè tenentur ad illā aliquid prætermittamus vltrà ea, quæ hactenus dicta sunt, aliqua adhuc superaddimus, quatenus discernere valeat vnusquisquè quomodo, & qualitèr obedire teneatur, & quomodo religiosi obedientia, quam eis pro regula assignauimus supereminеat abūdanti discursu proponimus, vt infra, videlicet primo ponendo discrimen inter religiosorum, & sæcularium obedientiam, secundo adhibendo exempla opportuna perfectè obedientiæ, quam maximè æmulari debent religiosi, tertio varios illius effectus declarando, & ex illis diuersas eiusdem definitiones deducendo. 3
quarto demum septem eiusdem gradus assignando, quæ duo quasi vnum quoddam simùl præstabimus, vt vel sic nihil videamur prætermisisse, 2
congruum, & opportunum esse possit pro complemento huius eximiæ, ac supereminentis virtutis, & quidem primo.

1. Quod obedientia omnibus sit necessaria ad salutem, sitquè de iure naturæ debita, patet. sic enī Deus instituit vniuersum, vt inferiora subijciantur motionibus superiorum in naturalibus, quæ regulantur secundum motum corporum cælestium; Et hoc idem constat proportionaliter in 2
humanis, nam qui inferiores sunt inter homines necessariò debent subijci superioribus, aliter peruersus esset ordo. Hoc insinuare voluit Apostolus cum dixit: *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis.* Et Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*; vt in art. præcedenti demonstrauimus. Idem ostendunt iurisperiti, vt videre est Insti. *De his q. sui, vel alieni iuris sūt, &c.* Heb. 13 Rom. 13

2. Manifestum autem est, quod ius gentium est idem quod ius naturæ in homine, maximè postquam cohabitare homines cæperūt; Et ratio conuincit, quia vbi est inæqualitas, & multitudo ibi necessariò debet reperiri ordo superioris, & inferioris, quarè necessaria est obedientia omnibus, & singulis, ex hoc ergò apparet quod nihil speciale tribuerimus religiosis dū eis pro regula ad rectè 15

rectè operandum assignauimus obedientiam.

Hanc obiectionem libèter admouemus, vt occasionē habeamus manifestandi magis ea, quæ sunt propria singulis Religiosis: Dicimus igitur
Alber. Mag. cum D. Alberto Magno super *Missus est*, quod *triplex est obedientia, siuè obedientia gradus*; quædam dr̄ *Perfectionis Xp̄ianæ*; quędā *Conformitatis*; quædam verò *Vnionis* appellatur. Prima est com
1 munis omnibus Christianis, eisquè necessaria ad salutem, & consistit in præceptorum obseruantia, implicatquè illam quæ est de iure naturæ, vt in arguendo dicebatur: Secunda propria est religiosis, nam ipsi tenentur obedire etiam in super erogatorijs, & insuper conformare propriam vo
3 luntatem cum voluntate recta suorum superiorum, imò obtemperare in omnibus prælato, non solum in his, quæ secundum regulam sunt, cæterum, & in omnibus alijs, si tamen iusta sint, & non
D. Thq. repugnantia propriæ professioni, itá D. Thom. 2.2.q.86.art.5.& ibid. Caiet.

4 Quarè religiosorum obedientia comparatur ad illa, quæ est sęcularium sicut vniuersale ad particulare, & sicut includens ad non includentem; huius verò symbolum habemus in Abraham cui
Gen. 12 dictū est. *Egredere de terra tua*. &c. vndè, & pręeminet ratione *voti*, & *meriti*; siquidem magis meritorium est reddere aliquid ex voto, quam sine illo, vt alibi dicemus.

5 Tertia obedientia quæ dicitur vnionis *perfectorum est*; idest eorū qui iam acquisiuerunt perfectionem, quorum est, itá adhærere Deo, quod vnius spiritus effiiantur cum illo, sitq; eorum idē velle, & nolle. Hanc autem dist. aliter alij asserunt dicendo ꝙ obedientia, triplex est, *necessaria, abundans*, & *perfecta*. Prima est cum quis obedit in his in quibus tenetur obedire, & est cō munis. secunda cum quis obtemperat in his in quibus non tenetur, & voluntariè se obligat ad
6 talem obedientiam. tertia quæ dicitur perfecta est illa de qua, inquit D. Aug. quod *Legem nescit*,
D. Aug. *terminis non arctatur, neq; contenta angustijs professionis largiori voluntate fertur in latitudinem*
Ps. 118 *charitatis*, de qua Regius Psaltes. *Viam mandatorum tuorum cucurri cū dilatasti cor meum*, vbi nota, ly, *cucurri*, quia certè velocissima est ad exequendum præcepta, & iussa; & ly, *cum dilatasti*; nam dilatatio cordis prouenit ex amplitudine charitatis; hæc enim continuò dicit, *Doce me fa-*
Ps. 142 *cere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu*. Hęc
7 non solum cōformatur in volito, sed etiam in modo volendi.

Graduantur ergò hmōi obedientiæ, quia per primā voluntas redditur apta ad volendum, ꝙ Deus vult; per secundam quasi immobilis fit animus contra peccatum, per tertiam transformatur in Deum per amoris intensionem, animaquè
8 quasi deificatur ad modum quo ferrum ignitum, licet non desinat esse ferrum induit tamen pro-
D. Bern. prietates omnes ignis. Has omnes ponit D. Bernard. in Beatissima Virgine in qua eminentissimè floruerunt effectus earundem: siquidem primam ostendit quando illicò, vt instructa fuit à Spiritu sancto de misterio Incarnationis seipsam submit tendo dixit. *Ecce Ancilla Domini fiat mihi secun-* Luc. 1.
dum verbum tuum. & insuper quando se supposuit legi purificationis, secundam declarauit in 9
animi immobilitate ad peccandum, vndè, & meritò de ea scriptum est, quia *Deus in medio eius* Ps. 68.
non commouebitur. communicans in hoc cum prærogatiua Angelorum contraria ei, quæ est dæmonum persistentium in peccato. tertiā ostendit conformando se nō solum in volito, sed & in modo volendi cum filio suo dicendo, *Non sicut ego volo, sed sicut tu*. de qua re magis alibi dicemus.

Et quoniam iustum est, vt abundemus in proprijs qui solicitamur pro alienis, pro maiori adhuc declaratione huius eximiæ virtutis, quæ vera, & certa regula religiosorum est, sciendum ꝙ sicut peccatum consistit in hoc, vt Deo contēpto commutabilibus bonis adhæreamus, itá ècontra meritum virtuosi actus, quòd homo contemptis bonis creatis Deo inhæreat, sicut fini, de qua re videatur D. Thom. 2.2.q.104.art.3. quatuor ve- D. Tho.
rò contemptus in vniuersum reperiuntur ex quo rum maiori, vel minori complexu, maiorem, vel 10
minorem acquirimus perfectionem, & hos benè animaduertit B. Malachias ex antiquis Anacho- B. Mal.
retis, *Spernere*, inquit, *mundum, spernere se, spernere nullum, & spernere se sperni*.

Spernere mundum est non curare de illius bonis, & fortuna quod certè fit per paupertatem. *Spernere se* hoc est non curare de bonis corporalibus, nec de quibuscunq; delicijs. *Spernere nullū* hoc est omnem, & quemcunq; alium sibi præferre meliora de illo, quam de seipso existimando. *Spernere* deniùm *se sperni* est exponere se opprobrijs, calumnijs, ludibrijs, omnibusq; ignominijs. *Etiam benè agentes*, secundum illud Apostoli, *Benedicimus, & maledicimur*, & breuitèr non curare de aliqua mercede in hoc mundo.

Quòd autem in his quatuor spretibus, siuè cō temptibus vniuersa Christiana perfectio possibilis communicari homini in hac vita consistat maximè per ordinem ad remotionem impedimentorum pro gratia consequenda, facile monstrare est ex hoc vno, quia istis quatuor correspondent principales beatitudines. primò enim contēptui 11
correspondet prima beatitudo. *Beati pauperes*. Luc. 6
secundo beatitudo qua dicitur, *beati qui lugent*. quia reuera intimè cogitans proprios defectus, ac miserias, tùm animæ, tùm corporis nihil in seipso reperit nisi occasiones lugendi, & nō superbiēdi, secundum illud Mich. 6. *Humiliatio tua in medio tui*. tertio correspondet beatitudo, *Beati mites quoniam, &c*. per hoc namq; quòd honoramus omnes, mitesq; nos habemus ergà vnumquemq; nos ipsos amabiles reddimus, vndè, & corda omnium quasi possidemus, itá vt verè dicamur *possidere terram*, quòd est præmium huius beatitudinis.

Vlti-

Vltimò demùm contemptui correſpondet no
uiſſima, & perfectiſſima beatitudo qua dicitur,
Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: Qui enim
verè, & animo infracto Dei ſolam iuſtitiam quæ
rit; ēt quod ipſæ cum toto mundo pereat nil pror
ſus curat, eò quia iam abſorptus eſt in Dei amo
rem, & voluntatem.

Ex his igitur omnibus iam clarè contueri poſ-
12 ſunt Religioſi id quòd paulò antè dicebamus, ni-
mirùm, quia ſecundum quòd quis interiori, &
intenſiori affectu magis, vel minus hos ſupra-
dictos amplectitur contemptus, tantò magis, vel
minus ſe reperit in perfectionis ſtatu; neque e-
nim alia eſt radix cuiuſcunquè perfectionis:
Et quoniam de religioſis diximus, quòd ipſi ſpe-
cialitèr Deo religati dicuntur, vtpotè qui ſolum
Deum quærunt, ſoluſquè ipſis ſufficit, tūc perfe-
13 ctè *holocauſtum* ſiunt apud Deum quādo propriæ
voluntati renuntiando in omnibus, & per omnia
nil prorſus proprij habent, videlicet, nec quo ad
cognitionem, nec quoad affectionem, nec quo ad
aliquā proprietatem temporalem, nihil ſibijpſis
retinendo, tunc (inquam) verè religioſi dicuntur,
& ſunt, necnon in ſtatu perfectionis.

Et quamuis non actu prǽſupponantur hæc om
nia conſequutos fuiſſe, attamen conatu, vi, & vi-
ribus totis tendendo in illā omninò perfectionē
intentam conſequuntur.

Prou. 21 Ruſſus quoniam ſcriptū eſt, quod *vir obediēs
loquetur victorias*, ſecundum quod magis, vel mi
nus ſe elongat à proprijs affectib. plures, vel pau-
14 ciores loquitur victorias, *loquitur*. ideſt in ipſis
gloriatur; obedire etenim (vt ait Vgo in exponen
Vgo. do præfatam ſententiam) idem eſt, quod *obaudi-
re*, ideſt contra ſe audire; vndè quantò magis quis
contra ſe audit non curando de aliquo ſuo pro-
prio affectu, tantò magis obediens eſt, & quantò
magis quis obediens fuerit, tantò magis (vt dictū
eſt) conſequetur, imo & loquetur prædicando a-
lijs victorias ſuas.

Qui enim v.g. ſpreuit mundum loquitur victo
rias contra mundum, *qui ſe*, contra carnem, *qui
nullum* contra malitias, & inſidias hominum, *qui
ſpretum ipſum, & contemptum ſui contemptus* con
tra dęmonem plenè loquitur victorias.

Addè, & quia hoc non poteſt fieri ſine virtute
in qua (ſi ſit vera virtus) ſemper Deus eſt, ſequi-
tur, quod de Deo etiam quodammodò loquatur
victorias; ſiquidem Deus obedienti, modò vt ſu-
D. Greg. pra, omnia ad vota concedit: hinc Gregor. *Dum
alienæ voci humiliter obedimus noſmetipſos in cor
de ſuperamus, & ſi obedientes fuerimus præpoſitis
noſtris obediet Deus orationibus noſtris*, & hoc
15 valdè iuſtum eſt, vt qui *Deum audit, Deus illum
exaudiat*: hac ratione D. Auguſtinus ait, quod
Auguſt. *ſola obedientia veriſsimè eſt virtus, quæ totaliter
vincit contra ſe.*

Vbi nota, ly, *veriſsimè*, hoc enim dicitur, vt no
tat Io. à Turre Cremata 8. q. 1. c. ſciendum, acci-
Io. Cre. piendo veritatem pro veritate rei; ſiquidem *ve-
ritas* ſecundum eundem Auguſtinum, *eſt rei enti-* Auguſt.
tas: Cum ergò obedientia legibus obtemperet; in ſolilo.
præcipuè obtemperat perpetuis, & æternis legi-
bus, & in ipſarum regulam deducit omnes virtu- 16
tes, quas habet pro materia; vndè cum ibi ſit ve-
ra origo omnis rectitudinis cuiuſcunquè virtu-
tis; in eis tanquam in primis principijs eſt præci-
pua entitas cuiuſlibet rei, & quia ſola obedientia
virtus eſt transformans nos in ſimilitudinem vir-
tutum exemplarium quæ in Deo ſunt, vnūquod-
què tantò verius eſſe habet, quantò primæ ſuæ
origini magis appropinquat, ideò ſola obediētia
eſt, qua perfecti omninò ſumus, & ideò *veriſsi-
ma virtus* dicitur; quà etiam ratione Deuter. 4. Deut. 4
Sapientia nuncupatur ſecundum illud, *hæc eſt ve
ſtra ſapientia, & intellectus coram populis*; ſapien
tia verò, vt patet ex D. Auguſt. *inhæret* tantum D. Aug.
æternis legibus conſpiciendis, & conſulendis.

Hoc idem alia via oſtendere poſſumus, vt vel
ſic ſemper magis magnificemus obedientiam,
quam diximus, & declarauimus vnicam regulā
pro rectè incedendo in omnibus, maximè verò re
ligioſorum eſſe.

Notanda eſt ergò ſententia Apoſtoli primo
ad Timot. 1. vbi de charitate ſermonem habens, 1. Tim. 1
inquit, *Charitas eſt finis præcepti de corde puro,* 17
conſcientia bona, & fide non ficta. quæ ſentētia ità
declaratur à D. Thom. *Charitas*, inquit, in qua D. Tho.
conſiſtit omnis noſtra perfectio, & chriſtiana, &
religioſa ſemper *eſt finis*, dicendo autem quod
finis eſt præcepti, idem eſt, ac ſi dicatur, quod eſt *fi
nis obedientiæ*. Enimuero obedientiæ obiectum,
ſemper eſt pręceptum tacitum, ſiuè expreſſum ip
ſius ſuperioris; vt idem D. S. docet locis ſuperius
citatis; In plano ergò ſenſu Apoſtolus per hanc 18
ſententiam inſinuat, quod omnia præcepta legis
veteris, quæ lex mandatorum dicebatur ſecundū
illud Epheſ. 2. *legem mandatorum decretis eua-* Eph. 2.
cuans, tandem omnia, & ſingula ad charitatē ter-
minari tanquam ad finem dicuntur, quarè Mat-
th. 22. dicitur, *Diligens Dominum ex toto corde, et* Mat. 22
proximum. &c. ſubditur, *In his duobus mandatis
tota lex pendet, & Prophetę*. ratio eſt, quia quæ or
dinantur ad finem ex ipſo fine denominationem
ſumunt; & hoc idem dicēdum de quocunq; man
dato, ſiuè præcepto, nam vt dicebamus in ſupe-
rioribus, præcepta dantur de actibus virtutum,
vniuerſaliter loquendo, quod ſi ſint de actib. in-
differentibus, illicò vt præcipiuntur ſiunt actus
alicuius virtutis, vt ſuperius pariter oſtendimus:
Virtutes autem communiter ad tria reducuntur 19
capita, quia vel ſunt ad regulandum paſsiones,
ſicut tēperantia ordinat *concupiſcētias manſueta
do iras*, *fortitudo* timores, & audacias, vel ordi-
nant operationes noſtras, quæ ſunt ad alterum, cu
iuſmodi ſunt *iuſtitia* commutatiua, vel diſtribu-
tiua, vel demum ordinant noſtras operationes
ad Deum tanquam finem, ſicut patet de *Religio-
ne, latria*, alijſq; conſimilib. virtutibus: Hinc eſt,
quod in veteri lege erant præcepta *moralia* per
ordi-

ordinem ad proprias passiones, *Iudicialia* per ordinem ad proximum, & *Ceremonialia* per ordinem ad Deum.

Ponit igitur Apostolus pro conclusione firma, & stabili, quod *finis* ad quem oĩa præcepta quolibet lata, siuè ꝓmulgata, vel etiã danda, & promulganda necessariò, & infallibiliter ordinantur ad *charitatem*, tanquam *finem*, quarè vt sic nimirùm, vt habent Deum pro obiecto sub ratione vltimi finis, nullo modo possunt ad aliquẽ vlteriorem finẽ ordinari, *finis enim vltimus simpliciter, qui architectonicus dicitur*, ordinat ad se quoscunquè alios, & non ècontra, vndè quando *charitas* habet pro materia, vel proximum, vel actiones nostras, actus eosdem ordinat ad seipsammet sub
30 alia ratione, nempè *finis vltimi*, qui illius est obiectum, & quidem præstantius, quam aliarum duarùm virtutum theologalium, licet vnaquæquè illarum immediatè feratur in Deum; *fides* enim ostendit ipsum, *spes* facit tendere in ipsum, at *charitas* vnit cum illo, & facit vnum.

En igitur, quomodo in hac breuissima, sed significantissima sententia Apost. ostendit omnia, quæ diximus: primò quidem, quòd *Charitas* sit *finis* omnium pręceptorum moralium, quę actus sunt virtutum per ordinem ad domandas passiones in nobis, & hoc cum dicit *de corde puro* fit au-
31 tem cor purum per virtutes, nam cor impurũ constat, qđ nullo modo est capax charitatis cũ scri-
Cant. 1. ptum sit, *& recti diligunt te*. Secundò, *Charitas est finis* præceptorum secundi generis medijs virtutibus ordinantibus, & regulantibus hominem
32 ad proximum, idcò subdit, & *Conscientia bona*. Tunc verò bonam dicimur habere conscientiam quando nulli nos debere cognoscimus secundum
Mat. 7. illud Matth. 7. *Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines & vos facite illis:* Tertio ostendit, quod pariter est *finis* omnium præceptorum virtutum ordinatarum ad Dei cultum cum inquit, & *fide non ficta*, namq; licet naturaliter incline-
33 mur ad Deum cognoscendum, & colendum, sola tamen *fides christiana* est, quæ declarat verum Deum, quarè *charitas* non solum est, *finis* aliarũ virtutum moralium, cæterum, & præceptorum *fidei*, & *spei*, qua ratione concludit Apostolus, *Maior autem horum est charitas*.

Ex hac expositione D. Thom. à nobis ampliata pro maiori declaratione, deducimus, quod vera, & perfecta *Obedientia* se extendit ad omnia præcepta, imò, & præceptibilia, itàut perfectus
34 obediens maximè qui vouit obedientiam, & Religionem semper Deo dicere debeat *Domine vt*
Ps. 71. *iumentum factus sum apud te, & ideò semper tecum*, & est dictum causale faciens hunc sensum, ideò *semper tecum sum*, quia vt *iumentũ factus sum apud te* per veram; scil. obedientiam in nihilo prorsus opponendo tuis præceptis, & mandatis.

Vgo. Vgonis expositio se habet in hunc modum *de corde puro, quia puritas cordis consistit in duobus,* in quærendo. s. *gloriam Dei, & vtilitatem proximi conscientia bona*, quia pariter duo requiruntur ad bonitatem conscientiæ, *commissa flere, flenda non* 25
amplius committere, fide non ficta, quia triplex est *fides*, mortua, ficta, & probata; mortua quæ est sine operibus, ficta, vel fictilis, quæ non multũ durat in benè operando, modo quo uasa fictilia licet vtilia sint diutius tamen non conseruantur: Sic qui credunt, & benè operantur, sed in tentationis tempore recedunt hi dicuntur habere fidẽ fictam. Fides autem probata est, quæ perseuerat cum charitate vsquè in finem. Est ergò sensus sententiæ secundum Vgonem; *Finis præcepti* cuius- *Vgo.*
cunquè; siuè pro regulando, vel purificando corde, siuè ꝓ rectificãda cõscientia; siuè pro benè ordinanda *fide* est in gratiam habendæ charitatis, quia *charitas* est consumatio, & completio omnium præceptorum; & ità non alia ratione dãtur præcepta nisi pro *habenda*, siuè *conseruanda charitate*. in idem autem ferè incidit cum expositione D. Thom.

Ex his omnibus optimè sequitur, quod Religiosus qui potiori iure tenetur non solum ad *charitatem*, sed ad perfectionem charitatis: & non solum ad perfectionem, cæterùm ad sanctitatis perfectionem, omninò obligetur ad obediendũ; cum (vt certum est) sine obedientia impossibile sit, nec minimum gradum habere charitatis; vndè quia facilè errare possumus nostro innixi arbitrio, ideò tutissima regula est ad perfectionẽ ac- 26
quirendam, vt alieno arbitrio adhęreamus, vel sic enim in nullo errabimus: nam errare minimè potest, qui alterius ducitur imperio; siquidẽ quæ pręcipiuntur, aut cognoscimus illa esse *iusta*, & *bona*, & iam tenemur ad illa, & vinculo iustitiæ, & ligamine obedientiæ; quod si apertè *mala sint*, & dignoscantur simùl constat etiam nos illa euitare debere; *nullum etenim obediẽtia ligamen est, nisi per ordinem ad Deum, & ipsius charitatem*, vt diximus: ea verò, quæ indifferentia sunt, nosq; ignoramus, an iustè, vel iniustè pręcipiantur non est cur vexemur an nostram, vel præcipientis sequamur voluntatem, *obedientia* enim ipsa nos excusat, cautosquè reddit in consimilib. Et quoniã exempla maximè mouere solent in moralibus, duo præclara, & insignia decreuimus pro communi vtilitate hic adferre, vt iam quod secundo loco spopondimus exhibeamus.

Primum exemplum habemus ex Genes. 22. in *Gen. 22*
Abraham de immolatione filij sui Isaac; licet enim præceptum esset de re sibi charissima, & de filio 27
vnigenito, & de eo quem habuit per repromissionem, & de vxore vetula, & de filio qui erat *risus*, siuè solatium domus (sic enim dixit mater sua Sarra, quando sponsio de illo facta fuit) *risum fecit mihi Deus*. Attamen non solum voluit occidere, sed incendere, & facere in holocaustum; ducendo illum per triduum ad locum immolatio-
nis, vt longitudine temporis, secundum glos. *ten-* *Gloss.*
tatio augeretur, & crescentibus tentationibus pa-

terna viscera cruciarentur; insuper non apparebant Abrahæ aliquæ præcepti vtilitates, damnū autem ex altera parte erat manifestum, imò cum nullus testis adesset quando Dominus hoc sibi pcepit, & præcipientis authoritas non illum excusasset quin apud homines reus esset filicidij cū talis occisio esset rationi contraria. amplius nō præcesserat aliquid simile in antiquioribus patribus, & fortasse Dominus dicere poterat, quod ad probandum hoc sibi præceperat: & nihilominus accepto præcepto tam difficili, non se excusauit; non præcepti causam interrogauit; non procrastinauit mandatum exequi; nulli consilium communicauit; si enim aliquid horum fecisset forsitan meritum amisisset.

Cæterùm quod non minoris admirationis est, quando peruenit ad locum immolationis, interrogante filio *en ignis, & ligna vbi est victima?* insinuauit pater, quod ipse erat victima; quid verò filius tunc ad tam inexpectatā responsionem dixerit audiamus: *Pater liga manus meas, ne quandoq. insurgam in impugnationem*: O verè admiranda obediētia in *Patre*, & in *filio*; sed vndè hoc? certè, quia vt paulò antè dicebamus, *Perfecta obediētia legem nescit, & terminis nō coarctatur, &c.* & iterum *Præcepto Domini intonante non est disputandum, sed obediendum*, vt ex D. Augustino patet.

August ser. 5. ad fr. in heremo.

28 Duo obiter animaduertimus circa præmissam historiam; primum est, quod licet Abraham non ignoraret Deum minimè delectari, imò execrari victimas humanas, propriumq; dæmonis esse in humani sanguinis effusione lætari, & quod virtuti iustitiæ consentaneum minimè erat, vt innocēs occideretur; saperèq; ferinam crudelitatem proprium filium manibus proprijs trucidare, & cremare, & demum quod Domini erat præceptum, nè humanus sanguis funderetur, secundum illud, *Quicunq. fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius ad imaginem quippè Dei factus est homo*, nihilominus tanta in exequendo Dei mandatum celeritas, sedulitas, & alacritas in eo fuit, vt de nullo prorsus dubitauerit quin certissimum esset Dei oraculum, & præceptum.

Gen. 9. & 4.

Huius rationem assignat D. Greg. dicēs: Quod Deus ità mentem illustrat voluntatemquè afficit, vt eos quibus præcipit omninò de fide, & veritate suæ reuelationis certiores faciat, verba autem D. Gregorij sunt: *Sancti viri inter illusiones, atq. reuelationes ipsas visionū voces, & imagines quodam intimo sapore discernunt, vt sciant quid à bono spiritu percipiant, & quid ab illusore patiantur, nam si erga hæc mens hominis cauta non esset per deceptorem spiritum multis se vanitatibus immergeret. Dæmon enim nonnunquam solet multa vera prædicere, vt ad extremum valeat animam ex vna aliqua falsitate laqueare*: hæc D. Greg.

D. Greg. lib. 4. dialog. c. 48

Et Thomas Anglus in exponendo hoc caput sacræ Genesis quasi reddens rationem omnium, quæ hic narrantur, maximè autem huius præclari facinoris in hunc modum profert: *Est pro certo supponendum fuisse Abrahæ, hoc præceptum fuisse à Deo, alioquin nimis temerariè, atq. impiè acceptasset opus tam inusitatum; præsertim verò non præmisso multiplici consilio prouido, & matura deliberatione: primis enim Patriarchis, & Prophetis fiebant visiones vniuersales, & fundamentales, & infallibiles tanquam fundatoribus, & quasi radicibus totius diuini cultus, & Ecclesia Dei, & ideò nullo modo dubia erant tales visiones, sicut sunt quæ communiter fiunt singularibus personis quibusdam, quas non est securum sequi, nisi per aliam certitudinem rationis, vel catholicæ fidei, vel scriptura earum veritas primitus innotescat: Hoc igitur concesso; sciendum est debuisse Abraham celerrimè, ac feruentissimè implerè illud præceptum, & in filio suo potius quam in alio quocunquè homine, minusq. impium fuit, quod ipse sic voluit immolare filium, quam si facere id voluisset in aliquo quopiam extraneo: nimirùm immolando filium primogenitū, sibiq. tàm amore, quàm gratia dilectissimum; non potuit vereri, & suspectus sibi esse, ne fortè id faceret impio aliquo motu animi: verùm securus erat se solo Dei amore, ac timore ad id faciendum esse inductum: De personis autem extraneis id vereri, & suspicari poterat; tum quia quantò hoc erat difficilius, & repugnantius naturali, & carnali affectui, tantò id erat perfectioris virtutis propter Dei amorem perficere, deindè quia id quod naturali iure erat suum, & sibi subditum potiùs decuit offerri ab ipso, quam rem extraneam, nec suæ potestati subiectam: similiter Isaac sine vlla dubitatione obedire patri suo debuit, quippè cuius sanctitatem, & diuinas reuelationes ei factas optimè nouerat, & facilè aduertere poterat, quod pater suus uir sanctissimus, nunquam se filium eius vnigenitum, & dilectissimum immolare sustinuisset, nisi certissimus esset id à Deo fuisse imperatum:* Hæc Thomas Anglus. 29

Thomas Anglus.

30

Verba huius præclari, & eximij Doctoris libenter adduximus, eò quia consolatione plena sunt, & ad huc magis, quia optimas huius insignis obedientiæ rationes adducit, & potissimum quod omninò sancti Patriarchæ, & Prophetæ per ordinem ad ea, quæ veteris sunt testamenti; Apostoli autem per ordinem ad ea, quæ sunt noui testamenti omninò certi, & indubitati esse debebant, vt vel sic ex fundamentorum certitudine plena certitudo haberetur eorum, quæ sunt fidei; siquidem regula Philosophi est: *quod est causa vt alia sint talia; id maximè tale esse necesse est*. Cum ergò nos in tantùm adhæreamus sacræ Scripturæ eiusquè dictis, in quantum eam nobis tradidit Deus ministerio sanctorum Patrum, iustissimum fuit, vt ipsi omninò certi essent reuelationum ipsis factarum: Nec obstāt adducta in contrarium, quod impium esset occidere innocentem, maximè *Patrem, filium* proprijs manibus trucidare; aliaquè inter arguendum adducuntur; Deus enim supremo gaudet iure, sinequè vlla exceptione potestatem

2. Metaphis.

31

testatem habet absolutissimam auferendi vitam cuiuis homini etiam innocenti; quod opportunè
D. Tho. admodum declarat D.Thom.p.2.q. 94. art.6. ad secundum,& q.100.art. 8. ad propositum habet hæc verba: *Abraham cum consensit occidere filiū non consensit in homicidium quia debitum erat eū occidi ex Dei mandato; quippè qui Dominus est vita,& mortis, ipse enim est qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus, tàm iustis, quàm iniustis propter peccatū primi parentis; cuius sentētiæ si homo sit coadiutor authoritate Diuina, non erit homicida, sicut nec Deus.*

Et eadem 2.2.q.104. art.4. ab intimis declarans rectitudinem voluntatis Abrahæ, inquit. *Sicut Deus nihil operatur contra naturam, quia hęc est natura vniuscuiusq; rei, quod in ea Deus operatur, vt habetur in gloss. ad Rom. 11. operatur tamen aliquid cōtra solitum cursum naturæ, ità etiā Deus nihil potest præcipere contra virtutem, quia in hoc præcipuè consistit virtus,& rectitudo voluntatis humanæ, vt ea Dei voluntati conformetur; & eius sequatur imperium quamuis sit contra consuetum virtutis modum: Secundum hoc igitur præceptum datum Abrahæ, vt filium innocentem occideret non fuit contra iustitiam, quia Deus est author mortis,& vitæ:* hactenus D.Thom. Hæc animaduertant religiosi, vt seipsos semper magis conforment *Obedientiæ* sine disceptatione: patet demum quod ità dicendum sit, nimirùm quod Abraham habuerit certitudinē reuelationis sibi factæ à Deo de immolatione Filij ex authoritate
Heb.11 Apostoli Hebr. 11. *Fide Abraham obtulit Isaac cum tentaretur, & vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones, arbitrans quia à mortuis suscitare potens est Deus:* & hæc de primo notabili.

Secūdum quod animaduertimus est circa verba quæ à nobis recensentur dicta ab Isaac, postq̄ sibi cōstitit de Dei, ac patris sui voluntate, quod
31 immolaretur, nimirùm, *liga manus meas, &c.* Neq; enim imaginandum est, quod hæc verba habeantur ex sacra Scriptura, sed adeò credibile est, q̄d talia, siuè consimilia protulerit considerata ætate Isaac, alijsquè circunstantijs; siquidem, vt probabilior videtur sententia Isaac ætatis erat annorum 37. vel 25. quod facilè induci potest non solum ex annorum computatione, proùt præstare solent communiter expositores in hunc locū, cæterùm ex facto illo, quia (inquam) ipse *Isaac tulit ligna*, quibus comburendus erat, vndè,& in textu dicitur: *tulit ligna holocausti,& imposuit super Isaac filium suum, ipse verò,* videlicet Abraham *portabat in manibus ignem,& gladium*; constat autem, quod multum lignorum opus erat ad corpus hominis pœnitus cremandum, & in cineres redigendum,& breuiter omnia ligna, quæ in iumento ferebantur ipse detulit, vndè,& multò robustior erat,& valentior, quam Abraham, qui maior 100. annis erat. neque enim existimandum est, vt optimè notat hunc in locum Benedictus Pererius, quod inuoluntarius, & inuitus, vel
Benedict. Perer. ligaretur, vel iugulationi se submitteret, vndè,& patri assentiētem volentemq; omninò credendū est se habuisse; vndè Grisostomus habet hæc ver-
Grisost. hom.48 in Gen. ba: *Extendit manum,& arripuit gladium, vt immolaret filium suum. O religiosam animam, ò fortem mentem, ò ingens robur animi, ò rationem omnem naturæ humanæ affectum vincentem; vtrū admirer,& obstupescam iustius, fortem ne spiritū Patriarchæ, an tam constantem pueri obediētiam, quod neq; reluctatus est, nec factum ægrè tulit, sed cessit,& obtemperauit his, quæ à patre fiebant, & sicut agnus cum silentio super altare decubuit expectans patris dexteram.* Zeno Episcopus Veronen-
Zeno Episc. Ver. sis, vt refert Lipomanus in catena in Genesim ferè habet eadem verba, vndè ait: *O nouum spectaculum, ac verè Deo dignum in quo definire difficile est, vtrum patientior sit Sacerdos, an victima*: de
Ioseph. qua re Ioseph. multis, & præclaris verbis sermonem habet, quarè & verba interfuisse inter Abraham, & Isaac in eo actu, optimè declarat; vt videre est primo libro antiquitatum; vndè post verba Abrahæ, quæ verisimiliter ab eo prolata recenset subdit: *Tum Isaac nequaquam degenerans à paterna virtute æquissimo, ac lubentissimo animo eius verba accepit negans se dignum, qui vnquam natus esset si tam Dei, quam patris decreto reluctans non se alacriter vtriusquè placitis obedientem pręberet quando etiam si pater solus id voluisset eius non obsequi voluntati fuisset nephas*: hęc Iosephus,& Caietanus in eundem locum: *Cerne* ait *stupendam obedientiam, mansuetudinem, & fidem; Isaac nihil resistentis patri, sibi mortem paranti, cum tū facilè potuisset euadere simulq; credentis Diuino præcepto per patrem sibi tunc patefacto: ratio autem ligandi Isaac non fuit ne ille fugeret, aut ne resiliret ab altari, sicut facit Aries, aut Vitulus cum mactatur, nisi sit ligatus, sed ne inuoluntarij (vtpotè naturales) motus membrorū in actu iugulationis surgentes, ordinatum, compositumquè situm victimæ disturbarent in nonnullā indecentiam Diuini sacrificij*: vide Pererium loco vt supra disp.7. verba autem hęc, *liga manus*
Io. Ger. *meas, &c.* referuntur,& approbantur à Io. Gersone in sua summa Theologiæ, vbi de obedientia agit; & reuera, vt dictum est, omninò verisimile censendum,& credendum est, siquidem in maiorem animi sui promptitudinem cedit, quod ea protulerit conscius quod motus naturales non facilè se submittunt rationi etiam stante illius imperio; & cum facto hoc manifestauerit, non incongruit, quod etiam verbis; sed iam redeamus ad aliud exemplum exponendum,& exprimendum, prout promisimus.

Exemplum ergò secundum insignis, & admirandæ obedientiæ habetur 3. Reg. c. 20. vbi nar-
3. Reg. cap.20. ratur, quod cum Achab Rex Israel contra Domini præceptum donasset vitam,& pepercisset Benadab Regi Assyriorum, *Micheas Propheta*, volens repræsentare Regi, quod Benadab ab ipso saluatus,

saluatus, esset causa mortis illius; audiamus quid fecerit *conuersus ad socium suũ* dixit sibi: *In nõie Dñi percute me*: Socius admirans, & horrens factum noluit percutere: tunc Micheas dixit illi, *Eò quod nõ audisti vocem Domini ecce tu discedes à me, & percutiet te Leo*, & ità factum est, & cum paululum pertransisset inuenit alium quendam virum, cui idem dixit, videlicet, *In nomine Domini percute me, & percussit eum homo ille, vulnerauitquè eum, & Propheta obligauit faciem suam*, quis (quæso) non horrescat in audiendo talia? qui noluit percutere percussus est ipse à Leone, & qui percussit liber dimissus est, vndè hoc? certè quia cogitauit, quod Propheta Domini erat, qui
33 præcipiebat, & quod iussio vrgens erat, quia *ex parte Dei*, cui in omnib. obsequendum est, nec discur
Ps. 118. rendum, an facile, vel difficile sit Domini præce-
D. Aug. ptum, quarè D. August. super illud, *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis; quid est*, inquit, *quod*
34 *dicitur nimis? nimis mandasti, an nimis custodiri?* & respõdẽdo ait; *nimis illud est, quod fuerit plus quam oportet, sed in diuinis præceptis contingere hoc non potest*. Dicimus tamen, quod semper discretione vtendum est, an spiritus ex Deo sit, vel
Io. Clim. ne: hinc Climacus de obediẽtia: *O fælices qui sarcinam suam alterius collo imponunt, & aliorũ manibus subleuati natantes mare hoc magnum traijciunt, fælix nimirùm nauicula, quæ maiorem sequitur nauem, tuta ab omnibus procellis, fælix qui cũ*
Luc. 22. *Christo dicit; non mea, sed tua voluntas fiat, nimis*
D. Bern. *nocet propria voluntas*: Et D. Bernardus; *non da-*
sup Cãt. *bit inobedienti copiam sui Christus, tantus obedientiæ amator, qui mori potius, quam non obedire maluit*. propria voluntas subtrahit homini Dei be-
35
D. Greg. neficia Gregor. Dignum est, vt ab eius beneficijs sit quilibet extraneus, qui eius iussionib. non vult
Cassiod. esse subiectus. Cassiodorus super illud Psalmi,
Ps. 71. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectum cordis*, dicit, *Ex adipe iniquitas procedit quando qui affluẽtia præsentis sæculi præstante Domino repleti sunt, quidquã in Diuinam detractionem delinquunt; vndè pingue est validũquè peccatum, quod magis arbitrio, quam necessitate committitur, & ideò transierunt in affectum cor-*
D. Hier. *dis, quasi à rectis semitis errantes*; Et D. Hieron. ibidem, *vt s. suam, & non Dei facerent voluntatẽ*,
D. Laur. Et D. Laurentius Iustinianus in libro ligni vitæ
Iustinia. de obedientia referens eandem Dauidis sententiam, inquit. *Semper sola mala voluntate miser quisq. efficitur, sed miserior potestate qua desiderium malæ voluntatis impletur* propterea *quicunquè Deo studet placere, & sine animæ suæ scandalo viuere debeat, contra propriam reluctetur voluntatem, nec ei vitæ suæ vnquam tribuat habenas, præceps namquè ad malum est, nec iudicio subiacet rationis, vult quodlibet, nec considerat vtrùm liceat. grande prorsus malum propria voluntas. qua fit, vt bona nostra bona non sint*. & infra, *tantò grauius corruit, quantò magis sibiipsi relinquitur quarè sicut frenetico imponenda est custodia, ità tuenda*

est lex, ità, & voluntati nostræ.

Ex his omnibus iam patere potest, quam necessaria sit obedientia religioso, & quomodo illius sit propria virtus, & regula, & qualiter per ipsam omninò tutus maneat, nec possibile sit ipsũ errare quamdiù sub tali regula se subiecerit, & q̃tò minus suijpsius curam gesserit, committens se in omnibus superioris voluntati, tantò securior erit illius conuersatio, & Deo gratior, cum scriptum sit, *quia melior est obedientia, quam victima*. 36

Ex hactenus dictis aliquos huius sanctæ obedientiæ deducimus effectus vltrà iam assignatos; insuper, & definitiones, & distinctiones, ac gradus, ità vt in nullo prorsus videamur defuisse propriæ obligationi siquidem qui religiosi sumus de proprio agimus ligamine; breuiter tamen perstringendo omnia, & singula, quæ potissimum desumpta sunt ex supracitato D. Laurentio Iustiniano, qui sapidè valdè loquitur in omnibus, maximè verò in hac materia, vndè & duo vltimò loco præmissa, simùl exhibemus.

Sicut ergò mellis dulcedo ex gustu dignoscitur, ità ex effectibus comprehenditur virtutum dignitas; obedientiæ autem dignitas ea est, quòd hominem Christi fratrem facit, *quicunquè* ait, *fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est*, ipsa reddit hominem Deo gratum, quia *melior est obedientia, quã stultorum victimæ*, sufficit enim vt per obedientiã offeramus Deo sacrificium propriæ voluntatis, ipsa Deum glorificat hominemquè excellentem facit, vndè Isa. 58 dicitur, *Si glorificaueris Deum tuum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua sustollam te super altitudinem terræ, ait Dominus*. Deut. 26. *Si audieris vocem Domini tui, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentib.* & breuitèr cũ D. Io. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, quòd quidquid petimus accipiemus, quia mandata eius custodimus, in quorum custodia omnis correctio nostra est*, secundum illud Ps. *In quo corrigit adolescentior viam suam*, Resp. *In custodiendo sermones tuos*. sola ergò obedientia confert nobis omnia bona. 37 Mat. 12 1. Re. 15 Isa. 58. Deu. 26. 1. Io. 3. Ps. 118.

Hinc facilè est colligere diuersas definitiones, quæ dantur de ipsa obedientia, & quidèm primò D. Gregor. vlt. moral. inquit, quòd *nihil aliud est obedientia, nisi subiectio quædam propriæ voluntatis arbitrio Superiorum ad licita, & honesta*. Vel secundum Gersonem. *Est pio studio propriæ voluntatis abnegatio*, abnegatio autem propriæ voluntatis, specialiter pertinet ad religiosos, dicitur autem *Pio studio* ad tollendam animi seruitutem, & ad insinuandum vehementem animi applicationem ad studium Dei, vel secundum D. Laurentium Iust. *Est voluntas faciendi mandatum Superioris, vel boni operatio secundum regulã sacra Scriptura maioribus quibuscunquè debita*. Aut demum *obedientia est spontaneum, & rationale* 38 D. Greg. Io. Gers. D. Laur. Iustin.

nale propriæ voluntatis sacrificium.

Pro complemento notandæ sunt duæ distinctiones, quæ communiter dari solent de obedientia ex quibus facilè poterunt haberi gradus eiusdem; obedientia ergò quædam dicitur humilitatis, quædam subiectionis; prima respicit personā secundum se, secunda potestatem cui tenetur: Itē prima potest esse ad omnes, secunda ad superiores tantum: primam exemplauit Christus quando se subiecit Io. in baptismate; secundam ipse Io. erga Christum: Distinctio secunda est, quæ habetur 8.q.1 *sciendum* quod obedientia, quædam ita comparatur, quod si habeat aliquid de ꝓprio sic quod nos affectemus illa, quæ præcipiuntur antequam præcipiantur; hæc, vt plurimum diminuit meritum obedientiæ, vt patet quando committuntur, vel prælationes, vel quoduis aliquid, quod fit secundum placitum, vel sensum, &c. dicimus quod, *vt plurimum* diminuit meritum, ꝗa nullum inconueniens, quòd aliquis sit ità benè dispositus, quod peragat etiam ista ex mera obedientia, vt patet in diuersis sanctis, qui tantùm ex obedientia acceptarunt prælationes, &c. alia cōparatur ècontra per ordinem ad repugnantia, & aduersa, quæ si sint in desiderio antequam præcipiantur adaugent meritum, vt patet loco citato ex D. Gregor.

Gradus verò obedientiæ à diuersis diuersè assignātur; quidā .n. eos declarant per ordinē ad quatuor contemptus de quibus iam diximus; alij verò, vt D. Laurētius Iustinianus loco vt sup. cap. 6. eos declarat per ordinem ad varias illius conditiones necessarias, & quidem opportunè satis: primus ergò gradus secundum istum est obedire libēter sine murmure, ità vt virtus magis refulgeat in corde, quam in exteriori opere; vndè, & præuentio secundum animi dispositionem, & cōsensum, plurimum prodest: secundus gradus est obedire simpliciter secundum illud Prophetæ; *in auditu auris obediuit mihi*, vndè solet dici ex D. Bernardo, quod *perfecta obedientia indiscreta esse debet* quatenus indiscretio opponitur curiositati; non vt opponitur virtuti discretionis: tertius gradus est obedire hilariter, *hilarem enim datorem diligit Deus*, & quidem magis in arduis, quam in facilioribus; quartus gradus est obedire velociter secundum illud, *vidisti virum celerem coram Regibus stabit*; quintus obedire viriliter, i. nō frangi labore, sed aggredi fortiter; sextus obedire humiliter, nam humilitas sola est, quæ proprium abhorret sensum, & propriæ inimicatur voluntati, imò ab ipsa tanquam à pestifero veneno ceruicē excutere contendit; septimus. & vltimus gradus obedientiæ, est obedire perseueranter; *non .n. sufficit* (vt verbis vtar D. Laurentij) *terram fodere, arbusta plantare, atq; nascētes fructus inspicere, si non æquo animo permittantur etiam maturescere*; ità dicendum de omni, & quocunquè labore, necnō virtute, quod laudem minimè meretur, nisi in eadem viriliter perseueretur; *sic currite, vt comprehendatis*, inquiebat Apostolus, & gradiens cōtra fluminis impetum si remigare desierit, defluet; ꝗ omninò idem dicendum est de errante in obedientiæ campo, si propriæ voluntati habenas laxauerit, & hæc sint satis studioso Concionatori, & pro complemento totius articuli.

39 Ps. 17. D. Bern. 2. Cor. 9 Prou. 2 41 42 2. Cor. 6

ARTICVLVS V.

Vtrùm iusti, & perfecti subijciantur legibus humanis, & an egeant aliqua regula in suis actionibus, & operationibus.

ET arguitur pro vtraq; parte. Pro parte affirmatiua arguitur. Primò omnes qui sunt quouis modo pars communitatis tenētur legibus factis, & promulgatis pro bono totius cōmunitatis, sed maximè iusti, & boni sunt præcipua pars communitatis, vt patet ex superioribus aliter non nisi mali essent de communitate ergò ipsi magis subijciuntur legibus, &c.

Præterea religiosi ex hoc quòd sunt Deo magis relegati, magis tenentur obedientiæ, & obseruantiæ legum, & præceptorum, ergò à fortiori, qui sunt in esse acquisito perfectionis, ergò iusti, & perfecti magis illis subijciuntur.

Præterea ad illa maximè tenentur iusti, & perfecti, quæ si omittantur inducitur scandalum, sed maius scandalum imminet, quando iusti, & perfecti, & qui sic existimantur non obseruant leges, & præcepta ergò illi maximè tenentur eis, magisq; legibus subijciuntur.

Pro parte negatiua arguitur. primo quia, qui iudex est aliorum ab alio non iudicatur, nec legi illius subijcitur, sed de iusto, & pfecto, inquit Apostolus, *spiritualis autem homo iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur*, ergò. Præterea secundum Augustinum, vt induximus in precedentib. *Perfecta charitas legem nescit, & terminis nō arctatur*, sed iusti, & perfecti hac ratione tales dicuntur, quia habent, vel sunt in perfecta charitate. ergò. 1. Cor. 2 August.

Præterea hoc est de ratione charitatis, quòd foras mittit timorem ex consequenti iugum legis, vndè Apostolus Gal. 5 *lex iusto non est posita*. ergò. 1. Io. 4. Galat. 5.

Respond. seruato ordine, prout in superiorib.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

QVoad primum, quia titulus magna egeret discussione, quam facilè præstare non possumus nisi multis præmissis, quæ cum Dei auxilio præstare intendimus in declaratione puncti secundi, ideò sustinendum pro nunc; Ità tamen quòd nomine *iusti*, & *perfecti* intelligamus id, quod communiter concipi solet nimirum eum, vel eos, qui adhuc stantes in hac mortali vita, cælestem, & immaculatam pœnitusquè irreprehensibi-

prehenſibilem ducunt, & quorum intentio eſt in omnibus Deo parere in ædificationem tùm publicam, tùm priuatam per ordinem ad ſalutem, & hęc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMAE.

1 *Libertatem omnes amant, pauci tamen eam rectè quęrunt.*
2 *Libertas potentia naturalis eſt inſita naturæ intellectuali indeterminata tamen quo ad obiectum.*
3 *Voluntati in natura intellectuali ſubyciuntur vires omnes inferiores, & vſus etiam virtutum.*
4 *Hoc quod dico liberum arbitrium importat duo, & iudicium, & indeterminationem.*
5 *Iudicium in quacunquè natura vbi eſt determinatum, & appetitus conſequens erit determinatus, & ècontra.*
6 *Animalia, quædam agunt ſuntquè diſciplinabilia, non tamen habent iudicium liberum.*
7 *Hominum genus quomodo arte, & rationib. viuere dicatur.*
8 *Libertatis radix eſt intellectus ratione ſui obiecti quod eſt bonum vniuerſale.*
9 *Pluribus vijs poteſt ſe homo ordinare ad bonum vniuerſale, quod eſt Deus.*
10 *Bona particularia ad vniuerſale bonum ſe habent, vt ad perfectiuum, & completiuum.*
11 *Contingentia vt cognita radix libertatis eſt ſecundum Caietanum.*
12 *Virtus apprehenſiua in animalibus determinatè, & vnum tantum proponit appetitui.*
13 *Liberi arbitrij definitio vniuerſaliſſima, & analoga.*
14 *Libero arbitrio determinatio conuenire poteſt, vel ratione naturæ, vt in Deo, vel ratione ſtatus, vt in beatis, & damnatis.*
15 *Libertas naturæ conditionem in qua eſt ſequitur.*
16 *Natura omnis citra diuinam defectibilis eſt, & quarè.*
17 *Dei ſuauis rerum gubernatio ex defectibus naturæ defectibilis commendatur.*
18 *Poſſe peccare nullā dicit perfectionem in libertate.*
19 *Dei libertas in quo conſiſtat.*
20 *In omni natura citra diuinam libertas dicit potentiam ad malum, & quarè.*
21 *Eſſe in quibuſdam naturis indeffectibile eſt, nō tamen omnes operationes illarum, & quarè.*
22 *Natura vtraq; & Angeli, & hominis deffectibilis eſt diuerſimodè.*
23 *Ad electionem humanam liberam tria concurrunt, & quæ.*
24 *Eligibilia ab homine non debent excedere, nec rationem, nec virtutem illius motiuam.*
25 *Diſcrimen inter Angeli, & hominis electiones, & deliberationes.*
26 *An Angelus ſtāte rectitudine cognitionis, poſſit errare circa eligibile.*
27 *Tam in angelo, quàm in homine duplex cognitio, ſpeculatiua, & practica diuerſimodè.*
28 *In practica cognitione etiam Angeli, error eſſe poteſt, & quomodo.*
29 *Angelus inuertibiliter adhęret bono, vel malo ſemel electo.*
30 *In Angelo bono quomodo libertas ſaluetur.*
31 *Libertas, & electio in homine corrigibilis eſt, quandiù eſt in via.*
32 *In homine duplex appetitus ſecùs in Angelo.*
33 *Liberi arbitrij definitio prout congruit homini declaratur.*
34 *Facultas vndè dicatur, & qualiter libertati congruat.*
35 *Iudicium duo importat, diſcretionem, & determinationem.*
36 *Efficacia voluntatis maxima eſt, quando plenè imperat.*
37 *Sapiens ſolus verè liber dici poteſt.*
38 *Ratione decepta, neceſſe eſt appetitum ſequi malum.*
39 *Hominem comparari iumento qualiter intelligendum.*
40 *Ignorantia ſemper commitantur peccatum, & qualiter.*
41 *Homo in peccato exiſtens pluribus dominatur paſſionibus.*
42 *Homo in peccato exiſtens ſubditur poteſtati alterius.*
43 *Homo ſub peccato non poteſt dici verè liber.*
44 *Homo in peccato exiſtens quomodo poſſit vitare omnia peccata non tamen ſingula.*
45 *Ratio praoccupata per peccatum impræmeditatè labitur in multis.*
46 *Homo in gratia conſtitutus qualiter poſſit ſingula venialia vitare, non tamen omnia.*
47 *In repentinis facilè cognoſcitur habitus præcedens.*
48 *Habitus vitij an generetur per vnum actum peccandi.*
49 *Eligens ex fine malo præſuppoſito non excuſatur in repentinis, & quarè.*
50 *Mala affectione lapſus difficilè diuertit ab illa.*
51 *Homo in peccato mortali exiſtens opera de genere bonorum agere poteſt, ſed non meritoriè.*
52 *Homo malè affectus neceſſariò trahitur ad aliud peccatum, & qua neceſſitate.*
53 *Iuſtus tantummodò, & perfectus in iuſtitia verè ſapiens, & liber eſt.*
54 *Conſcientia mala quocunquè ierit ſeipſam comitatur.*
55 *Qui liberantur à libero neceſſe eſt liberari.*
56 *Liber tanto magis aliquis eſt, quantò magis à criminibus recedit.*
57 *Per mortale quodlibet genua curuamus Baalim ideſt Dæmoni.*

Pro

58 Pro Deo habet vnusquisq; quod maximè colit.
59 Seruitus vera in solo peccato est.
60 Noe quarè Cham subieceret seruituti.
61 Libertas in Christi seruitute maximè comprobatur.
62 Qui amore seruit semper liberè seruit.
63 Seruitus corporalis non lædit sapientem, nec iustum.
64 Ioseph in seruum venundatus, non tamen seruus factus est.
65 Stulto, & imperare seruitus est.
66 Homo semper liber esse dicitur à coactione, non tamen semper ab inclinatione.
67 Chaim post peccatum, seruitutis signum accepit.
68 Seruitus, & libertas, tam sub peccato, quam sub gratia, & diuersimodè.
69 Nulla seruitus sine libertate, & viceuersa.
70 Primus effectus peccati est hominem retrahere à iustitia.
71 Hominem ideò liberum quia agit quicquid vult quomodo intelligendum.
72 Seruitus iustitiæ dominium habet.
73 Vbi in bono maior confirmatio ibi maior libertas, & econtra.
74 B.V. & Apostoli licèt confirmati in gratia, maximè liberi fuerunt.
75 Posse peccare, & non peccare vt sic an faciat ad meritum.
76 Erubescentia, & confusio finis peccati.
77 Sanctum quomodo de Deo, & de nobis alijsquè rebus dicatur.
78 Ex diuersitate fructus tùm gratiæ, tum peccati vera à falsa libertate dignosci potest.
79 Stipendium vndè dictum.
80 Iustitiæ finis vita æterna.
81 Munditia & sanctificatio idem sunt.
82 Iusti tantùm, & qui perfecti sunt liberi vera libertate dicendi sunt.

QVo ad secundum. Pro plena declaratione eorum quæ intendimus; pro veritate huius quæsiti duo principaliter in hoc secundo puncto manifestamus. Primo quid nominis, & qui rei liberi arbitrij, & à quo sumatur radix omnis, & cuiuscunquè libertatis, vel subiectionis. Secundo in quo consistat vera libertas iustorum, & perfectorum, & secundum regulas morales, & secundum regulas Christianas, & quia ista sunt præclara, & valdè digna, nec non aperientia nodum multarum difficultatum, ideò cautè & diligenter à lectore omnia, & singula perspicienda sunt. Ex istis enim benè, & diligētèr declaratis facile erit deducere, quęnam sit regula iustorum, ac perfectorum, nimirùm, quòd sola charitas, quæ omni ex parte hominem reddit iustum, perfectum, ac sanctum.

Quo ad primum, quoniam *optimum quòd in homine est libertas creditur*, vt Diogenis sententia fuit, vndè, & prouerbio fertur, quod *Non benè pro toto libertas venditur auro*; & tamen pauci sunt, qui illam quærant, & insequantur, imò non desunt qui eam in seruitutem collocant, decepti, & allecti bonitate apparente, non reali, sicquè alios 1
decipiunt, in suumquè trahuūt errorem, ignorantes propriam vocem; ideò cum D. auxilio, nostra intentio est, semèl nodum huius veritatis aperire, & manifestare, in quo nimirùm illius dignitas, & excellentia cōsistat. loquendo de illa. Primum prout conditio est naturę intellectualis; secundū quam *homo*, communicat cum *Angelis, & Deo*. Nam verisimum est, quod Theologi tradunt, nimirùm quod liberum arbitriū in sola natura intellectuali reperitur, non in quacunq; alia. & li- 2
cet sit potētia naturalis (si inhęsionē spectemus) in sita in ipsamet natura intellectuali; attamen secundum rationem, & virtutem eius non habet aliquam (vt sic) obiecti determinationem, sed ipsa voluntas, quæ in quauis natura intellectuali consideratur: est, quæ pro libito eligit, ac determinat quid faciendum; quid non faciendum; quid pro- 3
sequendum; quid fugiendum; secundum imperiū, quod habet super omnes vires inferiores, imò & super actus omnium virtutum, ac potentiarum quatenus subsunt rationi, ideò à quid nominis, ad quid rei procedendum est, deindè simpliciter, & absolutè; applicatè postmodum pro conditione cuiusq; intellectualis naturę, philosophādum erit: namq de illa D.Thom. pluribus in locis per D.Tho.
tractat. diuersis occasionibus. p. 1. q. 19. art. 10. vbi quęrit, *Num in Deo sit lib. arb.* eadem p. 1. q. 59. artic. 3. vtrùm *sit in Angelis.* eadem p. 1. q. 83. per totam de homine item 3. p. q. 18. artic. 3. & 4. de Christo valde abundè, de veritate in quęstionib. disputatis q. 24. per totam, quę est articulorum quindecim. & in supradictis locis commētatores, & alij. &c. quarè nos pręmissis friuolis, vel parū facientibus, ad solidam veritatem breuiter; dicemus (prout materia suggesserit) quid tenendum; pro singulis erroribus euitandis.

Sciendum igitur quod in hoc quod dicimus, *liberum arbitrium*, duo dicimus, videlicet *arbitrium*, quod nihil aliud significat, quam iudicium 4
quoddam quod sit à virtute cognoscitiua de re prosequenda, siuè fugienda; quod iudicium virtus appetitiua sequēs cognitionem, amplectitur. Hoc verò quod additur *liberum*, insinuat quoddā speciale inuentum in natura intellectuali, quod nullo modo in animali potest reperiri. & ità addit libertatem quandam ad prosequendum, siuè fugiendum, ipsum quod iudicatum est per virtutem apprehēsiuam, siuè cognoscitiuam, sic quod non necessitatur voluntas, ad magis faciendum hoc, quam aliud, vel suum oppositum. quarè hinc 5
sequitur, quod vbicunq; iudicium est à natura determinatum; & appetitus tale consequens iudiciū necessario erit determinatus. v. g. ouis in videndo lupum sua apprehensione, & extimatiua apprehendit illum tamquam sibi inimicum (non quidem cognoscendo rationem inimicitiæ.) sed

tantùm apprehendendo illum, ceù contrarium. qua extimatione stante, appetitus sensitiuus (qui concupiscitiuus dicitur) nullo alio spectato. (si sibi non opponatur.) fugit. vndè dicuntur habere determinationem,& iudicij, & appetitus à conditore naturæ:& licet aliqua animalia eodem naturali instinctu ducta, videatur ordinem quendam
6 seruare in suis actionibus,& operationibus,vt videre est in formica, quæ quasi tempus obseruare cernitur pro congregandis granis ad ipsius necessitatem reparādam tempore hyemis, item hyrundo ordine quodam, & statuto tempore,& quasi in locis electis suos sibi parat nidos ad filios pariendos,& nutriendos: non tñ existimandum est huiusmodi animantia,& alia similia, prædita esse ratione cum omnia sint illis à natura determinata.nimirùm & quo ad iudicium, & quo ad prosecutionem,vel fugam,& quo ad ordinem sic, vel sic faciendi,aut excūdi in actum, in cuius signum experimur quod semper, & eodem modo se habent,& eundem ordinem seruant.

Insuper licet aliqua animalia dicantur disciplinabilia,quasi capacia instructionum, quæ ipsis dantur ab homine,vt patet in cane,qui in plurib. moribus hominum paret, & simia; quæ ideò sic dicitur, & nominatur quasi animal simillimum homini,&c.nihilominus nulla prorsus vera ratio, aut discursus est in illis, sed quoddam commune hominibus,& illis est.in hoc,quod quemadmodū homines alliciuntur naturaliter beneficijs;terrenturq; verberibus,ità & animalia huiusmodi.quapropter memores,siuè beneficiorū, siuè flagellorum obtemperāt homini præcipienti;& *spōtaneè multa peragunt*.spontaneè dico non *liberè*,modo quo etiam pueros antè rationis vsum talia præstare videmus,nūquam tamen liberè propter determinationem,quam ab auctore naturę habent in supradictis,est enim spontaneum quod media cognitio ne fit,etiam quod non fiat liberè. in hoc ergò tanum pręcellunt quæ animata sunt, inanimata. quia ista carent prorsus iudicio, & cognitione illa verò cognoscunt naturaliter quid ipsis sit bonum,quidvè malum,illicò ac ipsis offeruntur obiecta.illaquè prosequuntur, vel fugiunt secundum determinationem talis cognitionis,vt dictum est.

7 At homo liberè vtitur rationis iudicio in suis operibus, & actionib. quarè Philosophus primo suæ Metaphis.Hanc præclaram profert sentent. *Hominum genus,arte & rationibus viuit*, quam D.Thomas declarat dicens,*In quo*,inquit,*Philosophus videtur tangere quoddam hominis propriū in quo à cæteris animalibus differt. alia enim animalia quodam naturali instinctu ad suos actus aguntur,homo autem rationis iudicio in suis operibus dirigitur*.Hæc illæ.

D.Tho. in proœ. post.

Et si quæratur ratio huius discriminis inter hominem cæteraq; animantia.in promptu est, quia
8 homo ex quò intellectu præditus est,ipseq; intellectus sua virtute attingit non solum rationem alicuius boni particularis,verum & rationem boni,vt sic,& in vniuersali, estquè sua natura capax boni vniuersalis,ad ipsumq; valet, & potest seipsum,suasq; intentiones,& actiones dirigere, & or 9
dinare,vt illum consequatur; in eoquè quiescat. secundum illud vulgatum ex D.Aug. *Deus creauit hominem vt summum bonum intelligeret,intelligendo amaret,amando possideret.possidendo frueretur*.Hinc fit qđ pluribus vijs,& modis potest se ordinare ad tale bonum, quod non contingit in animalibus.Cum enim (vt apertius dicamus) sub vniuersali bono, omnia & quæcunq; particularia bona comprehendantur, & contineantur, omne què, tale bonum particulare possit, imò debeat 10
referri ad vniuersale bonum tanquam omnium pefectiuum,& complectiuum, sitq; finis omnium illorum:intellectus apprehendens,& circa particularia bona discurrens, simùlq; cognoscens ordinabilitatem omnium bonorum particularium ad hoc quod diximus bonum vniuersale, multotiens in suo iudicio remanet suspensus, quod nam dictorum bonorum particularium cōgruentius,tutius,& expeditius ducat ad bonum ipsum, cui per se ratio boni conuenit.& iterum quandoquè apprehendit aliqua plura particularia bona quasi certatim,& ex æquo se habere. ac eo talem indifferentiam offert voluntati, vt ipsa eligat determinando,quod sibi placet. & hoc est quod dicit Caiet.super art.primum p.p.q.83. quod *Contingentia vt cognita*,est *radix libertatis*. vndè & 11
radicaliter est in intellectu formaliter verò in voluntate.

August. in medit.

Caiet.

Hoc certè non potest dari in animalibus habentibus tantum cognitionem sensitiuam. nam cum talis cognitio sit particularis,nec feratur nisi 12
in particulare bonum;virtus apprehensiua,nō habet laborare in proponendo appetui, qđ debeat aut possit prosequi,iam enim omnia determinata sunt,offert enim tale bonum,& non aliud tanquā prosequendum,vel tale malum tanquam fugiendum,& non aliud: Vndè ipse appetitus sic determinatus fugit,vel prosequitur, prout sibi ab extimatiua proponitur, nam semper appetitus animalis,vel rationalis fertur in præcognitum. quarè si cognitio sit determinata non solum quòd ad bonitatē,sed ēt quo ad particulares conditiones, & circonstantias,necessariò illud, & non aliud appetit,& prosequitur.secus in cognitione intellectiua,vbi plura particularia bona obijciuntur, & indifferentia, vt dictum est.

Ex his ergò generalissimè, & vniuersalissimè 13
definiendo *lib.arbitrium*, secundum suā rationē Analogam.dicimus quod *nihil aliud est,nisi facultas quædam siuè uis,& potestas rationis*, *siuè intellectus,& voluntatis se habens ad vtrumq;*,idest indifferenter se habēs ad duo, vel plura.sic quod in illius est potestate eligere,quod maluerit, qđ verò dicatur, *se habens ad bonum tantum*, vt in 14
Deo,& beatis;*vel ad malum tantum*,vt in dānatis;vel *ad bonum, & ad malum*, vt in viatoribus

Hoc

Hoc non est de ratione liberi arbitrij, vt sic; sed vt est in tali, vel tali natura defectibili, vel non defectibili, siuè in tali, aut tali statu misero, vel fęlici, aut indifferenti. & non aduertere hoc fuit causa multorum errorum, imò & hæresum de quib. nostrum non est dicere.

De ratione igitur libertatis vt sic, *est se habere ad vtrumquè modo* dicto.

Et si quæras vndè ergò discrimen libertatis in Deo, homine, & Angelo, ex quò in omnibus istis, ad opposita se habet?

Pro huius declaratione sciēdum cum dicimus
15 *naturam liberam*, duo dicimus; *naturam*, & *libertatem*, ex hoc sequitur quod qualis natura est habens libertatem; talis proportionaliter sit pensanda illius libertas. vndè si natura sit indefectibilis; quia videlicet suū esse subsistēs, totaq; perfectio simpliciter; impossibile est huiusmodi habere libertatem ad malum. quod si è contra natura defectibilis sit, & non ipsamet perfectio subsistens, necessariò similiter, & libertas erit flexibilis in malum.

Sublumamus ergò, & dicamus quia solus Deus est habens naturam indefectibilem, ac subsistentē
16 in sua perfectione, relinquitur quod ipse solus habeat libertatem inflexibilem ad malum. & viceuersa. quia omnis, & quæcunquè alia natura est defectibilis, nec tota perfectio, vtpotè quia ex nihilo condita. hinc est quod libertas in illis est flexibilis etiam ad malum quod est peccatū.

Gregor. Nissi. li.7 de lib. ar. — Hac certè ratione D. Gregor. Nissenus. & D. Damasc. dicunt *Creaturam mutabilem esse secundum liberum arbitrium. quia ex nihilo est condita*, nec suffragatur si dicas cum D. Anselmo, quod *potestas peccandi, neq́ est libertas, neq́ pars libertatis*. Consequitur tamē ipsam, in natura creata. quarè non obstat. Imò ex hoc sequitur, vt benè
17 docet Caiet. quia *Creaturæ conditæ sunt ex nihilo ad suauem Dei prouidentiam, & dispositionem spectat, vt aliquos pmittat cadere, vt vel sic propriā dignoscant defectibilitatem*. vndè D. August. definiendo *liberum arbitrium*, vt in natura intellectuali creata. dicit, quod *est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum eligimus assistente gratia, & malum ipsa desistente*. quæ definitio maximę congruit libertati post peccatum, data tamē est, huiusmodi facultas ad bonum, vt illud eligamus, & eligendo mereamur etiam quod possimus illa malè vti ad peccandum.

Damasc. l.2.c.27 de li.ar. cap.2.

D. Aug.

Malè igitur, arguunt aliqui magis ignorātes, quam arrogantes. cum dicunt *Deus non potest peccare*, ergò in Deo non est libertas. quasi de ratione libertatis sit posse peccare, & quod posse pec-
18 care dicat perfectionem. Hoc enim absurdum, & friuolum est, quia libertas cui conuenit cōformiter ad naturā in qua reperitur, habet (vt dictum est) quod sit defectibilis, vel non.

At cunctaris; in quo ergò Dei libertas cōsistit? facilè tibi occurrimus, & dicimus quod in voli-
19 tione creaturarum: in solam namquè suam bonitatem necessariò fertur. at in ea quę ordinari possunt ad illam participandam, liberè omninò. potuit enim illa nullo modo Deus noluisse. Conseruata propria immutabilitate.

Ex his hactenus dictis facilè declaramus quod libertas sit in vnoquoquè cuius est participare naturam intellectualem. & quia citra *Deum* nullus est naturæ intellect. nisi *Angelus*, & *homo*, de illis dicendum est sigillatim, nam quod attinet ad rationem communem, diximus quod esse ex nihilo est radix cuiuscunq; defectibilitatis in natu-
ra creata. quarè in omni tali natura necessariò dicit potentiam non solum ad bonum; sed etiam ad malū, vt dictum est. nec obstat quod Angelus, & corpora cælestia, secundum esse sint indefectibilia, non enim ex hoc sequitur quod eodem modo in suis operationibus indefectibiliter se habeant.
Nam esse habent immediatè à Deo, dante, & con- 21
seruante illud, cæterum operationes sunt ab ipsis creaturis immediatè, quarè non sequitur, quod omninò infallibiles sint. nisi forsitā per illas ordinentur, ceù per determinatas operationes ad determinatum bonum. quale est omne corporale bonum. Hoc verò dicitur propter corpora cęlestia. quæ mouentur regulariter, & infallibiliter. non enim in illis est excessus à particulari bono.

Illa ergò creatura, quæ ordinatur ad bonum vniuersale, per electionem particularium actionum, & complexum aliquorum particulariū bonorū. cum sint naturæ liberè relinquitur quod in suis actionibus, & operationibus pro vniuersali bono consequendo, ratione dicta; sint defectibi-
biles. aliter tamen Angelus, aliter homo. Ange- 22
lus enim natura superior homine est. in eoq; vna tm̄ cognitio est intellectiua, quæ tota est simul, nec discurrendo in suis cognitionibus procedit. sed vnico modo se habens, aut totum, aut nihil apprehendit. vnicuiq; in illis est appetitus nimirùm intellectiuus. Cęterum in homine, quemadmodū duplex est cognitio, sensitiua; & intellectiua, ità duplex appetitus in eo est sensitiuus, & rationalis. & quia insuper illius cognitio est discursiua de vno in aliud; in applicatione verò vniuersalis ad particulare facilè potest contingere error, ideò aperienda est ex proprijs vtriusq́, & *Angeli*, & *hominis*. quarè naturaliter loquendo Angelus per vnicam deliberationem ponitur extra viam, & in termino sic, quod immobiliter adhæret primæ deliberationi, siuè in bonum, siuè in malum. non sic homo quandiù in præsenti via, & vita est.

Immaginandum ergò, quod tria essentialissi- 23
mè concurrunt ad liberam electionem nostram, licet non pariformiter. nimirùm ratio, siuè intellectus, electio, & operatio exterior. Ratio siuè intellectus tamquam consulens, & dictans quod ꝓsequendum, vel fugiendum est. operatio tamquā exequēs, & electio libera, ceù rō formalis in quò perficitur libertas. qua ratione Arist. 3. ethic. inquit, quod *libertas est appetitus præconsiliati*, qua tenus (inquam) intellectus, siuè ratio cōferens bona

Ethic. 3 c. 2. & 3

na particularia inter se,& electo vno,vel aliquib. ex illis proponit appetitui ad determinandũ modo superius dicto.qua determinatione facta,mediante electione vnius boni præ alijs, vel aliquorum imperat virtuti motiuę prosequutionem,vel fugam.

Hinc sequitur quod illa tantùm non comprehenduntur, vel non subsunt liberè electioni nostræ, quæ vel excedunt virtutem motiuam, vel
24 non subsunt rationi,siuè intellectui, qui possit illa proponere voluntati ad eligendum.v.g.nõ cadit sub appetitũ libero volare. quia certè virtus motiua in homine non se extendit ad hoc. itẽ què nullo modo cadunt sub cognitione, vel saltẽ illam præueniunt prçoccupando, vt dicemus inferius,ista, vel non eliguntur, vel non plenè eliguntur.

In hoc ergò est discrimen inter Angelum, & hominem in suis deliberationibus siuè electioni-
25 bus.quod Angelus id quod intelligibiliter accipit,inuertibiliter illi adhæret. quod patet in nobis circa cognitionem primorum principiorum. Hoc enim principium. *omne totum est maius sua parte.*quia appræhenditur per actum purè intellectionis,non per aliquem discursum sillogisticũ, & vlterius apprehenditur totaliter, & plenè, ità illius veritati adhæremus, quod impossibile est, aliter apprehendere.salua cõditione intellectus, quod ergò particulariter accidit in nobis respectu cognitionis primorum principiorum,quę aut ex toto,aut nihil apprehenduntur.Hoc vniuersaliter accidit,in omni eo, quod cognoscit intellectus Angelicus, quia enim Angelus non discurrendo intelligit,sed vnico actu,& per simplicem intuitum,semper quę appetitus conformatur intellectui in conditione adhæsionis ad bonum. necessariò sequitur.quod appetitus Angeli, vbi semel elegerit illi inuertibiliter adhæreat.non sic est in homine,qui paulatim,& quasi successiuè intelligit nimirùm discurrendo, vt dictum est. potest enim in suo discursu errare, & postmodum per alium discursum suum dignoscere errorem, & ex consequenti quod semel elegerit, denuò reprobare.

p.1.q.59 art.3. Quod si arguas cum Scoto contra hanc D.Th. doctrinam,& dicas quod voluntas Angeli fertur in præcognitũ,cognitioq́; in illo sit certa,& infal-
26 libilis,vtpotè quæ respectu naturalium,naturalis est,ferturq́; in omnem obiecti conditionem,quomodo stante tali,ac tanta rectitudine intellectus Angelici,potest illius voluntas ferri,in non verũ bonum,siquidem non est immaginabile, quod intellectus proponat verum bonum,& voluntas eligat malum,& si ita res se habet, nũquam à bono deflectet Angelus.

Hoc dubium non ideò propositum à nobis est, quasi velimus adamussim hãc pertractare doctrinam,transireq́; ad casum Angeli, illiusq́; irreparabilem miseriam declarare, procul ista sit imaginatio, sed quod intendimus est ex huius argumenti responsione apertam facere qualitatem liberi arbitrij in Angelo.

Accipienda igitur sunt duo tanquam omninò vera,& indubitata.primũ est, ꝙ quemadmodum cognitio in Angelo est sine discursu, ità electio eorum,quæ sunt ad finem est subita,idest nõ media alia collatione vnius ad alterum inter ordina-
bilia ad eundem finem. secundum quod cognitio 27
in Angelo,duplex est.alia speculatiua, alia practica,vt etiam in nobis.ita verò comparantur istę duæ cognitiones,quod prima totaliter perficitur intrà.secunda verò per ordinem ad actiones extrà,quæ implicant electionem.&c.

Hinc sequitur quod primæ cognitioni nihil omninò deesse potest,quod ad illius spectet perfectionem,si enim aliquid deesset, procul dubio, nec illius cognitio naturalis esset perfecta. Et q̃a talis cognitio perficitur per positionẽ rerum cognitarum(nam sic tantum possunt esse terminus
cognitionis Angelicæ.loquendo de particularib. 28
subsistentibus)impossibile est ꝙ illorum cognitio naturalis sit fallax,vel falsa.non sic de practica,q̃ claudit inclinationem ad bonum, & quasi trahitur ad res ipsas; ibi enim pro obiecto cognito nõ est altera pars contradictionis,nimirùm quæ vera est,vt in cognitione speculatiua.sed pro obiecto est vtraq́; contradictionis pars, quarum vnaquæquè relinquitur arbitrio, & electioni voluntatis Angelicæ. quarè si verum bonum eligat iam immobiliter illi adhæret ratione dicta,si malum similiter,& quia peccatum est auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad bonum commutabile.sequitur quod si semel alicui bono cõmutabili adhæreat(vt verè fuit in angelo peccante.)quod irreuertibiliter eidem adhæreat.ex consequenti stante malo fine semel electo,non possit nisi in malum vti sua electione. quod si quando-
què in bonum, hoc erit tñ per ordinem ad ali- 29
quem malũ finem.hac ratione pluries dicta, quia finis cum sit principium primum in operabilib. necessariò sequitur quod alia sub illo fine malo, mala sint,vel in seipsis,vel in sua ordinatione.falsumquè sub ratione veri, & malum sub ratione
boni apprehendi necesse est. *qualis enim vnus-* 3.Ethic.
quisquè est,talis & sibi finis videtur.

Et si iterum obijcias.ergò saltem Angelo, qui bono verè bono adhęret aufertur omnis libertas.
namquè solum sibi restat verum bonum prose- 30
quendum.cui si adhæreat,tollitur omne meritũ, quia nulla ibidem libertas?

Facilis est responsio. non enim sunt coarctata bona particularia sub bono vniuersali, sed plura cum sint bona particularia sub bono vniuersali, in libertate est, magis vno, quam altero vti, & melioribus,&c.vt superius dictum est.

Redeundo igitur dicimus, quod lib.arb.in Angelo est ad vtrumquè non tñ bonum(naturaliter loquendo de illis,sed etiam malum,& in hoc cõuenit cum homine, quarè & ratio communis est in hoc, quia vterquè ex nihilo, ac eo naturæ defecti-

fectibilis, ac defectibiliter attingens rationem boni. non obstante quod tam Angelus, quam homo naturaliter ferantur, seù inclinentur ad bonũ sub ratione boni in vniuersali. si enim ratio boni vniuersalis indefectibiliter vniretur Angelo, & homini, tunc etiam essent indefectibiles in suis actionibus, & operationibus pro illo consequendo, nimirùm quia tunc ipsummet verum bonum esset illis ratio, & regula in omni operatione, non solum per respectum ad finem, sed etiam applicationem mediorum ad finem. quod impossibile est naturaliter conuenire Angelo, vel homini. (stantibus solis, & puris conditionibus naturalibus) quod dicimus, vt præseruemus nos, à sermone de beatis de quibus forsan aliquid in sequentibus.

Id verò in quo differunt Angelus, & homo, iã dictum est, quia Angelus cum vnius tm̃ sit appetitus, habeatq; intellectum simplicem vnico actu apprehendentem, totaliter electioni semel factæ adhæret, nec gradum reuocare potest. quare electione facta si in bonum, iam manet liber tm̃ ad diuersa particularia bona. vt in beatis; si in malũ non amplius manet liber ad bonum, sed tm̃ ad diuersa particularia mala, quę ad malum finem quẽ semel elegerunt, liberè ordinãtur, vt patet in Dęmone.

De homine verò aliter philosophandum est quandiù est in via, & quidem ex dictis. & duæ sũt
31 conditiones in illius fauorem, prima est, quia illius cognitio, quam diximus radicẽ totius libertatis cum sit discursiua, potest etiam corrigi per cõtrarias argumentationes loquendo etiam de intellectu practico.

Secunda conditio est, quia in homine duo sũt appetitus contrarij, sensitiuus qui fertur ad delectabilia, & intellectiuus, qui ad vera bona. potest ergò cõtingere error in homine circa electionem mali sub specie boni ex vehementia, siuè impetu
32 passionum. quæ quandoquè insurgunt, trahuntquè appetitum rationalem ad sui consensum. & hi errores possunt tolli per rectam æstimationem finis. quandiù enim principia manent recta, semper possunt corrigi deducta ex principijs.

Ethic.6 Hinc est quod Arist. Ethic. 6. dicit, quod *incontinens qui propter passionem peccat est pęnitiuus, & sanabilis.* & in post. prędica. c. de oppositis, qd̃ *prauus ad meliores exercitationes deductus potest fieri melior.* &c.

33 De homine ergò propriè loquendo datur illa definitio arbitrij, qua dicitur, *quod est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum, vel malum eligimus.*

Dicitur *facultas*, quasi facilis potestas, non q̃a sit habitus. namquè de ratione habitus est habere determinationem ad vnum, libertas autem se
34 habet ad opposita, & item habitus est acquisitus, vel infusus, liberum autẽ arbitrium est naturale, non ergò dicitur *facilis potestas* per appositionẽ adiutorij, modo quo habitus dicuntur facilitare operationem potẽtiarum, sed facilis potestas per remotionem oppositi, siuè impedictis, quia adeò grande donum est libertas, quod à nullo potest cogi. dicit ergò *potẽtiam sua natura liberã*, idest, voluntatem, non vt naturaliter fertur in bonum vniuersale, sed vt electiua est mediorum in quib. potest velle, & nolle, & hoc insinuatur cũ ex verbo *libertas*, tùm ex verbo *arbitrium*. libertas enĩ nihil aliud dicit, nisi hoc quod est habere in sui potestate actum iudicandi. *Iudicium* pariter importat potentiam. sicut enim irasci est irascibilis, ita iudicare est potentiæ, vt sic. licet quandoquè sumatur iudicium pro actu iudicantis. at nunc accipitur pro potentia, vt dictum est.

Dicitur *rationis, & voluntatis* ad declarandũ ordinem voluntatis ad rationem. in electione boni. vbi patet quod *Iudicium*. duo importat, discre 35
tionem, & sic est rationis, & determinationem, siuè electionem eorumquè iudicata sunt pro libito voluntatis, & tunc est voluntatis.

Hoc est quod dicitur Ecclesi. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cõsilij sui.* & ita est liber homo, quod vt inquit B. Bernar. *Impossibile est volũtatem sibi non obtemperare, si efficaciter velit.* maximè circa actum volendi, vel nolendi. namquè poterit homo cogi ne 36 adimpleat quod vult. sm̃ illud Isaiæ 10. *Non est hominis via, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos.* quę sententia propriè intelligitur de libertate per ordinem ad executionem exteriorem, quæ plurib. modis impediri potest. nunquã tamen in actu interiori. quia nullus potest cogere hominem ad volendum si nolit. quarè nec cogi ad peccatum si nolit præbere consensum. vt dicit glo. super illud psal. 118. *Me expectauerunt peccatores, vt perderent me.* idest, expectauerunt meum consensum sine quo nunquam peccassem.

Eccl.15 D.Bern. Isa.10. Ps.118

Hæc de libertate secundum conditiones purè naturales dicta sufficiant. & ità sufficiant pro primo fundamento.

Nunc ad secundum, quod spopondimus declarandum accedamus, nimirùm, quod vera libertas tantum per ordinem ad bonum accipienda sit, & nullo modo per ordinem ad malum; siquidem *libertas nomen virtutis est, seruitus autem malitię*, vt pulchrè dixit Epicur. apud Stob.

Et pro introductione sit nobis commune sapientum dictum. quod (inquam) *Solus sapiẽs liber est.* Et illud Arist. 1. Metaph. *Liber est qui suijpsius causa est.* i. qui agit, & nõ agitur iumentorum more. Ille ergò verè liber erit libertate morali, & 37
Christiana, qui & secundum veram rationem, & secundum veram fidem viuet. qui secus; non liberi, sed serui omninò erunt.

proœme taphys.

De vtraquè harum libertatum locutus est Ps. in personam Adæ cum dixit. *Homo cum in honore esset, non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* In qua sentẽtia duo præclara insinuantur. primo conditio hominis in qua creatus fuit. secundò illius ab ea deflexio. & quæ ista conditio? quia in honore conditus,

Ps.48

tus,vt (inquam) omnia illi subderentur,non solū animalia,quæcunquè vt eis imperaret cæterum, & proprijs sensibus, nam *hominem Deus fecit rectum* per gratiam in anima, & donum iustitiæ originalis,ità vt in illo nil dissonum, nil distortū reperiretur. de qua rectitudine modo non est dicendum.

Sed quid euenit? cum in tali esset conditione, *non intellexit*,idest non verum, sed apparens bo-
38 num acceptando, *instar iumentorum factus est*. vbi habes radicem libertatis, quæ in ratione est, vt diximus, ipsa enim decepta,necesse fuit appetitum malum sequi;& quia nullo cogente hoc sibi accidit. ideò benè sequitur.*comparatus est iumentis insipientibus*.

Notemus(quæso)singula.*Comparatus* est, non factus iumentum, quia nullum malum est esse iumentum, vtiq; comparari iumento.fingunt poetæ,quod Circe fuit,quædam Dea habens virtutē transformandi homines in beluas.Hæc Circe,est
39 propria passio in quocunquè homine,quam si sequamur illicò transformamur in beluas per affectum. & sensus est. vt bestiæ ducuntur passionib. ita homines malè affecti,& vt inclinatio secundū passionem in illis prædominatur, ita in homine. vndè quasi oblitus propriè dignitatis se ipsum
40 ruit,à seipso degenerans. *non intellexit*. en ignorantia quæ semper commitatur peccatum, licèt enim quis v. g. non ignoret fornicationem esse malam,imò teneat illam esse peccatum. attamen in passione positus credit sibi illam licere omnib. consideratis,quæ ignorantia si non cognitionis, electionis est.quia in eligendo errat, tenens tunc sibi hoc esse bonum. ò quam malum ignorantia *omnis enim ignorans malus*.sed de his satis.

Comparatus est iumentis, non iumento. quia homo deductus à vera ratione non in vna, sed in
Prou.9 multas,& propè īfinitas labitur passiones.*& aquæ*
41 *furtiuæ illi videntur dulciores*. assimilaturquè diuersis animantibus. videlicèt leoni per superbiā, cani per iram,talpę propter auaritiā, porco propter luxuriam,& sic de alijs.

Sed cur iumentis,& non feris? en aliud malum hominis per peccatum;fera libera manet in nemoribus discurritq;, ac diuagatur per saltus, at iumentum semper,vel est sub oneribus, vel fune ligatus ad præsepe. quarè totum est sub domini sui potestate,& in ferēdo onera,& in accipiēdo cibum,nam qui à gratia,& ratione delapsi sunt semper sub oneribus passionum,& affectionum mundi sunt,nec aliud comedunt,quam quod ipsis apponit,Dęmon,mundus,& caro.de funibus habe-
Prou.5 tur Prou.5.*Funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur*.& Psal. 118. *Funes peccatorum*
Ps.118 *circumplexi sunt me*.de onerib.dicitur Hier.c.16. *Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem*.

Fortassis Christus hoc insinuare uoluit cū pręcipiendo duobus ex suis,dixit. *Statim inuenietis asinam alligatam,& pullum cum ea*. quasi dicat, non est cur laboretis pro inueniendo peccatore hominequè prauo,& malo, statim reperitur,&
in foribus adest peccatum,cum suo pastóre. Asinus,& pullus homo interior,& exterior, qui omni ex parte deditus est passionibus. 42

Quid ex his? nostrum sanè deducimus intentum.ergò verè homo sub peccato, non est liber, qui ante liber erat. ergò solus sapiens verè liber dicendus est. 43

Quærit D.Thom.in quęst.disp.q. 24. de veritate ar. 12. *Vtrū existens in mortali sine gratia, possit vitare omne mortale stante quod sit naturæ liberè*. & breuiter concludendo dicit, quod licèt possit vitare singula non tamen omnia, & ratio huius asserti habetur ex iam dictis à nobis in primo fundamento,quia multa possunt occurrere homini de repente, quæ si absolutè considerentur vtiquè poterit illa euitare,ex quo non excedunt facultatem rationis,attamen quia nō semper æquè dispositus est homo;vt plurimum in huiusmodi repentinis operatur conformiter ad habitum, & dispositionem in qua reperitur pro illo tunc. D.Tho. 44

Nam vt ex doctr.eiusdem Doct.ibidem.in pręmeditatio ex duplici capite oriri potest, vel ex passione virium inferiorum, quæ quandoq; vehementer excitantur, ipsaquè ratio veluti præoccupata non plenè aduertit, quid sibi agendum sit. 45
(nec enim ratio potest semper esse in actu scdo, maximè post peccatum) quarè necesse est ipsum quandoquè labi quandiù est in via. vndè etiam quod homo sit in gratia constitutus.labitur in aliquod veniale,nisi sit priuilegium speciale præseruans.vt *de B.V.* dicitur, & sic potest vitare singu- 46
la,non tamen omnia.difficile namquè est, quod in omnibus particularibus semper ratio sit attenta,& intenta sibi,quin saltem in aliquo deficiat, si non adsit specialis Spiritus sancti assistentia.

Secundo hæc impræmeditatio oriri potest ex habitu prauo, qui menti hominis inest. quia videlicet iam diuertit ab incommutabili bono, & adhæsit bono commutabili quandiù in mortali peccato existit.eapropter stante tunc tali dispositione,poterit homo vitare omnia mortalia absolutè loquendo,non tñ singula;quia nimirùm stante quod homo ita sit dispositus,habeatquè pro fine bonum commutabile in repentinis proculdubio operabit secundum habitum, & præstitutum 47
finem.qua ratione Arist. 9. Ethic. inquit, quod *Fortioris est in repentinis timoribus impauidum, & imperturbatum esse.quam in præmanifestis*. nā præcognita,quis potest præeligere ex ratione, & cogitatione,at in repentinis præualet habitus. Ethic.9

Nec obstat quod ex vno actu v.g.luxuriæ non generatur habitus vitij; vt enim dicebamus homo etiam per vnicum actum mortalis peccati iā sibi alium finem præstituit, quarè in repentinis 48
sumit regulam suarum operationum à tali fine; (siquidem vt pluries diximus finis est principiū in operabilibus.) donec per gratiam se iterum conuertat

conuertat ad bonum incommutabile. vndè licet
repentine quis peccato consentiat in tali occa-
sione. attamen peccatum sic commissum, est mor
tale, quamuis non ex plena deliberatione; non
enim ob hoc tollitur consensus, cum reuera tunc
homo apprehendat concupiscibile propositũ, &
sibi obiectum sub ratione boni in ordine ab talẽ
finem cui iam adheret, ac eò eligit ꝓsequi illud.
& sic peccat mortaliter in illis repentinis, non ob
49 stante quod si plura animaduerteret concurrẽtia
posset nõ peccare. Aliud nãq; est loqui de repẽti-
nis motibus stante recto ordine ad verum finem
De perfectio. inst. tom. 7. bonum. aliud data auersione ab illo. vndè Augus.
comparat tale peccatum curuitati tibiæ ex qua
sequitur necessitas claudicandi. quod exemplum
suadet quod dicimus, non quia necesse sit semper
hominem peccare, quemadmodum claudum ne-
cesse est semper claudicare (potest enim homo
non operari sm̃ habitum qui in illo est) sed quia
difficile est rectè incedere semper, qui læsus est ti-
bia. & sic qui læsus est mala affectione difficile est
50 non incidere in illam. & maximè in repentinis de
qb. loquimur. nã illis deductis hõ in mortali exi-
stens põt qđcunq; aliud mortale euitare si plenè
D. Greg 25. mor. c. 19. aĩaduertat sibi occurrentia. & hoc est, quod D.
Greg. docet, *peccatum qđ per pœnitentiam non deletur, mox ad aliud trahit*, facit sensum. quia licet
possit vitare oĩa, nõ tamen singula ratione dicta.

D. Hier. Et quia omnia, vitare potest D. Hieron. in ex-
posit. fidei ad Damasium Papam exaduersò dicit
Nos, inquit, *dicimus hominem semper peccare, &
non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur
esse arbitrij*.

51 Potest insuper existẽs in mortali peragere ope
ra de genere bonorum, non tamen quod sint me-
ritoria apud Deum vitæ æternæ, nisi primo recu
peret gratiam, quæ omnis meriti radix est.

Patet igitur ex his quomodo existens in mor-
52 tali verè non est liber. quia liber non est, qui sui
causa, suarumquè actionum esse non potest. trahi
tur enim necessariò (non necessitate coactionis)
D. Aug. sed peruersę inclinationis. qua de causa Aug. di-
cit, quia *homo noluit abstinere à peccato cũ potuit,*
Ps. 24. *inflictum est ei non posse cum velit*. & Psalm. 24.
in persona pœnitere cupientis. dicitur *De necessitatibus meis erue me. i. de peccatis*, inquit gl. & ra-
tio iam dicta est. quia necesse est sic dispositos
quandoquè ad alia consimilia trahi. nisi resurgãt
per gratiam, quam gratuito illis Deus concedat.

Epist. 7. ad Simp. *Solus* ergò *sapiens liber est*. & qui iustus est, &
perfectus in iustitia. Nam vt D. Ambr. ait. *Liber
est qui ea facit, quæ vult. si ea bona sint. sunt autẽ
53 bona quæ sapiens facit, etenim qui neq; cogi potest,
neq; prohiberi is nequaquam seruus est. sapientis
autem est, neq; cogi, neq; prohiberi*. Hinc Apost. 1.
1. Cor. 9 Cor. 9. *Non sum liber? nõ sum Apostolus?* & Gal. 5.
Gal. 5. *In libertatem vocati estis, tantum ne libertatem
in occasionem carnis detis*.

D. Aug. Et Aug. super illud, *Si filius vos liberauerit verè liberi eritis*. ait, *Seruus hominis duris imperijs
fatigatus, fugiendo requiescit. Seruus peccati quo
fugit secum se trahit, quocunquè fugerit. Non fu-
git seipsam mala conscientia, non est quo eat, se-* 54
*quitur se imò non recedit à se. peccatum enim
quod fecit intus est.*

Ad Christum ergò *fugiamus omnes contra peccatum, gratis venundati estis, & absquè argento
redimemini. quia videlicet sine precio vestro, meo
tamen, necesse est enim, qui liberantur à libero* 55
liberentur, & qui serui eramus cupiditatis, liberati, serui efficiamur charitatis. hæc ille.

Et infra. *prima ergò libertas est carere crimini-* 56
*bus, & cum cœperit criminibus carere, incipit caput
erigere ad libertatem.*

Idem super illud Psal. *Gressus meos dirige secũ-* *Ps. 118.*
*dum eloquium tuum, vt non dominetur mei, omnis
iniustitia*. inquit, *Contra talem dominam*, nimirũ
iniustitiam, *inuocamus dominum. Gressus meus*.

Et Orig. super illud Iud. 2. *Fecerunt filij Israel* *Orig.*
malum in conspectu Domini, & seruierũt Baalim, *Hom. 1*
ac dimiserunt Deum patrum suorum. ait. *Quoties-
cumquè peccamus, & captiui ducimur in lege pec-* 57
*cati. Genua nostra curuamus Baalim; quid prodest
genua corporis flectere Deo, & genua cordis Diabo
lo? si enim nõ stetero firmus aduersus astutias dia
boli flexi genua mea diabolo. & si non constanter
stetero contra iram flexi genua mea iræ*. & sic de
quocunquè vitio.

Et infra. *Vnusquisq; quod præ cæteris colit, quod* 58
*super omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus est.
Hinc totius gentilitatis error in idolorum adoratione. Caueamus ergò nos Christiani, nec dicamus
nos non colere Deos alienos. Colimus enim si magis
vitia, quam illum velimus*. Hæc ille.

Duas ergò deducimus conclusiones. quarum 59
prima est. *seruitus vera in solo peccato est*.

Hanc vltra rationes iam dictas sic probamus.
primo ex eodem Origine super illud. *Iratus Do* *Iud. 2.*
minus cõtra Israel, tradidit eos in manus diripientium Cum inquit, *dereliquerunt dominũ, tunc seruire cœperunt passionibus suis*. tunc dicitur de eis,
quia *tradidit illos Deus in passiones ignominiæ*. & *Rom. 1.*
iterum *tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt
faciant ea quæ non conueniunt*. quarè quia inquit.
repleti sunt omni iniquitate, nequitia, fornicatione, auaritia. &c.

Et D. Ambr. epist. 7. ad Simplicianum super il *D. Amb.*
lud, *Empti estis precio nolite fieri serui hominum*. *1. Cor. 7*
ait. *Noè ideò seruituti suorum fratrum subegit* 60
*Cham propter suam insipientiam. Insipiẽter enim
riserat in videndo patris pudenda, alij verò cooperuerunt. Hoc nimirùm expedit insipienti. vt qui seipsum regere nescit, sapienti adhæreat.*

Hoc idem Isaac in benedicendo Esaù, qui gu- *Gen. 25*
losæ vendidit primogenita. & sic ostendit dete-
riorem insipientiam esse seruituté. quarè & sic sa
luti illius consuluit.

Corroll. *Multi ergò sunt Domini habentes dominia, & regna mundi, & verè serui sunt interiorum dominorum.*

Con-

61 1.Cor.9 Concl.2. *Manet libertas cũ seruitute Christi.* probatur ex dictis,& 1.Cor. 9. *Cum liber essem, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem.* nam hoc modo seruiuit, & Christus vt nos redimeret,formam serui accipiens.

D.Amb. Ambr. vbi sup. *ille liber est, qui intra se liber est, qui legibus naturæ liber est,legem sciens naturæ præscriptam esse meritis non conditionibus.* Vndè verè ait scriptura. quia *pauperes diuitum præpositi erunt,& priuati* vtiquè administrantium.

62 Aug.super illud *In libertatem vocati estis. qui per charitatem seruit, liberè seruit, cum amore faciendo, quod docetur non cum timore quod cogitur.*

Ps.78. Item super illud psal. 78. *Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. libera seruitus est, vbi non necessitas, sed charitas seruit.*

63 Coroll. *non obest iustis, & perfectis seruitus corporalis quin semper sapientes sint, & dominentur.*

Sap.10. Probatur ex illo Sap.10. *Hæc venditum iustũ, non dereliquit sed à peccatoribus liberauit eum, descenditq́; cum illo in foueam.*

Ps.104. D.Amb. Ambr.vbi sup. *De Ioseph. legimus quod in seruum venundatus est,& quod humiliauerunt in compedibus pedes eius.*

64 *Vtiq́; in seruum venundatus est, non tñ seruus factus est. Vtiq́; humiliauerunt in compedib. pedes eius nõ aĩam eius siquidẽ de aĩa eius dicitur ferrum videlicet peccatum pertransiuit animam eius. Alij namq́; consentiendo peccato pertranseuntur in anima à peccato, at ipse è cõtra. patet quia nec flexus delinimento herilis illecebrè, & hoc quia eloquium domini inflammauit eum.*

65 Et infrà. *Vndè colligitur quia stulto, & imperare seruitus est. & quod peius est cum paucioribus præsit, pluribus Dominis,& grauioribus seruit, nimirùm passionibus,& cupiditatibus. quarè seruit sapiens corpore non animo. Spiritualis autem indicat omnia,& ipse à nemine iudicatur.* & 1.Cor. 4. *mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer.* quarè Sophoclea carmina sunt.

Iupiter mihi praeest, nullus autem hominum.

Ex his omnibus benè pensatis, ad inuicemquè collatis,& benè deductis habemus quod homo, siuè sub peccato sit, siuè sub gratia semp liber esse dicitur quod Apost.Rom.6. His verbis exprimit dicens, *Cum enim serui essetis peccati liberi fuistis iustitia*,& parum infrà. *Nunc verò liberati à peccato serui facti estis Deo.* nulla igitur vnquã in homine libertas sine seruitute, nec seruitus sine libertate.

Rom. 6.

At quæ vera libertas sit, & quæ vera seruitus: considerandum maximè est. semper enim homo quantum ad arbitrium rationis, remanet

66 liber à coactione, non tñ est liber ab inclinatione. quando enim liberum arbitriũ inclinatur ad bonum per habitum gratiæ, vel iustitiæ, tunc habet seruitutem iustitiæ,& est liber à peccato. quando verò arbitrium inclinatur ad malum per habitũ peccati, tunc habet seruitutem peccati, & libertatem iustitiæ.

Seruitutem quidem peccati, quia trahitur ad consentiendum peccato contra iudicium rationis. quia *qui facit peccatum seruus est peccati.* Ioan. 8

Hinc est quod Caim post peccatum quasi seruus 67

signum accepit. nec tñ sic necem euadere potuit, quia formido illum commitabatur.

Idem verò Apostolus declarans discrimen inter vtramq́; seruitutem,& libertatem. primò de 68

peccato, deindè de iustitia subdit dicens. *Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ, quem ergò fructum habetis in illis, in quib. nunc erubescitis? nam finis illorum mors est.*

De iustitia verò subiungit. *Nunc verò liberati à peccato serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem finem verò vitam æternam.*

Vbi in tribus comparat vtrumquè primò secundum proprias rationes. secundò per ordinem ad fructus qui ex illis sequuntur. tertiò per ordinem ad finem vtriusquè.

Pro quorum declaratione notãdum cum Prospero. quod sicut nemo potest duobus dominis D.Prosper.

seruire, ita nequè esse potest absquè domino. *neq́; enim seruitus vspiam est respectu vnius, absque libertate respectu alterius: neq́; libertas respectu vnius, absq́; seruitute respectu alterius.* hoc est q̃ ait 69

Paulus. *cum serui essetis peccati: liberi fuistis iustitiæ.* & exaduersò. *Nunc liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.* primus autem omnium qui docuit. Iniquos seruos esse peccati. fuit Christus.

Io.8. *Qui facit peccatum seruus est peccati.* Apostolus ergò contra Gentiles hoc dicit, qui pro libertate ducebant animo obsequi, eumq́; quocũquè collibitum esset relaxare. quarè,& *liberi iustitia dicebantur*, nimirùm qui iustitiæ iugo reiecto liberè seruiebant peccato. quo denotatur seruitus non ex inscitia, aut aliqua subrepente passione (nam huiusmodi aliquo freno iustitiæ retinentur, vt non videantur a iustitia omninò liberi) sed perfricta frõte, qui sese in ditionem peccati dederunt.& in quibus regnat peccatum. Hinc. dum nullo freno iustitiæ cohibentur, nulloq́; metu cunctantur parere peccato, liberi omninò sunt

Ioan.8.

iustitiæ.i.ab illius legibus eximuntur. Hic ergò 70

primus est effectus peccati cum in homine dominatur, vt eum retrahat à iustitiæ iugo,& legibus, & hinc sm̃ istos sequebatur, quod vera libertas sit. qua homo faciat quidquid vult etiam quod rationi dissonum sit, & sic apparentem libertatẽ in veram commutabant. Cum enim homo id q̃d 71

est, prout à cæteris animantibus differt, sit esse secundum rationem, ex consequenti, & viuere sm̃ appetitum rationalem relinquitur quod talis libertas non vera, sed apparens, aut falsa sit. Contra quos Hier.2. dicitur. *A sæculo fregisti iugum, rupisti vincula, dixisti nõ seruiã.* nimirũ iustitiæ. Hier.2.

Cum enim voluntas nata sit rationem sequi, tunc maximè captiua tenetur cum à rationis lege, & ordine subducitur. Duplicem namquè diximus in homine appetitum esse, & sensualem qui materiam

teriam sequitur rationemq; generis; qui ideò cōmunis omnibus animalibus est; & rationalem qui illius sequitur formam, à qua speciem sortitur. si igitur in voluptates se homo dedat, tunc maximè captiua voluntas tenet, ne in rationis viam, & ordinem redeat. & econtra tunc maximè sua genuina ac naturali libertate fruetur, quando iustitiæ erit seruiens. alia est ergò ratio seruitutis in peccato, alia in iustitia. illa quæ peccati est, & dicitur vera seruitus est. alia qua seruitur iustitię nō
72 seruitus, sed dominiū est. secundum illud, *Seruire Deo regnare est*. quarè benè adnotauit Vgo hoc Vgo.
loco dicens. quod *seruitus*, qñq; *à seruitute*, quandoq; *à seruitio* dicitur. à seruitute cum fit Diabolo, & peccato de qua Isa. 47. *Descende, sede in pulvere virgo filia diaboli, sede in terra non est enim vltra solium filia Chaldæorum*. Serui autem Dei Isa. 47.
habēt solium. quia seruiēdo, & obsequendo Deo,
73 regnant, & dominantur. Vbi ergò maior in bono confirmatio ibi maior libertas. & vbi maior seruitus iustitiæ, ibi maius obsequium Deo præstatur. Hanc veram libertatem solo lumine naturali
Cicero. ductus magnus ille Cicero ī sua paradoxa penultima, præclarè, & abundè describens ait. *Libertas est potestas viuendi, vt velis; is viuit, vt vult. qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui viuendi vita considerata, atq; prouisa est; qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur, atq; colit, qui salutare maximè iudicat, qui nihil facit, nihil cogitat nisi libenter, ac liberè: cuius omnia consilia resquè omnes, quas gerit, ab ipso perficiuntur, eodemq; feruntur; nec est vlla res, quæ plus apud eum polleat, quam ipsius voluntas, & iudicium, cui etiā fortuna ipsa cedit.* hæc ille. Verum quia Christiani sumus ea etiam adducamus, quę Christiano nomini conueniunt. Nonne voluntatem *V. B. & Apostolorum*, maximè liberam dicimus, de quibus
Ps. 74. scriptum est. *Ego confirmaui columnas eius*? nonne
74 beati maximè liberi sunt? & vbi quæso maior libertas, quam in Deo excogitari potest, & nihilominus ipse peccare minimè potest? & si peccare posset non esset Deus. quoniam peccare non potestatis, sed infirmitatis est. vndè & illa sententia,
Eccl. 31 quæ habetur Eccl. 31. *Beatus qui potuit transgredi, & non est transgressus*. optimè à Doct. Sancto glossatur. quod posse peccare nihil prorsus facit ad meritum, vel gloriam eius qui potens peccare
75 non tamen peccat, sed tm̄ facit ad manifestationē illius meriti, & gloriæ, quia per hoc quod potuit peccare, & non peccauit manifestatur quod iustitiæ, & non iniquitati obtemperauerit. & in signum huius, Apostolus ex fructibus vtriusq; seruitutis peccati, & seruitutis iustitiæ; aperit denuò
76 in quò vera libertas consistat. *quem* inquit, *fructū*
Rom. 6. *habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescetis*? Certe nil aliud nisi confusio, & pudor, est quæ locutio per antiphrasim in sensu contrario; nullus enim reuera est fructus peccati. sunt nimirùm infructuosa opera peccati, quia non adiuuant hominem ad beatitudinem consequendam. vt dicitur Isa. 59. *Opera eorum opera inutilia*, & Michęæ 2. Isa. 59.
Veh qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Hanc verò verecundiam nō tūc Mich. 2
quando peccauimus, sed nūc quando pęnitemus, dignoscimus. Hier. 31. *Postquam ostendit mihi, percussi femur meum, confusione, & erubui*. & Isai. 1. Hier. 31 Isa. 1.
Erubescitis super furtis, scilicet voluptatis, *quod elegeratis*, Consequitur enim peccatum protinus erubescentia, vt in prima Adæ præuaricatione vsu venit, comedentis de arbore, quę primos peccati fructus emisit. indè in Psal. 30. *Erubescāt impij, & deducantur in infernum*. Hanc primā pęnā Ps. 30.
luit rationalis homo, cum primum aliquid contra rationem admittit. & vndè erubescentia exoritur nullus potest alius bonus fructus prouenire.

E' contrario fructus seruitutis Dei, & iustitiæ est *sanctificatio*, idest per illam ad sanctificationē ducimur. *Sanctificatio*, inquit D. Thom. idest *executio sanctitatis per bona opera est fructus vester*, D. Tho.
vel, inquit Soto. hoc loco. idest *mētis purificatio*, Soto.
quæ per opera iustitiæ fit. promanantia ex fide, quæ per dilectionem operatur sm̄ illud Galat. 5. Gal. 5.
Fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax, &c. Hæc autem fructificatio per venas voluntatis nostræ à Deo attractę in nobis deriuatur.

Vbi nota quod *sanctum* cum de Deo dicitur, qui est sanctitatis exemplar, idem est quod *mundum, purū, & oī corruptione liberum*, iuxta illud Le- 77
uit. 19. *Sancti estote quoniam ego sanctus sum*. qñ Leui. 19
verò dicitur de nobis, *sanctum* idem est, quod *sancitū*: hoc est ab omni sorde, & inquinatione mundatum Deo dicatum, ac deputatum. quasi ad quandam diuinitatis communicationem erectum. & secundum latinam interpretationem *sanguine consecratum*. Ad quem modum nos maximè Christus sanctificauit sanguine suo. qui dixit.
Sanctifica eos in veritate tua. & paulò post. *Pro* Io. 17.
eis ego sanctifico meipsum, vt sint, & ipsi sanctificati in veritate. Et apud Theologos idem fermè est *sanctificatio*, quod *iustificatio*. quapropter, & pro mundatione à priori peccato accipitur, & pro confirmatione in bono; & pro augumentatione ipsius; Hac de causa simul ambo in Apoc. coniun-
gūtur, vbi dicitur *qui iustus est iustificetur adhuc*. Apo. 22
& *qui sanctus sanctificetur adhuc*.

Ex difformi ergò fructu vtriusq; seruitutis pariter constare potest. quænam vera, quævè falsa, aut apparens libertas, ac seruitus sit. 78

Hoc idem, & conclusiuè ex finè vtriusq; conijcitur. nam *finis peccati mors*. Iustitiæ verò, *vita* 79
æterna Hæc illorum stipendia. *Stipendium quasi stipe pendendum*, siuè *ponderandum*, sumpta metaphora à mercede quæ antiquitus dabatur militibus, nam pecunia illis distribuenda ponderabatur, quia ergò peccatores peccato militant cōtra Deum, membra sua exhibentes arma peccato, *Mors* dicitur esse *stipendium peccati*, idest retributio, quam retribuit sibi seruientibus. *At iustitia*
finis est vita æterna. videlicet visio Dei. visio eīm 80
vt inquit D. Thom. 1. 2. q. 11. in quantum *visio, est* D. Tho.
actus

actus intellectus;inquantum verò est finis, & bonũ est voluntatis obiectum. & sic eius fruitio. Vndè *finem hunc*, inquit, *intellectus consequitur tanquã potentia agens, voluntas autem tanquam potẽtia mouens ad finem, & fruens fine iam adepto.* hæc illæ. verum de his alias.

Ex diuersitate igitur finium. pamplius veram libertatem in cordis munditia, & remotione ab oĩ peccato esse nobis declaratur. quasi dicat Apostolus. Ratio vidẽdi Deum in qua visione vita æterna consistit est, puritas, & mũditia cordis, iux. illud, *Beati mundo corde, qm̃ ipsi Deum videbunt.*
81 *Munditieș* autem idem est, quod *sanctificatio per opera iustitiæ, quæ ex charitate fiunt*, atquè adeò quo mundius est cor, & purificatius, eò fit in pria visio perspicatior, quarè optimè fructibus sanctificationis tanquam finis *vita æterna* proponitur. Vndè à primò ad vltimum vera libertas est qua liberi sumus à peccõ, & serui iustitiæ. Hocq; proprium hominis est in quantum homo, & vtentis ratione. seruire autem peccato omninò concupi-
82 scentiæ, idquè bestiale. commune brutis animantibus, ex consequenti, iusti tm̃, & qui perfecti sũt, liberi vera libertate dicendi sunt, & per ordinẽ ad iustitiam moralem, & per ordinem ad iustitiã diuinam. quarè secũdum rei veritatem nullo modo serui propriè dicendi sunt, & quantò iustiores, ac sanctiores, tãtò liberiores asseuerandi sũt. & verè in honore constituti, & aliorum prædominio. & quoniam huiusmodi solos sapientes diximus. concludendũ omninò est, tm̃ iustos, & perfectos verè sapientes esse per quam sapientiam, veram consequuntur libertatem. Hæc de secundo.

PVNCTI TERTII SVMMAE.

1 *Libertas duplex spiritus, & carnis, & quomodo vtraq; dignoscatur.*
2 *Hæreticorum insidia ex confusione libertatis carnis, cum libertate spiritus.*
3 *Qui filij Dei verè sunt non eximuntur ab obedientia Dei, & superiorum.*
4 *Adam symbolum perfectorum, & iustorum.*
5 *Vincula Dei sapientia alligatura salutis, carnis verò alligatura diaboli.*
6 *Subijci legibus contingit dupliciter, vt regulæ, & vt cogenti.*
7 *Iusti, & perfecti est conformari Deo in volito, & modo volendi.*
8 *Liber tantum est, qui sui causa est, & ex seipso agit.*
9 *Lex noua quarè libertatis dicatur duplici iure.*
10 *Gratia perficit liberũ arbitrium, in conformib. natura, saluti, & rationi.*
11 *Habitus quicunquè inclinans ad ea quæ sunt contra rationem, & salutem semper corruptiuus est.*
12 *Gratia non nisi ad necessaria, & expedientia semper ducit.*
13 *Impossibile est hominem, vel Angelum non subdi præceptis Dei.*
14 *Spiritus sanctus mentem perficit, vt ex amore tantùm caueat mala, & faciat bona.*
15 *Iusto in quantum iustus lex frustra est coercitiua.*
16 *Iusti, & perfecti non subijciuntur legibus humanis, in repugnantibus ductioni priuatæ Spiritus sancti.*
17 *Exempla multa ex sacris Scripturis, quod iusti, & perfecti non subijciantur, legibus communibus.*
18 *Aliud est esse in lege, aliud supra legem, aliud sub lege.*
19 *Lex diuina primo ad docendum est humana verò ad ligandum.*
20 *Christus diuersis respectibus dictus est in lege, supra legem, & sub lege.*
21 *Christus sub lege non coactè, sed in quantum voluntariè nostras assumpsit infirmitates.*
22 *Iustis, & perfectis sola charitas vera, & propria regula in omnibus est.*
23 *Charitatis effectus propè infiniti, & omninò admirabiles.*
24 *Charitas sola est, qua copulat amatum cum amante.*

Circa tertium punctum nõ est diutius immorandum cum ex supradictis facilè sit deducere veritatem intentam. veruntamen vt magis adhuc reddatur clara veritas, quam docemus, pateatquè omnibus, & singulis quomodo, & qualiter respondendum sit instantijs hæreticorum omnium, qui conati sunt ad proprium sensum trahere libertatem, quam propriam iustorum, & perfectorum, & vniuersaliter verè filiorum Dei diximus; aliquas distinctiones adducemus, quib. quasi in epilogo colligimus, quæ hactenus dicta sunt à nobis, & fortassis dici possunt.

Prima distinctio. duplex est libertas. quædam quæ dicitur spiritus, quædam carnis. vtraquè sibi 1
opposita. prima est per quam spiritus viuificatur factaq; carnis mortificantur. secunda qua caro suis viuit concupiscentijs. quam cõtendunt struere hæretici.

Harum meminit primo Apostolus Gal. 5. his Gal
verbis. *Fratres in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem.* vbi Apostolus, vt patet aperta locutione nos cautos reddit ne decipiamur, & in malum degeneremus occasione illius, existimantes quod vera libertas sit, obedire concupiscentijs. secundò eandem distinctionem facit Apost. princeps. 1. Pet. 2. his verbis. 1.P.
Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. quasi dicat. Volo vos verè esse liberos, sed nolo vos habere libertatem pro velamine malitiæ. En Vafricies hæreticorum impugnata, qui ideò nos liberos dicũt, vt pro libito carnis concupiscẽtijs satisfaciamus.
&

& nota quod dicit. *Sed sicut serui Dei,* quos nimirum omnem decet munditiam habere. qua ratione etiam vbiquè D. Paulus, *se Christi seruum,* nominat in suis epistolis.

8 Conclusio ex hac distinctione optimè deducitur, quod *Iusti, & perfecti, & omnes qui filij Dei dicuntur, & sunt, non eximuntur à vera obedientia, quam debent Deo, & superioribus.*

Rom. 2.

Probatur primo argumento irrefragabili: quia illicò ac Deus creauit Adam quē perfectum omni ex parte consideraut, nihilominus apposuit sibi præceptum dicens. *De omni ligno quod est in paradiso comede, de ligno verò scientiæ boni, & mali ne comedas in quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.* nunc sic; Adam fuit symbolum omniū perfectorum, & iustorum, ac primus filiorum Dei adoptiuorum, & tamen ipse tenebatur præcepto sibi facto sub culpa mortali. ergò par ratio est de alijs.

4

Eccl. 6. Probatur secundo auctoritate Ecclef. 6. vbi dicitur. *Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsquè ad canos inuenies sapientiam. In opere illius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus eius, quam aspera est nimirùm sapientia indoctis hominibus, & nō permanebit in ea excors. Audi fili mi, & accipe consilium intellectus, & ne abijcias cōsilium meum. Inijce pedem tuum in cōpedes illius, & in torques illius collum tuum. Subijce humerum tuum, & porta illam, & ne accidieris vinculis eius. In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem, & erunt tibi cōpedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis: & torques illius in stolam gloriæ. Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutis.* Hęc ibi. en quod vincula sapientiæ Dei sunt alligatura salutis. ergò vincula carnis, sunt alligatura diaboli, ergò vera libertas est spiritus, & non carnis. ergò obedientia, & obseruantia legum, simul stant cum hac spiritus libertate.

5

Confirmatur quia quanto cōiunctiores sumus Deo, tantò magis illi conformamur. ergò magis obtemperantes sumus illius pręceptis, & monitis.

6 Secunda distinctio. dupliciter aliquis potest subijci legibus. primo sicut Regulatum Regulę, quā imitatur, & sequitur. secundo sicut coactum cogenti.

Conclusio secunda, *Iusti, & perfecti subijciuntur legibus, sicut Regulati suæ regula, non coactioni illius.*

Probatur ratione inuincibili, quia iusti, & per-

7 fecti in tantum iusti, & perfecti dicuntur, & sunt, inquantum habent ipsorū voluntatē omninò conformem voluntati diuinæ, & in re, & in modo. ergò ea volunt, q̄ Deus vult, & eo modo quo Deus vult, ergò quæ vult Deus obseruari, obseruant, & quæ non fieri, non faciunt, & quæ prohibet, esse prohibita, & sic de singulis. ergò tale velle nō est coactum, sed omninò liberum. patet hoc, quia sicut Amans trāsfertur in amatum per inclinationem affectus, sic quod inter eos est idem velle, & nolle, adeò vt etiam quod nihil illis esset præceptum, nihilominus peragerent illa, quia volita, & placita personæ amatæ. ita philosophandum est de iustis, & perfectis, nam quia *iusti, iusta omninò volunt*, eo quod iusta sunt, & quia *perfecti, perfecta pariter volunt*, quia perfecta sunt. & quia *volita à Deo*, cui vnum sunt per amorem, & affectionem, ideò, & *volita ab ipsis*. ergò nulla coactione obedientes sunt. & sic maximè liberi. nam *liberum est quod suij ipsius causa est*, agit inquam, non agitur.

Confirmatur auctoritate, & doctrina D. Tho. p. 2. q. 108. ar. 1. ad secundum in eo namquè art. quærit, vtrum *lex noua aliquos exteriores actus debeat præcipere*, vel *prohibere*. & secundo loco arguendo. inquit, videtur quod non. *quia lex noua est lex spiritus*, vt dicitur Rom. 8. *Sed vbi spiritus Domini ibi libertas*, vt dicitur 2. ad Corint. 3. *non est autem libertas vbi homo obligatur ad aliqua opera exteriora facienda, vel vitanda*. ergò, *lex noua non continet aliqua præcepta, vel prohibitiones exteriorum actuum*. Audiamus responsum.

D. Tho.

Rom. 8.

Ad secundum, inquit, *dicendum quod secundum philosophum in metaph. liber est qui sui causa est. Ille ergò liberè aliquid agit, qui ex seipso agit. quod autem homo agit ex habitu suæ naturæ conuenienti ex seipso agit. quia habitus inclinat in modum naturæ. si verò habitus esset naturæ repugnans, homo non ageret secundū quod est ipse, sed secundum aliquam corruptionem sibi superuenientem, quia igitur gratia Spiritus sancti est sicut interior habitus, nobis infusus inclinans nos ad rectè operandū, facit nos liberè operari ea, quæ conueniunt gratiæ, & vitare ea, quę gratiæ repugnant. sic igitur lex noua dicitur lex libertatis dupliciter. Vno modo quia non arctat nos, ad faciēda vel vitanda aliqua, nisi quæ de se sunt, vel necessaria, vel repugnantia saluti, quæ cadunt sub præcepto, vel prohibitione legis. Secundò quia huiusmodi præcepta, vel prohibitiones facit nos liberè implere, inquantum ex interiori instinctu gratiæ ea implemus, & propter hæc duo lex noua dicitur lex perfectè libertatis*. Iacob. 1.

8

9

Ex qua mirabili, & præclara doctrina angelici Doctoris habes, primò quod gratia perficit arbitrium nostrum ad volendum ea, quæ sunt conformia naturæ nostræ siuè saluti, & secundum rationem, inquantum homines sumus. vel facit fedò repugnare. i. inclinat ad repugnandum his, quæ contrariantur saluti. 10

Secundo quod habitus quicunquè inclinans ad ea, quę contrariantur rationi, & saluti, non potest esse nisi habitus corruptiuus, vtpotè trahens ad contraria. 11

Tertio quod gratia ita perficit, quod non nisi ad necessaria ducit in quo discriminatur à veteri lege. quod trahamur item ad obseruantiam consiliorum, vt habes in artic. 4. eiusdem quæstionis, magis adhuc perficitur libertas nostra, quia nostro consensu illa amplectimur. & vlterius addit nouę legis gratia, quod summè liberè facit nos 12

implere omnia,& singula promptè, & delectabiliter.secundum illud psal. *Delectabitur iustus in operibus iustitiæ.* quarè hinc patet maxima libertas in iustis,& perfectis,& nulla prorsus coactio.

Coroll. ergò *tantum mali coguntur per legem, quia non operantur iusta,quia iustā, sed tantum quia præcepta,& ducti timore non amore.*

2.Cor.3. Hoc declarat D.Thom.2.Cor.3.vbi prædictā sententiam defendens,inquit.*Sciendum est autem quod occasione istorum verborū.s. vbi Spiritus Domini,ibi libertas;*& illorum.s. *Iusto lex non est posita aliqui erroneè dixerunt, quod viri spirituales non obligantur præceptis legis diuinæ: Sed hoc est falsum.*

Nam præcepta Dei sunt regula voluntatis humanæ,nullus autem homo est,nec etiam angelus cuius voluntatem non oporteat regulari,& dirigi lege

13 *diuina.Vndè impossibile est aliquē hoīem præceptis Dei non subdi. Hoc autem* quod dicitur *iusto lex non est posita* exponitur.i.*propter iustos, qui interiori habitu mouentur ad ea,quæ lex Dei præcipit, lex non est posita: sed propter iniustōs,non quin iusti etiam ad eam teneantur.* Et similiter.*Vbi spiritus Domini ibi libertas.*intelligitur.*quia liber est, qui est causa sui, serui autem est causa Dominus quicunq; ergò agit ex seipso liberè agit. qui verò ex alio motus non agit liberè;*Ille ergò,*qui vitat mala,non quia mala.sed propter mandatum Domini, non est liber, sed qui vitat mala, quia mala est li-*

14 *ber.Hoc aūt facit Spiritus sctūs qui mentem interius perficit,per bonum habitum,vt sic ex amore caueat, ac si præciperet lex diuina:*& ideò dr̄ *liber,nō quin subdatur legi diuinæ,sed quia ex bono habitu inclinatur ad bonum faciēdum quod lex diuina ordinat.*Hæc ille.

Quod verò dicitur iustos non arctari lege.non sic accipiendum est quasi per ordinem ad iustos ipsa lex non habeat virtutem coercitiuam. nam per ordinem ad quoscunquè subditos, quæcunq; lex,vt sic claudit vtramq; rationē, & directiuā,& coercitiuam,ac eo illicò,ac quis desineret esse iustus operando iniusta subderetur pœnæ legis, vt patet in exemplo allato,de Domini præcepto fa-

15 cto prothoparenti nostro.sed sensus est,quod per ordinem ad iustum quandiu iustus est. virtus coercitiua est pro nihilo.quia iustus non timet, sed amore agit.& hoc benè nota.

Tertia distinctio. leges humanę cōsiderari pos

16 sunt dupliciter,& secundum id in quo cōformantur ductioni Spiritus sancti à qua iusti, & perfecti immediatè regulantur.& secundum id quò, vel repugnat, aut repugnare possunt tali ductioni.

Conclusio tertia.*Iusti,& perfecti non subijciuntur legibus humanis,in repugnantibus illorum ductioni priuatæ,quā de illis habet Spiritus sanctus, secus in his,quæ non repugnant.*

Probatur prima pars, quia Spiritus sanctus est superior omni lege humana, quarè sicut priuilegiatus ab imperatore.in priuilegiatis non obligatur proconsuli.sic nec iusti, & perfecti in specialibus ductionibus quas habent ab Spiritu sancto obligantur,aut obligari possunt legib.humanis.

Probatur secunda pars nimirùm quod in alijs, quę non repugnant subijciunt, quia & hoc ipsum est de ductu Spiritus sancti, quod homines spirituales legib. humanis subdātur sm̄ illud p.Pet.2. 1.Pet.2.
Subiecti estote oī humanæ creaturæ propter Deum. Nam potestas humana à Deo est, vt alibi ostendimus.

Hoc est quod dicitur 19.q.2.cap. Due. vbi sic habetur ex Vrbano secundo in capit. sancti Ruffini.*Due sunt leges,vna publica,altera priuata.publica lex est,quæ à sanctis patribus scriptis est confirmata:vt est lex canonum, quæ quidem propter trāsgressiones est tradita.*& infra. *Lex priuata est quę instinctu sancti Spiritus in corde scribitur, sicut de quibusdam dicit Apostolus (qui habent legē Dei scriptam in cordibus suis.* & alibi. *cum gentes legem non habent, si naturaliter ea quę legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex.*& infra. *quia lege priuata ducitur,nulla ratio exigit,vt à lege publica cōstringatur.Dignior est enim lex priuata, quam publica spiritu quidem Dei lex est,& qui spiritu Dei aguntur lege Dei ducuntur.Et quis est qui Spiritui sancto posset digne resistere?* Hæc ibi.& ratio est,quia aguntur charitate,de qua dicitur.*Habe charitatē, & fac quidquid uis.*de pęnit. dist.2.c. radicata.

Exempla multa habes in sacra Scriptura de Abraham iussu Dei volente occidere filium, de Israelitis,qui abstulerunt pretiosa Aegiptiorum, 17
& alijs multis,quę erant contraria legibus etiam humanis.& nihilominus iussio Dei pręualebat.vt par erat.vide in glo.quomodo priuata lex publicę præiudicet in tribus casibus expressis. primus quando mulier licet ducatur lege Dei,non potest tamen inuito viro intrare Religionem 27. q.2.si quis coniugatus,nec impubes inuito patre 20.q. 2.cap.puella,nec Episcopus inuito Papa ext. de reg.cap.licet causas,vide in dictis locis.&c.

Quarta distinctio aliud est esse in lege,aliud super legem,aliud sub lege, hęc dist. hr̄ à Doct. in 18
exposit.secūdi versiculi primi psal. *Sed in lege Domini voluntas eius.* Ille propriè dicitur esse in lege qui sm̄ legem agit, voluntariè obediens legi, Psal.1.
super legem est,qui potest nouam condere, & in lege dispensare,sub lege verò,qui agitur à lege timore ductus.vndè secundum Vgonē. *Multi habent legem in corde,qui non habent cor in lege.*legē Vgo.
in corde habent qui cognoscunt veritatem. Cor in legem habent, qui diligunt veritatem. Vndè qui legem in corde habent non cor in lege,hi portant legem,non portātur à lege onerati sunt non adiuti,quia scientia vbi non est charitas grauat, non alleuiat,& in hoc rursus. patet discrimen inter bonos,& malos, quandoquè tamen indistinctè sumuntur,vt habere legem in corde sit idem quod habere cor in lege secundum illud, quod etiam de iustis dicitur psal.8.*Lex Dei eius in corde ipsius.*

Scito

Scito etiam discrimen inter legem diuinã, & humanã in hoc, quia lex diuina non ad obligandum, vel ligandum primo, sed ad docendum genus humanũ à diuino processit lumine. vt docet Caiet. in declar. dicti versic. leges autem humanę magis ad ligandum, &c. & quia lex diuina amplectitur legem naturalem, & legem gratiæ, quarum prima est nobis naturaliter indita, secunda infusa per Spiritum sanctum, qui datur nobis, hinc est, q iusti magis à lege regulantur, & docentur, quam arceantur. vide si uis quomodo in hebræo, nomẽ consonat rei, quam significat modo dicto. vide Lorinum in speciali super hunc locum psalmi.

19 Caiet.

Lorinus in psal.

Quarto conclusio, *Christus solus omnibus dictis trib. modis comparatur ad leges. diuersis respectib.*

20

Probatur quia erat in lege volũtariè obediendo Matth. 5. *Non veni soluere, sed adimplere.* Erat super legem, Rigorem legis antiquæ in amorẽ nouæ legis permutando Ioan. 1. *Lex per Moysem data est gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Erat demum sub lege. sm̃ illud Apost. Galat. 2. *Misit Deus Filium suum factum sub lege.*

Mat. 5. Ioan. 1. Galat. 2

Sed nonne hic modus proprius est malorum? R. hoc dicitur non quia timore ageret, quæ erant legis, sed quia illa, quæ naturaliter homo fugit, & timet, quę in lege scripta de ipso erant ipse assumpsit voluntariè, vt famem, sitim, & mortem, qua ratione verificaꝰ dictũ Apost. esse ergò in lege est sanctitatis, esse super legem potestatis, esse sub lege humanitatis si sermo sit de Christo, vel inobedientiæ, si sermo sit de malis. Decuit enim Christum qui peccatores saluos facere venerat. se omninò liberum, & ex humilitate subiectum se ostendere, vt sic bonis cederet in exemplum, & malis in expectationem, quarè ex his patet tertium punctum cõsiderandum à nobis propositũ.

21

Conclusio principalis corroll. deducitur ex dictis nimirum. ergò *sola charitas, iustis, & perfectis est regula in omnibus illorum actionibus, & operationibus*, nulla enim verior confessio, vel prædicanda cognitio, omnem animi depellens extollentiam, & arrogantiam est, quam quod quisquè fateatur se omnia bona habere à Dei charitate. quarè hęc vna est omnium diligentium Deum sententia. vt Domino dicant, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* quis (quæso) mandatum Dei sine charitate perficere? & quis potest legem sine cordis dilatione complere? Nemo certè; sed nec bonum cogitare. Hæc enim sola est quæ iustificat, hæc sola quæ gratificat, hæc sola quæ glorificat. hanc solam pro regula amplectuntur iusti, scientes quod ipsa sola est rectissima animi nostri affectio: & per quam Deum diligimus propter se, & proximum propter Deum, & in Deo. Hæc sola est quæ finis est omnis præcepti, vt in art. præcedenti declarauimus. idest consumatio, & perfectio. *de corde puro*, quia quanto quis magis intelligit, magis diligit, nisi alias impediatur. *de conscientia bona.* idest spe. quia qui puram habet conscientiam securè sperat. *de fide non ficta.* idest simulata, & fragili, sed inter aduersa fortis, hæc sola est, quæ non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, & cum præest subiectorum bonum suo proponit, capiens formam, ab ipso charitatis magistro, qui ait, *Non veni ministrari, sed ministrare, & animam dare in redemptionem pro multis*; hæc demum sola est quæ copulat amatum cũ amante; de qua pro sui excellentia aliqua adhuc dicemus in appẽdice, & hæc de tertio dicta sufficiant. ex D. Laur. Iustiniano.

22

23

24 Mat. 20

PVNCTI QVARTI SVMMAE.

1 *IVsti subijciuntur legib. nõ coactè, nec in repugnantibus specialibus ductionibus eorum Spiritus sancti.*

2 *Iusti, & perfecti quomodo non iudicari posse dicantur.*

3 *Iusti, & perfecti semper maiora conantur præstare, quam quæ ipsis præcepta sunt.*

4 *Iusti, & perfecti carent omni iugo timoris, & seruilitatis.*

QVo ad quartum breuiter ad argumenta ex dictis plenè satisfacimus. Ad primum conceditur quod iusti sunt pars, & quidem nobilior, ac principalior communitatis, ex consequenti, quod subijciantur legibus, non tamẽ coactè, nec in repugnantibus specialibus ductionib. Spiritus sancti, sed tantum sicut regulæ. 1

Ad secundum dicendum similiter quod iusti, & perfecti maximè tenentur obedientiæ cæterum illã spontè, non coactè præstant ex vnione amoris, & affectionis spetialis, quam habent ad bona, & iusta; quia bona, & iusta. Vndè etiam qđ non essent præcepta illa peragerent. Ea verò quę non aliter sunt bona, nisi quia præcepta obtemperant propter conformem voluntatem, quã habent cum legislatore iusta, & recta præcipiente.

Ad tertium dicitur, quod non est scandalum, sed maxima ædificatio, quod iusti, & perfecti nõ ex timore, sed ex liberali amore sint obseruatores legum modis dictis, & hæc pro argumẽtis ad partem affirmatiuam.

Ad primum pro parte negatiua dicitur quod in tantum iusti, & perfecti à nemine dicuntur iudicari, quia non habent legem cogentem; imò ipsi iudicant quoscunquè alios comparatione, & exemplo, ratio est. Quia amore obtemperant conformiter ad principalem legislatoris intentionẽ. Cuius est primo dirigere, & secundo contra renitentes coercere. 2

Ad secundum ex D. Augustino dicitur, quod in tantum charitas dicitur non habere legem, in quantum non cogitur ab illa. & vlterius quia nõ contentatur præceptis, sed conatur semper maiora præstare, prout cognoscit se placiturum Deo. Hi enim sunt effectus, quos operatur charitas in 3

verò amante, exemplo eius qui seruit Domino ex amore, is enim non semper expectat Domini præceptum, sed adimplet, & facit omnia quæ existimat grata fore Domino suo, quem diligit.

4 Ad vltimum conceditur quod lex in ordine ad iustum, & perfectum caret iugo timoris, & seruilitatis cæterum lex iusto regula est, cui liberè se subijcit nunquam tñ vt coactum cogenti. Hæc de quarto dicta sufficiant.

PVNCTI QVINTI SVMMA.

1 *Amari qui cupit regula est, quod ipse primo amet.*
2 *Amatores nostros quarè nos quandoquè non redamamus.*
3 *Amor verus nunquam otiosus, sed semper operatiuus.*
4 *Perfectam dilectionem, perfecta legum custodia necessario sequitur.*
5 *An amet quis Deum in tempore tentationis cognoscitur.*
6 *Charitas tribus modis finis dicitur.*
7 *Templum Dei fieri, qui perfectè illum amāt necesse est. & quomodo.*
8 *Amor dilectio, & charitas, quomodo differant.*
9 *Amor triplex naturalis, vitiosus, & gratuitus.*
10 *Amore naturali, & boni, & mali Deum diligunt.*
11 *Amor purus est amare non propter sui commodum, & hic per se sufficit in ordine ad Deū.*
12 *Charitas quid sit declaratur per ordinem ad suos effectus.*
13 *Sola charitate iusti, & perfecti tanquam filij Dei ab alijs discernuntur.*
14 *Semper velle proficere exercitium est acquirendæ perfectionis.*
15 *Charitas in tentatione magis perficitur.*
16 *Regula pro acquirenda manutenendaq; perfectione.*
17 *Acquisitio perfectionis qualiter ordinatè, & successiuè fiat.*
18 *Charitatis inhabitatio, quibus signis cognosci possit.*

QVo ad quintum, quia nunquam satis dicere possumus de eminentia, & excellentia charitatis, quam diximus, & statuimus regulam certam, & infallibilem iustis omnibus, & perfectis, quia nimirùm ipsi nihil agūt, nisi ex motione, & ductu huius regulæ; adhuc pauca pro Cōcionatoribus adhibemus, vt vel sic, & persuasi ipsimet, & alios persuadere possint, vt hāc omninò sequantur regulam, ita vt iusti, & perfecti ac eò verè filij Dei euadant, & quoniam sermo moralis magis proficuus esse solet, ideò moraliter singula pertractabimus, non omittendo tamen doctrinam necessariam. Tria vltrà dicta manifestare intendimus. Primò quomodo charitas nobis promittatur, in nosquè descendat per effectus, insinuando illam. Secundò quomodo per illam velle nostrum verè fiat vnum cum Deo amatore animarum nostrarum. Tertiò quibus vijs acquiri possit, quibusq; iudicijs cognosci, quando iam est acquisita.

Pro declaratione primi præoculis habendus est sermo grauis quem Christus suis discipulis facit, vt habetur Ioan. decimoquarto, *Si quis*, inquit, *diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. quæ sententia sic exponitur. Io. 14.

Interrogatus quidam, quomodo amicos plurimos sibi faceret; Respondit, *Ego demonstrabo amatorium, sine medicamento: sine herba, sine veneficij carmine*: Ouid. de ar. amā. 1

Si vis amari, ama; & vt ameris, amabilis esto. Seneca. Nulla enim maior ad amorem inuitatio, quā præuenire amando. nimisquè durus est animus, qui dilectionem si nolebat impendere nolit rependere. Vndè Aug. *Si amare piget saltem redamare non pigeat*. Amans enim vt dicet D. Thom. facit amantem esse in amato, & viceuersa nō solum vt res obiecta, verum per redamationem, quia redamatur. Hinc est quod vbi verus est amor, ibi frequens, & familiaris est de re amata cogitatio, qua ratione Apostolus Philipensibus scribens ait; *Eo quod habeam vos in corde meo*. semperquè magis conatur maiorē sui, in se ꝑ redamationem excitare amorem. (Sermo namquè noster est de amore honesto, & virtuoso) & quantum mea fert opinio quod nos amati, non redamemus; est quia vel ignoramus, vel nō credimus nos amari. Chrs igitur, vt nos ad suum verū alliciat & trahat amorē. præueniendo nos in amore, inquit. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit; & Pater meus diligit eum. & ad eum veniemus, & mansionem apud illum faciemus*, & notemus singula. *Si quis diligit me*. supponitur dilectio Dei, qua nos primo diligit suam conferendo gratiam. de qua modo nihil dicimus, nihil enim amplius pro sui amoris ostensione potuit facere Deus, quam ꝙ nec ꝓprio filio pepercerit, sed pro nobis illū dederit in mortem, si igitur huic amori nos minimè ingratos cognoscimus, facilè in nobis hoc experiri poterimus; aduertendo an illius sermonem seruemus. Aug. D. Tho. p. 2. q 28 Phil. 1. 2

Nūquam enim otiosus est amor. imò magna operatur si est, & si operari rennit, Amor non est. vt inquit Gregor. *Probatur namq; amor in custodia legum*. vt ait interl. *Et probatio dilectionis, exhibitio est operis*. Huic auctoritati (quæso) respōdeant si possunt hæretici suo innitentes sensui. est ne verum; quod dicunt, quod vera libertas sit carnis, & agere pro libito voluptatis? absit. Sed vera libertas consistit, in sermonum, & præceptorum custodia, & quanto maior illorum obseruatio, tanto maior dilectio præsupponitur. quarè ad perfectam dilectionem perfecta quoquè legum custodia necessariò sequitur. ergò sola charitas vera est regu- 3 D. Greg. 4

est regula iustorum,& perfectorum in qua proficientes,magis perficiuntur in obedientia,& iustitia,ac sanctitate.

Sed sequamur. *Ad eum veniemus*,idest tota Trinitas. Pater conferendo virtutem contra tentationes,Filius largiendo sapientiam contra quamlibet ignorantiam peccati. Spiritus sanctus per donum bonitatis contra omnem malitiam. sed
5 quid est quod dicit, *Mansionem apud eum faciemus*? An in quorundam corda venit, & minimè in illis mansionem facit? vtiquè inquit D.
ead. ho. Gregor. *In quorundam enim corda venit,& mansionem non facit,quia per compunctionem quidem respectum Dei percipiunt, sed tentationis tempore,hoc ipsum quod compuncti fuerant obliuiscũtur, sicquè ad perpetranda peccata redeunt,ac si ea minimè planxissent.qui ergò Deũ verè diligit, in eius corde Dominus venit,& mansionem facit*, quia *sic eũ amor diuinitatis penetrat,vt ab hoc amore tentationis tempore non recedat*.Hæc ille.

Sicut igitur qui videre vult,necessarium ei est, vt illustretur lumine, ita qui saluari desiderat, eum oportet habere charitatem. Nam charitas est bonorum principiũ,quia est à Deo,est bonorũ medium,quia secundum Deum,& quia opera informat,estquè actio rectitudinis, oculos semper habens ad Deum. Charitas est etiam bonorum finis,quia propter Deum,& quia opera dirigit.& ad debitum finem perducit.

Vbi nota quod triplex est finis.*Consumptionis, consumationis,& terminationis*.His tribus modis
6 charitas est finis, consumptionis respectu peccatorum,quia ea consumit. Consumationis respectu præceptorum,quia illa perficit, vt sint meritoria.quemadmodũ iam diximus. Demum dicitũ finis terminationis, quia tam vita æterna, quam ipse Deus à nobis amatus est finis nostri laboris. Vita(inquã)æterna,vt finis quo quiescitur. Deus verò,vt in quo quiescitur.

Ergò(quod fuit intentũ)*Sola charitas est regula iustis,& perfectis in oĩ illorum actione,& operatione*.

Ad videndum autem an charitas sit in te. attende quod dicat Io. *Qui manet in charitate, in* 1.Io.4.
7 *Deo manet,& Deus in eo*.& Apostolus. *Nescitis quoniam templum Dei sanctum est,quod estis vos*? 1.Cor. 3.
Si ergò in te est Deus, necessariò tuum cor est templum,& quidem sanctum. Videas ergò an in te sint conditiones,& requisita ad verum templum. nam templa exteriora in quibus Deum colimus, & adoramus quantum sit in exteriori cultu,indicant qualitates templi interioris, quod est cor nostrum.In templo enim reperitur *Crux*. ergò in te sit Crux,idest pœnitentia. in templo est *Crucifixus*.ergò in te sit memoria illius passionis secundum illud. *Mihi mundus crucifixus est,& ego mundo*.In templo est *imago Virginis*,aliorumquè sanctorum.ergò in te sit illorum imitatio. in templo est lampas accensa.ergò in te sit fides viua per bona opera informata charitate. & breuiter ibi sit altare sup quo offerantur sacrificia spiritus con- Galat.6

tribulatus. incensa charitate, & aqua benedicta lacrimarum.In eoquè laudetur Deus, & omnes actiones tuæ,tam internæ, quam externæ dicant *Gloria tibi Domine*. vt verè dicatur. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & ponam tabernaculum meum in medio vestrum*. & psal. *Deus in domibus eius cognoscetur*,&c.sed heu,&c. Hæc pro prima consideratione. Apoc.21 Leu.26 Ps.47.

Pro secundo sciendum quod differentia est, inter amorem,dilectionem,& charitatem.licet largè loquendo indistinctè vtamur istis nominib. Amor nãquè propriè est naturæ, & dicitur amor *quasi animorũ vnio*, qa quietat apetitũ in re amata. Dilectio autem est amor proximi, & dicitur *dilectio*, quasi *duorum ligatio*, idest duo ligans. Sociat enim amatum cũ amante in amore, vt mutuo se diligant.Charitas est amor in Deum. Hæc amicum determinat,& indicat omnibus cariorẽ. vndè dicitur *Charitas*,quasi *cara vnitas*, vel *carũ Deo agens*.eapropter charitas amicitia quędã est. 8

Vlterius amor triplex est, naturalis, vitiosus, & gratuitus. Amor naturalis nec laudabilis, nec vituperabilis est,vt sic, & habet pro fine, indigentiã,vel vtilitatem propriam.Amor vitiosus vituperabilis est,quia peccatum est;& habet pro fine voluptatem siuè delectationẽ in creatura. Amor verò gratuitus laudabilis est, quia habet pro fine principali bonum incommutabile,& virtus est,& diuiditur in amorem amicitiæ,& concupiscẽtiæ. secundum primum Deum quis diligit purissimè non respiciens vtilitatem suam, sed bonitatem amati,& hoc modo plus diligit homo Deum,quã seipsum,secundum verò amorem concupiscẽtiæ diligit quis Deum, quia remunerationem in illo expectat.& hic amor charitas est. 9

Hinc aliam sumimus distinctionem,quod diligentium Deum,quatuor sunt species,quarum prima dicitur naturalis,idest amantium naturaliter, quo amore,amant omnes Deum,& boni,& mali. de quo Aug. *Deus quem amat omne: quod amare potest: siuè sciens,siuè nesciens*. 10

Secunda species est amantium propter vtilitatem,videlicet quãdo aliquis amat Deum, ex hoc quia cognoscit illum sibi necessariũ de quo amore Dauid, *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum,& liberator meus*.Tertia species est qua aliquis amat Deum propter delicias quæ in eo sunt. cum enĩ Deum diligimus,omnia delectabilia, & suauia in eo reperimus.qua ratione regius Psaltes hortabatur vt illum degustaremus. *Gustate*, inquit, *& videte quoniam suauis est Dominus*.quasi diceret, nec enim eius saporem percipere poteris nisi primo degustes,quod si importunaueris quærendo qualis nam illius sapor nihil tibi prorsus respondet,nisi vt primum degustes, quia reuera omnis alius sapor illius comparatione,insipiditas est. & licet vnus tñ sit,qui quæritur, continet tñ oẽm, & quemcũquè alium saporem, & oblectamẽtum. vndè Sap.7. *Et amator factus sum formæ illius*. Ps.17. Ps.33. Sap.7.

nimirùm propter delicias, quæ in illo sunt.

Quarta species est qua aliquis amat Deum, eo quod sit dignissimus amore, quia (inquam) amor purus est. & sic castè amat, qui ipsum quem amat
11 quærit, nec aliud quid quærit quam ipsum. & iste amor per se sufficit, per se placet, quia ipse est meritum, & ipse est præmium sibi. & hic charitas est.

Ad hūc igitur gradum diuina miseratione, ducitur anima successiuè per incrementa amoris. & hic solus est qui verè iustis, & perfectis competit. quarè sicut in temporalibus rebus ille creditur locupletior qui plura possidet. sic in spiritualibus qui plus charitatis habet ille ditior reputatur. Charitas namquè est dulce, & salubre vinculum mentium sine qua diues pauper est, & in qua pauper diues est.

Quemadmodum igitur testāte Domino, à fructibus arbor cognoscitur sic à fructibus operum cognoscuntur homines, & ab effectib. virtutum, gratiarum eminentia comprehenditur charitatis à qua emanant. obligat namq; charitas hominē Deo obtemperare quod laudabile profectò est, quia charitas præceptum est. de quo Dominus. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* In obseruatione enim Dei mandatorum; qui verè discipuli sunt Christi, dignoscuntur, quia charitas ligat Deum, & hominem qua ratione vinculum perfectionis dicitur. quarè con
12 cludendum cum sententia præclarissimi Iustinia-
Lauent. Iust. ni. *De ipsa charitate hoc sentiendum est. quod sit recta voluntas ab omnibus terrenis, ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter, & vnita: igne quodam sancti Spiritus: à quo est, & ad quem refertur incensa. Inquinamēti omnis extranea, corruptionis nescia, nullo vitio mutabilitatis obnoxia: super omnia quæ carnaliter diligūtur excelsa, affectionum omnium potissima diuinæ contēplationis auida. In omnibus semper inuicta. Summa actionum bonarum, salus morum: finis cœlestiū præceptorum, mors criminum, virtus pugnantium, palma victorum: sanctarum mentium arma, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum, sine qua nullus Deo placuit: cum qua nullus vnquam peccare potuit, fructuosa in pœnitentib. læta in proficientib. gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa omninò in omnibus fidelibus, ex qua quidquid est boni operis, viuit.* Hæc ille.

Cōsultò illā omittimus quæstionem, Num per charitatem, veram amicitiam habeamus ad Deū ex quo vnum facit cum illo. hanc enim suo loco pertractabimus. pro nunc sufficiat collegisse nodum. Hæc de secundo quod fuit propositum.

Pro tertio breuiter declarandum est, quomodò acquiritur charitas, vt pro posse intra numerum iustorum, & perfectorum habeamur stante quod sola charitas iustis, & perfectis regula sit,
13 sit què ceù signum infallibile quò filij Dei, à cæteris se cernuntur. *Signent namq; se omnes signo Crucis intrent in Ecclesias, impleant parietes basilicarum, cātent omnes Alleluia. non discernuntur nisi*

Filij Dei nisi charitate. qui habent charitatē nati sunt ex Deo. magnum reuera iudicium, magnaq; discretio. ex regula ipsa charitatis. Idem Iustin.

Ad sciēdum ergo quibus exercitationib. proficiat charitas, & quę sint perfectè charitatis signa, & indicia. sciendum quod quatuor principaliter sunt, quę maximè nos adiuuāt ad huiusmodi charitatis profectum.

Primò ipsum desiderium proficiendi. magna enim pars profectus est velle proficere, nolleque progredi est regredi. quarè nemo se ita perfectus 14
existimare debet, vt nolit semper proficere. tātò enim erit perfectior quantò magis proficere intendit. quod D. Aug. in suis cōfessionibus his ver- D. Aug.
bis declarat dicens, *Ab vno tunc auersus in multis euanui. Exarsi enim aliquādo satiari inferius in adolescentia; & siluescere me sensi varijs, & vmbrosis amoribus.* Secundò intendere doctrinæ studioq; sacræ Scripturæ multum proficere facit; sicut enim paruulus absq; sumptione cibi crescendo non proficit, sic anima sine doctrina deficere potius, quam proficere solet, vndè dicitur Eccl. Eccl. 27.
27. *Filia fatua in minoratione fiet.* & Psal. *Esurientes, & sitientes anima eorum in ipsis defecit.* Ps. 106

Tertiò plurimum facit meditatio beneficiorū Dei proximi, & creaturarum. *In meditatione mea* Ps. 38.
(ait. Psal.) *Exardescet ignis.*

Quartò, & principaliter tentatio, vehementer excitat ad profectum charitatis, namquè desideria deprimuntur aduersitate, vt proficiant, sicut ignis, flatu premitur vt crescat, & vndè quasi extingui creditur roboratur. sic nimirùm cum per tentationem humilitas in anima proficit prospe 15
ra est ipsa diuersitas: quæ mentem, & charitatem accendit, & ab elatione custodit. & *qui non est ten* Eccl. 34
tatus quid sit? quarè gaudendum in tentationib. non dolendum, per illas enim, & probatur, & augetur charitas. & ideò perfecti figurantur per Aioth. de quo habetur Iud. 3. quod *vtraq; manu* Iud. 3.
vtebatur pro dextera. sic iusti ambi dextri nuncupantur, quia omnia siuè aduersa, siuè prospera vtuntur in bonum, secundum illud Apost. Ro- Rom. 8.
man. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* ècontra mali, nec prosperis proficiūt, nec aduersis corriguntur.

Vt autem tutus in omnibus siuè prosperis, siuè aduersis, & in quauis tua actione, occasione, & necessitate incedas: sit tibi familiaris ille Dauidis versiculus. Psal. *Deus in adiutorium meum intēde;* Ps. 59.
Domine ad adiuuādum me festina. tu magis in p 16
speris, hoc versiculo fateris non tuis meritis, sed Dei adiutorio tibi illa contingere, si in aduersis, tuam fateris infirmitatē, quod nullatenus possis repugnare sine Dei auxilio ad quod recurris. & breuiter si in quocūquè tibi occurrente, ad Deū recurras his verbis, iam illum solum auctorem bonorum, & te illius egenum declaras, ac prouocas in tui adiutorium. Hanc regulam docet Sancta Mater Ecclesia in inchoatione quarumlibet horarum canonicarum, hanc pro singulari remedio acqui-

acquirendæ perfectionis, aſſignarunt ſancti illi
Io.Caſſ. priſci patres. vt habes in Caſſiano collatione 10. cap.10.& hoc benè aduertè, & cordi tuo imprime, nec ab hac oratione te quandoquè amoueas. vt.n.in eiuſdē Caſſiani inſtitutionib. habes lib.4. cap.cap.43.principium noſtræ ſalutis ſapientiæquè ſm̄ Scripturas. *Timor Domini eſt, de timore*
17 *Domini naſcitur compunctio ſalutaris; de compunctione cordis, procedit abrenūciatio*, ideſt nuditas, & contemptus omnium facultatum. *De nuditate, humilitas procreatur, de humilitate, mortificatio voluntatum, generatur. Mortificatione voluntatū extirpantur atq̃ marceſcunt vniuerſa vitia, expulſione vitiorum, virtutes fructificant, atq̃ ſuccreſcunt; pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur. puritate cordis, Apoſtolica charitatis perfectio poſſidetur.* Hæc ibi.

Quibus autem ſignis, & indicijs dignoſcatur charitatis inhabitatio facilè coniectari poteſt, ſi
Mat.6. regulam Saluatoris, & Magiſtri applicemus. *vbi* inquit, *eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuū*. Si igitur cognoſcere uis, vbi ſit theſaurus tuus, attende
18 quid amas, & ſi amorem vis percipere, attende quid cogitas. nimirùm frequēter, & familiariter, & ita fiet vt theſaurum tuum tuo amore cognoſcas: & amorem tuum iudicio cogitationis intelligas. & quia *Amor Dei perfectus eſt, & rectus efficiens, & afficiciens animam*: Deum propter ſeipſum, & non propter temporalia diligere faciens. In hoc illius dignoſces perfectionem ſi vtaris mūdo, vt perfruaris Deo. Imperfecti enim vt fruantur mundo, vtuntur Deo, habebis rectitudinem ſi non paueas in terroribus. imò terrori ſis inimicis; ſi diligas propter Deum proximum erit in te efficax. Amor enim Dei amorem proximi generat, & amorem proximi calefacit amor Dei. Et ſi te quaſi vulneratum ſentias tali amore tunc poteris dignoſcere te non longè eſſe ab illius perfectione de qua hactenus diximus. magna planè violentia charitatis eſt, ipſum Dei affectum attingens. & velut ſagitta, iecur perfectè ſe poſſidentis penetrans. & trāsfigens, vt dicere cogat. *vulneraſti cor meum*. & iſta ſufficiant pro articulo.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm Deo conueniat aliqua regula, quæ ſibi ratio agendi ſit in ſuis operibus, & actionibus ad extra.

ET videtur quod vtraq; pars ſit vera. Pars affirmatiua probatur primo ex ratione ipſius regulæ cuius actus potiſſimus eſt dirigere, ſed conſtat quòd Deus cauſat res ad extra per ſcientiam ſuam tanquam per principium di-
D.Tho. rectiuum, vt docet D.Thom.p.p.q.14.ar.8. ergò Deo conuenit aliqua regula.
D.Aug. Præterea D.Auguſtinus lib.83.qq.q 46.inq̄t, *Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidiſſe?* ergò.

Præterea Pſal.24. dicitur quod *Omnes viæ Domini miſericordia ſunt, & veritas*. ergò ſaltem huiuſmodi virtutes ſunt Deo pro regula. Pſ.24.

Pars negatiua probatur primo, quia regula importat aliquod extrinſecum reſpectu regulati, at in Deo nihil poteſt eſſe extrinſecum. ergò.

Præterea quod ſit à volente cuius nulla cauſa eſt, vel eſſe poteſt, quarè velit, vel ſic magis, q̄ aliter non eget regula (ſi quidem regula non ſubterfugit rationem cauſæ) ſed omnia quę agit Deus, agit pro libito voluntatis, ſecundum illud, *In ditione tua Domine omnia sūt poſita, nec eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati*. ergò. Heſt.13

Reſp. ſeruato ordine prout in ſuperioribus.

PVNCTI PRIMI SVMMA.

1 *DEo conuenire aliquam regulam in ſuis actionbus ad extra multipliciter intelligi poteſt.*

2 *Quæ de Deo à nobis dicuntur ſemper ſecluſa imperfectione illa conuenire certum eſt.*

QVo ad primum ſciendum, quòd in triplici ſenſu poſſumus quærere, vtrùm Deo aliqua conueniat regula. Primo quaſi quæ- 1
ramus, an ipſe Deus ſit, regula omnium, quæ ab ipſo facta ſunt, ideſt illarum menſura ad quā omnia referri debent ſecūdum diuerſos gradus imitationis, & participationis. Secundò vtrùm ſecundùm rei veritatem modo quo diximus de hominibus in communi, de Principibus, & Prælatis, in particulari, item de Religioſis, de iuſtis, & perfectis, quod egent regula, pro habenda, & manutenenda rectitudine in ſuis operationibus; hoc idem parili, vel alia ratione ſentiendum ſit de Deo: non obſtante quòd regula ſonet aliquod extrinſecum per ordinem ad regulatum. Tertiò an ſaltē in ipſo Deo (ſm̄ noſtrum modum intelligendi) ſit aliqua ratio ſm̄ quam Deus ipſe loco regulæ ſe habeat in ſuis actionibus, & operationib. Ita vt omninò illam Deus ſequatur, quaſi ab illa regulatus, ſecluſa tn̄ omni imperfectione, vt par eſt loqui in omnib. quæ de Deo dicuntur à nobis. 2

Per ordinem igitur ad omnes enumeratos ſenſus pertractare intendimus hoc quæſitum, vt vel ſic plenè habeamus veritatem intentam ſine ſcrupulo latente, & per iſta patet ſenſus quæſiti. Hæc de primo.

PVNCTI SECVNDI SVMMA.

1 *A Regula diuertere eſt labi in obliquitates, & diſtorta.*

2 *Deus cum ſit ſuum eſſe omninò perfectum non poteſt labi in aliquam obliquitatem.*

3 *Nulla res exterior in quouis genere cauſa poteſt*

esse regula Deo in suis actionibus.
4 *Efficiens maius semper suo effectu.*
5 *Voluntas Dei eodem actu volendi vult seipsum, & alia.*
6 *Dei volitio, est actio productiua rerum.*
7 *Ordini rerum volitarum à Deo, nullus ordo correspondet in volitionibus diuinis.*
8 *Vnum bonum creatum potest esse ratio, & causa alteri bono creato, quarè sit à Deo volitum.*
9 *Quatuor modi loquēdi secūdum Caietanum circa ordinem volitorum à Deo.*
10 *Nulla res extra Deum, neq; secundum nostrum modum concipiendi est sibi ratio agendi.*
11 *An rationi causandi possit conuenire ratio regula.*
12 *Regula in sui ratione implicat rationem causa.*
13 *Virtus aliqua potest habere rationem principij actiui, necnon causa finalis.*
14 *Charitas vltra rationem efficientis, & principij formalis claudit rationem causæ finalis, cum discrimine ad alias virtutes.*
15 *Finis semper, & necessariò est mensura, & regula ordinatorum ad finem.*
16 *Per ordinem ad Deum, & eorum quæ in illo sunt nomine causæ vti non possumus licèt ratione causandi.*
17 *Bonitas diuina est, qua Deus vult omnia.*
18 *Bonitas diuina est ratio omniū, quæ fiūt à Deo, & eorum quæ vult extra se.*
19 *Ordinata ad finem vt sic nullam aliam bonitatem habent, quam quæ est ab ipso fine.*
20 *Aliqua vult Deus esse in rebus tanquam necessaria, aliqua ad decorem tantùm.*

QVo ad secundum recolendum est id, quod in superioribus diximus, spetialiter in primo articulo huiusmet quæstionis, circa nomē, & definitionem ipsius regulæ. Nam vt ibidem adnotauimus, nomē regula sumitur, & ab actu regēdi, & ab actu regulandi; vndè sequitur quod diuertere à
1 regula est labi in obliquitates, & distorta agere, pugnantiaq; contra rei veritatem, idest conformitatem, quam meritò habere deberent secundū conditionem cuiusquè rei, si non obesset deformitas, & obliquitas.

2 Et secundùm hanc considerationem regula videtur semper supponere fallibilitatem, seu defectibilitatem illius rei pro qua, vel cui assignatur regula.

Quàrè in hoc sensu pro constanti habendum est, quòd Deo nullo modo nullaquè ratione, aliqua potest, aut debet assignari regula, cum sit na-
3 turæ infallibilis, & indefectibilis. & nullā reperies controuersiam circa hoc, sed tanquam clarum, & indubitatum ab omnibus acceptatur; Deum non egere, nec vti regula pro euitanda obliquitate, quæ quouis modo in suis actionibus contingere possit. eò quia Deus est ipsummet esse perfectū, & subsistens in sua perfectione, & ideò indefectibilis.

Nec item sub dubio cadere potest, An aliqua res alia à Deo, sit vel esse possit ipsi Deo ratio agendi, siuè volendi, nam vt docet D. Thom. p. p. D.Tho.
q. 19. art. 5. & 2. c. g. c. 87. *Nulla res exterior in* 3
quouis genere causæ, neq; secundum rem, neq; secundùm modum nostrum intelligēdi potest esse ratio, quarè Deus velit, & ita velit, quod vult; aut quod velit vnum, quia vult aliud. Quod secundum rem non possit talis ratio assignari in rebus creatis. probat dictis locis D. Thom. dupliciter. primo auctoritate D. Aug. lib. 83. qq. quia *omnis causa* D. Aug.
efficiens maior est eo, quod efficitur. & quia nihil 4
maius est voluntate diuina, ergò nihil extra ipsū potest esse illi ratio agendi. Hoc idem dicendum de causa finali, siuè formali. de mali verò nullo modo dubitandum est. secundò ratione sic. volun 5
tas Dei eodem actu volendi vult seipsum, & alia; quemadmodum eodem actu sciēdi scit seipsum, & alia in seipso. ergò secundùm rei veritatem in Deo vnica tantùm volitio est. cum igitur volitio qua Deus vult seipsum, nullo modo possit cēseri causata à quauis creatura, relinquitur quòd nec volitio, qua Deus vult alia; nec similiter actio qua Deus illas producit. In his enim omnib. sem- 6
per tàm volitio, quàm actio Dei productiua rerū, præsupponitur (etiam secundum nostrum modū intelligendi) ipsis rebus, & licèt considerata rerū diuersitate, videamus vnam rē ordinari ad aliā, imò vnam rem esse alterius rei finem. v. g. Deus vult hominem habere rationem, vt homo sit (nā hoc est natura illius.) Hominem autem vult esse, propter perfectionem vniuersi. Ipsum autē vniuersum vult esse, propter bonitatem suam. non tamen existimandum est, quod qualis ordo reperitur in rebus, talis correspondenter reperiatur in volitionibus. Hoc enim tantum verum est, 7
vbi multiplicantur volitiones, secùs in Deo vbi vnica tantùm volitio est, vt dictum est.

Nec est hoc impossibile. sed vt benè notat Fer Franc.
rar. in exposit. d. cap. 87. primi cont. gent. Hoc pa Ferrar.
tet etiam in nobis, possumus enim vno, & eodem actu volendi, velle finem, & media ad ipsum. v. g. politi in infirmitate, velle possumus sanitatem, & medicinam ad ipsam acquirendam. quo casu, ordo tm̄ se tenet ex parte rerum volitarum, non ex parte volitionū siuè actus volendi. quod enim voluntas multis actibus velit finem, & media ad finem, hoc imperfectionis humanæ est. sicut quòd vnico actu cognitionis, cognoscamus principia, & alio actu conclusionem. si quidem in Angelo patet contrarium, vt in art. immediatè præcedēti insinuauimus. vnum ergò bonum creatum po- 8
test esse ratio, & causa; alteri bono creato, quarè sit à Deo volitum. nunquam tamen actus diuinæ voluntatis, prout attingit vnum bonum creatum, potest esse ratio actus eiusdem voluntatis diuinę, quatenus attingit aliud bonum creatum. & sic attingētia diuina tm̄ passiuè sumpta, vt inquit Ban. Bannes
admittit talem ordinem, & causalitatem nullo modo ipsa attingentia actiua, vt (inquam) se te-
net

9 net ex parte Dei. Hinc Caiet. ponit quatuor propositiones, siuè quatuor modos loquendi in hac materia. prima propositio est, *Hoc est propter hoc.* secunda *Deus vult hoc esse propter hoc.* & sunt ambę verę, quia denotatur distinctio ex parte rerũ volitarum absolutè, vel in voluntate diuina non in se; sed in ordine ad volita. vndè & distinctio se tenet ex parte volitionis passiuæ, non actiuæ. Aliæ propositiones sunt tertia. *Hoc est volitum à Deo, propter hoc aliud volitum ab eodem.* quarta, *Deus vult hoc, quia vult illud aliud.* Istæ secundũ Caiet. ambæ sunt falsæ in rigore, quia in vtraquè fit implicatio distinctionis ex parte volitionis diuinæ. sunt tamen præcipui Doctores ex recētioribus, qui tertiã propositionem admittunt; quia reuera nulla fit affirmatio, vel implicatio, dependentiæ volitionis ex parte actus, sed ex parte voliti. Imò inquit Ban. si quis inter prædicandum. v.g. diceret; *Deus vult peccatorem flagellari temporaliter, quia vult illum saluari.* quod dictum proculdubio saperet quartã propositionem, non ob hoc facilè deberemus illum damnare, sed piè interpretari, quòd talis pręedicator poneret distinctionem ex parte volitorum, non volitionis diuinæ.

Caiet.

10 Doctrina ergò irrefragabilis est. *quod nulla res extra Deum, potest Deo esse regula, siuè ratio agendi aliquid, extra*: secundum rem loquendo. sed neque secundum nostrum cōcipiendi modũ: *addidimus*, quia in rei veritate tunc simùl conciperemus, aliquid extra Deum, habere saltem rationem causæ finalis, secundum nostrum modum intelligendi: quod nullus sapiens nec concipere potest. quarè esto cautus.

Tota igitur difficultas restringitur in hoc, vt videamus, *An* (saltem in Deo ipso secundum nostrum intelligendi modum) *possit admitti, quòd aliquid sit sua voluntati; causa, & regula agendi omnia quæ agit.*

Pro huius igitͣ declaratione notanda sunt duo in hac materia, vt omninò tollatͣ occasio errandi.

11 Primum est; quod nos supponimus; quasi pro eodem accipiendũ esse nomẽ, *rationis causandi*, & nomen *Regula*, nec opponendum nobis est, qđ iste modus loquendi apparet nouus, & nunquam vsitatus. vndè fortassis dicet aliquis, quod *ratio causandi*, aliud importat ab eo quod importatͣ p nomen *Regula*. imò quòd in plus se habet. quarè non nisi abusiuè, vniuocè fit sermo de illis.

12 Huic obiectioni facilè occurrimus dicẽdo duo. primum quòd *ratio Regulæ* (si vera sunt quæ hactenus diximus) non subterfugit *rationem causandi*; imò non potest reperiri, nec intelligi; nisi pariter cointelligatur aliqua ratio causalitatis, in ipsa, vel effectiuè, vel exemplariter, vel secundum rationem causæ finalis, & quod res ita se habeat: facilè colligere possumus ex dictis; nam *prudētia*; quam posuimus, & pro regula assignauimus omnibus, & singulis hominibus. patet quod ad actus proprios, qui ab illa eliciuntur, comparatur sicut principium actiuum formale, ad actus autẽ aliarum virtutum, quos regulat dirigendo, & imperando; se habet vt principium quasi effectiuum, vel motiuum. similiter *obedientia*, quam posuimus, & assignauimus pro Regula Religiosorum. patet eisdem rationibus de *Iustitia*, item *legali*, hoc idem constat. & sine dubio de *charitate*. quã posuimus Regulam perfectorum, vt suis locis, ostendimus, nec opus est repetere. 13

Hoc verò vnum addit aperte charitas, quòd vltra rationem efficientis, & principij for̃is habet rationem causalitatis finalis, quia ad ipsa tanquam ad finem; ordinantur omnia opera meritoria, sed hoc idem saluatur in omnibus alijs regulis assignatis, nam potest quilibet homo solum prudentiam pro fine habere agẽdo omnia secundum rationem, vt prudẽter viuat, & Religiosus ordinate omnia ad obedientiam, vt sit perfectus obediens, & Principes vt sint iusti, & sic de singulis, licèt charitas sit finis vniuersalis omnium virtutũ, & præceptorum, vt dictum est. vndè dispar ratio est tantùm in maiori, vel minori extensione finis, siuè rationis finalizandi. Et ità nullum est inconueniens, quod idem sub diuersis rationib gaudeat rationibus etiam diuersarum causarum; de exemplari etiam patet, quomodo reducatur ad causam formalem, licèt extrinsecam de qua pro nunc non loquimur, si ergò daretur ratio aliqua in Deo, siuè productionis, siuè gubernationis, & cuiuscunquè illius actionis ad extra sub quacunquè ratione causandi (secundum nostrum modũ intelligendi) haud dubium quòd talis ratio posset assignari pro regula ipsi Deo, vt suo loco dicemus. 14

Secundum quod dicimus pro nostra defensione circa vsum talis nominis est, quia potissimum *causa finalis*, statuitur pro regula in operabilib. ergò, & quæcunquè ratio finalizãdi, vbi ponitur potest affirmari quòd sit regula eadem ratione, quod autem finis sit regula, & mensura ordinatorum ad finem, nec scholaris audet negare. ad rem igitur accedentes pro veritate, quam intẽdimus. 15

Notandũ cũ sermo est de Deo, vbi omnia sũt idem, & realiter, & formaliter; formalitate se tenente ex parte rei cum sit suum esse subsistens, vt dictum est, notandum (inquam) quòd per ordinẽ ad ipsummet Deũ in his. quæ sunt in illo nõ possumus, nec debemus vti nomine *causa* vllo prorsus modo, ratio huius est, quia causa in sui ratione importat necessariò distinctionem, vel realem, & formalem simùl ab eo cuius est causa, vel saltẽm formalem, quia ergò in Deo omnia sunt vnũ vtroquè modo, nullo modo nomen *causa* de aliquo in illo respectu ipsiusmet Dei, affirmare possimus; vt effugiamus distinctionem implicatam in nomine *causa*, quæ consequenter in Deo intelligeretur. 16

Possumus autem vti nomine *rationis causãdi*, vt dicamus quòd in Deo est aliqua *ratio*, quarè produxerit res ad extra, vel quarè sic, vel sic operetur

retur in rebus, tunc enim nulla distinctio ex tali vsu, apud sanè intelligentes importatur in ipso Deo; nisi fortassè virtualis; sed tãtùm fit reductio ad volita, vt sensus sit. v.g. bonitas diuina ponitur ratio. quarè Deus mundum condiderit, & quarè sic, vel sic operetur per hoc insinuatur, non quod bonitas sit finis respectu ipsius Dei, sed respectu rerum volitarum ad extra, ab ipso Deo. *Nihil*
Iob. 5 *enim in terra fit sine causa*, vt dicitur Iob. quinto, & causa finalis vltima omnium rerum, pro-
17 culdubio est bonitas diuina, quam quia vult, & reliqua esse ad illam manifestandam, declarandam, imitandam, seù participandam Deus determinat secundum libitum voluntatis suę poni in rerum natura. & hæc doctrina est apertè D.Thom. in loco citato contra gentes capit. 86,
D.Tho. vbi concludit, quod diuinæ voluntati ratio assignari potest. & de facto probat quod bonitas sua est sibi ratio volendi omnia. vndè inquit, qđ *Dns vult bonitatem suam tanquam finem; omnia autem alia, vult tanquam ea, quæ sunt ad finem*. & sic bonitas est sibi ratio, quarè vult alia. & rursus. quia *bonum vniuersi est ratio, quarè vult, quodcunq; bonum particulare, & bonum ipsum vniuersi vult propter bonitatem suam.* modo dicto. & q a multitudo volitorum potest esse occasio errandi imperitis circa voluntatem diuinam in se. declarat consequenter in cap. 87. eiusdem libri. quòd talis distinctio in multitudine rerum creatarum, nullo modo offendere potest simplicitatẽ, & vnitatẽ diuinæ volitionis, quia *vnico actu vult se, & alia à se*; & nihilominus alia propter ipsum non è contra; quemadmodum, *& vnico actu intelligit se, & alia à se* & nihilominus eodem actu cognoscit vnam rem esse alterius causam.

18 Est igitur *bonitas diuina* ratio omnium, quæ fiunt à Deo, & eorum quæ vult extra se, & sit iste sensus, quod bonitas diuina, est causa virtualis in essendo, quæ propriè ratio agendi dicitur; modo quo dicimus, immutabilitatem esse causam æternitatis, idest rationem illius. Quia si causaretur æternitas, à nulla alia causa, causaretur, & ità in proposito, si per impossibile Deus haberet causam, quarè vult alia à se; nulla alia posset assignari nisi illius bonitas. Verum quia omninò est vnum cum Deo, nec aliquam admittit distinctionem ex parte rei ab illo, ideò non potest dici, quod sit causa volitionis creaturarum; & quia vlterius bonitas diuina fundat distinctionem virtualem per ordinem ad nostrum modum intelligendi, ob quam verè dicere possumus, quod si bonitas Dei ab illo realiter distingueretur, verè esset causa volitionis creaturarum. Ideò stante vnitate, dicimus, quod tantum est illi ratio agendi ad extra. Vndè per hoc insinuamus, quod bonitas Diuina comparata ad res creatas verè, & realiter est illarum causa finalis. At comparata ad Deum est tantum sibi ratio agendi per ordinem ad creata (secũdum nostrum modum intelligendi) vt dictum est. Cur au-
19 tem hoc sit patet. Quia ordinata ad finem vt sic, reuera nullam aliam habent bonitatem, nisi per ordinem ad talem finem v.g. medicina vt sic, in quantum ordinata ad sanitatem, nullam aliam bonitatem habẽt, aut habere potest ex tali ordinabilitate; quarè necessariò sequitur quod sanitas verè sit causa totius bonitatis in medicina. Et eodem modo philosophandum est de bonitate creaturarum. Quapropter *bonitas Diuina* verè omnibus creatis, est causa finalis illorum, vtpotè quæ realiter distinguitur ab illis, & accipiunt ab illa sub tali ratione ordinabilitatis ad finem. Non sic est per ordinẽ ad Deum, à quo nullo modo distinguitur, vt dictum est, ac eò nullo modo potest habere rationem causæ. semper enim implicatur distinctio inter causam, & illud quod dicitur causatum, vt sic. Ratio ergò causandi tantùm dicitur per ordinem ad ipsummet Deum.

His autem reb. quæ à Deo fiunt, aliqua vult esse tanquam necessaria illis, vt patet in partib. es- 20
sentialib. earundem rerum. Aliqua ad decorem, vt patet in partibus non essentialibus ipsius vniuersi. Aliqua demum ad vtilitatem earundẽmet rerum. Et si miraris, quomodo vnico actu tot, & tanta diuersa velit salua sua simplicitate, & inoffensa propriæ perfectionis; mirare simùl illius infinitatem, & eminentiam, quam *nec oculus vidit, nec auris audiuit*. Et hæc de secundo puncto dicta sufficiant.

PVNCTI TERTII SVMMA.

1 *Vniuersa Deum condidisse propter semetipsum qualiter intelligendum.*
2 *Tam boni, quam mali infallibiliter sequuntur regulam à Deo præfixam.*
3 *Deus est regula, & mensura omnium creaturarum, & entium.*
4 *Mensura ratio semper quantitati siuè molis, siuè virtutis attribuitur.*
5 *Mensuram esse cuiusq; generis primum, multiplex intellectus.*
6 *Primum in vnoquoq; genere, mensura semper caterorum.*
7 *Mensura duplex intrinseca & extrinseca.*
8 *Mensura vsus, vt per illam cognoscamus mensuratum.*
9 *Mensura indiuisibilitas quandoq; ex hominum instituto, quandoq; ex ipsa natura rei.*
10 *Simplicissimam simpliciter, & absolutè, in omni perfectione mensura est aliorum.*
11 *Deo proprijssimè conuenit ratio mensuræ, & quarè.*
12 *Creaturas se inuicem mensurare nullum inconueniens.*
13 *Bonitas est Deo ratio, & regula volendi, & faciendi.*
14 *Quod voluntas Dei dicatur regula, & mensura omnium nihil demit sua bonitati, quin sit prima regula, & ratio agendi.*

Diuersi.

15 *Diuerſimodè natura intellectualis, & quæcũq; alia creatura attingũt rõnem bonitatis Diu.*

QVo ad tertium punctum principale, facilè eſt ex dictis ſatisfacere quæſito. quarè breuiter ſubſequentes ponimus cõcluſiones.

Prima concluſio. *Si nomine regulæ intelligimus quid diſtinctum realiter in Deo, nulla eſt Regula per ordinem ad quam dicatur producere res extra.*

Probatur quoniã in Deo nihil eſt diſtinctum à ſe, vel diuiſũ citra perſonas relatione oppoſitas.

Secunda concluſio, *Bonitas diuina verè, & realiter eſt cauſa finalis rerum oĩm conditarũ à Deo.*

Probatˀ q̃a verè oĩa,& ſingula q̃ condita ſunt; & diſtingũtur à Deo, & ordinãtur ad illum,& ab illo accipiunt, qua rõne etiam comparantur ad illum ſub ratione effectus, ſed de his alias.

Tertia concluſio, *Bonitas diuina per ordinem ad noſtrum intelligendi modum eſt Deo ratio, & regula agendi omnia, quæ agit ad extra.*

Prov. 16 Probatur auctoritate Prou. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* vbi interl.

1 ideſt, *ſola bonitate ſua.* Gloſ. ord. *Nulla fuit Domino cauſa operandi, niſi ſola voluntas vt ſuam, ſcilicet bonitatem, rationabili creaturæ quàm perpe-*

Lyran. *tuò faceret beatam oſtenderet,* & Nic. Lyran. *quia ſicut eſt principium effectiuum omnium, ita eſt finis vltimus. prima enim cauſa conuertit in ſeipſam oẽs ſuos effectus.* iux. illud Apoc. 1. *Ego ſũ Al*

Vgo. *pha, & Omega principiũ, & finis.* Vgo. i. *ſola bonitate ſua gratuita, nõ neceſſitate, aut ſuaſione, aut merito. operatus eſt Dñs pp hominis vtilitatem.*

Ex qua auctoritate, & expoſitionib. vides quomodo, ly, *propter* ſumitur pro cauſa, ſiuè ratione cauſandi, maximè per ordinem ad finem, qui propriæ eſt Regula operabilium.

Probatur ſecundo auctoritate D. Aug. primo

D. Aug. de doctrina Chriſtiana, q̃a *Deus bonus eſt ſumus,* ideſt, inquit D. Thom. *Sua bonitas eſt ratio volendi omnia.* ergò, & regula.

Confirmatur quia bonitas diuina, ad diuinam voluntatem ſe habet, ceu cauſa in eſſendo virtualis: vt dictum eſt. ergò ratio quarè voluerit, & condiderit alia, ergò & eidẽ conuenire poteſt ratio Regulæ, modo quo finis dicitur, & eſt Regula omnium operabilium. quarè à primo ad vltimũ non inconuenit Deo aſſignare aliquam Regulam quæ ipſi ſit ratio agendi, & in ordine ad quam omnia peragit, & à qua nihil prorſus deflectere poteſt. ſed omnia infallibiliter eueniunt quę à Deo ſũt,

2 ſm̃ ordinem ad hanc Regulam. Vndè & boni, & mali infallibiliter illam ſequuntur, boni in oſtenſionem miſericordiæ; mali in oſtenſionem illius iuſtitiæ quorum vtrumq; cædit in gloriam huius bonitatis. vt dictum eſt.

Quarta concluſio reſponſiua ad quæſitum ſub

3 primo ſenſu. *Deus ſecundum rei veritatem, eſt regula, & menſura omnium creaturarum, & entiũ.*

4 Probatur quia *eſt primum ens, perfectiſſimum, indiuiſibile, maximè notum, & certum,* quæ omnia ſunt de ratione Regulæ, & menſuræ.

Pro huius declaratione nota. primo quod ratio menſuræ videtur attribui quantitati, quæ duplex eſt molis, & perfectionis, de qua materia videndus eſt philoſophus Metaph. cap. 2. 3. & 4. & ibi expoſitores. ibi ergò poſt multa declarata. 10 Metaphyſ.

aſſumit hanc propoſitionem. *Maximè autem, mẽſuram eſſe cuiusq; generis primum. & maximè proprie quantitatis.* quæ ſententia dupliciter poteſt 5

exponi. ſecundũ quod, ly, *primum* poteſt accipi, vt aduerbium, & vt nomẽ. ſi enim accipiatur quatenus aduerbium eſt, debet punctuari ſententia ad verbum generis dicendo, *maximè autem menſuram eſſe cuiuſcunq; generis;* poſtea ſubdere, *primũ, & maximè proprium quantitatis.* & ſic planus ſenſus eſſet quod eſſe menſuram in vnoquoq; genere, primò & propriè conuenit quantitati; & hic ſenſus bonus eſt.

Verum communiter Doctor. firmant punctum poſt verbum *primum,* & tunc accipitur tanquam nomen & facit ſenſum *maximè autem menſuram eſſe cuiuſq; generis, primum.* deindè addit, quod hoc idem congruat quantitati. & ex hac pũctuatione, ſiuè diuiſione hoc modo facta; accipitur illud commune axioma. *primum in vnoquoq; genere eſt menſura cæterorum.* nomen autem generis 6

ibi accipi debet pro omni eo in quò eſt aliqua conuenientia formalis, reſpectu eius, quod dicitur menſurare cum rebus menſuratis.

Hoc autem ideò dicimus, quia aliquid poteſt menſurari, vel per mẽſuram intrinſecam, quę eſt 7

forma propria, & perfectio cuiuſquè rei, vel per extrinſecam, quæ tamen ſit eiuſdem generis proximi; modo quo perfectiſſima ſpecies in vnoquoquè genere dicitur menſurare alias ſpecies: vt homo dicitur menſura aliorum animalium quarum ſpecies magis, vel minus perfectę dicuntur ſm̃ q̃d magis, vel minus recedunt ab hominis perfectione. & Albedo dicitur menſura omnium colorum, quia ſecundũ maiorem, vel minorem illius participationem magis, vel minus perfecti dicuntur alij colores, & ſic de alijs, vel certè per extrinſecũ quod ſit primum in tali genere, ut prima ſubſtantia in genere ſubſtãæ, ideſt quæ eſt perfectior in illo ſimpliciter, vt intelligentia in prædicamento ſubſtantiæ, per ordinem enim ad hanc poteſt mẽſurari perfectio omnium aliarum modo dicto; verum tandem ſit reductio ad vnum quod eſt primum ſimpliciter reſpectu omnium generum. & hẽt conuenientiam tũ cũ contentis in generib. ſm̃ Analogiam, & hoc modo dicimus Deum eſſe menſuram non ſolum ſubſtantiarum, ſed quarũcunquè rerum rationibus, vt infra.

Nota ſecundo quod de ratione menſuræ eſt, q̃ 8

ſit certiſſima, & notiſſima. ratio eſt, quia menſura vtimur vt veniamus in cognitionem menſurati. quarè quemadmodum principium non poteſt cõferre certitudinem concluſioni, niſi notum, certũ, & inuariabile ſit; ita nec mẽſura poterit notificare rei magnitudinem, molem, vel perfectionis, niſi ipſa fixa, & certa ſit. & hæc eſt rõ. quarè Ariſt. in

in dictis locis.inquit, *menſuram debere eſſe indiuiſibilem & minimam*.quomodo indiuiſibilem, qñ menſura eſt res quanta quantitate,moli? quomodo minima quando menſura eſt res perfectiſſima in aliquo genere? vel ſimpliciter vt diximus de Deo?imò tunc eſt maxima;ſenſus ergò eſt,quod debet menſura eſſe certis terminis conſtituta, ſic quod non ſubſit variationi pro libito, quia ſi ſic eſſet, nullo modo faceret venire in cognitionem menſurati.ſi enim v.g.vlna qua menſuratur pannum pro voluntate hominum variaretur; nunquã certò poſſemus ſcire quantitatẽ panni. quarè dicimus,quod talis indiuiſibilitas.quandoq; conue-
9 nit ex hominum inſtituto;quandoq; ex ipſa natura rei qua vtimur ad menſurandum: exemplum primi habemus in vlna,vncia,libra,& vniuerſaliter in pōderibus,nam vt poſſint menſurare alia, neceſſe eſt quod habeant, & ipſa determinatum pondus,vel quantitatem. exemplum ſecundi habemus in vnitate, quæ menſurat omnem menſuram vno,& quantitates continui,non niſi per vnũ menſurari poſſunt;licet in aliquibus fiat repetitio vnitatum,vt cum dicimus pannum eſſe trium vlnarum,& ponderoſa quod ſint trium, aut quatuor librarum. tunc enim vt patet quaſi vnitate repetita pro menſura vtimur quando res non poteſt menſurari per ſimplicem vnitatem.quarè aliç menſuræ ab vnitate,oportet quod primo ſint aliqua alia menſura menſuratæ, anteq̃ illis vtamur pro menſurando alia.

In his verò quæ carent moli quantitate, id qđ eſt *ſimpliciſſimum in ſuo genere, eſt menſura aliorum ſui generis*,vt primus motus aliorũ motuum: primus calor aliorũ calorũ: primum (ideſt perfe-
10 ctiſsimum)metallum, vt aurum aliorum metallorum;& ſic de ſingulis. & primum ac ſimpliciſſimum ſimpliciter,& abſolutè; in omni perfectione eſt menſura omnium aliorum quomodocunq. & hoc modo ponimus Deum menſuram entium omnium. tum quia ratione ſuæ ſummç perfectionis ſimpliciſsimç,& eminentiſsimç continet omnes perfectiones.tum quia habet ideas in ſe, quæ ſunt factiuç rerum,& ad quarum exemplar factæ ſunt.cum ſit agens per intellectum reſpectu rerũ ad extra,& non per naturam. tum quia oĩa entia ſunt entia per analogiam ad hoc ens, & per participationem eius;& omnes ſubſtantiæ creatæ ſimiliter ſunt participationes huiuſmodi ſubſtantiæ,& non alterius. tum quia (ſi ſit ſermo de menſura ſecundum ſe)ſic conſtat Deo maximè conuenire,quia eſt maximè indiuiſibilis, immutabilis, & perfectus(ſi quò ad nos) nobis etiam eſt notior quam prima intelligentia.tum quia ipſe ſolus eſt, qui eſt ens per eſſentiam,cætera autem tñ ꝑ par-
11 ticipationem.ipſequè ſolus eſt cauſa, & in eſſendo,& in cognoſcendo.quarè propriiſsimè ſibi cõuenit ratio menſuræ, eſt enim omniũ cauſa effectiua,& finalis, vt probatur 12. Metaph. & facit cognoſcere gradus perfectionales omnium rerũ.

Scimus enim quãlibet naturam eſſe tãtæ, vel tantę perfectionis ſm̃ quod magis, vel minus diſtat ab hac prima cauſa vniuerſaliſsimç perfecta. quarè aliæ res comparantur menſuræ quantitatiuç.

Hæc autẽ non niſi primo menſurata menſurãt; at Deus vnitati comparatur, quæ ſua nã indiuiſibilis eſt; ac eò apta naturaliter ad menſurandum.Deus ergò primo *in numero pondere, & menſura conſtituit omnia*, vt dicitur Sap. 11.& illis ſic Sap. 11 conſtitutis mutuo ſe menſurare poſſunt. patet ergò quam ſolidè ponamus iuxta primum quæſiti ſenſum Deum eſſe mẽſuram,& Regulam omniũ, 12 Regulam (inquam) non ſolum rationibus dictis, ſed vlterius quia ſicut per Regulam diſcernũtur diſtorta,à rectis:& inæquali a ab ęqualibus.ſic per comparationem ad diuinam bonitatem omnem. & quãcunq; rerum bonitatem,& naturalẽ,& moralem;& gratuitã dignoſcimus: Verum de hoc magis in ſequenti puncto. 13

Eſt ergò Deus Regula omnium, ſuaq; bonitas ratio,& regula volendi,faciendi,& dirigendi omnia.& ſic Deo conuenit Regula ſecundum perfectiſsimam rationem. 14

Nec mouearis quia etiam *diuina voluntas* dicitur Regula,& menſura omnium, imò & illius D.Tho. *ſcientia*,de qua D. Th.q.14.ar. 8.1.par.Amplius & ideę quæ ſunt factiuæ rerum, vel ad quarum exemplar fiunt.vt ex eodem D.Thom.1.p.q.15. per totam;nam omnia iſta cõcurrunt ad cauſalitatem rerum ad extra. *Scientia* tanquã principiũ directiuum, *Voluntas*. vt determinatiuum, idea ſub ratione exemplaris.& quod factiui,vt dictum eſt;bonitas verò ſub ratione finis vltimi; quæ omnia licet ſint vnum,& idem ſm̃ rem, attamen (vt ex parte noſtri diſtinguntur) cum bonitas diuina ſit cauſa finalis, ex conſequenti primum mouens ad agendum,rectè illa ſub ratione finis vltimi, ꝓ regula rerum omnium poſuimus. Et licet tñ creatura rationalis,ſiuè intellectualis poſſit hanc bonitatẽ attingere ſub ratione obiecti ſm̃ ſe nulla 15 autem alia creatura,attamen omnis,& quæcunq; alia creatura,in tantum bona eſt,in quantum participat aliquem gradum aſsimilationis huiuſmet diuinæ bonitatis. Quarè non tollitur,imò neceſſariò concluditur, quod omnium quæ ſunt,menſura ſit,& regula modo dicto: Creatura verò intellectualis ob ſpetialem modum participationis quem habet,ſpetiali etiam modo illius menſura, & regula dicitur modo declarando in appendice. Hęc de tertio puncto dicta ſufficiant.

PVNCTI QVARTI
SVMMAE.

1 *Scientia Dei directiui vt quo rationem habet non tamen regulæ,& quarè.*

2 *Mĩa,& iuſtitia in Deo dicunt ſpetiales rationes aliquorũ effectũ non tamen ſub rõne regulæ.*

3 *Regulã licet ponamus in Deo nunquam tamen dicendum quod ſit regulatus,& quarè.*

4 *Stant iſta duo ſimul,& quod Deus agat prolibitô vo-*

to voluntatis, & quod bonitas sit sibi regula infallibilis.

QVo ad quartũ ad argumenta br̃ dicitur. Ad
1 primum quod scientia est principium directiuum quo; nos autem quærimus de directiuo, quod habet rationem finis, qui in operabilibus est principium, vndè sumitur ratio ordinatorum ad finem.

Ad secundum dicitur quod nullo modo asserendum est Deum irrationabiliter agere id quod agit. Attamen hæc ratio non ab aliquo extrinseco, aut realiter distincto in Deo accipiẽda est, sed ab illius bonitate, quæ finis omnium est, & regula agendorum ad extra salua identitate reali cum ipsomet Deo, quatenus tamen virtualẽ fundat distinctionem per ordinem ad nostrum intellectũ.
2

Ad tertium dicitur, quod *misericordia, & veritas*, siuè *iustitia* magis declarant aliquas speciales rationes, aliquorum effectuum, quã regulam quandam generalẽ respectu omnium in quo sensu proposuimus quæsitum.

Ad primum pro parte negatiua conceditur, q̃ nulla datur, aut dari potest regula extra Deũ, quæ illi sit ratio agendi extra: nisi per comparationẽ volitorum à Deo inter se; vt præscindũt ab attingẽtia actiua ipsius Dei, modo quo dictũ est in corpore articuli. sufficitquè distinctio rationis inter huiusmodi.

3 Notandum temen quod non propter hoc dicere debemus, quod Deus sit regulatus à sua bonitate, licet eandem ponamus pro regula suarum actionum. Et hoc ideò quia iam fieret implicatio imperfectionis ex modò significandi.

Ad secundum dicitur. quod simùl stat Deum
4 agere pro libito voluntatis, & tamen secundum regulam suæ bonitatis. Non solum quia sunt vnũ, & idem, verum etiam quia voluntas Diuina non pôt suam nõ amare bonitatem. Ipsaq; bonitas est sufficientissima ratio volendi omnia, sicut & cuiuslibet potentiæ ratio operandi, sumitur à suo obiecto proprio, & adęquato. Hæc de quarto.

PVNCTI QVINTI SVMMAR.

1 *SEntire de domino in bonitate quid sit.*
2 *Diuina bonitas spetiali ratione regula est creatura intellectualis, ac eò magis se illi conformare tenetur.*
3 *Creatura rationalis particeps est non solum bonitatis, sed & beatitudinis.*
4 *Bonum regulati vt sic est se conformare omninò suæ regulæ.*
5 *In peccando necessariò præintelligitur voluntatem non subdi regulæ diuinæ.*
6 *Non vti regula non imputatur homini peccanti vtiquè si velit operari sine illa.*
7 *Sentit de Domino in bonitate, qui semper oculos habet ne deflectat à regula.*
8 *Ad bonitatem voluntatis humanæ spectat quod ordinetur ad summum bonum.*
9 *Rectitudo voluntatis est illius bonitas.*
10 *Imitari Deum iubemur non in potentia, aut alijs attributis, sed in bonitate tm̃. & quarè.*
11 *Velle imitari Deum in potẽtia causa est ruinę.*
12 *Eua eiecta de Paradiso, quia Deum voluit imitari in scientia.*
13 *Abraham, Dauid, & Paulus, omnesq; iusti Deũ imitati sunt in bonitate tantum, ac eò exaltati.*
14 *Imitari Deum in scientia quomodo liceat.*
15 *Sola bonitas imitanda, quia sola est quę beatificat.*
16 *Habere bonitatem pro fine, agerequè propter illam contingit, & ex desiderio, & ex amore.*
17 *Rem omnem esse propter suam operationem, & ptopter Diuinam bonitatem vnum, & idem sunt.*
18 *An teneamur conformari diuinæ voluntati in quolibet volito particulari.*
19 *Conformari Diuinæ voluntati in volito contingit multipliciter.*
20 *An si cui fieret reuelatio suæ damnationis teneretur suam conformare voluntatem huic reuelationi.*
21 *Beati quarè, & quomodo habeant voluntatem omninò conformem voluntati diuinæ.*
22 *Quomodo voluntas nostra etiam rationabilis teneatur conformari voluntati diuinæ in omnibus.*
23 *Christi oratio cũ dixit, Pater si possibile est. &c. qualis fuerit, & quomodo conformis voluntati Diuinæ.*
24 *In conformando voluntatem nostram voluntati Diuinæ maximè attendendæ sunt conditiones, & circunstantiæ rerum volitarum.*
25 *Sentire de Domino in bonitate est nõ præsumare, aut desperare, aut diffidere.*
26 *Simplicitas cordis quid sit.*
27 *Modus perfectus se conformandi Deo, est p̃ bonitatem, & per simplicitatem.*
28 *Referre omnia ad bonũ commune diuinamquè iustitiam, & bonitatem, hoc est se conformari Deo.*

Appendix pro Concionatoribus.

QVo ad quintum. pro concionatoribus sit sententia illa, quæ habetur Sapien. 1. per quam adhortamur ad bonum his verbis. *Sentite*, inquit, *sapiẽs de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.* Sap. 1

Hæc sententia adeò ad propositum nostrũ est, quod non solum semper magis nostram firmat sententiam, quam diximus, satisquè probauimus; verùm simùl excitat nos ad maximam Dei reuerentiam, & timorem. Quapropter radicitus, & vsquè ad intima pro posse à nobis declaranda est.

Sentite de Domino in bonitate. Glossa Lyrano, inquit.

inquit. *id est conformamini illi*; quia *sicut omnia ordinat in seipsum tanquam in finem vltimum, ita vos actus vestros, ordinate ad bonum, & ad honorem Diuinum.*

Conformari ergò debemus bonitati diuinæ. quia regula est, & mensura nostrarum actionum, & operationum. cum enim ipsamet diuina bonitas possit acquiri à creatura rationali, vt pfectio, q̃ est obiectum operationis in quantum rationalis Creatura, possibilitatem habet ad videndum, & amandum Deum: ideò singulari modo Deus est finis in quem tendit creatura rationalis, præter modum communem quo tendit in ipsum omnis creatura; in quantum scilicet omnis creatura desiderat aliquod bonum, quod est similitudo quædam diuinæ bonitatis. quarè speciali ratione

2 etiam regula, & mensura dicitur intellectualis creaturæ. sic quod intellectualis creatura, omninò tenetur, stante tali ordine se conformari bonitati diuinæ, vt illam consequatur modo, & ordine sibi

D.Tho. præfixo à voluntate diuina. vndè D.Th. 2. senten. dist. 1. q. 1. art. 2. ad secundum habet hæc verba. *Finis non est causa rei, nisi secundũ quod est in voluntate agentis; & ideò ipsa bonitas diuina sc̃dm modum, & ordinem quò est ab eo volita, est finis rerum, & ideò tũc vnaquaquè res, maximè ad suũ finem accedit. quando imitatur diuinam voluntatem, sc̃dm quod de ipsa re dispositum est de Deo*, & ad quartum quasi applicando ad propositum sub

3 dit. *Creatura autem intellectualis non attingit ad eam* (scilicet bonitatem diuinam) *secundum suum esse, vt ipsa sit summum bonum, sed secundũ operationem intelligendo, & amãdo eam, vndè particeps est beatitudinis, & non tantum bonitatis diuinæ.*

In quæstionibus autem disput. de malo. q prima, art. 3. in corpore articuli, habet hæc alia verba verè aurea, & notatu digna, imò quod intus in

4 corde imprimantur. *In omnibus*, inquit, *quorum vnum debet esse regula, & mensura alterius bonũ regulato, & mensurato est ex hoc quod regulatur, & cõformatur regulæ mẽsuræ; Malum verò ex hoc, q est nõ regulari, vel mẽsurari. si ergò sit aliquis artifex qui debeat aliquod lignũ rectè incidere, secundum aliquam regulam si non directè incidat, quod est malè incidere, hæc mala ĩcisio causabitur ex hoc defectu, quod artifex erat sine regula, & mensura.* (applicando ista ad hominem quando peccat.) subdit. *similiter delectatio, & quodlibet aliud in rebus humanis, est mensurandum, & regulandum secundum regulam rationis, & legis diuinæ. vndè non vti regula rationis, & legis diuinæ, præintelligitur in voluntate antè inordinatam electionem.*

5 *Huiusmodi autem quod est non vti regula prædicta, non oportet aliquam causam quærere, quia ad hoc sufficit ipsa libertas voluntatis per quam potest agere, vel non agere, & hoc ipsum quod est non attendere actu ad talem regulam in se consideratã, non est malum, nec culpa, nec pœna. quia anima non tenetur, nec potest attendere ad huiusmodi regulã*

6 *semper in actu: sed ex hoc accipit primo rationẽ culpæ, quod sine actuali consideratione regulæ, procedit ad huiusmodi electionem. sicut artifex non peccat in eo, quod non semper tenet mensurã, sed ex hoc, q non tenens mensuram procedit ad incidendum. & similiter culpa voluntatis non est in hoc, quod actu non attendit ad regulam rationis, vel legis diuinæ, sed ex hoc; quod non habens regulam, vel mensurã huiusmodi, procedit ad eligendum, & indè est quod* Aug. dicit in 22. de Ciuit. Dei. quod *voluntas est causa peccati in quantum est deficiens, sed illum defectum comparat silentio, vel tenebris*, quia *scilicet defectus ille est negatio sola.* Hæc ille.

Ex quibus verbis clarè duo elicimus. primum quod omninò tenemur diuinam sequi bonitatẽ illamq; imitari quia regula, & mensura nobis est. ipsarumquè nostrarum operationum.

Secundum quod diuertere à tali regula nobis imputatur non alia ratione, nisi, quia audemus exire in actum operandi sine regula, & illius vsu. quarè nos ipsos seducimus, dum imaginamur, nos rectè operari posse, sine hac regula dirigente, & rectificante: eò modo quò indubiè, artifex non vtẽdo regula, præsumeret se posse rectè incidere.

Hæc Diui Thomæ verba, vt fatear verum. maximum mihi timorem inferunt. Hac igitur ratione dicitur in allegata sententia, *Sentite de Domino in bonitate*. quasi dicatur. benè aduertite ne 7
à vr̃a declinetis regula, quæ *diuina bonitas est*.

Clarius, & apertius hoc idem declarat D. S. p. D.Tho.
2. q. 19. art. 9. vbi ex professo quærit, vtrum bonitas voluntatis dependeat ex conformitate ad voluntatem diuinam.

Respondẽdo, inquit. *Resp. dicendum quod sicut dictum est bonitas voluntatis dependet ex intentione finis; finis autem vltimus voluntatis humanæ, est summum bonum quod est Deus. Requiritur ergò ad bonitatem humanæ voluntatis, quod ordinetur ad summum bonum. Hoc autem bonum primo quidem, & per se, comparatur ad voluntatem* 8
diuinam, vt obiectum proprium eius. Illud autem quod est primum in quolibet genere est mensura, & ratio omniũ quæ sunt illius generis. Vnumquodquè autem rectum, & bonum est, in quantũ attingit ad propriã mensurã. ergò ad hoc q voluntas hominis sit bona requiritur quod conformetur voluntati diuinæ. hæc ibi. benè igitur hortamur; *Sentite de Domino in bonitate.*

Hinc Aug. super illud Matth. 26. *Non sicut ego* Mat. 26
volo, sed sicut tu vis. quod dicit, *quia rectum vult* 9
esse hominem, & ad Deũ dirigi. Rectitudo aũt vo- In Ench.
luntatis est bonitas eius. sentiamus ergò de Deo concione
in bonitate. 1. in ps.

In bonitate. quia nimirùm non in potentia, vel 32. sup
scientia, quę non sunt regula, & mensura (propriè Mat. di-
loquendo) nostrarum operationum, in quantũ bo ligunt te
nę sunt, & meritorię. 10

Siquidem Lucifer Deum imitari voluit, in potentia (vt ita dixerim) cupiens ex naturalibus, & gratuitis à Deo, acceptis propria virtute, ad gloriam peruenire, dicens. *Similis ero Altissimo*. qui

per

Iſa. 14. per ſe gloriam obtinet. ſed *detracta eſt ad inferos ſuperbia tua*. Iſai. 14. Gloriatus eſt Nabucho-
11 donoſor Rex de potentia ſua ſuperbiens tanquã ex ſe illam adeptus; At conuerſus eſt in belluam, ſm imaginationem ſui, & aliorum videntium eũ.
Dan. 4. Dan. 4. quod & Ref. 16. q. 4. cap. *miror*. Alter etiã Nabuchodonoſor de ſuperbia elatus voluit vt Deus adorari, & confuſus eſt per fœminam ſanctã Iudith occiſo Holopherno, principe militiæ eius.

Adã inſuper, & Eua voluerunt Deũ imitari in *ſcientia*, dicente eis antiquo ſerpente, *eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum*; Et de Paradiſo expulſi ſunt, cum tota poſteritate, humiliata infinitis miſerijs animæ, & corporis. *voluerunt* inquit
Aug. D. Aug. *rapere diuinitatem, & perdiderunt fælicitatem.*

Non ſic *viri ſancti, qui glorioſum ſanguinem fuderunt pro Domino*, cuius ſolam bonitatem imitati ſunt vſquè ad mortem. quarè *coronas triumphales meruerunt*.

Abraham imitatus eſt Deum in dilectione, pa-
13 triam deſerens, liberum offerens, & circumcidens in ſenectute. vt Deo obediret, & humiliaret ſe, vndè ſe cinerem, & puluerem dicebat. quarè exaltatus eſt vſquè ad viſionem trinitatis per figuram, quando *tres vidit, & vnum adorauit*.

Dauid adeo imitatus eſt, vt etiam capitales inimicos diligeret eiſq; benefaceret, vt ſe pulicem viuum, & canem mortuum vocitaret. vndè & ſuper ſenes meruit diuina *intelligere* myſteria.

Paulus ex intenſa Dei dilectione, *cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, at ex aduerſò anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis, vt conuerterent. proclamans ſe peccatorem, & minimum Apoſtolorum, & tñ plus omnib. laborabat hinc eũ ſublimatum legimus vſq; ad clarã Dei viſionẽ adhuc agens mortalem vitam, quãdo raptus fuit ad tertium cœlum.

Sentiamus ergò *de Deo in bonitate*. nã ſcientia inflat potentia tandem deprimit ſolaq; bonitas erigit. quod ſi amplius velis Deũ imitari in ſcien-
14 tia. Illa ſcientia ſit quæ Dei donum eſt, quæ ſine dilectione, & humilitate eſſe nõ poteſt. non ea
Pſ. 11. quæ dicere facit. *Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt.*

Hier. 9 Eccl. 2. Illa ſit; de qua dicitur. *qui gloriatur in hoc glorietur, ſcire & noſſe me*. non ea de qua Eccl. 2. *Labor ſtultorum interficiet eos*, ſcilicet morte ꝑpetua, quia *neſcierunt pergere in vrbem*, videlicet Ciuitatis ſupernæ.

Sentite de Domino in bonitate. quia ſola boni-
15 tas nos beatificare poteſt.

Vbi nota diſcrimen inter nos, & Deum in hoc quod eſt hr̃e bonitatem pro fine. nam agere ꝑꝑ finem contingit dupliciter. vel ꝑꝑ illius deſideriũ, vel ꝑꝑ illius amorem. in hoc verò diſcriminãtur,
16 deſiderium, & amor. quia deſiderium eſt rei non
Aug. habite, amor verò vt dicit Aug. *Rei habite*. Nos ergò agimus ꝑꝑ bonitatem Dei, quia illum deſiderare debemus, vt habeãmus, & conſequamur.

At Deus agit ex amore illius, quam habet, vt (inquam) illam communicet, & ad cognoſcendam, & fruendã largiatur. q; eſt dicere, vt inquit Caiet. Caiet.
Propter finẽ cõicandum, vel *conſequendum*. ſed diſtinctio modo dicta, eſt D. Th. 2. ſent. diſt. 1. art. 1. D. Th.
cui alludit illud D. Aug. quod *in quantum Deus eſt bonus ſumus*, & illud D. Dionyſ. Diuinus *Amor* Diony. 4
non dimiſit illum ſine germine eſſe. dilata ergò pro de diui. libito ſemper habendo oculos ad hanc diuinã bo nõibus.
nitatem pro regula. quatenus rectè ſemper de illa ſentias. & dicas. *in quantum Deus eſt boni ſumus*. ſumus (inquam) ſm̃ eſſe naturæ; quia illius participatio, & aſſimilatio nos eſſe facit. ſumus, qñ operamur nam, vt inquit D. Tho. loco citato art. 2. ad tertium, *Operatio eſt vltima perfectio in qua res exiſtit* (habitus enim, & potentia imperfectionem dicunt) *& iõ idem eſt rei, eſſe ꝑꝑ ſuam operationem, & ꝑꝑ diuinam bonitatem ad quam maximè acce-* 17
dit, ſecundum quod maximè eſt in actu perfecto; ſumus; ſm̃ eſſe gratuitum per gratiam ſm̃ illud.
Gratia Dei ſum id quod ſum. demũ ſm̃ eſſe gloriẹ. 1. Cor. 15.
iuxta illud. *Cum apparuerit ſimiles ei erimus*. Sentiamus igitur de Domino in bonitate. 1. Io. 3.

An verò teneamur conformari diuinæ voluntati, per ordinem ad illius bonitatem in quolibet volito particulari dicẽdum breuiter primo quod conformari in volito formaliter. i. ſicut Deus agit ex charitate, ita & nos agere debeamus. hoc eſt
bonitatis meritoriẹ, & perfectionis. Conformari 18
verò in volito finaliter. videlicet ordinando, & referendo omnia noſtra ad bonum cõe, & ad diuinam bonitatem, quæ vniuerſaliſſimum bonum eſt. hoc eſt debitum ſm̃ illud Aug. ſuper illud pſ. Pſ. 32.
Rectos decet collaudatio. Rectũ cor habet, qui vult quod Deus vult. & ratio euidens eſt quia vnuſ- 19
quiſq; debet ſeipſum, & ſuas actiones ordinare ad bonum cõe, cum vnuſquiſq; illius ſit pars. Hoc enim eſt verè imitari Deum.

At loquendo de volito naturali, & in particulari. v. g. ſi Deus velit patrem meum damnari, vel occidi, quod pariter ipſe tenear hoc velle. dicendum obmiſſis multis quæ à Doct. dicuntur in exp. art. 5. d. quæſt. 19. p. 2. D. Tho. in particulari à Medina dicendum quod ſi non extet præceptum in particulari, de aliqua ſingulari actione, vel re, non teneor illi conformari ẽt quod mihi innoteſcat voluntas Dei. v. g. mihi innoteſcit q; ego exiſtens in mortali, Deus vult me eſſe ſine illius gra-
tia, adſit vt, & ego hoc idem velim. Ita ſi alicui 20
Deus reuelet illius damnationem abſit, vt ille teneatur hoc idem velle, nam debet exiſtimare hoc ſibi comminatum tantummodò eſſe.

Et argumentum irrefragabile ad hoc eſt. quia Chriſtus optimè ſciebat voluntatem Dei eſſe, q; deſtruetur Ieruſalem nihilominus, *videns fleuit ſuper illam*. Dauid ſciebat voluntatem Dei eſſe, vt viueret. & nihilominus rogabat dicendo, *Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt*. & D. Paulus dicebat, *cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. & tñ ſciebat Deũ illum velle in carne manere. & breuiter

D. Aug. niter est sent. D. Aug. in Enchir. c. 101. vbi apertè docet quod homo aliquando bona voluntate, potest velle oppositum eius, quod fieri vult Deus.

Abulen. Quarè Abulen. tenet quod non solum non teneor hanc habere conformitatem in volito naturali, & particulari, sed si vellem mortem, siuè dānationem patris mei, etiam stante quod Deus illam velit, pecco mortaliter.

21 Nec est par ratio de Beatis, qui volūtatem omninò conformē habēt voluntati diuinę. Siquidem ex hoc quod vidēt Deum clarè etiam intuentur causas particulares dispositionum Dei, & sic omninò conformantur, non sic euenit nobis.

Sufficit ergò quod velimus iustitiam Dei, & q non eliciamus actum siuè volitionem contrariā ei quod vult Deus. v. g. volendo quod non adimpleatur voluntas Dei, hoc enim esset aufferre ex diametro illam ordinabilitatem ad bonum commune, quod nullo modo licet. & ratio est in promptu. quia vnusquisq. potest iustè velle, quod Deus vult illum velle, sed vnicuiquè mandauit velle, quod verè bonum est. ergò iustè volo Patrē meū non occidi pro bono familiæ meæ etiam quod iustè Iudex vellit illum occidi. si tamen non renitar in contrarium, vt dictum est.

22 Et hoc quod dicemus, non accipias tm̄ per ordinem ad voluntatem naturalem quà naturaliter vnusq; sibi refugit malū, sed etiam per ordinē ad volūtatem deliberatam, si tñ seruetur illa referibilitas per ordinem ad bonū cōmune, & Dei voluntatem in genere, & hoc consideratis rationibus particularibus cuiusq; volentis. nā vxor latronis, & iuris. potest iuste velle maritū suum nō occidi q a ei charus est, suęq. familię necessarius. quare his stantibus, alijs quibuscunq; non obstātibus potest iuste, & debet velle. etiam quod ex alia parte sibi innotescat illū esse morte dignum.

Censeo tñ quod si eadem vxor dictis rationibus mota nolit suum maritum non mori, & ex rationibus alijs, quia (inq̄) est in damnum publicum, velit illum mori, propter istas rationes absolutè; quod rectè faciet adhærendo Iustitiæ, & bono publico, nō solum tacitæ, sed exprefsè per actum voluntatis elicitum circa hanc referribilitatem ad bonum cōmune. Secus si perseueret

23 in alijs rationibus vt dictum est. cum enim Christus orando dixit. *Pater si possibile est, transeat à*

Mat. 26 *me calix iste*, ni fallor, vtramq; harum voluntatū in se declarauit. In primis verbis, propriam, in secundis Dei, cui se submittebat. oportet igitur cautè aduertere circa hoc quæsitum, Circunstantias causantes volitionem quod enim Christus fecit, hoc cedit sine dubio in documentum nostrū, & quælibet voluntas deliberata, debet esse rationabilis, ex consequenti variatis rationibus, & causis volendi, nullum inconueniens quod pariter variatur volitio in nobis. 24

Aliud ergo est loqui absolutè, aliud aliquo supposito nobis noto, & euidente. Vndè maxima cautela opus est nec præcipitanda sententia.

Sentite de Domino in bonitate. Demum quia si contingat considerare aduersa, & contraria quæ in hoc mundo fiunt, & iterū in studio sacrarū scripturarū, vbi multa vidēt mirimè nobis constare, imò nec comprehendi possūt à nobis propter 25 illorum eminentiam, & dignitatem; in his omnibus neq; desperandum, neq; opponēdum, neque murmurandum est, sed cum reuerentia omnia suscipienda memores quod *nihil in terra sine causa fit*, & quod *minus de Deo sentit qui tantum de illo credit, quod suo potest metiri ingenio Nō enim via mea, via vestra dicit Dominus. sed sicut exaltanē cæli à terra, ita via mea à vijs vestris*. Quare semper sentiendum de Domino in bonitate. Iob. 5. D. Greg.

Sequitur; *& in simplicitate cordis*, quærite illum, idest in cordis munditiam, nam secundum Aug. *Idem est simplex Cor, quod est mundum Cor.* vel secundum Vgonem. *Simplicitas cordis est, quando quod intelligit intellectus, hoc affectus diligit, vel odit. quando quod ore promittitur, opere exhibetur. Cor enim diuisum non impetrat*, & Ecclesiastici 2. *Væ duplici corde*, & Oseæ, c. 10. *Diuisum est Cor eorum, nunc interibunt*. Hic enim verus est modus se cōformandi Deo, & illum quærendi, de quibus alibi dicetur à nobis. Vide reg. 9. art. 2. 26 Aug. Vgo. Eccl. 2. Osea 10 27

Patet igitur ex omnibus dictis, quomodo Deo conueniat regula quæ sibi est ratio agendi ad extra. & quod hæc nihil aliud est quam ipsissima illius bonitas, quę etiam regula nobis.

Proponitur sequenda, & imitanda, imò quam sequi, & imitari tenemur illi conformando in omnibus voluntatem nostram pro posse in ratione volendi, & ex debito in referibilitate ad bonum 28 commune, & illius iustitiam, ac bonitatem quæ est finis omnium quomodocunque existentium, at specialiter operantium pro illius consequutione in ratione obiecti Beatificantis quod idem qui verè bonus est, ex sua largitate concedat.

Et ista sint pro hoc art. & quęstionis complemento nec non termino quæstionum præambularium ad Regulas Iuris Canonici interpretandas in sensu, modo, & ordine vt prædiximus.

Explicit Tomus primus ad Dei gloriam, & Beatiss. V. Mariæ Matris eius laudem, quibus seipsum auctor semper se commendat. Correctioni piè, & iustè S. Matris Ecclesiæ submittendo, quæ hactenus scripsit, & in futurum scripturus est.

Benedictus Deus. Amen.

